ADVERSARIORVM
EX PANDECTIS IVSTINIANI IMPERATORIS

LIBER PRIOR,

Ad quinque & viginti antecedentes libros:

AVTHORE
PETRO COSTALIO.



LVGDVNI,
Apud Matthiam Bonhomme.

M. D. LIIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Extrait du Priuilege.

PAR Priuilege expres du Roy noſtre Sire en date du ſeptieme de Mars l'an mil cinq cens cinquantetrou, qui a eſté publié & enregiſtré en la Cour de la Senechauçée de Lyon. Il a eſté permis a Macé Bonhomme Libraire & Imprimeur de Lyon d'imprimer, & faire imprimer de telz charačteres que bon luy ſemblera, mettre en vente, & debiter le preſent liure, intitulé, Aduerſariorum ex quinquaginta libris Pandectarum Iuſtiniani Imperatoris &c. Et defenſes faites à tous autres d'imprimer, faire imprimer, vendre, ou faire vendre le-dit liure en quelque lieu qu'il auroit eſté imprimé, ſans le conſentement du-dit Bonhomme, durāt le terme de ſix ans, commençans du iour que l'impreſſion du preſent liure ſera paracheuée, auec groſſes peines contre ceux qui contreuiendront directement, ou indirectement au-dit Priuilege. Par lequel eſt permis d'inſerer pour toutes defenſes & ſignifications le ſommaire du-dit Priuilege, au commencement, ou ſus la fin du preſent liure, ainſi que plus amplement eſt contenu au Priuilege ſuſdit.

Ledit liure a eſté acheué d'imprimer le dixiéme iour du moys Nouembre, l'an 1554.

PETRVS COSTALIVS IOANNI COSTALIO FRATRI S. P. D.

SVPERIORIBVS literis tuis planè cognoui,quàm mirifica tibi in Aduerſariis noſtris expectatio conſtituta eſt:cui,etſi verendum mihi fuit, ne non poſsem reſpondere: ſuſtentor tamen mirabiliter iudicio beneuolentiæ & humanitatis tuæ: neque iam reformido, ne non etiam reſtinctis animorum tuorum incendiis, hoc quicquid eſt,aures tam capaces implere poſsit.Itaque feci quod & fides mea,& noſtra etiam neceſsitudo poſtulabat: & re non valde quęſita,hoc vigiliarum noſtrarum opus ad te miſi,vt id in tutela coniunctionis noſtræ, & amoris erga me tui cõquieſcat. Erítque tuus non χρήσει tantùm,nam & hoc etiam te repugnante,ad ἰσότητα Pythagoræ noſti pertinere, ſed κτήσει & mancipio: neque id certè incoloratè,vt in Iure ciuili dicitur, ab eo pręſertim qui tibi plura quàm cupias, maiora quàm poſsit debere velit.A te igitur qui nobis omnia præclara tribuis,aliud nihil peto.Reliquum huius argumenti habebis,cùm erit otium & tempus:quia enim in his Aduerſariis à capite rationem reddere incœpimus, ſummam æquitatē habet vt ad extremum rem deducamus: neque id opus grauemur exædificare quod inſtituimus. Sed ſcis parum eſſe centuriare & militem ſcribere, niſi delectus habeantur, & copiæ in ordinem cogantur. A cæteris autem,quos in iudicando, aliquid gratiæ largiri æquum non eſt, id contendo, vt ſi non illis hoc opere ſatisfacimus, exiſtiment nihil mihi pręter opinionem accidiſſe.Neque enim nobis hunc laborem ſuſcipientibus propoſitum fuit efficere aliquid tale, quod in arce Mineruę locari poſſet.Quid enim tam magnificũ, aut tanta expectatione dignum his contractioribus chartis dici potuit? Sed tamen id eſt ita,vt etiam eos, apud quos opera noſtra accuſationem & inuidiam habitura eſt, aliqua ex parte iuuare poſsit. Vale & hæc,vt ſpero,breuiter coram loquemur. Viennæ Allobrogum,nonis Nouembris. 1554.

LECTORI.

NON eram te lector multa cælaturus, quæ nonnulli in principiis librorum præfari ſolent: niſi mihi de eorum omnium humanitate, ad quos ferè noſtra referuntur, quiddam non mediocre promitterem. Itaque hoc vnum eſt quod te ſcire volo, in perpetuo hoc Aduerſariorum libro me Florentinorum codicum ordinem & ſeriem eſſe ſecutum: ne fortaſſe exiſtimes temere à nobis multorum capitum initia eſſe inuerſa. Itaque nonnulla capita longiora, alia contractiora fecimus: & aliis ſæpe initiis deſignauimus, quàm quæ in veterum commentariis ſcripta extant: ſicut & antiquitatis fides & ipſa ἀρχέτυπα poſtulabant. Ac quia nos in Iure ciuili maximè breuitas delectat, quæ aut repugnantia, aut tractatione coniuncta occurrerunt, ita colligauimus, vt nemo niſi propius rem diſpiciat, exiſtimet tanto ſermonis compendio ea dißolui, quæ apud veteres longa oratione explicantur. Librariorum errores pro tua prudentia ita vitabis, vt neque tibi obſcuritatem pariant, neque nobis in culpa ponantur. De his nihil opinor eorum DE QVIBVS SCIAM POTERO'QVE, vt in venditionibus vſuuenit, in præſentia edicendum eſt. Scis enim ad res iſtas edictum ædilium curulium non pertinere. quia tamen & hîc doli clauſula, & latioris culpæ quæ prope dolum eſt, locum habet, videar more improbato in hoc genere verſari, ſi te duos locos celem. vnus eſt in l. ex diuerſo. §. petitor. de rei vindic. vbi neſcio quo pacto negatio à librariis omiſſa eſt. Cùm enim ex ipſomet illo textu debuiſſet ſcribi, Ei qui, cùm rei vindicatione conueniretur rem poterat reſtituere, maluit ęſtimationē dare re retenta, non eſt cauendum &c. vt etiam eiuſdem loci mentionem facimus in l. ſi donata. de dona. int. vir. adſcripſerunt, eſt cauendum, ſublata negatione. Alter eſt locus in cap. j. de pigner. act. vbi cùm ex ipſo textu, Accurſio, Bartolo & cæteris effici volebamus, Errorem in materia non labefactare contractum pignoris: vt & nos eiuſdem loci in l. in venditionibus. de contr. empt. meminimus, legitur dempta negatione, errorem materiæ contractum pignoris labefactare. Tu ſi qua ſunt alia cauebis. Vale.

Π Α Ρ Ε' Ρ Γ Ω Ν
IVRIS SCIENTIAE
LIBELLVS.

QVI HABITARVNT IN SIMILI GENERE rerum,in quo & nos ipſi iactati ſumus, ad id ſe plurimum facultatis allaturos iudicauerunt, ſi ad illam rerum tractandarũ varietatem & copiam, quæ huius ſcientiæ propria perhibetur eſſe,laudem eloquentię adiungerent.Quod etſi magnopere in viros doctos probari ſentiamus,non inuiti tamen in ea ſumus hæreſi, quæ nullum ſequitur orationis florem & ornatum. Ac ſanè ad id quò noſtra nos voluntas ratióque impellebat,cumulatè ſatisfactum eſſe arbitramur, ſi in rerum ſupellectile & quadã quaſi ſylua, omnis noſter verſetur labor.Neque tamen cùm hęc ſcribebam,eram neſcius,quantum verborum ornamenta,non modo in hac ciuili diſciplina, quæ penè ex oratorum facultate profecta eſt,ſed in cæteris quoque artibus haberent dignitatis:ſed verendum fuit,ne quorum ſtudia,noua quaſi docendi ratione adiuuare nitebamur,his operis magnitudo,ſi non deſperationem,at certè faſtidium in legendo allatura eſſe videretur. Quo in ſermone nemo id à nobis ſuſceptum eſſe exiſtimet, vt ad omnia quæ Iure & legibus prodita ſunt,noſtra applicetur oratio. Quid enim opus eſt res peruagatas,& ab ipſa natura ſatis cognitas,toties ſcribendo inculcare?ſed id contendimus,vt eas leges quę dignum habent tractatum,ſeruato rubricarum ordine quem à veteribus illis per manus accepimus, remota difficultate in omnium oculis poneremus. Quod facilè aſſequemur,ſi ea capita quæ vel ſimilitudine vel ἀνἀλογίᾳ quadam,ciuſdem tractationis ſocietate vinciuntur,in vnum contrahentes,velut in aduerſaria conferamus:réſque non loco tantùm,ſed etiam opinionibus diſiunctiſſimas ad idem vinculum conſenſúmque reuocemus. In quo totius diſputationis & operis caput fuit,vt quæ apicibus & notis magis, quàm reipſa ſubſiſtunt,ea eruditorum hominum vmbraculis & ſcholæ linquerentur: illorum autem voluntati & auribus,qui aliquando ex palæſtra & oleo, Ius ciuile in clamorem & caſtra perducturi ſunt,noſtra ſe accommodaret oratio.

 AC mihi quidem repetenda eſt veteris cuiuſdam accuſationis à multis iactata recordatio, apta ad id quod ſcribimus, vt cognoſcant noſtri homines, quid eſt ipſum quod maximè noſtra ſcriptione continetur. Ingredientibus enim nobis ad hoc genus, diligentius fortè res tanta ponderanda fuit: nunc verò altum inuectis, & propè iam terram non videntibus, quocunque feremur danda nimirum vela erunt. Nec enim ignorabam cùm quæ ab aliis vberius & fuſius eſſent tractata, breuiter & propè inuſitato verborum compendio memoriæ mandaremus, fore vt hæc opera noſtra in varias reprehenſiones incurreret. Erunt enim opinor multi, qui non admodum opus fuiſſe prædicabunt, nos in eo ſtudium operámque ponere, in quo tot & tantorum hominum ætates ſunt confectæ: qui ea quæcunque in hoc genere dici poſſunt, copiosè literis prodiderunt. Quorum ego diligentiam & laudo & admiror: ſed nobis de officio noſtro reſpondendum eſt, vt eos apud quos iſta mea contentio reprehenſionem habitura eſt, æquos placatóſque dimittamus. Mea certè ſemper fuit opinio, non poſſe eum quem Iuriſconſultum nominamus, hoc tam præclaro nomine dignum eſſe, neque cum dignitate apud ſuos tantùm munus retinere, niſi erit non eorum ſolùm, ex quorum libris tanquam fontibus Ius iſtud deriuatum eſt, ſed recentium quoque, quos nonnulli vulgares & agreſtes vocant, monimenta legendo perſecutus. Neque enim certis generum & quæſtionum cancellis conclusum eſt id, in quo verſamur: ſed ſæpiſſimè accidit, vt rebus omnibus quæcunque in arte explicantur, diligenter perceptis, exiſtat ſpecies quædam, quæ nulla ſocietate ad antiquorum ſcripta pertinere iudicetur.
„ Maius nimirum quiddam eſt id quod profitemur, quàm homines opi-
„ nentur, & ex omni ſcientia diſciplináque collectum. Quod non eò ſpectat, vt ad res tantas, quæ veterum libris traditæ ſunt, aliquid videamur adiunxiſſe. quid enim eorum ſcriptis diffuſius eſſe poteſt? quid rerum factorúmque varietate refertum magis? ſed hoc ab eis peto, quibus noſtra in manus venient, vt non prius quid ipſi præſtiterimus iudicare velint, quàm exiſtiment, quantum homini occupato & forenſibus rebus negotiiſque diſtricto, adiumentum eſſe poteſt, ex vniuerſa & propè infinita rerum & ſcriptorum varietate (in qua ſine multo otio proficere nullus poteſt) celeriter arripere aliquid tale, quo, animo anxio & forſitan ex occaſione flagranti abundè ſatiſfactum eſſe poſſit. Nam qui eo ſunt vitæ inſtituto, quíque animo ita ſunt affecti, vt ab vrbano opere forenſibúſque cauſis nunquam ferientur (quales ferè ſunt ij qui Ius ciuile tractant) non ſanè tantum habent otij, quod ad ea penitus videnda, quæ in
„ præſentem controuerſiam litémque vocantur, ſufficere poſſe videatur.
„ Aut ſi, vt eſt omnium hominum animus ad diſcendum & intelligendum natus, nihil eorum quæ ad propoſitam diſceptationem à maioribus

bus inuenta ſcriptáque ſunt, à lectione ſua velint excludere, ſæpe euenit vt incredibile illud deſyderium ſumma ſatietas conſequatur. Etſi enim ea eſt in nonnullorum animis incitatio, & propè naturæ vis, vt nulla tanta ſcripta eſſe poſſint, quæ non aut legendo aſſequi, aut capere intelligendo queant: fit tamen neſcio quo pacto, vt quò quiſque ingenio maior eſt, hòc certè magis prolixitate offendatur. éſtque ſuus & certus cuique rei modus: plus tamen (vt inquit ille) lædit nimium quàm parum. Nam in iis quæ ſe copioſius & nimis profuderunt, etſi valet materies, difficile factu eſt nihil offendere: at in quo ſemel vitium fuerit animaduerſum & notatum, in eo perpetua conſtat opinio ignorantiæ & tarditatis. Nemo eſt enim tam leuiter eruditus, qui quæ ſtultè dixeris, ferè non reprehendat. At qui breuiter & contractè dicunt, etſi multa prætermittant, quæ forſan aptè & loco dici potuiſſent, hòc tamen plus habent reliquis, quòd minus multa patent in eorum oratione, quæ cupidorum hominum accuſatio feriat. Neque verò omnibus eſt tributum id ſentire, quod nulla ratione conſilióque omiſeris. Quæ fortaſſe etſi longiùs euagentur, eò tamen pertinent, ad id quicquid illud eſt, quod cognitione aliqua ſcientiáque continetur, perdiſcendum, breuitatem plurimùm ſemper ponderis & momenti habuiſſe. Nam & veteres illi, qui quæ ex Iuriſconſultorum libris memoria propagata ſunt, vberius, ſumma tamen orationis ſiccitate explicarunt, laudantur: ſed ita tamen, vt qui in alio genere laborant, & in breuitatem toto pectore incumbunt, non ſint omnino à laude alieni. Habet verò maximam benignitatem, eos ſummo ſtudio & admirabili labore in eo iuuare velle, in quo pro tuæ contentionis modo fructum gloriæ non ſis laturus. Sunt autem quidam ita natura comparati, vt preſſo & contracto dicendi genere, iis quorum prolixa & diffuſa oratio eſt, ſententiarum numero non concedant. Quod ſi vlla vnquam in re & ſcientia natura hominibus dedit, hoc mea ſententia in hac legitima cognitione. Quia enim illud immenſum eſt in quo Iureconſulti verſantur, & nullis certis generibus diſtinctum, varium, multiplex, ſui diſſimile, & euentorum diuerſitate ad totidem penè differentes ſpecies applicandum: enitendum opinor eſt iis qui ſe ad aliorum ſtudia accommodant, vt rerum tantarum quæ ſine numero, ſine ſpecie, & nulla etiam propoſita perpetua cauſa in iure tractantur, faſtidium aliqua ſua leniant breuitate. Quod profectò qui facit, diuinum quiddam affert inter eos, qui ſe huic ſtudio genérique dediderunt. Apud quos, quia magna illa & vetus increbuit opinio, nullum vnquam tantum ætate poſſe procedere, vt ea quæ in ciuili ſcientia à magiſtris ſunt tractata, non memoria (nam id magnum eſt opus, atque

haud ſcio an de omnibus rebus longè maximum) ſed ne lectione quidem in tam longo annorum flexu, poſſit complecti: videndum erit iis qui ſe ad ſcribendum potiſſimùm conferunt, ne quorum animos legendis ſcriptis ſuis retinere volunt, eos primo (vt aiunt) limine deterreant & conturbent. In quo ſi adhibeatur illa, quæ à nobis toties prædicata eſt breuitas, periculum non eſt ne Iuri ciuili perdiſcendo ætas hominis non ſit ſuffectura.

3 SED Quia ex eo quod propoſuimus effici poſſunt hominum genera complura, & definiendi tractandíque Iuris ſpecie differentia, & non conſimili encomio dignanda: exponendum eſt quid ſit illud, quod maximè in viros doctos probari ſentiamus. quod quia ex duobus mediocritate quadam temperatis exiſtit, facilè non poſſit elucere, niſi illa quoque ob oculos ponantur. In quo etſi veremur ne cui ex noſtro ſenſu magis, quàm ex doctiſſimorum hominum ſermonibus, deprompta hæc noſtra videatur oratio: non committam tamen vt nos, qui in præſidio veritatis ſumus, propter metum inuidiæ & offenſionum, eam in qua primum conſtiterimus, ſtationem relinquamus. Quid enim eſt æquius, quid magis officio conſentaneum, quàm eos qui in iuſtitiæ Iuriſque partibus cognoſcendis, hoc eſt, viri peruestigatione verſantur, pro veritate fortiter dimicare? Ac fuit tempus illud, cùm in Iure ciuili multi homines ſummis ingeniis & rerum maximarum cognitione præditi extitiſſent, tamen aut bellis flagrantibus depulſa, aut etiam aliquo diuino fato afflicta diu & proſtrata eloquentiæ ſtudia iacuerunt. Nam quæ pars, qui ſcientiæ locus, quæ artis ſpecies inſtructu illo oratoris, & facultate dicendi debebat abundare, ea verborum inſignibus & ornamentis illis caruit, & totius eloquentiæ maximè expers fuit. Neque tamen cùm aliquis noſtrûm illorum ſcripta legit, eis naturam aut ingenium defuiſſe ſuſpicatur: qui nobis ſummo labore & ſtudio propè admirabili, quid in quoque genere diceretur, cumulatè tradiderunt. Sed quemadmodum ſummus ille pater eloquentiæ Cicero Curij, Fabritii, Piſonis & aliorum propè eius ætatis innumerabilium frugalitatem, non hominum ſed temporum eſſe dicit: ſic nos qui ex eorum ſcriptis meliores facti ſumus, illam verborum ieiunitatem & quoddam quaſi frigus, non hominum ſed temporum eſſe prædicabimus. Quos ſi fortuna ad hæc tempora ſeruauiſſet, quid nos de illis ſperare oportebat? Extiterunt illi quidem, qui ſatis eſſe iudicarent, ſententiis magis quàm verbis in ſenſus hominum irrepere. opiniones ſuas inſeruerunt putida ſanè & hiulca oratione, ſed docuerunt tamen. Huic generi ſtudebant vni, vt Iuris ciuilis locos non modò ſpatiis diſſipatos, ſed natura propè contrarios & aduerſos, eodem vinculo colligarent.

Hor

Horum in animis inſidebat veritatis ſpecies quædam, cuius voluptate capti, delectum in verbis adhibebant nullum. In hanc ſpectabāt, illam intuebantur: in eam animum, mentem, ſtudia deniq; omnia defigebāt: hanc habebant in amoribus, illam cōplectebantur ſolam, ad eius ſimilitudinem oculos ſtilúmq; dirigebant. Quæ res etſi ſatis illis ad veniam ſuffragatur (iam enim hi nouitate tēporum noſtrorū in periculū exiſtimationis ſunt vocati) habēt tamen quòd inuidiā illā ex ætatis ſuæ com" muni malo, à ſuo capite depellant. Nam ſi (vt ille ait) nulla ſcientia ſine " præceptore omnino perdiſci poteſt, in quo tandem ſunt arguendi, qui Latinæ Grecæque linguæ ſtudia ætate ſua non tam neglecta quàm intermortua, notitia non attigerunt? Ac profecto illud non diffiteor, ex ignoratione linguæ, multa ab eis cōtra veritatem ſcripta eſſe. Sed illud eſt omnibus ætatibus & hominibus commune. Neque enim quiſquam eſt hodie tam extra omnem ingenij aleam poſitus, in cuius ſcriptis non offendat poſteritas aliquid tale, quod merito iuſta reprehēſione digne" tur. Vt enim in moribus, præteriti laudātur: ita in verbis & doctrina ma" gis poſſunt excellere, qui nouiſsimi ſcribunt. Facilè eſt enim ex diuturna veterum ſcriptorum notatione, quod ſapienter dictum fuerit meminiſſe: at id animaduertere nō eſt difficile; in quo offenditur. Nam & multa quotidie in lucem exeunt, quibus veterum caſus & errores omnibus noti & perſpecti eſſe poſſunt. Et Galenus ipſe admirabili vir ingenio & doctrina, quanuis nullum diſciplinæ genus eſſet, quo non ipſe cæteris præſtaret, plura tamen poſteris mandauit, quæ ex noſtris hominibus vel leuiter in medicina verſati, falſa eſſe & tralatitia didicerunt. non quò ipſi cum viro tanto doctrina & rerum maximarum cognitione comparandi ſint: ſed quòd id vel ex beneficio temporis longóque vſu, aut quo alio caſu in poſteritatem incurrente, fortunæ potiùs quàm " ingenio acceptum ferant. Adeò tanti momenti eſt poſteà ſcripſiſſe. Itaque qui prudentiam iſtam oppreſſam & iam multos annos iacentem extulerunt, à nobis laudantur, & laudabuntur iidem. Neque enim quiſquam eorum eſt, qui hodie togati ex gymnaſiis eruditorum Ius ciuile ad aciem & puluerem deduxerunt, cui illa veterum ſcripta licet horrida non incredibiliter probentur. Habent enim ea (vt verè dicam) etiam cum vtilitate neceſsitatem: vt qui ſine illis ſe ad iudicandum aut conſulendum ciuibus ſuis præbuerit, ad tantum munus in quo verſatur, non ſatis paratus ſit futurus.

4 SED Tamen quia ad tantam inſolentiā mores noſtri incubuerunt, vt dum quamplurimi homines laudis ſuæ plus æquo retinentes eſſe volunt, ſibi impunè licere exiſtimāt, diripere patrimonium alienæ dignitatis: iam & in Iure ciuili quorundam hominum familia increbuit. palæſtræ & olei magis, quàm fori & contentionis propria: cuius eſt illud,

vt nonnullorum voluptati, vocibus & verbis, non etiam rebus ſententiíſque inſeruiat. Qui dum ſoli inter tam multos in ea ſcientia nominari volunt, diéſque à ſe tanquam à Caldæis peti, credo quòd exiſtiment in poſſeſſionem ſuam ſe veniſſe, excludunt alios: & cum eis non de nomine aut exiſtimatione, ſed de capite & vita contendunt. Horum hominum ornatum & faces in dicendo admirati quidam, veretes illos Iuris magiſtros bibliothecis ſuis prohibuerunt. quòd opinor fas eſſe non putarent limatum illud nouorum hominum genus, veterum acceſſione deformari. In quo his gratiam habemus, quòd eam ſcientiam quæ primùm à cunabulis ſuis ſummo orationis veſtitu inſtructa, deinde iniuria temporum apud nos inornata conſtitiſſet, conentur ſcriptis ſuis illuſtrare. Dudum enim errantes nos, & in ciuili ſcientia propè hoſpites, eorum libri domum reduxerunt: vt iam quoque (quod memoria patrum non erat) Iuriſprudentiam lingua ſua loquentem audiamus. Sed hoc ego illos exoratos velim, ne in ciuilis Iuris tractatione plus eam methodum valere velint, quæ curſu magno verborum ſonitúque fertur, quàm notitiam rerum maximarum: quas ſi è Iuriſprudentia ſemoueris, non habeat in quo poſſit conſiſtere. Vt enim in Medicina, Celſus elegantiis & orationis luminibus morbos non curari ait: ſic & in Iure (quod & Iuſtinianus ſimile Medicinæ facit) non multùm ad cauſas iudicandas ornatus dicendi valet: niſi earum rerum ſit refertiſſimus, quibus ferè Iuriſconſultus ab oratore ſeparatur. Itaque eſſe aliquem in Iure ciuili pertractando, qui in verborum interpunctionibus & momentis impendiò occupetur, rerum autem & ſententiarum vim nihil ad ſe putet pertinere, hominis eſt bene & nauiter impudentis, neq; ea ſentientis in quibus potiſſimùm verſatur. Ac vereor ne qui hoc genus ſunt complexi, magnum illud Iuriſconſulti nomen (quod tamen cupidè ambiunt) non poſſint ſuſtinere. Quid enim agunt illi, quid contendunt, in quo tantopere ſe conficiunt, quod non ij qui Grammatici vocantur, rogantibus præſtare poſſint? Nam ſi qui ad illorum gymnaſia veniunt, tam parum afferunt ad Ius ciuile inſtrumenti, vt verborum vim & collocationem nō capiant: habet rationem, vt in ſimplicibus verbis longior ponatur oratio. Sed longè aliter res ſe habet. aut enim qui ſe ad Iureconſultos audiēdos cōparant, ferè ita ſunt linguæ præſidiis inſtructi, vt in eo, præceptore non egeant: aut ſi ſine illa facultate ad Ius ciuile aduenerint, eò illos remittendos eſſe puto, quò aut ætas aut doctrinæ mediocritas ferre videbitur. Neq; enim eſt ferendum, eos qui nihil in linguarum cognitione promouerint, ad artem quæcunque ſit illa quæ linguæ inſtrumento explicatur, tanquā deſultorios in curriculum quadrigarium incurere. Quòd ſi quis tam intemperanter abutitur otio & literis, vt in illo quoque equo cum principibus viris eſſe non recuſet, non valde opinor docenti erit laborandum, vt ad tantam tarditatem componat genus orationis ſuæ. Magnum nimir-

mirum eſt Iuriſconſulti munus, & longè præſtantius, quàm vt ad res tam modicas appellat ſermonem ſuum. Ex quibus non id effici volumus, vt homini Iureconſulto verborum ſimplicium aut collocatorum cura omnino ſit negligenda: quorum notatione, ſæpiſsime magnæ & graues controuerſiæ terminantur. Sed diligenter expendet id onus quod ipſe ſibi impoſuerit, ne magis grammaticum aut quendam Græculam de ſchola, quàm Iureconſultum agere videatur. Summa autem huius ſententiæ eſt, vt quoties res poſtulabit, verborum interpretationem non contemnat, ſed ita tamen, vt in ſententiis & arte ipſa omnis eius cura & diligentia conquieſcat. Neque tamen eos qui iſta legent, his velut præceptis inſequor, vt erudiam: ſed quid de vniuerſa Iuris ratione doctiſsimi homines ſenſerint, nobis in præſentia eſt explicandum: vt iis quorum recens & noua eſt ad hanc doctrinæ partem ingreſsio, ex magnorum virorum aſſenſione quaſi iter indicemus, quo illi ea quæ in palæſtra & ludo didicerint, cum laude & gloria in ſolem proferre poſsint. Nam & nonnullos vidimus, quòd hi credo in diſputationibus ſcholę ſe tantùm exercuiſſent, etiam cõfecto ſtudiorum actu, ad reſpondendum tam parum aptos fuiſſe, vt ad apertiſsima quæque oculos haberent obſignatos: neque ex iis motum animi ſui informare poſſent, quæ omnibus iis qui in foro volitant, iudicata ſunt & perſpecta. Ei hominum generi, ſi de ſuggeſtu ſit dicendum, potius dies quàm oratio defectura ſit. adeò ampli ſunt, graues, copioſi, ornati, vt etiamſi materies non ſuppeditet, teneant tamen eundem in dicendo curſum quem inſtituerint. Sed in eo non ſunt Iuriſconſultorum opes & fortunæ: quas certè nemo aſſequetur, niſi qui ex rebus magis quàm verbis referſerit mentem ſuam. Nam qui infantes ſunt, & nulla ſubiecta re & quæſtione, dicendo diem eximunt, fructum fortaſſe eloquentiæ ferunt, ſed Iuris ſcientiæ nunquam. Aliud eſt enim tractare hominum mentes, & quaſi prima aggreſsione animos eorum qui audiunt, occupare: & aliud de re quæ in diſceptationem venerit, ſcientiſsimè & ex arte reſpondere. Itaque mirationem facit, ſi quis ex Græcorum omnium & Latinorum fontibus, veterum reſponſa, quæ forſitan in quæſtione propoſita verſabuntur, illuſtret: ſed ferè euenit, vt eæ res ad forenſes controuerſias nihil afferant adiumenti. Quæ etſi homini Iuriſconſulto non ſint aſpernandæ, graue eſt tamen ei, qui ſe alterius ſcholæ doctrinæque permiſerit, verborum ſcientiam magis, quàm rerum tractationem ab eo accipere, cui fortaſſe & linguarum cognitione & orationis copia non concedat. Igitur qui ciuilem ſcientiam ita tractant, vt ex ea docendi via nihil transferri poſsit ad forenſem vſum & publicum, offendunt mea quidem ſententia, quòd eos in quibus erudiendis officium operámque collocant, ſupellectile verborum au-

gent:rebus autem & reſpondendi facultate tam inopes & vacuos dimittunt, vt ne in forenſibus cauſis conſiſtere quidem poſsint. Nam ſi qua ſunt in iſta ciuili diſciplina, quæ gentium omnium moribus & quaſi publico ſilentio exploſa ſunt: ſi qua ſubtilitate magis quàm æquitate quadam perpetua commendantur: ſi qua denique potius propter rationem diſputandi, quàm pro communi vtilitate inuenta ſcriptáque ſunt, ea ferè cupidi homines in ſermonibus ſuis ſola complectuntur. Ita fit vt quanquam de ſchola prodeas inſtructiſsimus, & quo te cúmque conuerteris, poſsis in eo genere ornatè & copioſè diſputare, ſi tamen facultatem reſpondendi ſpectes (quæ res in hac cognitione ſola valere & dominari debet) nihil tu didiciſſe videare. Neque verò Ius iſtud ciuile ad diſputandum comparatum eſt: neque ad gymnaſiorum deambulationes & ſpatia, Iuris cautiones datæ: ſed ſi qua eſt huius rei ars aut doctrina, tota profectò ex forenſi vſu & opere manauit. Quæ etſi poſteà doctiſsimorum hominum libris ad priuatum otium & ſcholam deducta eſt: in eo tamen eorum qui hanc colunt & exercent, cura & cogitatio eſſe debet, vt non ſubtilitati & diſputandi rationi ſeruiant, ſed totos ſe in id conferant, vnde ij qui audiunt & reipublicæ commodis, & priuatorum cauſis operam ſuam aliquando commodare poſsint: vt multis incommodis veritas debilitata, & propè iam inclinata, tandem eorum oratione ſtudióque recreetur. Nam vt & Saluius Iulianus Iuris author non vulgaris teſtatur, multa contra rationem diſputandi pro communi vtilitate in Iure ciuili recepta eſſe, innumerabilibus exemplis oſtenditur: vt verè illud dici poſsit, quod de eloquentia Antonius apud Ciceronem ait, Iuriſprudentiam facultate præclaram eſſe: at arte & certa præceptione, mediocrem.

5 EX HIS duobus generibus exiſtet & alius, princeps ille quidem, & tripertitæ varietatis præſtantiſsimus moderator: qualem forſan & nos ipſi vidimus, & multos etiam illius in re tam præclara ſimiles expetimus: vt ex iis quæ in duobus extremis ornamẽta elucebunt, Iuriſprudentia diſtincta, honeſtè inter homines apparere poſsit. Quo in ſermone nemo exiſtimet à nobis informari eum, quem vnum ex multis dudum cogitatione aſſequimur, verbis certè tenere non poſſumus: ſed erit is nobis ita ex indiciis deſignandus, vt magis quibus rebus à cæteris diſtinguatur, quàm quis aut qualis ille omnino ſit, explicemus. Neque verò in eo noſtra verſatur oratio, vt nouam quandam Iuris ſcientiæ rationem afferamus, & genus artis propè ſingulare: ſed vt illorum quos in eo antecellere animaduertimus viam, & methodum, quam & viris doctiſsimis probari ſenſerimus,

rimus, memoriæ commendemus. Scio enim à multis qui ſe primùm ei ſcientiæ dedunt, requiri viam, qua illi de ſchola atque à magiſtro eruditi, non ſemper cum libris ſuis dicere, & præmeditatum ſermonem afferre: ſed aliquando de quæſtione, quæcunque ſit propoſita, ex tempore & quaſi procinĉti poſsint copioſè, & aptè diſputare. Quod quia nobis initio ſermonis propoſitum non eſt (poteſt enim & hoc ex aliorum diſputationibus peti) attingam tamen breuiter ea, quibus vir ille ſummus quem diximus, quaſi ſtellis illuſtratur. Ex qua diſputatione facilè apparebit, quid potiſsimùm his qui hanc partem nuper aggrediuntur, ſit deligendum. In quo fruſtra opinor illud admonendum eſt, vt is de quo laboramus, vir ſit bonus & ſapiens: cum & veteres illi eloquentem niſi qui bonus eſſet, putauerint neminem. Nam ſi eos qui oratores deligebantur, vt ſæpiſsimè nefarios perditóſque ciues quaſi de reis eximerent, & de manibus iudicum iniquas ſententias dicendo extorquerent: ſi qui ad lites erant aſſumpti, vt iuſtam cauſæ ſuæ inuidiam, tanquam aliqua machinatione ad beneuolentiam deducerent: denique vt flexanima illa eloquentia (quam & reginam Euripides vocabat) vim veritatis opprimerent, bonos eſſe debere Cato ille exiſtimauit: ſanè & id multò rectius in Iureconſulto deſyderes, quo legum deſcriptio, & totius ciuitatis moderatio, tuteláque continetur. Ex quo ſermone & occurrit illud, quod in veteribus legumlatoribus videmus, quorum nemo apud ſuos nouam Iuris rogationem fecit, quæ non diis immortalibus accepta referretur. Et ſummus ille magiſter intelligendi Plato, quanquam in omnibus dialogis ſuis ferè Socratem expreſsiſſet: tamen in eo ſermone quem duodecim libris de republica inſtituenda conſcripſit, Herum quendam Pamphilium reuiuiſcentem, & de republica loquentem facit: quòd opinor ei rei neminem putaret ſufficere, niſi qui nuper ex cælo ad homines aduolaſſet. Nam ſi conſenſu earum nationum quæ præſtantiſsimis inſtitutis floruerunt, id ſemper legibus eſt tributum, vt eis niti videretur reipublicæ ſalus: certè eadem bonorum ciuium velut aduerſaria opinio ipſi Iureconſulto conſtituta eſt, in cuius præſidio iura omnia & diuina & humana conſidunt. Quod ne aliquis hoc in ſermone nimis generatim à nobis dici putet, quod ſit quoque reliquarum artium & generum, ſic ſtatuo, licet iam Stoici quæſtionem attulerint omnes ſcientias eſſe virtutes, in nonnullis artibus etiam improbos & flagitioſos cum dignitate & gloria eſſe iactatos: hanc autem partem niſi qui ſit bonus, cum laude exercere poſſe neminem. Atque haud ſcio, an minus id noſtris hominibus ſim probaturus, dicam tamen quid de hac re viri huius ſcientiæ principes ſenſerint. Equidem ex veteribus qui ſunt, qui ſe ad

locupletandum hoc genus accommodauerunt, tam horridè & incultè cogitationes ſuas prodiderunt literis, vt his qui ad hæc vſque tempora permanarint, ferè placeant nemini. Sed multorum cupiditas gloriæ effecit, vt quam artem veterum ignoratione perturbatam vix dum tenebamus, hodie nullam propè habeamus. Nam quæ ſciētia primùm quæſtione & materia ſua diffuſior, deinde & eorum qui ſe ad eam illuſtrandam contuliſſent labore ad nos dilatata perueniſſet, hæc nouitate temporum noſtrorum quaſi verticibus anguſtata, ad eam inopiam deducta eſt: vt ad verborum potius deceptiunculas, quàm rerum pondera, tota illa prudentia videatur eſſe comparata. Et quæ res ex infinita rerum propè innumerabilium varietate efflorеſcebat & redūdabat, eam multi homines amantes opinor gloriæ ſuæ, in maximas anguſtias tanquam in aliquod piſtrinum compegerunt. Cedo quid in hac legitima tractatione tam magnificum, támque præclarum eſſe poteſt, quod non eorum, qui dum aliorum ſtatuas reuellunt, nomen ſibi expetunt immortale, audacia & temeritate violetur? Quòd ſi tales nos natura effeciſſet, vt neque gloriæ cupiditas, neque eorum conſeſſus quorum delectationi & auribus ſeruiamus, nos à veritate abduceret, haberet opinor Iuriſprudentia in quo neque vi, neque clàm, neque precario pedem poſſet ponere. Atque vtinam ſpeciem illam veritatis oculis corporeis cerneremus: efficeret enim illa, vt patronos ſuos etiam videremus ipſi. Nunc autem ſic res ſe habet, vt qui perpetuam pro illius ornamentis dimicationem ſuſcipere videri volunt, hi omnium maximè eius laudem & hæreditatem gloriç expilant. Multi verò ſunt inuenti, qui in veterum cautionibus deſtruendis mirificè occuparentur, etiamſi non eſſet cauſa: vtiles & propè neceſſitate receptas diuiſiones labefactarent, licet illarum abrogatio nullo neque Iuriſprudentiæ ſplendori, neque ſibi adiumento eſſet, niſi vt plus aliis intelligere & ſapere viderentur. Ex aliorum commentariis amputabant ea, ex quibus ſcientia non cumulatior, ſed pauperior & inops magis exiſteret. Conuellebant inſitas & cum re ipſa natas partitiones, hoc ipſo quòd verba vel nouata, vel illorum auribus minus accommodata eſſent. Damnabant veterum ſententias non alia cauſa, quàm vt ex Iuriſprudentiæ pernicie, & (vt ita dicam) vaſtitate, oſtenderent lumen ingenij animíque ſui. In eo ſolo ſtudium omne ſuum collocabant, vt magis ex contentione victores, quàm veritatis vindices & aſſertores exiſterent. Apud homines flexibiles, ipſoque nomine perſuaſos, & qui quocunque ducas facilè ſequantur, ea refellebant, quæ primùm ex medio Iure manata, nunc ab omni natione, populo, ſenatu, certa & iudicata comprobantur. A tractatione otióque ſuo excludebant eas quæſtiones, ſine quibus nullus vnquam ad reſpondendum inſtructus eſſe potuit. Quamplutima ſcitu digna, &

omni um ſcr

omnium ſcriptis nobilitata, nihil ad ſe putabant pertinere, ſine quorum cognitione vel orbis totius teſtimonio, in cauſis publicis priuatiſque nihil niſi lubricum & varium conſtitui decernique poteſt. Faciebant rempublicam loquentem, excitabant ab inferis primos huius ſcientiæ antiſtites, qui ſi adhuc extarent, ne illi quidem inter tot litium concurſationes & anfractus aliquid certi haberent, quod ſe poſcentibus præſtare poſſent. Multa à recentioribus prope inuenta diuinitus, vna clauſula antiquabant: ſine quibus tota ſcientia, neque dignitatem, neque nomen ipſa ſuum poteſt retinere. Expungebant nonnulla, quæ extrinſecus, ad rem tamen amplificandam aſſumpta eſſent: quorum materies, eo quod potiſſimùm in lege quæreretur, & ad vſum forenſem eſſet aptior, & homini in cauſis verſanti plus afferret facultatis. Denique ea faciebant, vt quotidianam ſine vſu loquacitatem, & vt ait Cicero, de ſcholis cantilenam magis inſtruere, quàm Iuriſconſultum ad aciem & forum informare viderentur.

6 QVÆ Quia forſitan breuius à nobis poſita ſunt, quàm res tanta dici debuiſſet: primùm quæro, num poſſit aliquis in ſubſelliis & foro verſari, niſi perceptis cognitiſque rebus, quibus ferè ea quæ in omni & propè infinita dubitatione ſunt poſita, terminari ſolent? Num poſſit is apertè de Iure reſpondere (qui vnus Iuriſconſulti ſcopus eſſe debet) ſine variarum & propè innumerabilium quæſtionum cognitione & prudentia? Num ad hominum conſultationes admouere mentem ſuam, niſi diligentiſſimè omnia perueſtigarit, quæ de controuerſiis & litibus ab aliis explicantur? In quo ſi non illi veterum ſatisfacit induſtria, hòc tamen erit paratus magis, quòd ea quæ in aliorum ſcriptis animaduerſa meminerit, ad veritatis perueſtigationem ſummum afferent adiumentum. Nam etſi tot librorum lectio, ſine delectatione faſtidium habet, deberet tamen vtilitatis magnitudo ad ſuſcipiendum laborē inuitare. Sed hodie tantum quiſque probat, quantum ſe poſſe aſſequi non diffidit. & quia illud laboris eſt, quem plerique fugimus, ferè quiſque id damnat, in quo propter rerum multitudinem & copiam ægrè poteſt excellere. Nactus ſum qui hanc ſcientiā voluminibus Iuſtiniani contentam eſſe diceret, neq; quicquā vltrà iuriſconſulto homini tentandū eſſe exiſtimaret: quę opinio & ſummorū hominū diſputationibus fracta eſt, & iam experiētia vſúq; rerū debilitata & abiecta. Hoc enim in Iure cōſti tuere, hominis eſt domeſtica teſtatione quamplurimos teſtes inſcitię ſuę colligentis. Quotus verò quiſque, quanquam ei omnia quę ad Ius ciuile & maiorū inſtituta pertinent, lecta, audita & diſputata fuerint, nō facilè ex cauſis iudiciíſq; animaduertit, multa ſępe in contentionē venire, quę ad ſumma illa genera veterū codicibus contenta, nulla ratione poſſint applicari? Quid ſi (vt inquit Vlpianus) plura ſunt negotia, quā vocabula?

Quid ſi nulla tanta veterum ſcripta eſſe poſſunt, etiamſi multò amplior eorum ſit numerus,quibus omnia quæ in hominum cauſis litibúſque verſantur,comprehendi queant?Blandiuntur ergo ſibi,qui immenſum hoc & infinitum in quo verſamur,certis generibus & cancellis concludi poſſe exiſtimant. Neque enim eadem eſt ratio vmbratilis & ſcholaſticæ exercitationis, & eadem ciuilis pugnæ & fori. Ei enim qui de ſuggeſtu dicit, facilè eſt præmeditatum ſermonem iis apud quos ſit agendum, inculcare: multò etiam facilius ad id neruos omnes orationis ſuæ conuertere, quod ex veterum prudentium conſultis,certum eſt & deſcriptum. Nec verò is,ſi modo ſuum illud ſatis inſtruxerit,extimeſcit ancipites dubióſque dicendi caſus: nec veretur, quod aliquando Curioni ſatis vendibili oratori eueniſſe ferunt, ne cum loqui cœperit, tanquã ſibi venenis erepta memoria,obmuteſcat. Nam ſi in eo reſponſo, cuius interpretationem apud ſuos ſuſceperit, verba non ſuccedunt, multam tamen illi materiem ſequentia reſponſa ſuppeditabunt: vt altè cadere non poſsit.In hoc genere qui ſunt,etiamſi multis partibus Ius ciuile ſit contractius,ſatis tamen habeant ex eo copiæ & vbertatis,vnde ſermonem in multa ſecula poſsint producere. Quid enim afferunt, quod non ipſi delegerint? at eius quod delegerunt,materies conſtat:ita fit, vt cùm centies denos ſolis anfractus reditúſque legendo confecerint,& iuriſprudentiam totam ad extremam paginam perduxerint, ad veſtibula aditúſque attis ſit recurrendum. Qui autem verè in ciuitate Iureconſulti nominantur, quíque eas partes in republica ſuſtinent, vt de omni re, quæcunque in diſceptationem litémque cadere poteſt, rogantibus reſpondeant, & qui de lege & conſuetudine qua ciues reguntur, ad reſpondendum ſunt parati, vix in aliquo numero eſſe poſsint, niſi & aliarum multarum rerum,quàm quæ Pandectarum libris continentur,cognitione & ſcientia antecellant. Tales certè ſunt ij, quorum ædes oracula ciuitatis appellabantur, quíque incredibili ſtudio & rerum maximarum ſcientia, & varietate, vindicarunt à ſolitudine ſenectutem ſuam. Neque verò illi,vt erant in eo genere maximè exercitati, exiſtimabanr veterem Iuris ſupellectilem ad tantum munus ſatis eſſe poſſe:ſed quanquam in maxima vrbis & vitę occupatione verſarentur, quantum illis forenſium rerum labor tribuebat otij, ad recentiorum quoque ſcripta perdiſcenda conferebant. Quòd ſi homines illi, quorum opinio iam & ſcholas occupauit,nos adducunt,vt veterum lucubrationes & vigilias de manu ponamus: illud vnum neceſſario reliquum eſt,vt eadem nobis præſtent,in quibus patres illi boni perdiu viri tantopere contenderunt. Neque enim ij tãtùm authoritate apud nos valent, vt quaſi religione impediamur ab illis diſcedere. ſed in iis quæ ſcripta reliquerunt poſteris,quæ tanta culpa eſſe poteſt,quæ non ab eo cui ſit integrum illa non ſequi, facilè condonetur. Si præter id quod

in iur

in Iureconſulti ſcriptione eſt, aliquid attulerit, etiamſi eorum ſententię non accedamus, eſt tamen quod id illis in laude ponatur: quorum labor nobis earum legum recognitum deſcriptúmque fecit, quibus hæc aut illa opinio explicari debet. Et ſi vnquam vlla alia in arte doctrináue liberum eſt iudicare, hoc certè maximè huius notionis eſt proprium, quę tota in hominum opinatione conſidit. At eius qui minus ea probabit quæ alter ſenſerit, ea moderatio eſſe debet, vt non eum à quo diſſentiat, hoc ipſo damnet tarditatis. Non enim ſi à te mea longè abeſt opinio, ideo tu aut minus rem cognoſſe, aut continuò contra veritatem iudicaſſe videbere: ſed ſapientię eſt, ab eo quę contra ſtatueris minimè ſubirato diſcedere. Nam vt ſermo familiaris contumelia vacare debet: ita nihil eſt tam deforme, támque contra decorum, quàm ad ciuiles illas reipublicæ aut ſtudiorum contentiones, quæ etiam in præſtantibus viris laudatę ſunt, acerbitatem naturæ adiũgere. Me verò M. Ciceronis non iſtis literarum ſtudiis tantùm, ſed rebus quoque geſtis in præſtantiſſimo orbis terrarum domicilio principis, ſingularis humanitas planè delectat: qui quanquam maioribus ſuis omni ſcientiæ genere anteiret, tamen multa vbique de Ennio, Pacuuio, & Lucilio honorificè prædicat: neque grauatè fert aliqua ex eorum libris ad id quod tractat aſſumere: quos tamen omnes ſcimus bonos quidem viros fuiſſe, ſed in ſcribendo admodum rudes, & à natura parum adiutos. Nec verò vir tantus quod in illis authoribus erat adipale & agreſte, non videbat: quo homine credo, ſi vtranque linguam ſpectes, ne Athenæ quidem ipſæ magis Atticæ fuerunt, nec Roma vnquam magis Latina: ſed in eorum poëmatibus ſenex quieſcebat, quòd ſi non verbis at certè ſententiis orationem ſuam faceret pleniorem. In quo noſtrorum moderationem & lenitatem animi deſyderamus, qui ſimul atque in veterum libris, qui de Iure ciuili ſunt conſcripti, aliquod verbum putidum animaduerterint, aut illorum ſententias ſibi non placere ſenſerint, ita ſolent animo incitari, ita iracundia efferri, vt iam non de opinione, ſed de fama, de nomine, denique de vita publicum iudicium dictari videatur. Cum eis iniuriæ diſceptant, quorum ex libris plurima mutuata in ſuam familiam nonénque tranſtulerunt. eos luce, congreſſu, ſuffragio, aditu indignos exiſtimant, quos aliqua de re quæſiti ferè in conſilium vnicos adhibere ſolent. Sed facile eſt cùm omnia, quæ de re aliqua in vtranque partem dicuntur, ab aliis cognoueris, in alterutram ſententiam diſceſsionem facere: & ea quæ aliorum beneficio inuenta fuerint, noua aliqua ratione roborare. Quòd ſi quis eſt tam egregiè doctrina inſtructus, támque ex ſe aptus & paratus, vt ea præſidia & adiumenta, quæ ex veterum ſcriptis nobis prodita ſunt, reiectis illorum libris, nulla aliena ope, nulla vi repræſentet, is erit profectò tuendus nobis, omnibus officiis ob-

ſeruantiæ & pietatis. Nam ſi magnum eſt illud, quod in aliorum commentariis horridum ſit & incultum, illuſtrare dicendo poſſe, vt ij qui ſe in eo genere exercebunt, habeant & cum vtilitate delectationem: profectò & admirabilius videbitur, eſſe aliquem tam ab arte & natura ipſa edoctum, vt quæ plurimi homines multis ſæculis inuenerint, ea ſolus ſine aliorum libris præſtare poſſit. Quod ſi quiſquam illorum, qui ſe auribus inculcant noſtris, hac ætate fecerit, non dubitabo eos qui ex veteribus inculcè & hiulcè ſcripſerunt, inertiæ condemnare, méque totum ad eius ſcientiam ductúmque applicabo. Sed " vt de Græcis rhetoribus dicit Cicero, verbi controuerſia eos in ſcho- " lis torquet, contentionis cupidiores quàm veritatis. At iſta ciuilis ſcientiæ pertractatio, verbis efferueſcens, niſi ſubeſt materies ab eo qui docet percepta & cognita, aut inutilis ſit neceſſe eſt, aut omnium irriſione & ioco ludatur. Nam ita dicere, vt nulla re & ſententia ſubiecta præparatis eorum qui audiunt mentibus, inani verborum ſtrepitu feraris, hominis eſt (vt idem ait) inter ſanos furioſi, & quaſi inter ſobrios debacchantis. non enim ex verbis, quicquid eſt id de quo in arte doctrináue quæritur, ſubſiſtit: ſed ſiue Pœnorum ſiue Caldæorum aut Arabum lingua cogitationes tuas ſcripto commendaris, ſemper tamen cuiuſq; artis vis & natura eluceſcit. Itaque is qui initio ſermonis nobis propoſitus eſt, alienis rerum & ſententiarum copiis, hoc eſt, commentariis ſe inſtruet: vt ad rem omnem & quæſtionem quæcunque ſit oratione vel ſcripto explicanda, ſumma arte, doctrina ſingulari, & lõgo vſu confirmatus reſpondeat. Qui ſi ex aliorum monumentis animum delibatum non habeat, quî poſſit de his rebus quas in Pandectarum libris ne Lynceus quidem animaduertat, non caſu & fortuna potius, quàm certo animi iudicio diſſerere? Non enim id eſt Ius ciuile, vt ad ſingula negotia ſpeciale ſcitum accommodet: ſed illud totum poſitum eſt in longo vſu rerum & inductione: in quibus omnibus facile factu eſt eum offendere, qui non ſit ex diuturna ſcriptorum omnium notatione, ad quancunque diſceptationem peritus. Nam quibus in quæſtionibus ij quorum ſcripta legis, iudicio tuo & animo reſpondebunt, ingrati hominis eſt eius liberalitatem qui te aliquo beneficio ornauerit, ſilentio prætetire, & cui quid debeas, nihil debere velle. ſin tuæ te rationes de illius ſententia deduxerint, eſt tamen ſi non tanta, at certe aliqua habenda illi gratia, qui primùm hanc in animo tuo dubitationem pepererit, de qua quoties res ita poſtulabit, & melius & ad veritatem aptius ſis dicturus. Nam qui primũ iuris ordiendi principes fuerunt aut minus ea quæ ad hoc tam immenſum genus deſyderantur, ſcriptis ſunt complexi: aut multa deſcripſerunt, quę mutatis imperiis, religione renouata, tacita etiam gentium conſenſione ex vſu abierunt. In his ſolis

qui

qui mirificè ſtudium ſuum poſuerit, ad priuatam illam docendi rationem ſatis opinor habebit inſtrumenti:ſed ſi ſe ad iudicia & conciones conuerterit,ſumma mediuſfidius paupertas & inopia cōſequetur. Quod non illò pertinet,vt eos qui hunc doctrinæ curſum tenent, ab ipſis Pandectarum archetypis ad nouos doctores,tanquam ex vrbe in coloniam velim deducere. Quid enim in hac ſcientia præclarum, quid homine illo quem hoc ſermone exquirimus, dignum eſſe poteſt, niſi libros illos ex quibus Iuriſprudentia nata eſt,diu multúmque euoluerit? Sed ſi quis ciuilis diſciplinæ fructum in vſu potius, quàm in ſcholæ exercitatione ponit, credo ad illos libros, noua recentium volumina non grauabitur adiungere: vt quæ ex ſummis veterum ſcriptorum generibus obſcuritatem eſſent habitura,ea aliorum labore rebus ſpeciatim deſignatis compleantur. Quod nemo à nobis fruſtra dici putet, quaſi id non ſit factu difficile,aut cuique obuium. Verè enim hoc mihi videbor eſſe dicturus,in nonnullos homines me incidiſſe,& eos quidem hac ſcientia & iſto genere perquàm excellentes,qui non ſemper rem de qua agebatur,ab infinita illa quæſtione ad certam ſpeciem poſſent abducere. Non enim quicquid id eſt, in quo Iuriſconſultus verſatur, ſiue ars ſiue ſtudium,ex rebus penitus perſpectis & cognitis, ſcientiáque certa comprehenſis, conſtat: vt is qui ad ſumma genera animum ſuum retulerit,errare nequeat. Sed quantum ipſi ex aliorum ſermonibus conſequimur, primùm genera iſta erunt pernoſcenda, deinde res in membra carpendæ,& ſingulorum factorum quaſi ſylua comparanda. ita fiet vt nulla ferè res in quæſtionem cadere poſſit, quæ non ante fuerit viſa & audita.

7 IN his etſi inuita noſtra verſatur oratio, tamen & illud non eſt omittendum,quod & facultati doctrinæque eius cui ſeruimus conſentaneum eſt,& viri boni honeſtati maxime accommodatum, vt quia is nobis ex ſapientiæ & honeſti partibus eſt deſcriptus,à ſua dignitate minime alienum putet (quoties veritas id poſtulare videbitur) eam ſententiam relinquere, quam aliquando ſummo ſtudio fuerit tutatus. Eſt enim & Iuris ſcientiæ proprium, & à grauitate Iuriſconſulti non adhorrens, in eo præſcripto non immorari, quod aliqua tua noua accuratione falſum eſſe compereris. Nam quid conferat quotidie magis ac magis in literis contendiſſe, ſi non licet meliora præteritis inuenire, quibus quoque animus noſter melior fiat? Qui cùm in dies proficere debeat,& magis ac magis cumulatus apparere,quæ tanta verecundiæ impeditio eſt,quo minus ea quę poſteri reprehendent, adhibita correctione ipſe reuocet,& viuus hac glorię vſura perfruatur? Nam ſi(vt inquit ille)nunquā prę̨ſtantibus in republica gubernanda viris laudata eſt

perpetua in vna ſententia permanſio: profectò & id rectius in Iuriſconſultis dicendum fuit, qui non priuati iuris tantùm, ſed publici quoque pars ſunt, adeò vt meritò ſacerdotes appellentur. Ac cùm ex eorum qui ius dicunt deſcriptione gubernacula ciuitatis conſtent, quanto in periculo reſpublica verſabitur, ſi ab illis qui legibus iubendis & vetandis præſunt, non veritas, ſed gloria quæritur. quaſi verò in iis quæ ſtultè & contra rationem dixeris, ſumma concertatione tuendis, aliquis gloriæ & veræ laudis fructus eſſe poſſit. Mihi certè contrà qui ætate iam ingraueſcente & affecta, nihil melius prçteritis inuenerit, operam videtur perdidiſſe. Nam in prima ætate ſtylus qui ſe nimium profuderit, ſi non maturitate, ſpe tamen & expectatione laudatur: quòd ſit longè facilius reuocare ea quæ vbertate ſuperfluunt, quàm ſi nihil valet materies nouas conſitiones excitare. Vnde ei qui diu multúmque ætate proceſſerit, id ſenectus affert boni, vt ſit illi ſine turpitudine integrum, ea amputare quæ adoleſcens ſenſerat. Nam & Hippocrates clarus arte medicinæ à Quintiliano laudatur, qui iam grandis natu quoſdam errores ſuos, ne poſteros quoque in eadem vitia deduceret, confeſſus eſt. Et Marcus Cicero ea quæ ſibi dum puer eſſet, rudia & non ſatis limata excidiſſent, non dubitanter emandauit: quòd longè ſit honeſtius ſecundùm aut ſerò bene ſentire, quàm in prima ſententia quæ falſa ſit, extremùm ſeneſcere. Itaque is quem modo dixi, Catulum & Lucullum libros, quos de arte rhetorica ſcripſerat, vix ætate & illo vſu dignos quem poſteà ex multis cauſis forenſibus eſt adeptus, damnauit: neque ſuſtinuit in eodem errore verſari orationem ſuam, quem forſitan & nomine & authoritate tutari potuiſſet. Quòd ſi quis eſt ex his qui Ius ciuile tractant, tam gloriæ auidus, vt ei δεύτεραι φροντίδες ſapientiores non ſint, videndum eſt ne dum quòd ſtultè dixerit perpetua conſtantia vult firmare, & à ſe leuitatis crimen auertere, incidat in turpiſſimam notam ignorantiæ. Placet ergo Iris illa apud Homerum, quæ præſtantiſſimis animis inditum eſſe ait, vt de priſtina ſententia diſcedant. Vt autem in religione, ita & in legibus pertractandis periculoſa eſt omnis in falſa opinione permanſio. Qui enim ita animo eſt affectus, vt quod temere affirmarit, ſibi omnibus modis retinendum putet, ſolet ad illius defenſionem & alia exprimere, quæ & alterius erroris ſignificationem habent: & quod longè pernicioſiſſimum eſt, alijs ad eundem errorem de via præit, vt facilè homines incauti illo irretiti vitio capiantur. Cuius generis eſt quod Cicero à ſuis petit: vt ſe cum Platone errare patiantur, qui fuit omnium qui ſcripſerunt philoſophorũ non dicendo tãtùm, ſed rerum cognitione princeps. Cuius ſunt illæ quæ circunferuntur ideæ, Latinéque ſpecies & formæ rerum à Cicerone vocantur: quas cùm ille mirificè in libris ſuis eſſet amplexus, vt in his diuinum quippiam & æternum

ineſ

ineſſe diceret, Ariſtoteles, & poſteà Theophraſtus multis & grauiſſimis ſermonibus labefactarunt. vt tamen Ciceroni viro ad quærendam veritatem nato, in mentem venerit, ſibi cum Platone ſuo errare potius eſſe, quàm cum cæteris bene & grauiter ſentire. Quod quia & in Philoſophia, & in Iuriſprudentia eſt vitium vel maximum, alienum erit ab eo quem vnum animo contuemur.

8 AC ne vir tam excellens, cùm is tantis ornamentis ſuis, ſe ad omnes bene audiendi partes excitarit, illud ſuſcipiet, in quo plurimi homines reprehendi ſolent, vt quæ ad ſubtilitatis & diſputandi rationem ſolùm comparata ſunt, vtilitatem autem nullam habent, tractatione ſua digna eſſe putet. Quid enim tam à Iuriſconſulti munere alienum eſſe poteſt, quid tantæ dignitati tam contrarium, quàm eum qui leges tractet, & bonorum omnium conſenſu, vniuerſæ ciuitati quaſi tutor ſit relictus, in rebus minutiſsimis & verborum interpunctionibus occupari? Aquilius primus tabulas de dolo malo ciuibus ſuis dedit, cùm ante eum fraus & ſcelus contrahentium publica authoritate minimè vindicaretur. Hanc cautionem magis Dei immortalis beneficio hominibus donatam, quàm ab ipſis inuentam, ſi quis ita tractet, vt potius ad clamores ſcholæ, quàm ad publicam contrahentium vtilitatem dirigat orationem ſuam: in quo tandem poteſt apparere ſplendor ille, qui in Iuriſprudentia ineſt maximus? & quid ei homini minus quàm Iuriſconſulti decus noménque conueniat? Ac cùm (vt Cicero docet) in Iure ciuili finis hic ſit poſtremus, legitimæ atque vſitatæ in rebus cauſíſque omnium, æqualitatis conſeruatio, id maximè in hoc genere verſantibus erit ſequendum, quod procul à præceptiunculis artis, naturæ bonitatem imitatur. Niſi fortaſſe Pompeio Magno, cùm totius Orientis penè victor, inter Alexandrum & Ariſtobulum fratres de regno contendentes ius diceret, de apicibus iuris magis laborandum fuiſſe exiſtimamus, quàm de naturali illa ratione, quæ non modo inter homines imperium habet, ſed & cæleſtes quoque globos, vt doctiſſimis viſum eſt, æterna viciſſitudine moderatur. Nec opinor Hannibali inter Allobrogas & Sequanos arbitro recepto, quærendum fuit de notis & interpunctionibus, quæ forſitan illo tempore variæ à variis populis & ciuitatibus erant deſcriptæ. ſed cùm inter multos & propè aduerſos totidem nationum ſenſus, eadem & vna naturæ vis ſemper eluceat, non fuit difficile ſummo Imperatori ex longo rerum vſu, homines inter quos iudicabat, conſeruata æqualitate quæ ex præceptis naturæ eſt, ſocios & amicos dimittere. Neque verò arbitror Amphyctiones totius Græciæ conſilium & ſenatum, tandiu authoritatem ſuam apud liberas ciuitates retinere potuiſſe, ſi ſe totos non in perpetuæ æquitatis partibus, ſed in ſubtilitate verborum poſuiſſent. Ac ne ſemper externa conſectemur, quis exiſtimat ex Latinis Imperatori-

bus Othonem, cùm inter patruum & filium fratris de regno contendentes iudicaret (quæ quæſtio à noſtris hominibus magnopere exagitata eſt) ad ea potius animum ſuum retuliſſe, quæ pro diſputandi ratione dici ſolent, quàm quæ iuſtitiam ſempiternam illam quidem, perpetua ſocietate ſunt complexa. Talia opinor ciuilis iſtius prudentiæ inaniſſima, etiam apud maiores noſtros effecerunt, vt quæ aliquando præclarè legibus eſſent conſtituta, tandem propter ineptias nouorum hominum repudiata & abiecta, in ſumma neglectione iacerent. Nam cùm eorum quæ ad ciuium leuationem antiquitus reperta erant, æquitatem ſpernerent, verba certè ipſa tenerent impenſius: quid illis tam loquaciter litigioſis faceret populus, vt ab eis lege agi poſſet necne, tanto tempore exquireret. Itaque & apud Barbatos illos, in quorum vita nemo vnquam dolum malum, nemo fraudationem animaduertit, non defuerunt quibus illa ipſa ridicula & pleniſſima ſtultitiæ viderentur. Horum beneficio enunciatis totius prudentiæ myſteriis, & ad vniuerſam ſubtilitatem condocefacto populo, cœpit quilibet iudicio ſuo ea tractare, quæ & cum negotiis ipſis nata, & hominum ſenſibus valde accommodata eſſent. Nam cùm omnis Iuris cautio ad ciuium æquabilitatem, & hominum inter ipſos ſocietatem conſeruandam ſpectet, is mea ſententia furere videatur, ſi rem quæ ex naturalibus præceptis ortum habet, conetur recondita ſubtilitate quaſi quibuſdam velis obtendere. Omnia „ enim (vt doctiſſimè Craſſus apud Ciceronem diſputat) ſunt poſita ante „ oculos, collocata in vſu quotidiano, in congreſſione hominum, atque „ in foro. His initiis inchoata & planè rudis Iuriſprudentia, tandem & ad eos peruenit, qui maximo labore & incredibili diligentia, iſta præclara in nobis pepererunt: quorum cura quanquam iis qui in ditione populi Romani eſſent, tantùm inſeruiret: tamen à reliquis quoque gentibus quæ pridem iugum illud abieciſſent, adamata & aucta eſt: cuius ad excogitatam effigiem referrentur ea, quæ in ciuitatum omnium temperatione plurimùm dominantur. Horum hominum libri quanquam ea collocatione & arte eſſent conſcripti, vt prope multorum teſtimonio, bibliothecas Philoſophorum omnium & authoritatis pondere, & vtilitatis copia ſuperare videantur: in his tamen, vt à doctiſſimis & magnis viris dici memini, multa aut perperam adiecta, aut nulla cauſa omiſſa, infinita ſine ordine contra definiendi & partiendi rationem appoſita, nonnulla pugnantia & inter ſeſe contraria leguntur. In quo etſi fortaſſe illi culpa vacant, ex quorum libris Ius totum eſt exſcriptum, eſt tamen quòd iis qui ſe ad ea expromẽda applicauerunt, id pro culpa & negligentia ponatur. Nam deſcribere aliquem reipublicæ, ciuibúſque ſuis leges, neque eas diſponere ſcribendo, aut ab infinita illa quæſtione auocare lectorem ad aliquid certũ & definitum poſſe, neque in eadem ſententia ſemper permanere: ſed modo ponere, modo ea quę aliâs pro iudicatis

catis & perſpectis poſuerit, imprudenter contrario reſponſo antiquare, hominis eſt quid ipſe tractet & faciat non peruidentis. Hinc opinor manauit illud Iuriſconſultorum diſſidium, vt alij ſe hodie ad pompam & ſubtilitatem, alij ad forum & cauſas agendas præpararent. Abſurdum ſanè & à Iuriſprudentia alienum, vt eius rei quæ ad agendum inuenta eſt, alius verborum cognitionem, alius vſum ab omni elegantia remotiſſimum doceret. Ac primùm quos maximè verborum ornatus copiáque delectat, eam Iuris partem quæ in verbis & ſubtilitate, longè autem ab vſu poſita eſt, & docendo & ſcribendo ſunt complexi: vt propè iam ad gymnaſia & deambulationes, non autem ad iudicia & curiam Iuriſconſultus factus eſſe videatur. Si quod reſpõſum animaduertitur alteri repugnans & contrarium, quanquam fortaſſe eius generis eſt, vt niſi ineptè ſoluatur, bene ſolui non poſſit, in antinomia illa remouenda multũ tem
" pus & otium conſumitur. Ac cùm ex duobus illis ſibi oppoſitis plus vno
" verum eſſe non poſſit, id fuit eligẽdum, quod cum veritate coniunctum eſt. vnde ſi tibi in remouendo obice qui veritati pugnat, vnus confectus eſt dies, tempus perdidiſſe videaris: qui iam ante ex reſponſo quod elegeras, veri non ignarus, id tantùm aſſecutus es, vt ne Vlpianus cum Paulo, Martianus cum Papiniano pugnare videretur. Ex his & ſimilibus diſputationibus oriuntur apices illi, quos ſæpiſſimè contra bonam fidem eſſe, Vlpianus ait: ex his ſubtilitates profectæ, quas plurimis in locis prudentum interpretatio fregit: ex his contra bonum & ęquum opiniones rece-
" ptæ, quo in genere (vt dicebat Celſus) plerunq; ſub autoritate Iuris ſciẽtię
" perniciosè erratur. In qua ſi ęquitas vna perpetuò valere debet, quę tanta ſubtilitatis & formularum impeditio eſt, vt vtili potius quàm directa actione ſit conſiſtendum: de dolo, non ciuilis præſcriptis verbis actio danda? Et quæ tanta ſcientiæ ratio contrà videtur niti, quo minus is qui duas ædes ſuas ſimul tradit, non poſſit alteras aliis ſeruas efficere? Talia ſunt alia exempla innumerabilia, magis ſubtiliter quàm neceſſariò à Iureconſultis inuenta: in quibus doctiſſimorum hominum ætates & ſtudia ferè conſumuntur. Quo ex ſermone non id effici volumus, quo minus iis qui iuris docendi munus ſuſceperint ſit enitendum, vt leges inter ſeſe aduerſantes & contrarias, quoad eius fieri poterit, eodem vinculo & conſenſu deuinciant, eáque remoueant, quæ aliquam animis diſcentium difficultatem aut etiam deſperationem eſſent allatura. ſed mea ſemper ratio fuit, quæ eiuſmodi occurrent, vt accuratè intuentibus, aliis reſponſis verè videantur aduerſari, aut omnino negligenda, aut leuiter eſſe percurrenda. Quis enim lubens ad id diſſoluendum animum intendat, ex quo non aliquis induſtriæ fructus, ſed ſumma irriſio conſequatur? Quis de eorum conſenſu laboret, quæ omnium peritorum iudicio expungi debent? In quibus qui multi ſunt, vereor ne non in Iuriſconſulti finibus cõſtitiſſe, ſed ad augures & Ethruſcam diſciplinam

tranſiiſſe iudicentut. Quia enim res ipſa ſæpe ſine diuinatione non poteſt explicari,ita coniectant,vt id potius ex oſcinis inuolatu & tripudio ſoliſtimo,quàm ex ea ſcientia in qua verſantur,deſumi poſſit.

9 AC video hanc noſtram aſſenſionem ex magnorum hominum ſermonibus repetiram,apud multos aliquid reprehenſionis habituram. Non probabunr enim quòd contra reliquorum ſententiam,multa in libris illis quibus ferè tota iſta ſcientia continetur ,ſibi inter ſeſe pugnare aſſeramus.In quo etſi abundè mihi ſatisfaciant Budæus & Connanus,viri vt quidem ſentio,omnium quos ciuitas noſtra vnquam tulit & ætas iſta videre potuit doctiſſimi & eloquentiſſimi:non committam tamen, vt in diſputando plus authoritatis quàm rationis momenta à nobis pon derentur.Sic autem mea ſententia res ſe habet,vt niſi qui ea ſcripta quæ in præſentem controuerſiam vocantur,omnino perlegerit , de illa rectè iudicare poſſit nemo.Et quemadmodum multæ ſunt cauſæ,in quibus niſi in rem præſentem veniatur,neque iudicium conſtitui poteſt,neque ex eo iudex ad ferendam ſententiam ſatis informari:ita non alius artifex de hac quæſtione iudicabit,quàm qui libros illos lectione attigerit. Itaque ſi quis eſt ex noſtris tam minutus,vt eum qui lana legata veſtem ex ea factam deberi ait:deinde alio loco,ſibi id omnino haud placere, putet ſibi bene conſtare,& vtranque ſententiam adhibita temperatione,tanquam machinis admotis conciliari poſſe exiſtimet,id ego illi aſſentiar, ſi mihi quoque in Iure nihil ſe videre,velit confiteri. Quòd ſi ſe religione vetari affirmet,quo minus ea de mēdacio redarguat:quòd ij qui iſta nobis prodiderunt,nihil diſcrepans,nihil ſui non ſimile,ſcriptis illis contineri mo nuerint:nunquam tamen me tam à vero deiiciam, vt rem tam abſurdam,quæque in luce omnium verſetur,tantorum hominum authoritati poſſim permitrere.Mahumetes quidem , cuius præter cæteros hæreſis nobilitata eſt,in eo ſermone quem de religione ſuis ſcriptum reliquit, id inrer alia lege eſt complexus (credo equidem quòd iudicaret multa ſe contraria & repugnantia in librum contuliſſe)vt fas eſſet nemini de iis diſputare & conferre,quæ eſſent rogatione ſua comprehenſa. Id ſi feciſſent ij, qui erant Iuſtiniano à manibus aur libellis,ea fortaſſe adhuc in tenebris abdita iacerent,quæ hominum doctorum diſputationibus detecta,in authoribus ipſis ſignificationem habent leuitatis. Placet igitur illa noſtrorum hominum qui reipub.præſunt opinio,tantum ex Iure ad res ipſas,quę in contentione verſabuntur,aſſumere,quātum tibi per æquum & bonum licere poſſit.Quæ verò videbuntur perpetuas illas notiones & rerum formas conuellere,ſi nulla ratione ad genus ſuum poſſint applicari,non magis ſcientiæ videntur eſſe , quàm ſi quis Lacedæmoniorum aut Cilicum inſtituris,quibus furtum pœnam legis non habebat , ad Ius noſtrum labefactandum vti velit . Quo magis ridendi ſunt illi , qui ſe

magnum

magnum quiddam ad alicuius reſponſi interpretationẽ attuliſſe exiſtimant, ſi reliquarum gentium inſtituta,tãquam ei quod tractant aduerſa protulerint: quaſi illa Ius iſtud, quod totũ(vt ait Ariſtoteles) ἀνθρώπινον eſt,& hominum opinione & decretis conſtat, aliqua ex parte videantur attingere.Perſę filiarum ſuatum nuptiis vtebantur:& vt in Hebræorum monimentis eſt , temporibus Noe (qui ſeptem mandata à Domino poſt diluuium accepit)poterat ſoror in manũ fratris iuſto matrimonio conuenire: at hoc vetus lex Moſis, ciuiliſque iſta ſcientia,& omnium ferè nationum inſtituta repulerunt. De his,qui nuptiarum & matrimoniorum leges docet, ſi longum ſermonem inſtituat, quòd ea partem illam quam ipſe explicat,infringere videãtur : melius certè faceret,ſi ſe in munere Iuriſprudentiæ,penſoque ſuo contineret.

10 SED Quia magna & illa quidem vetus,in multorum animis opinio deſedit, Ius ciuile quod nunc quidem diffuſum & diſſipatum eſt,in certa genera cogi,& velut ad artem redigi poſſe, afferendum eſt quid hac de re inter homines excellentes conſtare viderimus. Nam Marcus Cicero in eo ſermone,quem à grauiſſimis viris in Thuſculano tribus diebus habitum,immortalitati tradidit,Lucio Craſſo totius diſputationis principi certum & ſtatutum fuiſſe ſcribit, à iudiciis cauſiſque diſcedere, idq; totum tempus in Iure generatim deſcribendo collocare. Cuius hominis tam laudanda contentio,quia morte extincta ſubita eſt, vix decem diebus poſt eum ſermonem,de quo nuper locuti ſumus:difficile factu eſt iudicare,an rem tantam cum dignitate ſcientiæ præſtare potuiſſet. Huius gloriæ opinor hæreditas , aut potius expectatio in Marcum Ciceronem (qui ferè illorum temporum æqualis fuit) penitus incubuerat, vt & ipſe de ſe aliquo loco teſtatur, niſi ſpem laborum & ſtudiorum ſuorum varij in republica caſus feſeliſſent. Nos certè pro tantorum & tam excellentium virorum authoritate facile adducimur , eis in opere illo graui & magno,neque naturæ,neque ingenij, neque totius doctrinæ vires fuiſſe defuturas.Quò magis id eis in mentem veniſſe coniicio,quòd ætate illa, palam propoſitis actionum formulis adhuc extiterat nemo,qui quæ erãt in Iure ciuili diſſoluta & diuulſa, certa ratione aſtrinxiſſet. In quo homini in illo genere plurimùm exercitato , non admodum difficile fuit, ex iis omnibus quæ ſingula & ſeparata dicebantur,certa genera ſtatuere,vt nihil in quæſtionem venire poſſit,quod non ad illa capita,ſi non re ſaltem nomine referatur.Ac illud verè dici poſſe exiſtimo , reliquarum omnium rerum cognitionem,quæ nunc artibus concluſæ ſunt,facilimè ex vaga & diſperſa tractatione ad artem quandam redigi potuiſſe. Neq; enim fuit aſtrologis arduum,ex longa ſyderum aſtrorúmque notatione ſcientiam efficere,vt longè ante prædici poſſet,quo tempore quęque ſtella naſceretur & interiret.Sic in muſicis nõ fuit opinor valde operoſum,

ei qui ex diuturna vocum, numerorũ & flexionum obſeruatione, acuta cum grauibus ſcientiſſimè temperaret, varios æquabiliter cõcentus edu cere. hæc enim ferè certis & perpetuis præceptionibus comprehendi ſolent. At id in Iure ciuili non eſt ita, cuius tota & perfecta ſcientia ſingularum rerum notitia continetur. Eſto verò, aliquis Ius ciuile in genera numero & paucitate definita digerat, deinde in membra diſpertiat: non tamen continuò is artem quandam videatur effeciſſe. ſiquidem ars eſt ea, qua percepta & cognita, nihil amplius homini in illa verſanti deeſſe poſſit. Qui enim ex rebus generatim compoſitis, aliquid ſe in Iure ciuili hominum expectatione & foro dignum putat eſſe conſecutum, errore labitur. Magnum eſt enim opus, & non cuiuſque hominis aut naturæ, ſe de quibuſcunque negotiorum & cauſarum formis, aliqua cum facultate dicturum profiteri. Itaque apud ſcholam mihi fueris, Iuris ciuilis genera omnia, & quæ καθολικὰ θεωρήματα vocantur cognoueris, teipſum in hoc ſtudio cõfeceris: niſi tamen ſingula quæ ſunt infinita attigeris, fruſtrà lucem ingenij & conſilij tui ciuitati coneris intendere. Non enim quanquam cæteræ artes plurimum in definiendo & partiendo poſitæ ſunt, ideo qui Iuris ſcientiæ genera & membra didicerit, ſummum artis videatur eſſe adeptus. Sed iam non hominum leuiter eruditorum tantùm, ſed & magnorum virorum opinionibus obruimur, qui dum alios diſcendi facilitate ad hunc laborem conantur traducere, efficiunt illos totius doctrinæ rudes & ignaros. Inuenti autem ſunt multi, qui ſe rerum creditarum tractationem penitus cognoſſe indicarent, ſi illud quod totius quæſtionis caput eſt, pro certo ſcirent, Ei qui apud te in creditum ierit, nomen eſſe reddendum. Putabant ſe ea quæ de pactis & fusè & obſcurè à Iuriſconſultis tradita ſunt, percepiſſe, ſi id arripuiſſent quod etiam mulierculis in ore eſt, Fidem pactis habendam eſſe: quaſi iis qui ſumma illa genera ex reconditis tractatibus probè commeminerint, liceat repente in hac diſciplina, quaſi aliquo Circæo poculo eſſe doctiſſimis. Ego verò eum qui definitionem & partitionem pactorum didicerit, neque vltra ad ſingula quæque pernoſcenda animum ſuum admouerit, non dicam operam perdidiſſe, ſed in illa quæſtione nullam eſſe ei munitam ad reſpondendum viam. Non enim quanquam Ius ciuile æqui & boni cancellis definire præclarum eſt, ideo qui de illa definitione fusè & copioſè dixerit, continuò Iuriſconſultus nominetur. Atque vt paucis perſtringam quod ſentio, omnes artes quæ via & ratione traduntur, perceptis cognitiſque generibus & membris, quibus ferè illæ continentur, ſatis magnam afferunt diſcentibus facultatem: at in iſta diſciplina intellectis generibus ſummis, & partibus quæ cuique generi, à quo emanant ſunt ſubiectæ, nihil effeceris, niſi in ſingularibus præceptis mirificè ſis verſatus. Neque enim (vt & ipſe Ariſtoteles in Ethicis teſtatur) multum affert qui rem generibus & notionibus poſuerit, niſi

ſi

ſi res ſingulares perſequatur. nam aliquid præſcribere generatim, communius quidem eſt, ſed tamen (vt idem ait) particularia veriora. Et quemadmodum qui eloquentiæ præcepta tradunt, non ſolent præcipere vt Latinè dicatur: quòd non ſit ſperandum vt ornatè dicat, qui Latinè neſciat: ita perpetua illa genera minus multi in Iure tradunt, quòd ea cuique cognita eſſe debeant, & ſine illis ad ſingularia aditus pateat nemini. Itaque ſi quis eum contra bonam fidem facere dicat, qui depoſitum, commodatum, pecuniam creditam non reddit: ſi dominum eius animalis quod noxam dederit, ad damnum ſarciendum obligari affirmet, non continuò is (quanuis ex fontibus Iuris illud ſit profectum) inter Iuriſconſultos nominetur: quòd id in natura magis, quàm artificio poſitum eſſe videatur. Et certè nemo laudatus eſt, aut gloriam eloquentiæ tulit, quòd non exprimeret verba putidius: at magnopere vituperatur, ſi in illius oratione aliquod tale vitium animaduertitur. Sic genera & veſtibula Iuris ſcientiæ callere, nulla laus eſt; at in illis hæſitare & cadere, homini in cauſis verſanti & tranſuerſo foro ambulanti pro ſummo flagitio poni ſolet. Ex quibus opinor illud eſt, eius nullā artem tradi poſſe, quòd ex ſingularum rerum perceptione magis, quàm generum & ſpecierum diſtributione conflatur & elucet. Quòd ſi quem noſtrorum hominum, tam aut natura ſua, aut præſtantis ingenij vis incitabit, vt id ſe poſſe præſtare non deſperet, expectabo quid ille velit. Par eſt enim eorum ſpem non infringi, qui res magnopere laudandas animo conceperunt. neque tanta incitatio propoſita difficultate deterrenda eſt, aut omnino à noſtra cohortatione deſerenda, quo minus vir tantus, eius quod inchoari quidem poſſe certò ſcimus, perfici non confidimus, aliquam ſaltem formam & ſimilitudinem ciuibus ſuis conſpiciendam proponat.

11 HIS INITIIS formatus ille, quem propoſuimus, & in tam ampla domo, támque varia rerum maximarum ſupellectile educatus, nulla arte, nullis ſcientiæ terminis in arctum deductus, ſed in infinita quæſtionis omnis varietate & ſylua liber, ſeipſum ciuitati ſuæ ita præbebit, vt illo prudentiæ ciuilis caduceo inter omnes controuerſias incolumis & maxima cum gloria verſari poſſit. De re quæcunque ſit propoſita, tam copioſè & ſcienter dicet, vt non minus longo vſu à forenſi contentione edoctus, quàm ex gymnaſiorum ſpatijs peritus videatur. Denique tantā de ſe doctrinæ non adumbratæ hominibus opinionem dabit, vt illius induſtria, & excellentis animi vis, nō in tenebris lateat, ſed in luce ciuitatis, in oculis bonorum omnium, denique in auribus fori poſita ſit. Quem quia authorē publici conſilij, & regendæ ciuitatis, iuſtitiæq; tuendæ ducem nominamus, deniq; Iuris omnis & ſententiæ in ſenatu, curia & populo principē: ea maximè ſtudio & diligen-

tia verſabit, illa ex multis complectetur, quæ ad ſingulorum vtilitatem & leuationem referuntur. Eſt enim valde cõſentaneum, eum qui huius ſcientiæ ſit princeps in æquo & bono ſolùm occupari: & cui tota Iuris procuratio delata eſt, ſe cuiuſque iuri & vtilitatibus obſequentem dare. In quo diligenter cauendum erit, quod iis Iurecõſultis qui olim Græcis oratoribus operã locabant, & πραγματικοὶ nominabantur vitio datũ eſt, ne mercedula adductus opinionem ſuã huc & illuc excurrere patiatur. Malè enim ſe res habet, cum id quod veritate geri debet, tentatur pecunia. Multi autem in re eadẽ & continente parum ſibi conſtant, veritati omnia præclara & ſumma ſe dicãt tribuere: & ſine lucro quid ſit verũ, non poſsint intueri. ſe Iuriſconſultos nominent, & præſtantiſsima illa Iuris præcepta, quæ tria Vlpianus ſtatuit, ne attingant quidem. veri & honeſti deſyderio mirabiliter ſe flagrare aſſerant, pecuniæ autẽ aut gloriæ admiratione, ab honeſtatis & veri regula facilè abducantur. Veterum æquas ſententias abiiciant, quòd aut dignitati ſuæ non conuenire exiſtiment aliorũ veſtigiis inſiſtere: aut quia clientis cauſæ, & rei familiari ſuæ ſit ſeruiendum. credo, quòd ſummam rationem habet opinio, quæ pro lucro & pecunia facit. Ex horũ genere opinor ſatus eſt ille, quẽ mirabiliter Socrates ſolebat execrari, qui primus vtilitatẽ à natura, à ratione, à lege ſeiunxiſſet. Quæ non à nobis dicuntur, vt eos quibuſcũ pecunia omnia ſunt, ad honeſtatẽ reuocemus. Dudum enim ex hac ætate & iſto vſu, ſi quem ex hominũ conſuetudine conſecuti ſumus, nobis planè iudicare licet, eius qui ad lucrũ cogitationes ſuas conuerterit, animũ ad rectam virtutis & rerũ bene gerendarũ normã nulla ratione attolli poſse. Nã quid auaro homine magis deſperatũ & abiectum? cuius aures ſonitu credo nummorũ oppletæ, ad tantum illum cõcentum dignitatis penitus obſurduerunt. An verò ſperandũ eſt, vt pietatẽ & iuſtitiã colat, & hominum inter ipſos communitatem tueatur, ſeq; ad egentes conſiliis ſuis adiuuandos conferat, qui ne ſui quidẽ rationẽ habere velit? Itaq; ſumma ratione à prudentibus illis ſtatutũ eſt, vt Iuriſcõſultis prætor de mercede Ius non dicat: quòd ſit valde alienũ à Iuriſprudentia, quam rerum diuinarum & humanarum notitiã veteres definierunt, eã tãquam pediſequam hominum cupidorum deſyderiis ad mercedẽ miniſtrare. Quæ res hoc magis ad cuiuſq; noſtrum dolorem pertinere debet, quòd ex ea tanta ignoratio in forũ irrepſit, vt nonnulli dũ ſe cõſultoribus ad cauendũ tradunt, & ex vſu illo magis ac magis deberẽt ſcientia repleri, tandẽ ad ſummã inſcitiã deueniãt. quia enim pecuniã vltra modũ facere volunt, tã multis negotiis ſe obruũt, vt illis ad præclara ſe ſtudia referendi, nullũ otium relinquatur. Et quod tẽpus eos ad Ius ciuile maiores efficere debuiſſet, hoc in eis potius inſcitiam & tarditatem parit.

12 SED QVIA tã lõgè noſtra euagata eſt oratio, videtur eſſe huius temporis & loci, dẽ cõmuni opinione nonnihil explicare. In qua viris,

cuius

cuius ad imitationem omnia noſtra referuntur, tam erit & iudicio ſuo
aptus,& natura moderatus,vt nulla re aut illius in aſſentiendo accuſari
leuitas,aut in diſſentiẽdo,prudẽtia deſyderari,requirive poſsit:Sunt au
tem in iſta ſcientia res propè innumerabiles,quæ veterũ ſæculorũ igno
ratione occultatæ,deinde patrum noſtrorũ memoria penitius quæſitæ,
tandem ætate iſta in omniũ luce & notitia conquierunt. De his ſi quiſ-
quam tã malè iudicat, vt beneficio noſtrorum hominum inuẽtis frugi-
bus,glandibus delectetur, non habebit opinor ſociũ iudicij conſiliíque
ſui.Quid enim ſtultius eſt,quàm veritate nuper propalam facta,in anti
quorum ſententia pertinacius hærere?Et queadmodũ apud Xenophon
tem Hercules tã bene cõparata viuẽdi ratione inducitur, vt nullis neq;
lenitatibus, neque delitiis à voluptate affici potuerit:ita id in vniuerſa
hac arte ſit poſitũ,in aſſentiẽdo neque vetuſtati,neque authoritati, ne-
que gratiæ eſſe largiendũ.ſed vt in omnibus artibus veritati primas ſem
per veteres detulerunt, ita & in ea omnis quacũque de re ſuſcipietur diſ.
putatio,extremùm cõſidat. Itaq; rectè ille,qui authoritate aut amicitia
Socratis & Platonis, à quibus tamẽ tũ multa diuinitus dicta ſcriptáque
ferebantur, languere induſtriã ſuã non eſt paſſus:cùm is veritatẽ, cuius
ſtudio maximè tenebatur, omnibus neceſsitudinibus anteferret. Sed
quidam ſunt homines in veterũ ſententiis abrogandis tam parũ mode
rati,vt nihil probent,niſi quod apud ſe priuata commentatione inuene
rint. Tantùm valet in præſtantibus animis gloriæ appetitio, vt quæ ab
aliis ſint allata ferè probet nemo:& quę quiſque ſolus inuenerit & dixe
rit,aliorũ omnium inuentis non dubitãter anteponat.credo quòd apud
homines,θεῖον ἀγαθὸν ἡ τιμή.Ac ſanè ei cui veritas in amoribus eſt, ſit faci
limum iudicare, nullã vnquam artẽ & ſcientiã tam perfectam támque
abſolutã fuiſſe,in qua non aliqua verba reciperentur,quæ magis ad do
ctrinæ facilitatẽ,quam ad ornatum & elegantiam eſſent cõparata. Ne-
que omnium ſcientiarũ inuentrices Athenæ,res tã perfectas poſteritati
tradidiſſent,niſi eorũ ſtudio qui ſummi doctores in ea vrbe habebãtur,
eſſet perfectum,vt ad quamlibet cognitionẽ quæ certa ratione docere-
tur,vocabula,diuiſiones & eiuſmodi alia ab omni ornatu ſepoſita, vti-
liter tamen nouarẽtur. Itaque ſi verũ eſt,quod & Platonici tradũt,om-
nes artes anteà fuiſſe quàm ſcriptis proderẽtur, nõ videbitur mea ſentẽ
tia qui ſe ad artẽ ſcripto cõmendandam applicauerit, aliquid nouũ ad
eã attuliſſe,licet vtatur verbis in eo genere inuſitatis & ignotis. Neque
verò potuerunt rhetores aut aſtrologi artium ſuarum præcepta trade-
re,niſi confictis & præter peruagatam vulgi opinionem ſibi aſcitis ver-
bis,quibus eas res quarum nulla adhuc ſcientia putabatur, certa via &
methodo alligarent.Ex quo fit, quod in omnibus ferè artibus videmus,
vt idẽ verbũ variè à variis artificibus vſurpatũ, plerunq; ad res diuerſiſ-
ſimas deſignandas accõmodetur.Itaq; modi vocabulo,aliter grãmatici

vtuntur, aliter muſici, & aliter dialectici, quàm nos. Et demonſtratio apud rhetores & dialecticos diuerſius ſonat, quàm in Iure ciuili. Et actionem quam oratores quandam velut corporis eloquentiam, & membrorum aptam compoſitionem ſtatuunt, philoſophi qui de vita & moribus explicant, actum quendam, nos formulam in iudicio experiundi nominamus. Ita fit vt idem verbum, arbitratu eorum qui primùm præſtantibus ingeniis res diſperſas & ſeparatas artibus concluſerunt, diuerſiſsimis negotiorum figuris inſeruiat. Quo in genere qui patrum noſtrorum memoria Iuriſprudentes habiti ſunt, nunc verò apud multos, ne homines quidem, plurimùm ſe exercuerunt. Quia enim videbant ea quæ legibus & facultate Iuriſconſulti continentur, non modo non certa & perpetua arte, ſed ne cogitatione quidem poſſe comprehendi: prout quæque res in tractatum incurrebat, ad eam ex reliquis locis ordine quidem, ſed non materia ſeparatis, complendam, omne ſtudium adiungebant. Ex quo profectæ ſunt ex temperationes, communes dictæ, quæ ſummo conſenſu ab omnibus ferè comprobantur.
" Et quia (vt etiam Cicero ipſe teſtis eſt) omnis qui de Iure ſermo inſtitui-
" tur, in populari ratione potiſsimùm verſatur, habent hæ nihilominus apud multos authoritatem, licet populariter interdum traditæ ſint. Eas frangere & labefactare opinor facilè eſt ei, qui omnem quæſtionem in verbi notatione poſitam eſſe cenſet. ſed cùm ea quæ tractantur, in ſcripti & voluntatis interpretatione plurimùm poſita ſint: is mihi lumen aliquod ei quod tractat afferre videatur, qui res inter ſeſe coniunctas, aut (vt plerunque in Iure ciuili accidit) contrarias, partibus quibuſdam paucitate definitis concluſerit: nec videri poſsit aliquid nouum & præter Iuris ſententiam attuliſſe, quanuis ad docendum id quod aſſumpſit, verbis vtatur, quæ ante id tempus in eo genere nota erant nemini. Equidem Zenonem Stoicum imitatus Cicero, cùm philoſophiam à Græcis hominibus inuentam & perfectam Latinis literis commendaret, non dubitauit rebus à lingua ſua anteà non cognitis, inaudita quoque nomina imponere. Hæc enim ad facilitatem doctrinę conducunt, & memoriæ diſcentium magno ſunt adiumento. Itaque cum quiſquis eſt ille qui hoc primùm in Iuriſprudentiam inuexit, vt dominium in directum & vtile partiretur, nemo dixit aliquid nouum in hac ſcientia commentum eſſe: quanquam ante illum nullus dominium directum, nullus vtile nominaſſet. Huius enim rei ſuberat notio & forma quædam, quæ etſi nunc nomen non habeat, ſemper tamen ratione & intelligentia continetur. Nam cùm ei qui cuiuſque rei dominium haberet, duplex via cum aduerſario lege agendi eſſet prodita, non abs re fecit, qui ex diuerſis actionibus ad diuerſas mãcipi ſpecies adhibitis, totidem dominia conſtituit. Quæ res effecit, vt hanc nouam quidẽ (ſi verba ſpectes) ſententiam, ſed ex re natam, frequens Iuriſconſultorum cœtus ſequeretur.

quęretur. Nam ſi Ius ipſum non ad verba,ſed ad res & negotia inuentum eſt, ſi (vt ait bonus poëta ἀγχέδος ἔστι, ἐπέων νόμος, erras qui ob ſolam verborum nouationem, veterum partitiones nonnullas velis euertere: quæ anteà ſubſiſtebant,quàm omnino certa huius notionis ſcientia eſſet conſtituta. Neque verò poſſum adduci, vt in quæſtione de ambiguo poſita, me ipſe à reliquorum ſententia abducam,in hoc tantùm vt ego ſolus aliquid videar attuliſſe: ſi id quod ſingulariter dicitur tale eſt, vt nulla re communi opinione probabilius videatur. Sed quidam homines referti de magis in aliorum ſententiis conuellendis triumphant & exultant: neque temerè ea probant, quorum laus ad alios ſit peruentura.Eſt verò eiuſmodi Ius ciuile,vt non ſit difficile anteceſſorum ſententias improbare: at rem qua de agitur melius & ad veritatem aptius temperare,magni cuiuſdam eſt hominis & ſummæ facultatis. Itaque veterum errores vel mediocriter periti ſcientiſſimè animaduertunt: at rem ornatius & magis verè conſtituere, ne doctiſſimi quidem poſſunt. In his bene cum illis actum eſſe videbitur, quibus licet Socratico more, de omnibus rebus nulla adhibita affirmatione diſputare. Sed ſi locus poſtulat vt aſſenſio non ſit cohibenda, me in ſumma opinionum æqualitate, potius ad maioris partis, quàm vnius ſententiam coner adiungere. Etſi enim veritas ſemper vna eſt & perpetua, neque ex aliorum aſſenſione ſuſpenſa: quia tamen plerumque in obſcuro latet, eſt animi ingenui, potius cum multis ſentire, quàm propria alacritate de re quacunque velle iudicare. Hinc iura nata,hinc leges inuentæ, hinc decreta, ſenatuſconſulta, plebiſcita facta, hinc authoritates perſcriptæ: vt(quemadmodum in vno & centeſimo legis capite dicebatur) quod eorum iudicum maior pars iudicarit, id ius ratum eſto.Itaque quod in ea lege quam ex ore domini Moſes Hebręorum populo ſuaſit, ſcriptum extat, In ore duorum vel trium rem omnem ſtare debere: non id efficit,vt quod duo vel tres affirmauerint, hoc ipſo ſit rectius & verius: non enim veritas ex hominum affirmatione aut negatione eſt:ſed id eo capite ſignificatur, vt quia quandiu hominum animi his corporis vinculis & cuſtodia tenentur, quid ſit verum non facile poteſt apparere: ea ipſi cum veritate coniuncta exiſtimemus: quæ ex plurium opinionibus ſunt conflata. Nam eſſe aliquem qui ſententiam ſuam totius orbis teſtimonio & authoritati anteponat, deſipientis arrogantiæ eſt. Qui ſi aliquid aptum & re quam tractat dignum attulerit, facile patiar me eius ſermone conuictum, de priore ſententia deduci. quòd ſi aliorum ſententiam antiquaſſe contentus, nihilò meliora afferat, ſi vnquam errandum eſt, donec veritas ipſa ſeſe ex diuturna ignoratione ad lucem extulerit, cum multis errare, quàm cum vno malim. In quo plurimi homines grauiſſimè labuntur, qui nouam ſuam opinionem ſatis probari exiſtimant,

ſi aliorum ſententiam valentiſſimè euerterint. Mihi verò hoc feciſſe parua quidem res eſt, niſi quod ratum eſſe vis, rebus neceſſariis addixeris.

13 AC Fortaſſe multis mirum videbitur, quòd anteà quaſi per trãſennam à nobis dictum eſt, Ius iſtud ex hominum opinatione, & ſenſibus conflatum eſſe: cùm contrà multi excellentes & magni viri non dubitarint Iuris originem à natura tanquam à capite arceſſere. Nam & Marcus Cicero ei republicæ quam ille ſex libris præſtantiſſimam fundauerat, leges & inſtituta deſcripturus, non ex prætoris edicto, aut duodecim tabulis, vt plerique temporis ſui, ſed penitus à naturæ & totius Philoſophiæ præceptis initium ſumpſit. quòd diuina illa naturæ vis, per quam prima & ea quidem excellens hominibus cum Deo præpotenti coniunctio fuiſſe credita eſt, legis inter nos condendæ principium attuliſſe videatur. Quam ſententiam, quia cum authoritate ſummam rationem habet, difficile factu fuerit non probare. Quia enim, vt dicebat Thales, deorum plena ſunt omnia, & mente diuina ſenſuque æterno completa, ex quo quoque hauſtos animos habere nos Pythagorici dixerunt, ſanè neceſſe ſit cognatione & quaſi lege diuinorum animorum mentes quoque noſtras regi & gubernari, vt nihil Iure & legibus præclarè caueatur, quod nôn ex mente Dei & naturæ incitatione ortum habeat. Quam opinionem credo nemo vnquam non laudauit, niſi aut Deum eſſe penitus negaret, aut nihil iſta humana ad prouidentiam Dei crederet pertinere. Sed eſto, Ius & recta ratio legis à natura initium ſumpſerint, non continuò tamen illud ſequi poſſit, Ius natura non opinione conſtare: ne ſi totum Ius ad naturam referatur, inter Philoſophum & Iuriſconſultum nihil interſit. Nam Socrates & qui ex eius ſchola & ſermonibus Philoſophi prodierunt, cùm à rebus abſconditis, in quibus anteà alij impenſius occupabantur, philoſophiam ad hominum mores & conſuetudinem auocaſſent, illud totius ſapientiæ caput poſuerunt, in omnibus actionibus ſemper in naturam eſſe incumbendum, neque quicquam non honeſtè geri poſſe, quod natura duce & adminiſtra fieret. Ex quo eſt, vt quia ad participandum alium alio iuſti
„ nos à natura effecti ſumus, illud ſit reliquum quod Cicero teſtatur, nul-
„ lum eſſe cuiuſquam gentis qui ducem naturam nactus, ad virtutem non
„ poſſit peruenire. Quod ſi admittunt ij, qui hodie Theologi nominãtur, facile efficitur, nihil in vniuerſa philoſophia dici tantum aut tam excellens poſſe, quod non puer benè à natura informatus, nullis præceptoribus, nulla ſcientia, ex ſe poſſit arripere. Itaque aliquem eſſe in hoc mũdo qui præſit & cui pareatur, facile agnoſcet is, qui tantum iſtum cælorum ornatum & machinam animo fuerit complexus. qua tamen re nihil in tota philoſophia dicitur præclarius. Et animos eſſe immortales facilè

iudicabit, qui ſecum ipſe cogitarit, quantum nos ipſa commemoratio poſteritatis ad ſpem quandam immortalitatis erigat & attollat: vt quo quiſque animi magnitudine cæteris præſtet, hoc magis memoriam ſuam ad poſteros peruenire velit: etiamſi vel Chriſtianos vel Iudæos de immortalitate animorum differentes nunquam audiuerit. quod in eo facilimum ſit etiam ſine præceptore excellere, quo natura nos quaſi manu ducit. At ſi paulùm vltra id quod in animis noſtris natura peperit, proceſſeris: & ab honeſti & turpis quæſtione (quorum iudicium omnibus ferè ex æquo tributum eſt) te ad ambigui Iuris diſceptationem conuerteris, facile eſt iudicare, quantùm in Iuris & æquitatis perſcriptionibus opinio dominetur: adeo vt nullus ad eam rem ſatis ex natura inſtructus eſſe poſſit, niſi legum quoque fontes & capita pernouerit. Itaque ſi lex ita definitur, quæ iubet recta, prohibétque contraria, profectò liceat philoſophis eſſe Iuriſperitiſſimis, à quibus multa egregiè de vita, de officiis, de actionibus, de expetēdis & fugiendis ſunt explicata: neque quicquam tam reconditum in illo genere dici poteſt, quod non illi libris ſuis concluſerint. Nec verò illa magis Iuris ciuilis quàm philoſophiæ præcepta ſunt, honeſtè viuere, alterum non lędere, Ius ſuum vnicuique tribuere: cùm omnis quæ à philoſophis ſuſcipitur diſputatio, ad illa membra potiſſimùm referatur. Sed habet iſta diſciplina aliquid ſibi proprium, & cum philoſophis non commune, in qua & potiſſimum illa verſatur, vt ſcilicet res eas, quæ naturam vel mirificè ſuis ornatam præſidiis latere poſſunt, pro perſpectis & iudicatis ponat. Ex quo in rebus ab ipſa philoſophia planè adiaphoris id diſcrimen ſtatuitur, vt id æquum, aliud iniquum authoritate Ius condentis deſignetur. Itaque ſi quæratur, an filius ad hæreditatis cretionem, aut bona patris capienda ſit vocandus, hoc aptè ad æquitatem etiam philoſophus definiet: quo authore credo, etiamſi Iuriſconſultus non adhibeatur, non patrimonij ſolùm, ſed gloriæ quoque paternæ hæreditas ad filium ſit peruentura. At enim antequam è cælo Socrates philoſophiam ad homines auocaſſet, aut vlla legis è Deo immortali data eſſet perſcriptio, Sara vxor Abrahami fas non eſſe dixit, vt Iſmaël quem primùm Abrahamus de ancilla ſuſtuliſſet, Iſacho iuſtis nuptiis poſteà nato in patris hæreditate præferretur: cuius fœminæ iudicium Deus optimus maximus grauiſſimo teſtimonio comprobauit. Hoc ſi Iuriſconſultus in ſuis cautionibus edixerit, potius ex natura hauſiſſe, quàm vllis prudentiæ ciuilis præceptis iudicetur. Quæ enim fuit vnquam gens tam effera & inculta, in qua non ipſi patres omne ſuum iudicium in filios ſuperſtites conferrent? Nam quę natura in animantibus omnibus miras commiſcendorum corporum libidines effinxit, eadem coniunctionis appetitum indidit, maximéque curam eorum quæ eſſent procreata: quod ipſum Iuris naturalis pars eſt. Ex quo & illud proficiſcitur, vt quos vi-

a

ui omnibus officiis naturæ incitatione obſeruabamus, ad eos his periculis & hac vita perfuncti, eiuſdem naturæ vi & impetu, bona noſtra deferri cupiamus: quaſi & nos ipſi in perſona filiorum adhuc patrimonio noſtro Iuris intellectu perfruamur. Huic rei ſi omne quod in facultate Iuriſconſulti poſitum eſt, ſimilitudine conſentiret, Ius omne natura eſſe non velim diffiteri. Sed quia tam multæ incidunt rerum & euentorum varietates, quæ vel præſtantiſſimam naturam, ſuíſque adhuc igniculis inſtructam effugiant, non poſſit profectò Ius niſi varium & incertum eſſe, ſi non ab illa vaga & indiſcreta cuiuſque naturæ diuerſitate, ex certorum hominum opinionibus ad definitas cautiones deducatur. Neque verò quiſquam eſt tam egregiè natura præditus, quíque tam innata illa ad virtutem ſeminaria in ſe adoleſcere patiatur, qui in infinitis negotiorum commutationibus & procellis, quæ tot in hominum vita ſolent accidere, nihil incurrat. Itaque ſi in diſceptationem venerit, filij fratrum in ſucceſſione patrui ſui, an eiuſdem defuncti patruis præferantur: reſpõdebit fortaſſe is qui nullis hominum opinionibus deprauatus, præclarum adhuc naturę lumen retinet, præferri. Ille ſi reſponſi ſui oblitus, eandem poſtea quæſtionem rogetur, facile eadem ipſa natura impellente, qua duce antea reſponderat præferendos eſſe, nunc contrà ſentiet. Hìc enim non natura, non æquitate aut iniuſtitia, non honeſti aut turpis delectu, affirmatio à negatione diſcernitur: ſed ſe ita res habet, vt vtrum reſponderis, ſecundum naturam reſpondiſſe videare. Ac cùm filios fratris in ſucceſſione patrui, eiuſdem defuncti patruis anteferri debere, Iure ſit receptum: incipit id æquum non natura ſed opinione eſſe: vt qui contrà reſpõderit, ęquitati & Iuri pugnare meritò iudicetur. Itaq; ſi ex virtute aut vitio res quæ in quæſtione erit, æſtimatur, haud eſt ſanè quod philoſophorum aut Iuriſconſultorum ſcholas potius quàm naturam requiramus. ſed ſi de eo quod apud Ciceronem indifferens Cato vocat, quæſtio eſt (in quo ferè tota Iuriſprudentia occupata diſtinetur) quod Iure cautum erit, id æquum & bonum, non natura, ſed opinione & arbitrio condentis cenſebitur. Vnde euenit vt plerunque quod multis temporibus pro æquo & iuſto fuerat obſeruatum, id nouis authoritatibus & legibus abrogetur: & quæ res omnium moribus & conſenſione cuique erat iuſta & permiſſa, ea nunc authoritate legum pro nefario ſcelere vindicetur. Itaque belliſſimè noſtri, qui Ius triplex eſſe voluerunt, vt ciuile à naturali, re & ſpecie differre exiſtimarent: quòd multa ciuili Iure perpetuam æquitatem & rationem habere dicantur, quæ neque naturæ legibus definita ſunt, neque in laudandis aut expetendis poſita: ſed vtrum feceris, nihil principem illam legem, ad iubendum & vetandum aptam, quam ſapientes rationem rectam ſummi Dei interpretantur, offenderis: niſi quod hominum regentium ſenſa & opiniones labefactas, quibus qui reſiſtunt, ex Tita-

num

num genere ipſi Platoni ſtatuuntur. Ac ſi cogitatione conuertimur ad eam legem,cuius iubendæ Deus optimus maximus Hebræorum populo author & princeps fuit,quàm multa reperias quæ voluntate & arbitrio ſummi illius legiſlatoris tantùm niterentur?Ex quo profectum eſt quòd Hebræi tribus legis partibus,quibus illa vniuerſa continetur, tres Domini qualitates reſpondere cenſuerunt.Quæ enim pars in notionibus veris (ſic enim licet vertere,quas illi דעות אמתיות vocant)cõſiſtir,eſſe putà Deum,eiúſque prouidentia iſta inferiora regi & teneri, & quæ ferè ſunt ſimiles:ea ex æterna illa ſapientia ortum habet:vt iam illæ cautiones beneficio ſummi Dei cuiuſque noſtrũ naturæ videantur eſſe inditæ: ad eáſque nos non facti,ſed nati,non eruditi, ſed imbuti ſimus. At altera pars, quæ tota ex præceptis quorum cauſæ ignorantur (quæ illi חוקים vocant)conſtat,à voluntate Domini putatur proficiſci.Vnde qui veſtem ex lana & lino compactam olim induiſſet, aut agrum hordeo & tritico ſimul conſeuiſſet,contra æquum & bonum faciebat,& legibus ad pœnam depoſcebatur:& qui ſanguinem ediſſet,in quo Deus ipſe, & poſteà Empedocles Phyſicus animam eſſe dixerunt,Ius & leges offendebat, & iuſtè ad ſupplicium expetebatur:non quòd tam contra naturæ igniculos feciſſe, quàm legiſlatoris voluntati repugnaſſe videretur. Hanc partem in qua etiam plurimùm Ius ciuile verſatur,non natura ſed opinione & voluntate conſtare, magnum ſanè argumentum eſt, quòd ea nouis Euangelij legibus antiquata,ex memoria vitáque hominum ferè deleta eſt.Vltima legis pars apud eos nominabatur,tota in משפטים hoc eſt,iudiciis poſita,quæ magis vt illi inquiunt,poteſtati quàm aut ſapientiæ,aut voluntati Dei nuncupatur: eáque non tam ex natura quàm ſcripto capit.Itaque qui furtum fecit, ne à lege naturæ quidem, aut ipſa ſua conſcientia impunitatem habet:etiamſi homines ſit cælaturus. Id enim ferè natura cuique datum eſt,furtum noxa & pœna non carere. ſed quæ pœna furibus manifeſtis,aut non manifeſtis,plagiariis,latronibus,ſacrilegis, repetundarum aut peculatus reis,conſtituenda ſit,id non ex natura ſed opinione petendum eſt.Quia enim lege Moſis atque adeo ciuili,furtum ſimplex pœnam capitis non habet,pro graui ſcelere apud Iudæos habetur, furem vltimo ſupplicio afficere. At apud multos populos, quorum moribus fures ad mortem expetuntur,Ius ipſum violaſſe putetur iudex, qui furem capitali pœna non multauerit.Ita fit,vt quia condentium opinionibus res tota temperanda eſt, Ius iſtud quod nobis eſt in manibus, non naturæ,ſed legiſlatoris voluntati acceptum feramus. Quod etſi à nobis fuſius tractatum eſt,quàm rei inſtitutæ ſcopus pati videretur, huc tamen pertinet,vt cognoſcant homines illi, qui Iuriſprudentiam ingenio ſuo non artis facultate metiuntur, opinionem plurimorum non mediocriter iis in rebus valere,in quibus rationum æqualitate & pondere, animi hominum in varias ſententias diſtrahuntur. Qui enim

qualibet occaſione irrepente, ſibi ſemper eligit genus ſentiendi ſingulare, pernicioſiſſimum quiddam inducit in hanc ſcientiam, confuſionem ſcilicet & varietatem: vt iam propè nos Ius ioculare habeamus. in quo qui ſe exercent, ſimiles veterum Philoſophorum perhibentur eſſe: quos cùm Gellius æqualis Ciceronis, homo doctus & Græciæ Proconſul in vnum locum Athenis conuocaſſet, dixit magnopere velle ſe illis authorem fieri, vt modum controuerſiarum ponerent: videre ſe nihil ab eis tam repugnans, támque varium aut contortum dici, in quo ſi vellent non facile poſſent conuenire. Sed ſummi & docti viri authoritas apud eos non valuit, quibus erat propoſitum in iis litibus, quas velut hæreditarias à patribus ſuis acceperant, ætatem conterere. Quod idem à noſtris non iniuria in Iuriſconſultos dicitur, quibus vel diſſentire placet, etiamſi non ſit cauſa.

14 HÆC quia cùm à cæteris artificiis, quæ ad reipublicæ temperationem & publicam ciuium ſalutem pertinent, tum maximè ab hac Iuris ſcientia aliena ſunt: non permittet is rerum maximarum pręſtantiſſimus effector quem quærimus, vt cùm cuiuſque artis & doctrinæ incredibilem de ſe hominibus ſpem iniecerit, vnicam in ſe ſapientiam ciues ſui deſyderare poſſint. Quod quia à nobis anteà fuſius demonſtratum eſt, id vnum opinor reſtat, vt is diligenter perſpiciat quam perſonam in republica ſuſceperit, & quibus in terminis gloriam ſuam dilatari velit. Nam ſi omnibus qui ad vitam ingrediuntur, temperantiæ, iuſtitiæ, fortitudinis & virtutum reliquarum partes à natura tributæ ſunt, vt diligenter videant ne qua vitæ ſuæ pars officio vacet: quantò certè magis Iuriſconſulto homini, qui præter ſumma illa totius honeſti officia, ſibi velut naturæ lege delata, hoc tam præclarum Iuriſconſulti munus recepit, erit videndum, vt omnibus partibus τοῦ καλοῦ ſanctè & piè ſeruatis, apto decoróque ſcientiæ ſuæ reſpondeat? Eſt verò conſentaneum eum qui cauſas amicorum tueri, laborantibus ſuccurrere, afflictos excitare, ægris mederi artificio ſuo velit, omnia ſtudia & cogitationes ſuas ad agendum potiſſimùm conferre. ita fiet, vt qui totam ſcientiam non cognitione ſola, ſed actione concluſerit, minus grauatè rerum multarum perdiſcendarum laborem ſuſcipiat. At enim eorum omnium quæ in infinita dubitatione & quęſtione verſantur, nemo poteſt animo & ſciētia compos eſſe, ſi illa tantùm euoluerit, quæ apud veteres illos de ſcripto recitātur. Nam ſi in vſucapionibus, tutelis, gentilitatibus, ſtillicidiis, luminibus, parietibus, & ſimilibus rebus omne quo de quæritur, ſitum eſſet: poſſit credo Iuriſconſultus illis ſcriptis eſſe contentus. Sed cùm multæ controuerſiæ in cauſa imperij, in tota antiquitatis ratione, in conſuetudine, in inſtitutis maiorum, in ſenatuſconſultis & exemplis ſint collocatę: non erit ſatis ei, qui in hoc munere verſatur, vt ſit tinctus iis ſcriptis, quæ maiores noſtrj

nobis

nobis per manus tradiderunt. Itaque cognoſcendæ erunt leges, delibanda ex omni genere ſcriptorum antiquitatis effigies, percipienda historia & ſenatoria amplitudo: quibus ex rebus præclariſſima ſæpe exempla hauriri ſolent, quæ aptiores nos ad iudicandum & conſulendum poſſunt efficere. Nam ſi, vt Marcus Cicero definit, Iuriſconſultus eſt, qui legum & conſuetudinis qua priuati in ciuitate vtuntur, & ad reſpondendum, & agendum, & ad cauendum peritus eſt, non dubitabo eum impudentiæ condemnare, qui in conſuetudine, maiorum inſtitutis & rebus iudicatis planè rudis, clientibus ciuibúſque ſuis ad omnes cauſas & iudicia opem ſuam non deſinat polliceri. Cùm enim eorum quæ huius artis facultate continentur, ferè pars maior in quæſtione ambigui poſita ſit, profectò & rerum iudicatarum moniméta, & perſcriptæ authoritates, & conſuetudinis vetuſtatiſq; ratio, tanquam aliqua materies, omnibus qui Iuriſconſulti nominantur, ſubiecta eſſe debet: vt in iis de quibus inter doctos ambigi ſolet, ex iudicati & conſuetudinis authoritate, ſententiam ſuam informare poſſint. Etſi enim non ſemper ipſi Ius dicant, debent tamen pro ſapiétia ſua, quid alij iudicaturi ſint longè antè præuidere. quod profectò vix pręſtabit, qui in tota illa Iuris percipiédi notione, nihil quęrendum putat, niſi quod veteres illi ſpeciatim in omnium oculis poſuerunt. Itaq; ſi de filiis fratrum ad ſucceſſionem patrui in capita vel in ſtirpes vocandis, controuerſia inciderit, quia res ferè in Iure eius eſt generis, vt vtrum probes & ſentias, poſſis opinionem tuã ſcientiæ patrocinio defendere, hoc ex conſuetudinis & iudicatę authoritatis ſcientia adiumentum feres, vt quam in partẽ promptius decedas, tibi planè exploratũ eſſe poſſit. At ſi quęſtio occurrit, quę veteribus illis Iuris ſcientię monimentis conſignata non eſt, quia iam eam à Iuriſconſulti cognitione minimè excludimus, cui rerum omnium de quibus quęri poteſt materies nota eſſe debet, hoc magis eius opinio in vulgus probabitur, ꝙ ea vel ex conſuetudine vſurpata, vel aliquo ſenatuſconſulto, aut (vt noſtri dicunt) pragmatico conſtituto videatur eſſe deſumpta. Non quò exiſtimẽ exemplis magis quàm legibus eſſe iudicãdum: id enim authoritatẽ Iuris ſcientię perfringit: ſed quia non omnes omnia complectuntur, quę cuiq; generi definiendo apta ſunt & parata, erit opinor iſtud quod in nobis humanum eſt, & ab homine quandiu hac vita fruitur, alienum eſſe non poteſt, aliorum vigilantia ſtudióque ſarciendum.

15 HÆC certè longius quàm initio ſermonis omnino putaremus: ſed tamen breuius, quàm res tam grauis dici debuiſſet. quo in ſermone qui verecundiã noſtrã deſyderabunt, ꝙ eum ſcripto adumbrare voluerim, quẽ niſi diuturno vſu, & prope inclinata iam ætate facilè aſſequi nemo poteſt: ſic ſtatuant, quæ à nobis lõga oratione poſita ſunt, non tam libenter quàm neceſſariò dicta eſſe: ne nõ ſatis iis qui noſtra forte nõ probarẽt, feciſſe videremur. Feci verò nõ vt ipſe dux eſſem, in cuius ętatẽ tot iã afflictę

& nonnullorum cupiditate ad ambitionem, ad gratiam, ad mercedem abductæ veritatis clades & calamitates incurrerunt: vt nihil ſit quod magis cupiam, quàm omne iudicium animi ingeniíque mei ab aſſenſione remouere: ſed ea ſcripſi quæ à præſtantiſſimis viris accepta meminiſſem: vt ex illorum authoritate, iis qui in artibus pertractandis veritatis ſtudia ſemper ſumma duxerunt, itinera demonſtrarem, & velut digitum ad fontes intenderem.

INDEX TITVLORVM QVIBVS TOTVS HIC ADVERSARIORVM LIBER CONTINETVR.

Litera A

De Actionibus empti & venditi. pag. 326
De Actione rerum amotarum. 422
Ad exhibendum. 195
Ad legem Aquiliam. 176
Ad legem Rhodiam de iactu. 168
Ad Senatuſconſultum Velleianum. 285
Ad Senatuſconſultum Macedonianum. 275
De Aedilitio edicto &c. 371
De Adoptionibus & emancipationibus &c. 10
De Aeſtimatoria actione. 347
De Agnoſcendis & alendis liberis &c. 423
De Alienatione iudicij &c. 84
De Arbitris &c. 85

C

De Calumniatoribus. 69
De Capitis diminutione. 82
Commodati & contrà. 252
Communi diuidundo. 192
Communia prædiorum &c. 168
De Compenſationibus. 289
De Concubinis. 426
De Condictione cauſa data &c. 222
De Condictione ex lege. 244
De Condictione furtiua. 242
De Condictione indebiti. 228
De Condictione ob turpem &c. 226
De Condictione ſine cauſa. 241
De Condictione triticaria. 244
De Conſtituta pecunia. 249
De Conſtitutionibus principum. 6
De Contrahenda emptione &c. 312

D

Depoſiti vel contrà. 292
De Diſtractione pignorum &c. 367
De Diuiſione rerum &c. 10
De Dolo malo. 72
De Donationibus inter virum & vxorem. 412
De quibus rebus ad eundem iudicem eatur. 198

E

De Edendo. 36
De Eo per quem factum erit &c. 32
De Eo quod certo loco &c. 245
De Eo quod metus cauſa &c. 71
De Euictionibus. 374
Ex quibus cauſis maiores &c. 82
De Exceptione rei venditæ &c. 380
De Exercitoria. 166

F

Familiæ erciſcundæ. 184
De Feriis & dilationib. &c. 35
De Fide inſtrumentorum. 394
Finium regundorum. 183
De fundo dotali. 411

H

De Hæreditate vel actione vendita. 322
De Hæreditatis petitione. 112

I

De Impenſis in res dotales factis. 419
De In diem addictione. 319
De In integrum reſtitutionibus. 70
De In litem iurando. 220
De In rem verſo. 283
De Inſpiciendo ventre cuſtodiendoque partu. 424
De In ius vocando. 25
In ius vocati vt eant &c. 27
In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahatur. 360
De Inofficioſo teſtamento. 105
De Inſtitoria actione. 269
De Interrogationibus in iure &c. 195
De Iis qui notantur infamia. 53
De Iis qui ſunt ſui &c. 9
De Iudiciis. 91
De Iuris & facti ignorantia. 397
De Iure dotium. 400
De Iureiurando. 211
De Iuriſdictione omnium iudicum. 18
De Iuſtitia & iure. 1

L

De Lege commiſſoria. 321
De Legibus &c. 3
Locati & conducti. 335

M

Mandati. 397
De Minoribus xxv. annis. 75

N

Nautæ, caupones, ſtabularij &c. 89
De Nautico fœnore. 390
Ne quis eum qui in ius vocatus &c. 28
De Negotiis geſtis. 64
De Noxalibus. 180

O

De Officio aſſeſſorum. 18
De Officio conſulis. 12
De Officio eius cui mandata &c. 16
De Officio præfecti prætorio. 12
De Officio præfecti vigilum. 13
De Officio præfecti vrbi. 12

De Officio præſidis. 14
De Officio prætoris. 13
De Officio proconſulis &c. 15
De Officio procuratoris Cæſaris. 16
P
De Pactis. 38
De Pactis dotalibus. 408
De Peculio. 277
De Pecunia conſtituta. 249
De Periculo & commodo rei venditæ. 324
De Petitione hæreditatis. 112
De Pigneratitia actione. 258
De Pignoribus & hypothecis &c. 353
De Poſtulando. 52
De Præſcriptis verbis. 348
Pro ſocio. 305
De Probationibus &c. 390
De Procuratoribus &c. 55
De Publiciana in rem actione. 132
Q
Quæ res pignori vel hypothecæ obligari non poſsint. 361
Quando de peculio annalis &c. 283
Quando dies vſusfructus legati. 147
Quemadmodum ſeruitutes amittantur. 173
Qui potiores in pignore &c. 362
Qui ſatiſdare cogantur &c. 28
Quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur. 360
Quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur. 369
Quibus modis vſusfructus vel vſus amittatur. 147
Quibus de rebus ad eũdem iudicem eatur. 198
Quod cuiuſque vniuerſitatis &c. 63
Quod cum eo qui in aliena poteſtate &c. 273
Quod iuſſu. 284
Quod metus cauſa &c. 71
Quod quiſque iuris in alium &c. 22
R
De Rei vindicatione. 110
Rerum amotarum. 422
De Rerum diuiſione &c. 10
De Rerum permutatione. 347
De Rebus creditis &c. 199
De Receptis, qui arbitrium &c. 85
De Reſcindenda venditione. 323
De Reſtitutionibus in integrum. 70
De ritu nuptiarum. 398
S
De Senatoribus. 11
De Senatuſconſulto Macedoniano. 275
De Seruis exportandis. 325
De Seruitutibus. 153
De Seruitutibus ruſticorum præd. 164
De Seruitutibus vrbanorum præd. 158
Si ager vectigalis &c. 135
Si certum petatur. 199
Si ex noxali cauſa &c. 31
Si pars hæreditatis petetur. 119
Si quadrupes pauperiem &c. 176
Si quis cautionibus &c. 32
Si quis in ius vocatus &c. 27
Si quis ius dicenti &c. 24
Si ſeruitus vindicetur. 170
Si ventris nomine &c. 425
Si vſusfructus petetur. 150
Soluto matrimonio &c. 421
De Sponſalibus. 397
De Statu hominum. 6
T
De Teſtibus. 394
De Tranſactionibus. 57
De Tributoria actione. 271
V
De Ventre inſpiciendo cuſtodiendoque partu. 424
De Vſu & habitatione. 151
De Vſufructu & quemadmodum &c. 136
De Vſufructu accreſcendo. 143
De Vſufructu earum rerum quæ &c. 150
Vſufructuarius quemadmodum caueat. 152
De Vſuris &c. 380

Rerum Indicem conſultò omiſimus, ne non hic liber magis pro iuſta ratione, quàm pro aduerſariis, ſiue vt Scæuola loquitur, breuiariis rationibus fungi videretur.

ADVERSARIORVM EX LIBRIS QVINQVAGINTA PANDECTARVM IVSTINIANI IMPERATORIS

PARS PRIMA.

DOMINI NOSTRI SACRATISSIMI PRINCIPIS IVSTINIANI IVRIS ENVCLEATI EX OMNI VETERE IVRE COLLECTI DIGESTORVM SEV PANDECTARVM LIBER PRIMVS.

Inuocatio Dei an neceſſaria documētis.

SIC in Pandectis Florētinis legitur, quod & Haloandri editio probat. Quanquam in vulgatis Codicibus ſcriptum extet, *In nomine Domini, Amen. Iuſtiniani ſacratiſſimi Principis.* &c. Ex quibus verbis effici crediderunt nonnulli[1] in inſtrumēto neceſſariam eſſe inuocationē Chriſti: aliâs inſtrumentum fidem perdere. Quod tamen ferè omnium cōſenſu exploſum eſt[2]. Et hoc poſt Alciatum[3] Antonius Vacca præſes prouinciæ Venaiſinæ, vir clariſſimus, in ſuis Expoſitionibus probat[4]. Cuius quoque temperationem admittimus, vt Chriſti inuocatio à notariis nō ſit prætermittenda, ſi hoc conſuetudine ſit receptū. Quod & Bartolo videtur, ex cuius ſententia non ea inſtrumentis cōficiendis neceſſaria ſunt, quæ iure extant prodita[5], ſed quæ conſuetudine gentis ſunt recepta[6]. pro quo & illud eſt quod dici ſolet, in his quæ ad ſolennitatem contractuum & inſtrumentorum pertinent, locum contractus diſpici ſolere[7]: vnde etiam inter exteros notarius in conficiendo documento, loci conſuetudinem ſequetur, quod Guido Papa admittit[8].

Conſuetudo inſtrumētis vi decoda.

1 *glo. in auth. vt præpōna. nomen Imperat §. ſi qua verò. Fulgo. in prin. C.*

2 *Secun. Alex. in rub. de ope. no. nunt. Bal. & Pan. de Caſ. in l. iuriſgentium. §. quod fere. de pac. Panor. in c. j. de fid. inſtr.*

3 *lib. ix. παρέργων. c. vj.*

4 *Sup. in prin. præ.*

5 *per gl. in l. generali. de tabu. lib. x. C. Panor. in c. j. de fid. inſtru.*

6 *Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. de edend.*

7 *l. vlt. de teſta. mili. & Barto. in l. j. de ſanct. trinitat. & fid.*

8 *q. cclxij. in deciſionib. Gratianopol.*

De Iuſtitia & iure.

IVRI OPERAM DATVRVM. LEX I.

Iuris definitio.

IVS, vt eleganter Celſus definit, *eſt ars æqui & boni.* Quanquam nonnulla ſunt valde dura, & ab æqui bonique rationibus ſæparata, quæ tamen iure cauta ſunt. Vnde apud Vlpianum[9] extat, *quod quidem perquàm durum eſt, ſed lex ita ſcripta eſt.* Hinc & illud profectum eſt (vt

9 *in l. proſpexit. D. qui & à quib. manumiſ. libe.*

nonnulli referunt[1]) quod quidam aduocatus, poſt mortem reuerſus ab inferis, teſtatò prædicauit, legẽ, Aurelius, infrà de liberatio. lega. cauſam perpetuæ ſuæ damnationi attuliſſe. In his normam Lesbiam ſequemur, & τὸ ἐπιεικὲς adhibebimus: idque boni iudicis officio ſane cõtinetur, vt variè ex cauſis perſonísque conſtituat, hócque aſſequetur, vt dum à ſummo iure recedit, ſummus tamen iureconſultus videatur. Sed de his videndus eſt Budæus[2], parum enim ad inſtitutum munúſque noſtrum.

§. HVIVS STVDII. Ius aliud publicum, aliud priuatum. Publicũ ad ſacra, ad ſacerdotes & magiſtratus pertinet. Ex quo appoſitè dicitur ſacerdotes in publicis perſonis numerari, cui conſequens eſt, vt poſsint alteri ſtipulari, ſicut in publicis perſonis dicitur[3]: & ex ſtipulatione facta ſacerdoti, poterunt ij quorum intereſt agere[4], quod Bar. Bal. Iaſ. & cæteri ſequũtur, ſi modo in his quæ ad ſuum officium pertinẽt, ſacerdos ſtipuletur. Vnde & in his quæ ad res ſpiritales pertinent, vt in cõtrahendis matrimoniis, dotalibúſq; pactionibus cõſcribẽdis, parochus eccleſiæ ritè cõficiet inſtrumẽtum[5]. Sic & corã eo teſtamentum confici poteſt, adhibitis duobus teſtibus[6]. Aliud ius eſt priuatum, idque tribus partibus continetur, naturali, gentium & ciuili. Et hæc ſatis patent, & apud omnes latius funduntur.

Iuris partitio. Sacerdotes publicæ perſonę, & alij ſtipulari poſſunt.

1 *in addi. ad Panor. in c. vlt. de ſucceſ. ab inteſtat.*

2 *Hîc in annotatio. prioribus.*

3 *l. ij. rem pupilli ſaluã fore. infrà. & l. nõ aliter de adoptio. infrà.*

4 *c. quanquam. de vſur. li. vi. Panor. in c. vlti. de ſ pult.*

5 *auth. quib. mod. natur. effi. legit. §. quarũ.*

6 *c. cũ eſſes. de teſtam. extrà.*

VT VIM ATQVE INIVRIAM. L. III.

EX iure gentium & illa cautio profecta eſt: vt vim & violentiam propulſemus. Planè qui alium occidit, contra ius & fas occidiſſe putatur[7]: ſi tamen ad defenſionem & tutelam ſui corporis, vel rerum ſuarum occidiſſe probauerit, extra pœnam eſt[8]. Qui ergo confitetur ſe occidiſſe: ſed ad defenſionem ſuam, poteſt ex confeſsione damnari, niſi probet ad defenſionem ſuam ſe occidiſſe. Poteſt enim diuidi confeſsio à iudice, & pro parte accipi, & in partem reſpui, cùm ea pars quæ reſpuitur, contra præſumptionem iuris communis eſt[9]: quod & Bartol.[10] & omnes ferè tenent[11]. Quòd ſi nulla ſimilis præſumptio eſt, iudici etiam parte altera petente non eſt concedendum, ſi vel confeſsionem vel oblationem partis diuidere velit[12]: vt innumeris CVRIAE Pariſienſis autoritatibus extat comprobatum[13]: quod tamen ex ſententia Panormi.[14] ita intelligendum eſſe puto, vt ex ea confeſsione confeſſus capite non damnetur. quod ratione non caret, cùm in criminalibus manifeſtiſsimæ probationes requirantur[15]: at non videtur manifeſta & clara probatio ex confeſsione duci poſſe, cuius pars acceptata eſt, & alia reiecta[16].

Occidere ad tutelam ſui licitum eſt.

Cõfeſsio delinquentis quãdo diuidatur.

7. *l. j. ad l. Corn. de ſica. l. ſi non conuicij. de iniur.*

8 *l. iiij. & l. ſcientiam. §. j. ad l. Aquil. l. j. C. vnde vi. l. ſed & partus. §. j. quod me. cau. infrà.*

9 *c. cùm veniſſent. & ibi Panor. de inſtitu.*

10 *in l. Aurelius. §. idẽ quæſiit. de libera. leg.*

11 *Ange. Imol. Iud. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. de verb. obli. Panor. in c. bonæ. infrà de poſtu præl. vlt. col.*

12 *l. cùm quæreretur. de adminiſt. tuto.*

13 *die 21. Ianu. an. 1525. & die 7. Martij, anno 1529.*

14 *c. auditis. pen. colũ. de præſcrip.*

15 *l. ſciant. de probat.*

16 *facit l. in cauſa. de procurator. l. cũ quæreretur. de admi. tut.*

MANVMISSIONES. L. IIII.

HOC caput in vulgatis codicibus mendoſum eſt: hîc verò ex Pandectis Florentinis repone, eo loco. *Eſt autem manumiſſio de manu miſſio, id eſt, datio libertatis.*

EX HOC IVRE. L. V.

EX iure gentium veniunt bella, ſi modò licita ſint. Licitum autem bellum id definire quod populus ſolum Romanus indixerit, furioſum eſt, quaſi cæteris populis, liberis eſſe non liceat, aut quaſi iuſtior Romanorum cauſa in exteris nationibus vincen-

Bellum.

vincendis, quam reliquarum nationum in ſeruitute à ceruicibus ſuis depellenda, eſſe potuerit. Itaque in vita Alexandri Seueri Herodianus refert, regem Perſarum per legatos Alexandro Seuero Imperatori edixiſſe, vt ab vniuerſa Aſia & Africa excederet, ſeque finibus Aegei maris contineret. quòd illud Aſiæ Africæque imperium olim Perſarum armis domitum ſolis Perſis deberetur. Bartolus quoque refert[1], Græcos orbis terrarum imperium ſoli imperatori Bizantino concedere: Tartaros Magno Chano. Quod idem opinor noſtris poſsit licere, qui totius orbis principatum, Imperatori Latinorum attribuunt[2]. Et quod hic dicitur in fi. contractus eſſe iuris gentium, facit ad id quod aliàs relatum eſt, principem quamuis legibus & iure ciuili ſolutum[3], contractibus tamen & pactis conuentis teneri & obligari[4]. Sic deportati qui amittunt ea quæ iuris ciuilis ſunt[5], tamen poſſunt contrahere[6], cùm contractus ſint iuris gentium, quod & aliàs annotaui[7].

Perſæ.
Græci.
Tartari.
Contractus ex iure gentium.

1 in l. hoſtes. ij. col. de captiuis & poſtlim. reuer. infrà.
2 per tex. in l. dex deprecatio. ad l. Rhod. de iactu.
3 l. princeps. infrà de legib. et l. digna vox. C. de legibus.
4 per tex. in c. j. de prob. tex. in c. j. de nat. feud. Iaſ. in l. j. de cõſti. princ. infra pe. col.
5 l. quidam. de pœnis infrà.
6 l. ſi mandauero. §. is, cuius. mandat.
7 d. l. ſi mandauero.

OMNES POPVLI. L. IX.

QVOD quiſque populus (inquit) ſibi ius conſtituit, id proprium ius ciuitatis eſt, & ius ciuile appellatur. Ex quo hic omnes ferè cõtendunt, cuique populo licere ſtatuta facere, & noua decreta rogare, & mores admittere, etiam ſi ſint contra leges[8], ſed hæc non admodum ad id quod inſtituimus faciunt, conſulendi erunt cæteri[9], qua de re etiam Antonius Vacca hic præter cæterorum ſententiam multa eleganter, & ad hiſtoriæ veritatem appoſitè ſcribit.

8 l. de quibus, ad fi. infrà de legib. l. Antiochenſium. de priui. cred. c. j. de conſti. lib. vi.
9 Bar. Bal. & Iaſon hic.

IVS PLVRIBVS MODIS. L. XI.

IVS vno modo dicitur is locus in quo ius redditur. Debet autem ius reddi in loco ſolito, & in quo maiores ſedere conſueuerunt[10], aliàs ſententia eſſet nulla[11], quod tamen in arbitro & delegato non habet locum, qui locum aliud poſſunt partibus dicere, modo ſit is, quo honeſte venire poſsint[12]. Planè ordinarius in loco maiorum iudicare debet, idque in his quæ cauſæ cognitionem deſyderãt[13]: ea enim per ſolum libellum non poſſunt expediri[14]. Sed & ea quæ ad præparationẽ iudiciorum pertinent, etiam ſi cauſa cognita expediri debeant, alio loco vbi iudici videbitur, poterunt tractari[15]. Nec omitte ea quæ voluntariæ iuriſdictionis ſunt, vbique poſſe agitari[16]. Et adde CVRIAE Pariſienſis placito contineri[17], vt expenſarum taxationes in auditorio & loco vbi ius reddi ſolet, fiant.

Iudicantes quo loco iudicare debeant.

10 l. ſi locus. infrà de iudi.
11 arg. l. ſi vt propõis. ij. quemod. & quand. Iudex, & Iaſ. hic.
12 l. ſi cùm dies. §. ſi arbiter. infrà de arbi.
13 l. à procedente. de dilatio.
14 l. nec quicquam. §. j. infrà. de offic. procenſ.
15 l. voluit. in fi. infrà. de interrogat. actio.
16 l. ij. de offic. proconſul. vide Bar. in l. vna. ad princ. de confeſ. C.
17 die ij. ſeptemb. anno 1539. in conuentibus Andium.

De legibus Senatúſque conſultis & longa conſuetudine.

IVRA CONSTITVI. L. III.

LEGES rogari ſolent, ex iis, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον & frequenter accidunt: neq; enim de eo quod ſemel aut bis accidit, lex ferẽda eſt. Sic & Soloni de parricidis forſan lex ferenda non fuit, quod id ſcelus aut nunquã, aut raro ſolet euenire. Sic & de Lazaro à mortuis excitato non fuit quærendum, an reciperet bona & vxorẽ, vt dicit glo. de quo ſi quid cõſtituendum eſt, melius eſt eum bo-

Ius ad id quod frequẽs eſt applicatur.

na, vxorem, liberos, baptiſmum, & cætera recuperare[1]. ferè enim reſtituto comparatur, qui ex reſtitutionis beneficio recipit, honorem, bona, & alia[2].

NON AMBIGITVR. L. VIII.

SENATVS legis condendæ poteſtatẽ habet, vt hîc dicitur: nec mutare arbitror quod alibi dicitur, ſoli principi & imperatori conceſſum eſſe leges condere & interpretari[3], vt enim vulgo receptum eſt, taxatiua dictio non excludit ſimiles caſus[4]. & quanquam ſenatus populuſque Romanus lege regia in principem omne imperium tranſtuliſſet, tamen poteſtas imperij etiam ſenatui communicabatur. Vnde & ſenatus nonnullos imperatores damnauit, & eorum acta antiquauit: vt de Nerone, Vitellio & Domitiano accepimus. Huc pertinet quòd ſicut à principe non appellatur, ita nec à ſenatu[5]. Eum autem ſenatum appellare, qui (vt apud nos & omnibus ferè prouinciis, quæ vnius imperio tenentur) de cauſis priuatis & publicis conſtituat, neque Budæo placet neque doctis. Curiam rectius appellaueris.

NON OMNIVM. L. XIX.

IN his quæ iure & legibus cauta ſunt, ratio anxiè non eſt quærenda, vel hoc maxime quòd voluntas condentis pro ratione eſt[6]. Itaque ſæpiſsimè Paulum à Labeone & alios inter ſe diſſidentes comperimus: huius autem an alterius ſententia æquior ſit, non admodum notum eſt: ſed ſatis eſt hanc in Pandectas relatam eſſe, vt ſecundum eam iudicetur. Hoc enim inter homines lex afferi, vt in iudicando quid ſequamur, habeamus: quanquam id quod ſequimur, altero non ſit æquabilius: ſed in rebus & negotiis aliquid certi definiendum eſt.

NON EST NOVVM. L. XXVI.

ELEGANTER dicitur, antecedentem legem ex poſteriore interpretationem accipere, & è contrario: in Pandectis enim nihil primum, nihil poſtremum, ſed omnia vno & eodem tempore videntur eſſe ſcripta: quia eodem momento autoritatem acceperunt. Sic in contractu nihil dicitur prius altero, quia eodem tempore omnia quæ in inſtrumento deſcripta ſunt, vim accipiunt, nempe cùm in mundum eſt redactus contractus, & lectus coram partibus[7]. ex quo non poſſit pars vna cauſlari, hoc pactum prius adiectum eſſe quàm alterum[8]. nec referre poteſt principio an ad finem contractus, proteſtatio adiiciatur[9].

PRINCEPS. L. XXXI.

PRIVILEGIA principis Auguſtæ communicantur, vt hîc: ferè enim eſt vt honor qui marito debetur, etiã ad vxorem tranſeat[10], ſed quia Auguſta dignitatem non habet, ideo ſi ei legatum ſit, & illa antequam dies cedat, è vita migret: deficit legatum[11]. At legatum principi qui ante diem cedentem ex hominibus eſt ereptus, non deficit ſed debetur ſucceſſori[12]. magis enim dignitati quàm perſonæ legatum videtur eſſe, dignitas autem non moritur[13]: vt autem apud nos Auguſta eadem priuilegia haberet quæ princeps ipſe, lege principali & regia nuper cautum eſt.

DE QVIBVS CAVSIS. L. XXXII.

QVIBVS in rebus ſcripto iure vti non ſolemus, id cuſtoditur, quòd cõſuetudine receptum eſt. ex quo rectè efficitur conſuetudi

Senatus legẽ facit.

A ſenatu nõ appellatur.

Volũtas cõdentis pro ratione eſt.

In contractu nihil primum aut poſtremũ.

Auguſta principis priuilegia habet.

1 ſecund. Pano. in c. pe. de frigid. & maleſic. glo. c. ij. xxxij. q. ij.
2 l. 3. de ſententiam paſſ. & reſtit.
3 l. vlt. C. de legib. l. ij. §. hoc autẽ. de vet. iure enuclean.
4 l. ob æs alienum. & ibi gloſ. & Bar. de præd. & alijs reb. minor. C.
5 l. 1. infrà qui & à quibus appella. licet vel non.
6 glo. vlt. in l. relegati. de pœnis. infra.
7 l. contractus. de fide inſtru. C.
8 ſecund. Bar. in d. l. cõtractus.
9 l. ſi ita ſcriptũ. de lega. 3. & ibi Bar.
10 l. 3. de in ius vocan. C.
11 l. ſi Auguſta. de legat. ij.
12 l. quod principi. de legat. ij.
13 c. quoniam abbas. de offic. deleg. c. ſi gratioſe. de reſc. lib. 6. & l. proponebatur. de Iudic.

ſuetudinem ſeruandam eſſe etiam his caſibus, in quibus lege prouidetur. Et quemadmodum lege obuenire non impropriè dicitur hæreditas, etiam quæ teſtamẽto defertur, lex enim teſtamenta tuetur [1]: ita lege & iure aliquid dicetur fieri, quod ſecundum uſurpatam conſuetudinem fit: cùm lex iubeat cõſuetudinem ſeruari [2]: ideóque delegatus cum hac clauſula vt ſecundum ius iudicet, poterit debebítque ſtatuta & conſuetudines ſequi, & nihilominus dicetur ſecundum ius iudicaſſe [3]. Sed non omnis conſuetudo pro lege eſt, ſed ea tãtùm quæ inueterata eſt, & longo tempore firmata [4], & vt in iure pontificio loquuntur, præſcripta [5]: quod tẽpus interpretamur x. annorum [6]: longum enim tempus de decem annis intelligitur [7]. Sed hic ſummè addubitatum eſt, an cõſuetudo vincat legem. In quo ferè conſtitit apud omnes, vt conſuetudo generalis quæ poſt legem inducitur, vincat & infirmet legem antecedentem, etiã ſi generaliter loquatur, per hunc tex. quòd ſi conſuetudo eſſet ſpecialis, non vinceret generalem legem [8]: & in eo omnes conueniunt. Sed ſi cõſuetudo præcedat legem, magis eſt vt etiam vincat legem: neque enim ſtatuta & conſuetudines tolluntur per legem nouam, niſi de his mentio fiat [9]; quod tamen Barto. non placet. Hæc autem ad eos populos qui ſub Romano imperio ſunt rectius dicuntur. quod an ſit, aut vbinam ſit non planè ſcio. Reliquarum autem gentium conſuetudines, quin vincant legem, nemo opinor eſt qui dubitet, idque etiam ſi libertatem eccleſiæ minuant, eóque iure in Gallia vtimur. Itaq; eũ qui à lege per Regem lata, Papam aut aliũ appellauerit, maieſtatis reũ appellari deferriq; poſſe, & principali & CVRIAE Pariſiẽſis decreto cautum eſt [10]. Et non ſemel Curia Pariſi. diplomata pontificia, quæ contra ius regni eſſent, nulla eſſe pronuntiauit, & imperium executoribus abrogauit [11]: atque adeo pontifices & cardinales edicta Curiæ detrectantes, & pignoribus captis & ingenti pecunia coercuit [12]. Cùm tamen tales iure pontificio & ciuili extra laicorum poteſtatẽ notionémve poſiti ſint, tam in criminalibus, quàm ciuilibus [13]: facta poteſtate epiſcopis iudices laicos excommunicandi, qui contra clericum aliquid conſtituerint [14]. Sic Rex Franciæ, in quibuſdam epiſcopatibus ius Regaliæ habet, hoc eſt, vt quoad vacanti eccleſiæ de paſtore ſit prouiſum, fructus ſuos faciat, & interim conferat vacantia beneficia [15], quod tamen dudum conſtitutiones Bonifacianæ damnauerunt [16]: quanquam & hoc poſteà in cõcilio Baſilienſi receptum eſt. Huc pertinet, quòd in regno Franciæ prouocationes à iudicibus eccleſiaſticis ad CVRIAS ſupremas interponi & recipi ſolent, & hæ tanquam ab abuſu vocantur; quas etiam à delegatis & executoribus Romani pontificis recipi debere, Curia Pariſienſis decreuit [17]: quamuis iure delegans eſſet appellandus [18]. Itaque ſi comes palatinus à Papa creatus, notarios faceret in regno, & cum illegitimis diſpenſaret quo ad temporalia, appellationem ad Curiam interponi debere Benedicti docet [19]. Sic eccleſiaſtici conuentus acquirere in Gallia non poſſunt, & ſi acquiſierint à ſe coguntur abalienare, niſi id illis beneficio principali concedatur; licet hoc pontificum conſtitutionibus ſit damnatum [20]. Nec verò iuſtè quiſpiam dixerit, peccare Gallos qui pontificum edicta non obſeruent. Nam Bonifacianas cõſtitutiones & id genus alias, quæ Regis & regni Gallici liber-

Conſuetudo pro lege eſt.

Conſuetudo debet eſſe longa.

Conſuetudo an vincat legẽ.

Conſuetudines Franciæ an vincant leges.

Regalia.

Galli quo modo pontifici ſubiecti.

1 l. lege obuenire. de verbor. & rerum ſignif. infrà
2 l. j. C. quæ ſit long. cõſuetud.
3 Pano. in c. cùm nobis. x. notab. per illũ text. de electi.
4 l. j. & ij quæ ſit longa conſuet. C. l. 1 § vlt. de aqu. pluuia arcen. infrà
5 c. vlt. in fi. & c. cũ dilectus de conſuet. c. cumana. de electio. c. iij. de conſuet. l. vi.
6 ſecund. Bar. & omnes hic & Pano. in c. vlt. vj. col. de conſuetu.
7 de præſcr. longi tempo. C.
8 l. ij de long. conſuet. C & l. deprecatio. infrà, ad l. Rhod. de iact. c. vlt. de cõſuet.
9 c. j. de conſtit. l. vi. Panor. in c. vlt. de conſuet. vlt. col.
10 v. calen. Martij. anno. 1417.
11 vj. cal. ſeptemb. anno. 1418.
12 viij. Idus Auguſt. anno. 1373. & iterum, xij. cal. Auguſt. anno. 1418.
13 Auth. ſtatuimus. de epiſ. & cleric. c. 1. c. ſi diligẽti. & c. cũ cõtingat. d. for. cõpetẽ.
14 c. ij. de for. compet.
15 refert Specu. tit. de legato. §. nunc tractemus, ver. ſed nũquid legatus.
16 c. generali. & c. quia ſæpe. de electio. l. vj.
17 anno 1491. xix. calẽd. martij.
18 l. j. infrà quis & à quo appel. c. ſi à ſubdelegat. de offi. deleg. lib. vj.
19 in c. Rainutius. in ver. & vxorem. nu. 197. de teſtament.
20 c. j. de immunitate eccleſiar. l. vi.

tatem & priuilegia minuerent, pridem vna clauſula Clemens quintus antiquauit [1].

De conſtitutionibus Principum.

QVOD PRINCIPI PLACVIT. LEX I.

PRINCEPS poteſt leges facere, vt hic [2]: quæ ſentẽtia ad omnes qui alterius ditioni non ſunt ſubditi, generalis eſt. Et hoc in rege Franciæ Andreas Barbat. [3] & Bal. [4] ſcribunt cùm alterum non agnoſcat ſuperiorem [5], refertq; Fulgoſius [6] præſente ſe eos qui à rege Franciæ legati ad concilium Conſtantienſe venerant, teſtatione complexos eſſe, ſe non veniſſe cuiuſquam vocatu, aut quòd rex Franciæ cuiquam ſit ſubditus, ſed pro communi Chriſtianorum ſalute. Quicquid igitur princeps decreuit vel de plano interlocutus eſt, pro lege habetur. Ex quo & illud dicitur, principem in iudicando ordinem iuris ſeruare non teneri [7]. quod ſine dubitatione eſt cùm princeps legibus ſit ſolutus [8]. Addunt etiã doctores, contractus principis legis vim habere [9]. Multa autem ad legem Regiam pertinẽtia, vide hic apud Antonium Vaccam eleganter & illuminatè.

Principes faciunt legem.

Contractus Principis legis vim habent.

BENEFICIVM. L. III.

BENEFICIVM principis pleniſsimè debemus interpretari [10]: quod ita exaudimus, quatenus ius concedentis reſpicit, ſin autem ius tertij, ſtrictiſsimè: ſemper enim illud intelligitur in beneficiis, vt alteri non noceant [11]. Vnde quanquam ſtricta interpretatio fiat in priuilegiis [12], plena tamen admittitur, ſi ius concedentis ſpectemus [13]. Sed hoc adducitur, vt in conceſsionibus & reſcriptis ad beneficia ſtrictior fiat interpretatio, cùm illa ambitioſa ſint [14].

Interpretatio in beneficiis lata.

In priuilegiis.

ΑΊ μεταγενέστεραι διατάξεις. L. IIII.

CONSTITVTIONES, inquit, poſteriores potiores ſunt iis quæ antecedunt. Patet enim ſecundam l. aut cõſtitutione derogare primæ, ſi illi aduerſatur, vel ſi de ea non faciat mentionem [15]. Planè in reſcriptis ſpecialibus, beneficiis aut priuilegiis hoc admittitur, vt antecedentem legem non tollant, niſi de ea mentionem faciant [16], vel niſi ex certa ſcientia probentur emiſſa [17]. Tantùm enim valet certa ſcientia probata, quantùm clauſula derogans adiecta [18]. Sed de ſcientia concedentis probationes erunt implendæ: non enim præſumitur [19], ſicut nec motu proprio putatur reſcriptum datum, niſi exprimatur [20].

Conſtitutio vltima priori derogat.

Certa ſcientia æquipollẽs derogatoria.

De ſtatu hominum.

ET SERVORVM. §. INGENVI. L. V.

OMNINO ſufficit vel natiuitatis, vel conceptionis tempore matrem liberam eſſe, vt partus ingenuus dicatur. Modò enim natiuitatis tempus, modò conceptionis ſpectamus, prout magis partui prodeſt [21]. quod & ad ſimiles inſpectiones valet. Vnde vt ſenator quis dicatur, ſufficit patrẽ illius ſenatorem fuiſſe, vel cùm cõceptus eſt, vel cùm natus: & ſi poſt conceptionem perderet pater ſenatoriam

Tempus natiuitatis aut cõceptionis an attendendum.

1 c. meruit. de priuilegijs. in extra. commu.
2 l. vlt. C. de legib.
3 c. nemini. de offic. delegati.
4 c. 1. de conſtitutio.
5 c. per venerabilẽ. extrà, qui fil. ſint legi.
6 l. ex hoc iure. de iuſtit. & iure. ſuprà & Iaſon iiij. col.
7 fac. tex. in c. ad petitionem. de accuſ. in fi.
8 l. princeps. ſuprà eo.
9 l. donationes. de donat. inter vir. C. l. Cæſar. de public. & ibi Bar.
10 facit c. cùm dilecti. de donatio. c. ſi quando. de reſcrip.
11 l. ij. §. merito. & §. ſi quis à principe. ne quid in loco publico.
12 d. c. dilecti.
13 c. quia circa. & ibi gl. & Pano. de priuileg.
14 c. quamuis. de præb. lib. v.
15 c. 1. de conſti. lib. vi.
16 l. vlt. & ibi glo. Bart. Bal. & alij ſi contra ius vel vtilitatem publicam. C.
17 glo. in c. 1. in ver. noſcatur, de conſtitu. lib. vi.
18 Pano. in c. nõnulli. de reſcrip. nu. 8. in c. vlt. vt lite pendẽt. nil. innou. iiij. notab.
19 arg. l. verius. de prob. glo. in c. paſtoralis. §. præterea de offic. de leg. Pan. in c. cùm inter. in princ. de excep.
20 cap. ſi motu. de præb. lib. vi.
21 l. nuper legem. de natur. liber. C.

riam dignitatem, non nocet filio. Sic ſi tempore conceptionis pater non erat Senator, at tempore natiuitatis erat, tempus natiuitatis diſpicietur[1]. At dignitas acquiſita patri poſtquam conceptus & natus eſt filius, non prodeſt filio[2], ſic nec infamia contracta nocet[3], & hęc ſunt notanda, vt quæ ad nobilitatem à patre quæſitam accōmodari poſſunt: quæſita enim à patre nobilitas nō proficit prius natis[4]. His adde ſententiam qua illicitæ nuptiæ declarantur non nocere filiis poſt natis, nec eos ob id inter ſpurios rectè haberi, ſi ante ſententiam eſſent concepti[5].

Filius ſenatoris aut nobilis quis.

Imperator Titvs. L. viii.

ERROR librarij aut notarij in ſermone fidem inſtrumenti non labefactat[6]. Idem in teſtamento admittimus[7]: ſed in reſcriptis principis & papæ contra[8]. ea enim niſi cōſulto (ſi tamen Panormitano credimus[9]) & deliberato dari non ſolent. Vnde ſi in ſermone aliquid offenditur, fidem ſibi derogant, & falſa eſſe præſumuntur. An autem notarius errorem ſuum emendare poſſit, vide hic Bar. & alios. Hîc & quæri poteſt an litura & abraſio in inſtrumento, fidem inſtrumenti minuat, quod magis eſt, ſi illa in loco ſuſpecto reperiatur, ſin autem in loco non ſuſpecto, nihil nocet[10]. ſed in arbitrio cognoſcentis erit an locus ſit ſuſpectus, necne[11]. & eo caſu quo abraſio detraheret de fide inſtrumenti, intellige vt eam partem tantum inutilem faciat, in qua inuenitur, cætera autem firma manent[12].

Error in inſtrumento aut reſcripto, an noceat.

Litura in inſtrumento.

Qvaeritvr. L. x.

HERMAPHRODITVS qui & ἀνδρόγυνος, an inter mares, an inter fœminas numeretur, diſpici ſolet, quo ſexu magis incaleſcat. Ex quo abundè opinor ſatiſſit ei quæſtioni quam tractat Bald.[13] ex facto, quidam marchio dedit feudum Titio, ea lege, vt pertineret ad filium, ſi eſſet maſculus, aliàs non. natus eſt hermaphroditus, an ſuccedat feudo: quod rectè dici poteſt, ſi magis incaleſcat in eo virilis ſexus. Et ſic ſuccedet feudo, quod alibi etiam Bal. teſtatur[14].

Hermaphroditus.

Pavlvs. L. xi.

IVRE ciuili filius vxorem ducere non poteſt ſine conſenſu patris, vt & infra dicemus[15], cuius ſi conſenſus ſuperueniat, vel ſi filius ſui iuris incipiat eſſe, legitimæ fiunt nuptiæ, ſed liberi iam nati remanent ſpurij[16]. Ex quo illud deſcendit quod hîc Bartol. notat, contractis nuptiis contra ius, & poſtea per diploma principis approbatis, non tamen legitimos effici filios qui ante nati ſunt, ſed eos tantùm qui poſt legitimationem. Fere enim eſt, vt diſpenſatio non trahatur retro[17]. Si tamen ambo coniuges vel alter eorum ignoraſſet impedimentum, filij qui naſcuntur ſunt legitimi[18], etiam quo ad ſucceſsionem eius qui ſciuit[19]. Cùm verò legitimantur filij per ſubſequens matrimonium, nulla fit diſtinctio inter natos aut naſcituros, ſed ex æquo legitimatur[20].

Legitimatio an proficiat filiis iam natis.

Non svnt liberi. L. xiiii.

QVI viui naſcuntur, licet illico decedant, liberi dicuntur, & teſtamentū rumpunt[21], etiam ſi ex ſecto ventre nati ſint: vel non omnino eſſent integri & perfecti[22]. Planè ſi cōtra formam generis humani eſſent nati, vt quia haberent formam bruti, non dicuntur liberi, nec teſtamentum rumpunt[23]: valent tamen ad conditionem implendam in perſona matris vel patris[24]. Vnde &

Nati viui.

Mōſtroſi partus.

1 *l. emancipatū. § ſed ſi quis. infrà de ſenat.*
2 *l. ſi ſenator. de dignit. lib. xij. C.*
3 *l. filiam. de ſenator. l. generali. de ritu nup. infrà*
4 *l. imperialis. § his illud. & ibi Bartol. & Bald. de nuptijs. C. Bart. in l. ſi ſenator. de digni. lib. xij. C.*
5 *c. ij. qui filij ſint legit. extrà.*
6 *vt hîc, & l. ſi librarius. de reg. iur.*
7 *l. qui habebat. de manu. teſta. infrà l. errore. de teſta. C.*
8 *c. ad audiētiā. de reſcr.*
9 *d. c. ad audientiam.*
10 *c. ex literis. de proba. & ibi Abb. c. vlt. de crimen. fal.*
11 *l. ſi vnus. C. de teſtament.*
12 *l. ſi ex falſis. de tranſact. ſ. eccyn. reg. j. in fall.*
13 *in l. quoties. C. de ſuis & leg. ij. co. facit l. repetundarum. de teſt. l. ſed eſt quæſitum. ad ſi. de lib. & poſth.*
14 *de aliena. feud pater. c. j. & glo. in l. de quibus. & ibi Angel. ſuprà de legib.*
15 *l. ij de rit nup.*
16 *per hunc tex. & l etſi contra de nuptijs. C.*
17 *cap ex inſinuatione. de ſimon Decius in l. quod initio. ad ſi. de reg. iur.*
18 *cap. ex tenore. qui filij ſint legit.*
19 *ſecund. Inno. d. c. ex tenore.*
20 *l. cùm quis. de natu. liber. C. c. tanta qui filij ſint legit.*
21 *c. iij. C. de poſth. hared. inſtit.*
22 *l. quod dicitur. infrà de lib. & poſth.*
23 *vt hîc, & d. l. iij. de poſth. hær. C. l. oſtentum de verb. ſignif.*
24 *l. quæret aliquis. de ver. ſig. gl. & Bar. hîc.*

non abſurdè poſſit defendi,eos numerari inter liberos, in id vt proficiant parentibus ad excuſationes tutelæ & aliorum munerum,à quibus certus liberorum numerus excuſat[1].

IN ORBE ROMANO QVI SVNT. L. XVII.

ITA in Pandectis nuper ex Florentia allatis legitur, quod & admonuit Alciatus[2]. Nam ante conſtitutionem Antonini, de qua hîc mentio fit,non omnes imperio Romano ſubditi, ciuitatis ius habebant:ſed id ex priuilegio ſolebat concedi, huic aut alteri nationi.Poſt verò,id omnibus qui in fide Romanorum eſſent,lege Antonini datum eſt.quo non id ſignificatur, vt à tributis ſint immunes: ſed vt habeant ius ſuffragiorum & comitiorum,& ad honores produci poſſint,vt idem Alciatus refert. Sed cùm Roma communis ſit patria omnium[3],videtur ibi etiam exteros defendi oportere,& conueniri poſſe,quod glo. admittit[4], & verum eſt,ſi ibi degunt ex cauſa voluntaria, ſi autem ex iuſta & neceſſaria,reuocandi domum ius habebunt[5].

Romæ conueniri an declinet.

CVM LEGITIMAE. L. XIX.

EX legitimis nuptiis natus,patrem ſequitur quoad dignitatem,familiam,gentem & ſimilia,per ea quæ hîc in gloſ.citantur. Diuerſum neceſſariò dicitur in ſpurio, cùm enim patrē certum non habeat,cenſebitur ex materna ſerie[6]. Matri igitur ſuccedet[7]: & è diuerſo mater,& qui ex ſerie matris ſunt,ei ſuccedēt[8]. Item ſpurius contra teſtamentum matris querelam habet[9]. Si tamen mater eſſet illuſtris,is neq; ſuccedit, neque querelam perfert[10]. Plus etiam additur,ſpurium natum ex adulterio, inceſtu aut ſimili coitu, qui lege puniter, nunquam ſuccedere matri[11]. quod Bartolo quoque videtur[12]. Si autem quæritur an ſpurij patri ſuccedant,expeditum eſt iure ciuili non ſuccedere,imo illis nec teſtamento,nec inter viuos quicquam donari poteſt,ne ad alimenta quidem[13]: ſed tamen æquitate canonica ſpurio pro alimentis relinqui poteſt[14]: Imò & Gallorum moribus relictum ſpurio vel ſpuriæ,ſine diſtinctione valet, etiam ſi vltra alimenta eſſet, & ita CVRIA Pariſienſis ſtatuit[15]. Addendum eſt reſcripto principis etiam legitimos effici eos, qui ex coitu à legibus damnato & punito naſcuntur,vt eadem CVRIA cenſuit[16]: quod & Accurſius non improbat[17]. Tractatum quoque eſt, an ſpurius à patre nobili nobilitatem mutuetur, quod Bartolus negat,[18] cùm patrem certum non habeat,vt dixi. Quanquam contra de conſuetudine receptum ſit,vt Guido Papa ſcribit[19].

Spurius matrem ſequitur & ei ſuccedit.

Spurius an patri ſuccedat.

Inceſtuoſi an legitimentur.

INGENVVM. L. XXV.

NON quælibet ſententia ius facit, ſed ea demum quæ cum iuſto contradictore data eſt[20]: ſed nec eo caſu inter omnes ius faciet,niſi præſente vero aduerſario lata ſit:nam ſi abſuerit, aliis non nocetur[21]. Is autem verus contradictor dicitur, cuius potiſſimum & maximè intereſt, vt dicitur in hærede defendente teſtamentum:nam ſententia in eum reddita legatariis obeſt[22]: ſecus ſi cum eo data eſſet, cuius non principaliter intereſt, vt ſi cum legatariis[23]. Item ſi plurium intereſſet,omnes adeſſe, & litem agere debent, aliâs ſententia contra vnum data alios non tenet[24].

Sententia quam do ius faciat.

Iuſtus contradictor.

1 l. ij. §. numerum. de excu.tutor. infrà l. j. qui numer. lib. C. l. ſi quis decurio. n. de decur. lib. x. C.
2 cap. xx. lib. ij. diſpūc.
3 l. Roma. ad municip. infrà.
4 d. l. Romā.
5 c. vlt. de foro cōpeten. & Pano ibi.
6 l. vulgo. infrà eo.
7 §. vulgo. de ſucceſ. cog. Inſti. l. ij. & l. modeſtinus. vnd. cog. inf.
8 l. ſi ſpurius. infrà vn de cog.
9 l. ſi ſuſpecta. §. j. de inoff. teſt.
10 l. ſi qua illuſtris. ad ſenatuſ. orfic.
11 §. vlt quib. mod. natur. effic. ſui. in Authen. gloſ. in d. l. ſi qua illuſtris.
12 in l. vlt. j. col. de his quib. vt indig.
13 l. j. de naturalib. lib. auth. ex complexu. de inceſt. nup. C.
14 c. cùm haberet. de eo qui duxit.
15 menſe Decemb. anno 1528
16 arreſtis liberali. 1551.
17 §. vlt. quib. mod. natur. effic. ſui.
18 l. ſi vt proponis. de dig ni. lib. xij. C.
19 deciſ. 580. in deciſ. Gratianop.
20 l. cùm non iuſto. de colluſ. de tegen.
21 l. ſi ideo de euictionib. l. qui repudiantis. §. vlt. de inoff. teſtam. infra.
22 l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. infra. de inoff. teſta. vbi not.
23 l. i. de except. rei iudica. infra.
24 l. ij. de fid. inſtr.

De his qui ſui vel alieni iuris ſunt.

ITEM IN POTESTATE. L. III.

Ius patriæ poteſtatis.

PROPRIVM eſt ciuium Romanorum, filios habere in poteſtate. quod ius patrũ in filios latè patet, vt fusè Accurſius docuit [1]. Addit hîc Bal. Iudæos in Romano orbe ſiue imperio habitantes, habere filios in poteſtate: nam & ij ad conſtitutionẽ Antonini pertinent [2]. Relatúmq; eſt à glo. [3] Francos non habere filios in poteſtate: cui conſequens eſt quod Baldus [4] voluit Francos & Britones filioſfamilias poſſe teſtari etiam de peculio aduentitio, cùm non ſint in poteſtate parentum: quod etſi nulla (quod ſciam) lege apud Gallos rogatum ſit, exiſtimo tamen verum eſſe. Nam in Gallia filiifamilias ſine venia parentes in ius vocant: quæ quærunt, ſibi acquirunt, quæ tamen iure Romano contrà dicuntur [5]. Rationẽ autem cur Franci non habeant filios in poteſtate, aſsignat Alciatus [6], quòd ij nunquam habuerunt ius Romanorum ciuium, qui ſe ab imperio Romano ſubitò in libertatem aſſeruerint. hiſtoriam vide apud eundem Alciatum. Item huc adde filios naturales & ſpurios non eſſe in poteſtate parentum, vt hoc tex. à contrario [7]: ideo nec illis patres poterunt pupillariter ſubſtituere [8].

Franci an habeant filios in poteſtate.

Spurij non in poteſtate.

FILIVM. L. VI.

Filius quis.

IS demum filius eſt quem nuptiæ demonſtrãt [9]: nec enim aliter probari poteſt, hunc illius eſſe filium. Itaq; legatum alicui, ſi ſe filium probet, nihilominus debetur, & reiicitur conditio tanquam ἀδύνατος [10]. Nec ei qui habetur ab omnibus pro filio, nocet aſſeueratio patris aut matris, qua illi prædicant, etiam cum iuramento hunc non eſſe filium [11]: & ſi hoc affectu exhæredaretur, querelam nihilominus habebit [12]. Si tamen communi vicinorum opinatione filius non habebatur, ei patris aut matris aſſertio officit [13]: Poſsit tamen ex nonnullis argumentis conuinci eum qui ſe filium contendit, filium non eſſe, vt hîc in tex. videre potes.

Aſſeueratio patris non facit ſpurium.

SI QVA POENA. L. VII.

ITA legendum eſſe Antonius Vacca in expoſitionibus ſuis docet, *Si qua pœna pater fuerit affectus, & cæt.* non *paterfamilias*. & ad eũ quoque modum in Pandectis Florentinorum animaduertimus. Quoties igitur pater excluſus eſt à ſucceſsione aui, nepos illius locum tenet & ſuccedit. quod rationem habet ſiue pater ſit excluſus, quia aui hæreditatẽ repudiauit [14] (primo enim nõ agnoſcente ſequens admittitur [15]) ſiue quòd exhæredatus eſt, exhæredatione valente [16]: ſiue quia deportatus & pœna affectus vt ſuccedere non poſsit: per hũc tex. [17] eo enim excluſo de medio quacunque cauſa, ſequentes in gradu admittuntur. Itaque auo mortuo, hæreditas quæ obuentura erat filio deportato, ſi deportatus non fuiſſet, non applicatur fiſco, ſed nepoti qui & filius deportati eſt [18]. ſi enim quod relinquitur deportatis, & ſimilibus perſonis, non fiſco debetur, ſed quaſi pro non ſcriptum, apud hæredes manet [19], certè & hoc multò iuſtius dicatur in iis quæ ab inteſtato deferuntur, quod Bar. & aliis placet [20]. pro quo & illud facit quod dicitur, confiſcatione bonorum ſola bona præſentia contineri non futura [21].

Excluſo eo qui eſt in medio, ſequens admittitur.

1 *Inſtit. de pat. poteſt.*
2 *l. in orbe Romano. ſuprà de ſtatu homi.*
3 *in §. vlt. de pat. pote. inſtit.*
4 *c. j. §. ſi duo. ad fin. de fratr. de no. bene. inue.*
5 *l. quique litigãdi. infrà de in ius vocan. l. placet. de acquir. hær. cum ſimi.*
6 *lib. ij. diſpunc. c. xxij.*
7 *ibi ex iuſtis nuptijs: & §. vlti. quib. mod. nat. eff. ſui. in auth.*
8 *l. Lucius. & ibi glo. de vulg. & pupil.*
9 *l. & quia. infrà de in ius vocan.*
10 *l. Lucius. de condi. & demonſtra. infrà.*
11 *l. pe. & l. etiam matris. de proba. infrà. c. per tuas. de probatio. Bar. hîc.*
12 *l. ſi inſtituta. §. j. infrà de inoff. teſta.*
13 *c. tranſmiſſæ. qui filij ſint leg. & ibi Panor. & in c. j. de fil. presb.*
14 *noto in l. poſthumus. § vlt. de inoffi. teſta. in l. ſi is qui. de inoffi. teſt. infrà. Bar. in l. liberorum. pen. colũ. de verb. ſignificat.*
15 *l. j. & ij. C. de ſuc. edi.*
16 *l. j. §. ſi pater emancipatus. de coniungen. cũ emanci. lib. infrà.*
17 *l. j. §. vlti. de bon. poſſeſ. cont. tabul.*
18 *l. ſi necem. §. ſi deportatus. de bo. lib. infrà.*
19 *l. ſi in metallum. de iis quæ pro non ſcriptis.*
20 *hîc & in l. j. in fin. de bon. poſ. contra tab.*
21 *l. ſi mandauero. vbi noto. §. is cuius. infrà mandat.*

FILIVSFAMILIAS. L. IX.

Quæ à patria poteſtate eximunt.

In iis quæ ad ius publicum pertinent, patria poteſtas pro nihilo eſt[1]. Imò & aliquæ dignitates publicæ eximunt à patria poteſtate, vt epiſcopalis dignitas, conſularis, præfectura & nonullæ aliæ quæ lege continentur[2]. At quilibet ordo ſacer non liberat à patria poteſtate, niſi quoad ſpiritalia[3]. Idem dicitur in ſimplici canonicatu[4] quod Abbas probat[5] & verum eſt: licet glo. canonica aliud ſenſerit[6]. & Bar. hîc.

SI IVDEX. L. X.

Sententia in principali an ad incidentem quæſtionẽ trahatur.

NONNVLLAE ſunt cauſæ, in quibus ſummatim res poteſt expediri per iudicem[7], quod & aliâs attigimus[8]. In his ſi iudex ſummatim proceſſerit, expeditum eſt nõ fieri præiudiciũ in incidenti quæſtione, vt in cauſa alimentorum hîc dicitur, de qua ſi ſummatim cognitum eſt, cauſa filiationis ſalua manet: quæ filiatio ſi poſt plenè tractetur, facile abolebit primam ſententiam in ſummario iudicio latam[9]. ſi autem de cauſa principali plenè cognitum eſt, præiudicium fit in incidenti: quod rationem habet, ſi neceſſariò incidens principali contineatur[10], vel ſi expreſsè de incidenti mentio facta eſt[11], vt quia iudex reo obiiciente compenſationem, reprobarit exceptionem illam, quaſi debito non ſubſiſtente. Aliâs de incidente iterum agi poteſt[12], quod & aliâs annotabo[13].

De adop. & emancip. & aliis modis quibus patria poteſtas ſoluitur.

SI CONSVL.

HVC pertinent quæ inferius annotauimus in l. ſi plures, infrà de pactis.

NON ALITER L. XVIII

Publica perſona alij quærit.

QVAE de non quærendo alteri per alterum aliâs explicantur[14], non habent locum in perſonis publicis vt notariis, qui & ipſi aliis recipere & ſtipulari ſolent.[15] Plus etiam dicitur, quod quanquam in donationibus abſenti non quæratur, niſi ab eo tempore quo res ad notitiam ſuam venerit[16]. Si tamen notarius ſtipulatus fuerit abſentis nomine, abſenti quæretur etiam antequam ratum habuerit, quod Guido Papa probat: & ita iudicatũ in CVRIA Granonopolit. dicit[17], ſic ſacerdos qui & publica perſona eſt, alteri quærit, quod ſuprà admonui[18].

SI ADROGATOR L. XII.

QVAE ad hoc caput pertinent melius & commodius infra dicentur, vbi de ſubſtitutionibus agitur.[19]

De diuiſione rerum & qualitate.

INTANTVM §. VNIVERSITATIS. L. VI.

Dicta in vniuerſitate ſingulos non reſpiciunt.

QVAE ſunt vniuerſitatis, ſingulorum eſſe minimè cẽſentur. ſic nec honos vniuerſitati debitus, ſingulos reſpicit vt hic[20]: ſic iurans capitulo obedientiam, ſingulis nõ obligatur[21]. Ex quibus efficitur ſingulos in cauſa vniuerſitatis teſtes eſſe[22], niſi in cauſa ardua vt criminali[23], & niſi cõmodũ ad ſingulos pertineret[24], quo caſu & illi admitterẽtur, ſi res per alios non poſſet probari[25], nec enim probationum copia anguſtãda eſt[26]. Huc pertinet quod à Bal.[27] relatũ eſt pro

1 vt hîc. & l. nam quod. ad Trebel.
2 auth. ſed epiſcopalis. de epiſco. & cler.
3 c. ſi annum. ad fi. de iudi. lib. vi.
4 tex. & ibi Abb. in c. conſtitutus. de in integ. reſtit.
5 in rub. de pecu. cle.
6 c. indecorum. de ata. & qualit.
7 de quibus. gl. in l. iij. §. ſciẽdũ. infrà ad exhi.
8 d. §. ſciendum.
9 l. à diuo Pio §. ſi ſuper rebus. de re iudi. & Bal. hîc. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. de lib. agnoſc.
10 l. ij. de ord. cog. C. & c. 1. de ordi. cogn. ext.
11 l. quod in diem. §. vlt. de compenſat.
12 l. 1. de crimine expil. har. C. l. ſin autẽ. §. vl. de neg. geſt. Bar. hîc.
13 l. quod in diẽ. de cõpẽ.
14 l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de ver. oblig. l. 1. per quas perſo. nob. acquir. C.
15 vt hîc. & l. ij. rem pupil. ſal. fore.
16 l. abſenti. de dona.
17 q. xlix. in deciſio.
18 l. 1. §. huius. ſuprà de iuſtit. & iure.
19 ſub tit. de vulg. & pupil. ſubſt. l. ſed etſi plures. §. in adrogato.
20 & l. ſicut. quod cuiuſ. vniuerſ. facit l. ſed ſi hac. §. qui manumittuntur. de in ius voc. l. ij. quod cuiuſ. vni. l. j. §. ſeruum. de quæſt. l. vl. §. 1. ſi ſer. vind.
21 c. cùm clerici. & ibi Panor. de verb. ſigni.
22 glo. & Bar. hîc.
23 Iaſ. in d. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur.
24 l. ciuitatibus. de leg. ij. l. nullus. cũ ſi. de teſti.
25 l. conſenſu. de repud. c. veniens. de teſti.
26 l. quoniam. de hæret.
27 in l. etiã. de execu. rei iud. gl. in c. ſicut. quod cuiuſ. vniuer. infrà. & ibi Bar.

pro debito ſingulorũ, in bona vniuerſitatis miſsionem non decerni. Proptúſque eſt vt contra eccleſiam clericus in teſtimonium inuitus citetur[1].

De ſenatoribus.

CASSIVS. LONGINVS. L. II.

Infamis an teſtis eſſe poſſit.

MOTVS à ſenatu ius dicendi teſtimonij non habet vt hîc. neq; multùm facit quòd dicitur[2], hęreticos qui & infames ſunt, ius teſtimonij in teſtamentis habere: quia in teſtamentis ſpeciale erit. At in iudicio non admittetur infamis infamia iuris[3]. Si verò eſſet infamis facto, admittetur in cauſa bonorum[4], non autem in criminali, in qua clariſsimæ probationes deſiderari ſolent[5].

QVI INDIGNVS. L. IIII.

Odioſa strictè explicantur.

RECEPTA eſt apud magiſtros ſentẽtia, in odioſis ſtrictã fieri interpretationem[6]. quod toties verum eſt quoties nullum abſurdum conſequitur: tunc enim latè res explicatur. Ridiculum eſt enim vt qui minoribus honoribus arcetur, ad maiores aſpiret vt hîc[7]. Adde & hos quatuor dignitatum gradus à glo. poſitos, viris doctis non probari[8].

EMANCIPATVM. L. VII.

Nepoti per auum dignitas retinetur.

VT aliquis filius ſenatoris nobilis, aut qua alia dignitate clarus habeatur, oportet tempore quo vel concipitur, vel naſcitur patrem illius ſenatorẽ fuiſſe: quod etiam aliâs annotatum eſt[9]. Planè benigna interpretatione receptum eſt, vt etiam ei qui natus eſt, patre ſenatu moto, retineatur dignitas per auum[10]. quod rationẽ habet ſi viuẽte auo natus eſt. Nam ſi extincto auo, magis eſt vt indignitas patris illi noceat[11]. Sic dicimus eũ qui poſt mortem aui natus eſt, neq; illius legitimam hæreditatem, neq; bonorum poſſeſsionẽ petere poſſe[12]. Eadem fermè dicuntur in patre qui cùm iam feudum ſibi acquiſitum habebat, delictum cõmiſit, ob quod feudi commiſſum factum eſt: vt nõ pertineat ad filiũ[13], ſi autẽ pater auo viuente deliquiſſet, ex perſona aui ſummoto patre, filio feudum tranſcribetur, argumento huius l. & eorum quę paulò ſuperius dicta ſunt[14].

Delictũ patris, an priuet filium feudo.

FOEMINAE. L. VIII.

Fœminæ à maritis dignitatem habent.

FOEMINAE eadẽ dignitate cum maritis cenſentur[15]: & eã dignitatẽ quã maritorũ beneficio acceperũt, retinẽt viduæ[16]: at deponunt ſi inferioris ordinis viro nupſerint[17]. Ex horum genere & illud eſt quod gl.[18] retulit, & Pan.[19] probat, vxores clericorum incedentium cum habitu & tonſura, habere fori priuilegium quod maritis datur[20]. Sed & hîc aptè quęri poteſt, Titia nobilis nupſit ignobili, amittit dignitatem per hunc text.[21] ſed an mortuo marito reſumat nobilitatẽ: quod vix eſt: ideo ad tributa & vectigalia quæ ſolis ignobilibus imperantur, obligatur, quod Guid. pap. probat, & ita à CVR. Delphinate iudicatũ ait[22], ſic è diuerſo ea quæ non eſt nobilis, ſi vidua eſt viri nobilis, retinet ex illius perſona nobilitatem[23]. quod idem Gui. pap. exiſtimat[24]. Et dignum excẽplo eſt quod aliâs CVR. Pariſi. iudicauit, viduas artificum & id genus mercenariorum, poſſe artificium mariti defuncti per idoneos ſeruos exercere, etiã in iis artificiis in quibus nullus niſi probatus & iuratus admitti ſolet, & hoc in vidua tonſoris iudicatum eſt[25].

1 *gl. in c. veniẽs. tex in c. cùm nuntius. de teſtibus.*
2 *l. quoniam. C. de hær.*
3 *l. iij. §. lege. de teſtib. infrà.*
4 *doc. in l. j. de ſacroſ. ec.*
5 *l. ſciant. de prob. C.*
6 *l. cùm quidã. de lib. & poſthu.*
7 *facit l. relegatorum. §. conſtitutum. §. poteſt. de inter. & releg. l. eni pacto. de ſer. exp.*
8 *Alciat. in l. ſpecioſat. de ver. ſigni.*
9 *l. & ſeruorum. de ſtatu homi. ſuprà.*
10 *per hunc tex. ad fin.*
11 *l. diuo. de quæſtio. C. & Bar. hîc.*
12 *l. Titius. de ſuis & legit. l. qui filio. de inin ſtorup. & irrit. teſt. infrà.*
13 *c. j. §. ſi vaſallus. ſi de feud. defunct. contẽt. ſit inter domi. ĩ feudo.*
14 *l. ſi qua pœna. de his qui ſunt ſui vel alie. & Bal. hîc.*
15 *vt hîc. & l. mulieres. de digni. li. xij. C.*
16 *l. filij. §. vidua. infrà ad municipal. §. non tantum. de nupt. in authen.*
17 *l. j. de incolis. li. x. C. & l. ingenua. de muneleg. lib. xi.*
18 *c. eos. xxxij. diſtinc.*
19 *Panor. c. ij. de fo. cõpe.*
20 *c. j. de cler. coniug.*
21 *ibi, parentes verò.*
22 *q. ccclxxx. in deciſio.*
23 *l. cum te. de nupt. C. & d. §. vidua.*
24 *q. ccclxxix. in deciſio.*
25 *xiij. Cal. Decemb. anno 1427.*

SENATORES. L. XI.

Dignitas & priuilegium in damno eſſe nõ ſolent.

DIGNITAS adiungit domicilium, ſed non mutat primum: aliâs dignitas in damno eſſet, quod à iure plurimùm abeſt[1]. Hucaptè adiungas, quòd licet epiſcopalis dignitas de patria poteſtate quem eximat[2]: hoc certè verum erit in compendio. Nam ſi ex ea liberatione damnum epiſcopo afferri poteſt, aliud eſſet[3]. quod & aliâs annotauimus[4].

1 l. municeps. ad municip. infrà.
2 auth. ſed epiſcopalis. de epiſ. & cler. C.
3 Saly. in d. authen. & Bar. in l. iij. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.
4 l. j. §. vlt. ad Maced.

De officio conſulis.

OFFICIVM CONSVLIS. LEX VNA.

Qui adminiſtratores habeãt officium inſolidum.

CONSVLES cùm habeant officium ordinarium & à lege, ſeorſim & ſinguli aliquid expedire poſſunt, vt hîc. Quod & in tutoribus habet locum[5], qui & ipſi publicum negotium gerunt. Sed videndum ne in procuratoribus & priuatis adminiſtratoribus officium à lege non habentibus, aliud ſit dicendum, qui non ſeorſum ſed ſimul omnes gerere debent[6]: niſi inſolidum dati eſſent[7]. Qui ſi generalem geſtionem haberent, vt exercitores & inſtitores, inſolidum videntur dati[8]. Quod autem dixi de conſulibus, locum non habet in iis qui non ſuo iure iudicant, vt ſunt arbitri[9] & delegati[10]. Adde in executoribus teſtamẽti, licet ſint adminiſtratores priuati, benignè receptum eſſe, vt inſolidum habeant officium[11]: at cæteri executores non gerunt inſolidum[12]. Item an collega poſſit exequi quod à ſuo collega cœptum eſt, vide l. à diuo. §. j. de re iud. & pono in l. argentarium. §. j. de iudi. Et adde quod ſi ſunt duo epiſcopi in eadẽ diœceſi, habent officium inſolidum, & ſeorſim poſſunt excommunicare & abſoluere, & quem vnus ligauerit, alter ſoluere non poteſt per hunc tex.[13] An verò plures procuratores geſtores & ſimiles inſolidum conueniantur alibi retulimus[14].

5 l. vlt. C. de auth. præſ. ſi vnus ex plu. l. j.
6 c. ſi duo. de procu. ext.
7 l. pluribus. de procur. infrà.
8 l. j. §. ſi plures. vbi vide ratio. per Bart. de exerci.
9 l. ſi in tres. de arbit.
10 l. ſi duo. de re iu. c. cauſam. de offic. deleg.
11 c. fin. de teſta. lib. vj.
12 Bar. in l. pluribus. infrà de procur.
13 glo. in c. non autẽ. vij. quæſt. j.
14 l. j. §. vlti. de exercit.

De officio præfecti prætorio.

BREVITER. LEX VNA.

SICVT nec à principe, nec à ſenatu appellatur[15]: ita vt à præfectis prætorio nõ appellaretur, lege principali effectum eſt, licet cõtra eorum ſententias ſupplicatiões recipiãtur[16]: quibus glo. hîc Cardinales & epiſcopos ſimiles facit: à quibus non appellatur[17], cùm ex prorogatiõe cognoſcãt[18], ſed tamẽ cũ hodie ab epiſcopis ad archiepiſcopos appelletur[19], poterũt quidẽ archiepiſcopi ab epiſcopis appellari, nõ autem per libellum aut ſimplicẽ querelã adiri[20]. Nam in prouincia epiſcoporũ imperiũ nõ habẽt, niſi per appellationẽ[21].

15 l. j. infrà à quib. appel. non lic.
16 l. j. de ſent. præf. præt.
17 l. epiſcopale. de epiſco. & cleric.
18 Bal. & Paul. de Caſ. d. l. epiſcopale.
19 c. paſtoralis. de of. ord.
20 c. j. de offi. leg.
21 c. Romana. de offic. ordi. lib. vj. & c. Romana. de appel. lib. vi.

De officio præfecti vrbi.

OMNIA OMNINO. L. I.

Intra & extra.

EX hoc loco, *cùm vrbem noſtram fidei tuæ commiſerimus*, bene efficitur ſecundum Barto. hîc conceſſo caſtro alicui à principe, etiam concedi imperium & iuriſdictionẽ omnem[22]. Item an intra ponatur incluſiuè vel excluſiuè? & reſpondet Bar. in beneficiis poni incluſiuè: in his enim lata eſt facienda interpretatio[23], in rebus autem quæ odioſę ſunt

22 l. vlti. vbi & apud quos. facit text. in c. prætereà. de offi. dele. extrà. l. ij. infrà de iuriſdi. omn. iudic.
23 beneficium. de conſtitutio. principum.

ſunt,excluſiuè. & hoc ratio naturalis docet[1]. Item ex eo quod præfecto demandatur,vt habeat accenſos qui renũcient quæ fiũt, non ineleganter defenditur,credi viatoribus referentibus de officio ſuo[2], niſi eſſent grauia crimina,quia tunc non credetur eis. Sed tamen ad illam denuntiationem iudex poterit inquirere[3]. Item creditur nuntio in iis quæ ad eius officium pertinent[4], vt ſi referret citatum dixiſſe ſe nolle venire[5]. Aliud ſi diceret ſe male fuiſſe acceptum[6],& vtrunq; decreto Pariſien. CVRIAE cõtinetur[7]. Sed an precium annonæ cõſtitui poſsit ab iis qui prouincias regunt,notabo in l.vlt.ad l.Iul. de anno. in hoc vt quis rem certo pretio cogatur vendere.

Nuntio an credatur.

1 *Panor.in c.i.de cleri. coniu.*
2 *l.magis puto.§.ne tamen. de reb. cor.l. ſi quis decurio. de fal.C.*
3 *l.diuus.de cuſto. reo. & ibi Bar.*
4 *l.ea quidem. & ibi glo.de accuſa.C.*
5 *Bar.in l. tres. C.quo. & quand.iudex.*
6 *Guid. papa.q.628.in deci.*
7 *vide ſtylum Curiæ Parlamenti, in vij. parte.artic.xxv.*

PRAEFECTVS VRBI. L.III.

PERTINET ad poſita in l. vlt.de Iuriſd.omni.Iudicum.

De officio prætorum.

APVD FILIVMFAMILIAS. L. I.

IN hanc ſententiam vide notata in l.qui iuriſdictioni.de iuriſ.omni.iud.

BARBARIVS. L. III.

CVM quæritur an acta ab aliquo nomine officij confecta valeant, optimè res conſtituitur,ſi quæratur,non an in tale officium ſit adlectus, vel adlegi potuerit: ſed an ſit habitus pro tali, vt hîc[8],quod tamen verum erit ſi ille erat in poſſeſsiõe talis dignitas:licet enim præſentatus ab eo qui poſteà de iure patronatus iudicio decidit, non ſit remouẽdus[9]:neceſſarium eſt tamẽ præſentantem in poſſeſsiõe fuiſſe[10]:ſufficit enim collatario probare cõferentem in poſſeſsiõe fuiſſe[11]: & electo eligentes in poſſeſsione cũ eligerent fuiſſe[12]. Itẽ licet teſtes vel ſerui ſint vel infames, tamen ſi habebantur & probi & liberi,valebit teſtimoniũ[13], quod in reprobandis teſtibus accuratè videndum eſſe Bar. refert[14].

Vt actus valeat ſufficit quem pro idoneo haberi licet non ſit.

8 *facit l.ij.de ſen. & inter.omn.iud.vbi Bar.*
9 *c.conſultationibus.de iur.patr.*
10 *d.c.conſultationibus.*
11 *c. cùm olim. de cauſ. poſſ.& proprieta.*
12 *c.querelam. de elect.*
13 *l.i.C. de teſtamentis.*
14 *d.l.i.C.de teſt.*

De officio præfecti vigilum.

APVD VETVSTIORES. L. I.

INCENDIVM plerũq; culpa habitatorum euenit vt hîc &.l. vendita.de peric.& commo. rei vend. Tunc autem incendium inter fortuitos caſus non numeratur, cùm in ciuitate plerunque accidit incendium. nam is metus diligentiores dominos debet efficere[15]. Si raró accidit, caſus fortuitus eſt ſecundum Bal.[16]. & ita erunt accipienda omnia legum capitula quæ incendium inter fortuitos caſus numerant.[17]. Adde, dominum de incendio à familia immiſſo nõ teneri, niſi qua culpa poſsit ei imputari,quód perditos ſeruos in clientela ſua eſſe pateretur.[18] quod & CVR. Pari. iudicauit[19]. An autẽ furtũ ſit caſus fortuitus habes in l.cũ duobus.§.dãna.infrà, p ſoc.

Incendium an caſibus fortuitis numeretur.

15 *ſic intel.l.ſi ſeruus.& §.ſi fornacarius. & §.ſi furnum. ad leg. Aquil.*
16 *in l.i.de poſ.C.*
17 *l.cum duobus. §. dãmna.pro ſocio.l.in rebus. & l.ſi vt certo. §.ij. infrà commod. l.ſi quis fundũ loca.*
18 *d.l.ſi ſeruus.§.proculus. ad leg. Aquil.l. videamus.loca.infrà faciunt not.per Bart. in l.j. §. familia. de public.*
19 *Anno.1387.Ioã.Galli.q.cxxiij.*

De officio proconſulis & legati.

OMNES PROCONSVLES. L. II

PROCONSVLES præſides & ſimiles ſtatim vrbem egreſsi iuriſdictionem habent voluntariam. vnde ſtatim apud illos manumitti poteſt,etiam ſi prouinciam non appulerint, vt hîc. Sic elegãter dicitur epiſcopũ etiam extra diœceſim conferre beneficia,hoc enim volun-

Iudicare extra prouinciam an iudex poſſit.

tariæ iuriſdictioni ſeſt[1]. At ea quæ ſunt imperij contentioſi non expedit iudex extra prouinciam[2]: Ideo nec iudex cum extra prouinciam eſt, poteſt decernere vt quiſquam citetur[3]. ſi tamẽ iudex loci in quo eſt is qui decernit, conſenſum accommodet, & etiam partes, poteſt contentioſa iuriſdictio extra territoriũ explicari[4].

Iudicare extra prouinciã an iudex poßit.

Observare. §. vlti. L. IIII.

QVI officiis præſunt antequam magiſtratus ineant, poſſunt conſtituere vicarios, ſi cauſa ſubſit[5]. cùm verò officium gerunt idem, niſi cauſa impendimenti ſit paulò diuturnior: nam tunc alium in locum illius ſuffici, iura voluerunt[6]. Item ſummi magiſtratus per ſubſtitutum ſeruire poſſunt, quod in minoribus locum non habet[7]. Et ex hac lege effici doctores volunt ea quæ geſta ſunt ab eo, qui iuriſdictionem non habebat, ratihabitione eius qui eam poterat demandare, non confirmari[9]. Ea autem quæ à nuda voluntate pendent, bene confirmantur[10].

Vicarij quando & à quibus conſtituantur.

Nec qvicqvam. §. vbi. L. VIII.

SENTENTIAE diffinitiuæ in loco maiorum recitari debẽt[11], & à iudice ſedente vt hîc. At interlocutoria poteſt per libellum expediri & à procedente iudice[12]. Si tamen eius generis eſt, vt ex ea damnum parti afferri non poſsit: aliàs enim nõ poteſt recitari niſi iudice ſedente[13]. vnde ſententiã interlocutoriam ſine ſcripto dari & per teſtes probari poſſe Bal. refert[14]. His adiungitur quod ſuprà, in l. pe. de iuſtitia & iur. diximus.

ſententia an à procedente iudice dici poſſit.

§. De plano.

IVDICIBVS permiſſum non eſt de plano, hoc eſt ſine cauſæ cognitione cognoſcere, niſi iis caſibus qui mandatis continẽtur[15]. Cùm enim hic permittat lex in quibuſdã, in cęteris prohibet[16]: Huc pertinet quod Bar. Bal. & cęteri retulerunt[17] ſolennitates iudicij non poſſe conſenſu partium tolli: ſicut nec calũniæ iuramentum[18]. Sciũm quoque eſt quod dicitur nullum præter principem poſſe committere de plano: ne legatum de latere quidem[19]. Sed de his omnibus vide quæ infrà aſcripſimus[20].

De plano an omnes cognoſcant & quãdo.

De officio præſidis.

Praesidis nomen. L. I.

PRAESES prouinciæ in tota prouincia generale imperium habet, quod non imminuitur licet aliquis alius certo generi rerum præficiatur[21]. Hinc homines etiam extraneos in prouincia ſua delinquentes iure poteſt coërcere, vt hîc: cùm ratione delicti forum ſortiatur[22]. At prouinciales ſuos de delictis extra prouinciam factis, rectè & ex ordine ad pœnam depoſcet[23], de qua re nouam quæſtionem habere poterit. At pœnæ quæ ipſo iure imponuntur, non tenent ſubditos extra diœceſim delinquentes[24].

Præſes extraneos quãdo puniat.

Item ſubditos extra prouinciam peccantes, puniat.

Praeses provinciae. L. V.

PRAESES prouinciæ, nec quilibet ſe vel iudicẽ, vel tutorẽ poteſt decernere, vt hîc[25]. ſic collator nõ poteſt ſe inſtituere in beneficio, cùm inter dantẽ & recipiẽtẽ differentiã perſonalẽ iura cõſtituerint[26]. Nec patronus ſe præſentare[27]. Nec ſe pater filio exẽplariter ſubſtituere poterit ex Bar[28]. nec ſeipſum poteſt quis eligere[29]. Et adde quod not. in l. planè. quod cuiuſ. vni. infrà.

Nemo ſe eligere poteſt.

Illici

1 c. poſt electionẽ. de cõceſ. præb. gl. & Pan. in c. nouit. de off. lega.
2 c. vt litigãtes. de of. or. li. vi. c. nouit. extrà de offi. lega.
3 Old. conſ. lxxxviij. in medio gl. & Pan. in d. c. nouit.
4 glo. in d. c. vt litigantes. & Pan. in c. cũ p. & g. nu. 17. de of. dele.
5 l. aliquando. hoc titu.
6 l. ſi longius. de indi.
7 l. nullus qui. de decur. li. x. C.
8 glo. & Bar. in l. licet. de procur. Guid. papa q. cclxxxvj. in deciſ.
9 glo. & Bar. in l. licet. de procurat. Guid. papa q. 276. in deciſ.
10 l. licet. de indi. vbi no.
11 l. ne. de iuſ. & iur. vbi doc. et l. ſi loc[o]. de indi.
12 l. diem. de arbitr. in prin. l. v-luit. in fi. de inter. actio.
13 l. à procedẽte. C. de dil.
14 l. vl. de ſent. ex breui. recitan.
15 vt hic, & cle. ij. de iudic. cum ſimilib.
16 cùm prætor. de indi.
17 in auth. offeratur. de lit. conteſt.
18 l. ij. §. ſed quia. de iur. cal. C.
19 gl. i c. ſi. de hære. li. vi.
20 l. iij. §. ſciendum. ad exhibend.
21 l. j. & ibi Saly. de off. præf. vrbis. C.
22 auth. qua in prouincia. vbi de crimi. l. ſi cui. §. pe. de accu. infrà. cle. paſtoralis. §. quod ſi punitio. de re iud. & ibi glo.
23 l. j. vbi de cri. C. Pan. in c. cùm contingat. de fo. compe. & Bar. hîc.
24 c. ij. de conſtit. lib. vi. Panor. d. c. cùm contingat. infrà.
25 & l. vlt. de offi. præt. ſuprà l. iiij. de tut. & curat. dat. ab his.
26 c. ſi. de inſti.
27 per veſtras. de iur. pa.
28 in l. ex facto. de vulg. & pupil. infrà.
29 l. ſi mandauero. §. ſi tibi. & ibi Bar. mandati. vbi note.

ILLICITAS. §. VERITAS. L. VI.

Quando ſecundum conſcientiam iudicandum.

IN iudicando fidem eorum quæ probantur, ſequi debet iudex, non autem ex conſcientia ſua iudicare, vt hîc: niſi forſan aliquid ei perſpectum eſſet vt iudici, tunc ex conſcientia iudicabit: nam ſæpiſsimè in rem præſentem venit, & litẽ oculis dirimit [1]. Item in iure poteſt ſupplere, non in facto [2]. Item in notoriis conſcientiã ſequitur [3], & quoties ius dicentis dignitas verſatur [4]. Item ad publicam vtilitatem [5]: nam repellit excõmunicatos, licet admittãtur à parte [6]. benignè quoque illud admittitur, vt iudex ſupplere poſsit, cùm pars vna abeſt [7]. His adde iudices ſupremos debere iudicare ex conſcientia ſua, quod in CVRIA Parlamenti Guido Papæ refert [8]. Et hæc ex omnium fere ſententia, quanquam Corraſius in miſcellaneis cõtrariam ſententiam veriorem putet, & exiſtimet ſecundum conſcientiam iudicandum eſſe [9]. Cuius opinio forſitan cum aliorum ſententia conueniet, ſi dicamus ita ex actis iudicem iudicare debere, vt tamen nunquam contra conſcientiam iudicet.

Noua opinio.

§. SICVTI MEDICO.

Imperitia culpam habet.

PRAETEXTVS imperitiæ non iuuat eos, qui ſe alicui officio ingerunt, vt hîc in medico dicitur: nam nec affectare quis debet id, in quo infirmitas ſua alteri damnum ſit allatura [10]. Huc pertineat, quòd doctor non admittitur ad reſtitutionem in integrum ex defectu ætatis [11]. Nam qua fronte ex errore & imprudentia reſtitutionem deſyderabit, qui ipſe cautus eſſe debet.

§. REMISSA.

Pœna & multa an remitti poſsit.

EORVM quæ ſunt priuato inferenda, ne princeps quidem liberationem dare poteſt [12]. Quæ verò in fiſcum inferri debent, à præſide remitti non poſſunt [13] vt in tributo, decretis principalibus cautum extat [14], niſi ob paupertatem, vt hîc, quæ à pœna quã præſes extra ordinẽ imperat, excuſat: at ordinaria in corporalem mutabitur. [15]. nec enim alio modo illa à præſide remitti poteſt [16].

SENATVSCONSVLTO L. XVI.

Præſides & officiales an agere aut contrahere poſsint

CVM quis officio implicatur, vt pręſes aut proconſul, cum ſubditis cõtractum inire non poteſt [17]. Sic nec cum aliquo iudicio conſiſtit vt hic, cùm tamen dies actionis eſt exitura, benignè receptum eſt, vt ſaltem litẽ conteſtetur [18]. Hoc in criminalibus: in quibus rei mortalitate omnino ſine ſpe reſtitutionis, actio antiquaretur [19]. At in ciuilibus in quibus ceſſat iſte metus, ius parcè illis dicetur, ſed reſtituuntur ad actiones præſcriptas, vt hic. Nec multùm facit quod dici poteſt, non valentibus & iure impeditis, non currere præſcriptionem [20]: nam hoc locum habet in his, qui omnino iure impediuntur: at iſti arcentur ab agendo non prorſus, ſed quia commodè inter negotia publica actiones dictare nequeunt ex Bar.

LEGATVS CAESARIS. L. XX

Dignitas ſecularis aut eccleſiaſtica, ſine ſuperioris conſenſu non refutatur.

NON poteſt magiſtratus ſe abdicare imperio, niſi penes eũ à quo deſignatus eſt & poteſtatẽ accepit. Ex quo, iure defendi poſſe nonnulli volũt, donationẽ Cõſtantini nõ valuiſſe [21]. Sic nec princeps dominatus donare aut alienare poteſt. [22] Atq; adeo hi actus iuramento non confirmarentur [23]. Huc adiũgi poteſt beneficiatus, qui ſacerdotium ſuum ſine ſuperioris venia non refutat [24]: niſi eſſet in controuerſia ſacerdotium. caſus eſt in c.ij. de in

1 *l. minor. xxv. annis adito. de mi. l. age. de tranſac. C. l. ſi irruptione. §. vlt. fin. reg.*
2 *l. vna. vt qua deſunt aduoc. C.*
3 *l. ij. ad ſi. de feriis. infrà, & Bal. in d. l. vna.*
4 *l. quos prohibet. de poſtul.*
5 *l. filiusfa. §. veterani. de procu.*
6 *c. exceptionem. de exception.*
7 *l. vlt. §. ſin autem. C. de appel. l. ſeruum. §. publicè. de procurat. Bart. in d. §. ſin autẽ.*
8 *q. xxix. in deciſio. Grationo.*
9 *lib. iiij. c. xx.*
10 *l. idem. §. i. ad l. Aquil. infrà,*
11 *glo. per illum text. in l. profeſſio. de profeſ. & medi. lib. x. C.*
12 *l. ij. & ibi doct. de in ius vo. C. Bar. in princip. ſlorum.*
13 *l. præſes. de tranſa. C.*
14 *l. omnes. de anno. & tribut. lib. x.*
15 *l. quicunque. de ſer. fug. l. j. de pœnis. infrà. Bart. hic. Panor. in c. finem. de dol. & contu.*
16 *Bar. in l. j. ad ſi. infra ſi quis ius dicen. non obtemp.*
17 *l. j. de contract. indi. l. præſidis, & l. principalibus. vbi Bart. ſi cert. peta. vbi noto.*
18 *l. ſed & ſi. §. ſed & ſi. de indic. & hic.*
19 *l. ſi. ad l. Iul. maieſta. & Bar. hic.*
20 *l. j. §. j. de annal. præſ. C. l. contra maiores. de inoffi. teſtamẽ. C.*
21 *vid. Bar. in princ. ſſorum. & Panor. in princ. decretal.*
22 *l. iij. §. planè, per Bar. Quod vi aut clam.*
23 *c. intellecto. de iureiur.*
24 *quod in dubiis de renũciat. & c. admonet.*

integ.reſt.[1].item in patronato beneficio cõſenſus patroni requiritur[2].Planè qui adhuc ius in beneficio non habet,poteſt ſine venia ſuperioris illud refutare, vt in eo qui habet mandatum & reſcriptum ad beneficium[3].

De officio procuratoris Cæſaris uel rationalis.

QVAE ACTA GESTA'QVE. L. I.

DE procuratoribus priuatorum vetus opinio fuit,vt per eos adiri hęreditas non poſſet: idque ex authoritate cuiuſdam reſponſi, ſub titulo de acquir.hæred. infrà[4]. Sed ibi legendum eſſe *Per curatorem*, non autem *Per procuratorem*, animaduertit Duarenus[5]. quod & Florētinorũ codicum lectio probat. Nam ſuperiore lege[6] egerat de pupillo ſe abſtinente,poſtea ſequente reſponſo ait, per curatorem adiri non poſſe hæreditatem, à pupillo ſupple, ſed tutor neceſſarius eſt[7]: at adulto ſufficeret curator[8].Igitur nõ Imperator ſolùm per procuratorem adit, per hunc tex. ſed & priuatus,cùm id nulla lege excipiatur.Sed hoc diuerſum erit, quòd priuatus aditam hæreditatem repudiare non poteſt[9]: at Imperator poteſt, vt hic: quod priuilegium ad minorem[10], & eccleſiã[11] perducitur. Item ex hac l.perpetuũ eſt quòd procurator vẽdens rem domini tanquam ſuam non transfert dominium, nec obſtat l.ſeruum Titij.mãd.quam omnes ferè cõtrariam citauerũt, quia caſu cum hac l.non conſentit.Cætera require ex glo.& doct.

Per curatorem an hæreditas adeatur.

Qui poſt aditionem ſe abſtineant.

CVRATORES. L. III.

PROCVRATOR Cæſaris qui prohibuit quem accedere in prædia Cæſaris,nõ poteſt hanc illi neceſsitatẽ condonare, vt hic. Sic pars cuius cõtentione effectum eſt, vt quis ob contumaciam eſſet in interdicto,hoc non poteſt remittere[13]. quanquam aliâs pars poſsit debitori iuramentũ remittere[14].quæ enim moram impediunt,eadem & periurium impediunt,& ſicut pars prorogat ne quis in morã incidat,ita & efficit ne is ſit periurus[14].

Pars remittit iuramentũ, & impedit periurium.

De officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.

QVAECVNQVE. L. I.

MERVM imperiũ eſt gladij poteſtas[15]. Miſtũ omnia cõfert præter gladij caſtigationẽ[16]. maximè verò perſecutionibus& iudicis officio cõtinetur. At ſimplex iuriſdictio actionibus[17].Extat quoque CVRIAE Pariſienſis decretum, quo cautum eſt cognitionem rixæ in qua ſanguinis effuſio eſt ad merũ imperiũ pertinere[18].Iam quę in mero imperio ſita ſunt, non delegantur[19]. Fallit in legato proconſulis qui tamẽ de iis quæ maiorẽ animaduerſionẽ requirunt ad procõſulẽ referre debet[20].Item ad ſubſtitutũ in locum impediti vel demortui iudicis omnia tranſeunt[21]. Idem ſi quis vices ageret,non ex iudicis, ſed principis mãdato[22].Et quod hic textus dicit in caſu abſentiæ merum officium delegari, intellige quo ad cognitionem & ſententiam non autem executionem[23], niſi

Merum imperium,miſtũ, iuriſdictio.

Quando merum imperium delegentur.

1 Io. And.in c.conſtitutus.de appel.
2 Panor.in c.fi. de renun. & c. ſignificatum. de præben.
3 c.ad audientiam.ij. de reſcript.
4 l per procuratorem.
5 lib.ij.anniuer.diſput. cap.xxvij.
6 ſi pupillus.de acq.hær.
7 l.cum in vns.§.tutor. de appel.infrà.l.more.de acqui.hære.
8 l.cùm quidam.de adminis.tut.
9 l.ſicut.de repu.hæ.C.
10 l.j. vt minor ab hære. ſe abſtineat.
11 Bal.in l.j. qui admit. ad bono.poſſ
12 l.ij de lib. & eorum liber.& Bar.& Iaſ. hic.
13 c.ij.de ſpõſ.& ibi Panor.Bar.in l.Labeo.de iureiur.
14 c.j.de iureiur Bar.in l.cùm ſtipulatus.de verb.oblig.
15 de pub.iud.l. ij.infrà l.iij. infrà de iuriſd. omn.iudi.
16 Alciat. παρέργων. l. ij.c.vij.
17 Alcia.in l.poteſtatis. de verb.ſig. text.in l. iij. infrà de iuriſdi. omn iudi.
18 die xxiiij.Nouẽ.1551.
19 l.ſolent. §.1.de offici. proc.l nemo poteſt.de reg.iur.
20 l.ſi quid.de offic.proc. ſuprà.
21 c.iij.de offi. dele.l.ij. de offic. eius qui vice.C.
22 l.2.§ ij quibus.& ibi Bar. de leg.iij.l vlti. vbi ſenat.vel clariſſi.
23 §.ad hoc id prohibe. de collat. in auth. infrà.Bal.in l.ij.de peda.iud.

in inſi

Miſti & iuriſdictio an delegentur.

in inſigni latrone [1]. Nec omittendũ eſt, iure canonico omnia poſſe delegari [2]. Sed de miſto imperio valde addubitatũ eſt, an delegari poſsit. Nam prior & cõmunior inualuerat opinio [3], etiam delegari non poſſe per hunc tex. & ſequens reſponſum [4], in quo de miſto imperio fit ſermo, & tamen delegatione contineri negatur. Sed opinor probabilior eſt Fulgoſij & Alciati [5] ſententia, quam etiam Antonius Vacca hîc probat, vt tam miſtum imperium quàm iuriſdictio delegari poſsit, niſi quoties aliquid quod in miſto imperio aut iuriſdictione poſitum eſt, lege ſenatuſconſulto vel conſtitutione principum ſpecialiter eſt commiſſum. & vide rationes fuſius apud eundem Alciatum: nam quædam ſunt miſti imperij, & delegantur [6]. Sunt & alia miſti etiam imperij, & tamen non delegantur [7].

1 l. ſi quis. §. hi autem. infrà de iniuſt. rup. & irrit. teſta.
2 c. quod ſedem. & ibi gl. de off. ord.
3 Bar. Bal. Alex. Iaſ. hîc & infrà l. ſeq.
4 l. ij. infra eo.
5 c. j. lib. ij. Paradoxo.
6 l. cognitio. §. j. infra eod.
7 l. ij. infra eod.

Delegatus recitare non põt.

§. QVI MANDATAM. Delegatus non proprio ſed mutuato delegantis imperio perfungitur [8]. Hinc omnes ferè exiſtimarunt, delegatum non poſſe conſtituere in teſtem qui coram ſe falſum dixit: nam delegatus recitare non poteſt, hoc eſt, capere perſonaliter [9]: quod tamẽ tempera, vt poſt dicemus [10].

8 l. iij. infra eo.
9 Bar. in l. ij. de iuriſ. om. iud. et tex. in c. dilecto. de pœnis. vbi vide Panormita.
10 d. l. ij. de iuriſd. om. iud.

Mandata. L. II.

QVEMADMODVM poteſtas interponendi decreti in alienationibus à tutore factis non eſt delegabilis, hîc. Sic nec tutor alium conſtituere ad illud petendum, poteſt, idque ex autoritate l. minorum. de prædijs mi. C. affirmauit Bal. ibi, quæ tamen rectè intuenti non huc ſpectat. Quod autem hîc dicitur decreti interponendi in alienandis minorum rebus poteſtatem non poſſe transferri, rationem habet, non quòd illud ſit miſti imperij, ſed quia cognitio ipſi prætori ſpecialiter demãdata eſt [11]: vt & ſuprà poſuimus [12].

11 Alcia. lib. ij. parad. c. j.
12 l. j. ſupra eo.

Cognitio. L. IIII.

Miſsio in poſſeſsionẽ mandatur.

§. VT POSSESSIO. Iubere cauere & in poſſeſsionem mittere, quacunque ex re id fiat, imperij miſti eſſe, certo certius eſt [13]: & hęc mandari & delegari poſſe ſatis hoc textu cõprobatur [14]. Ex quo videtur eſſe reijcienda communis opinio, quæ miſtum imperium mandari non poſſe affirmauit: vt ſupra docuimus [15]. Quòd autẽ ſine diſtinctiõe miſsio quę liberi in poſſeſsionem mandari poſsit, etiã Alciatus tenuit [16], & poſt eum Antonius Vacca hîc: & propius opinor eſt: nec placet ſentẽtia cæterorũ [17], qui exiſtimant in miſsione in poſſeſsionem ſolam iuſsionem delegari poſſe, non autem executionem realem. hic enim tex. etiam ad realem executionem accommodari rectè poteſt.

13 l. iubere cauere. infra de iuriſd. om. iud.
14 & l. iiij. §. duas. de dãno infe. infrà.
15 l. j. ſupra eo.
16 lib. ij. parad. c. iiij.
17 Bar. Alex. Angel.

Mandatam. L. vlti.

Delegatus q̃n deleget.

IVDEX delegatus non delegat [18]: fallit in eo qui ad vniuerſitatem cauſarum eſt datus vt in legato proconſulis [19]. Fallit in actu nõ iuriſdictionali, qui & delegatur [20], vt eſt teſtium examinatio. Fallit ſi à delegante ipſi delegato delegandi poteſtas tribuatur, quo caſu non tam delegatus quàm delegans videtur delegare [21]. Idem in delegato à principe, is enim delegare poteſt [22].

18 vt hîc, & l. à iudice. de iudic. l. more. cum ſeq. infra tit. ij.
19 l. ſũm prætor. §. is. de iudic. l. j. quis & à quo.
20 Panor. in c. ſuper quæſtionũ. de offi deleg. per illum tex. & c. cũ cauſam. de appel.
21 Bar. in l. more. infra tit. ij. gloſ. vlti. c. is cui. de off. dele. lib. vi. Panor. in c. cùm Bertoldus. de re iudicata.
22 l. à iudice. C. de iudic.

De officio aſſeſſorum.

Diem fvncto. L. iiii.

COMMVNIS in eo cõſenſus eſt omniũ[1], iudicem conductum ad officium per annũ, ſi intra annum decedat, ſalarium eius anni ad hæredes tranſmittere: ſi pro mẽſe pretiũ eſt promiſſum, illius tantùm menſis[2]. In aduocatis etiam benignè recipitur, vt ſalariũ ad hære[des t]ranſmittant[3]. Quod verò in aduocato fiſci cuius officium perpetuum eſt, lege inductum erat[4], vt illius decedentis hęredes pro futuro nihil acciperent, temperatione adhibita effectũ eſt, vt vnius tãtùm anni ſalariũ ad hęredes deueniret[5]. Domeſticis etiã lege principali[6] indultum eſt, vt totius tẽporis ſalarium ad hæredes trãſmittat. Hæc omnia cùm ſint ſpecialiter recepta, cæteris tribuenda non ſunt[7]. Nam nec ſcriptor, nec quiſquam alius qui ſuo caſu impeditur gerere, ſalarium haberet[8]. Si autem caſu contingente in perſona conductoris, ſalarium integrum percipit[9]. At in his quos ſupra poſui, illud ſpeciatim inducitur, vt etiam ſi caſu ſuo prohibeãtur, tamen vel ſalarium capiant, vel ad hæredes trãſmittant[10]. Item ad finem legis dicitur quòd quoties ante tempus remouebitur præſes, vel ei ſuccedetur ante tempus, non deberi ſalarium futuri temporis comitibus: & ita debet intelligi, licet Bartolus poſt glo. alium intellectum attulerit & cæteri ferè. Sed quia praua lectio variis opinionibus cauſam dedit, ita ex Pandectis Florentinis repone, *Diem functo legato Cæſaris ſalarium comitibus reſidui temporis, quod à legatis præſtitutum eſt, debetur.* Qua ex lectura apparet non agi hîc, an præſes aut legatus mortuus ſalarium tranſmittat hæredibus, ſed an decedente præſide vel legato, ſalarium comitibus debeatur, quod à legato ipſis præſtitutum & aſsignatum eſt, quam lecturam Alciatus probat[11]. Sed tamen in quæſtione qua quæritur, an mortuo præſide ante officium completum, ſalarium trãſmittatur ad hæredes pro reſiduo tẽpore, magis eſt trãſmitti[12], & hãc opinionẽ omnes fere tenẽt[13] Cur enim qui aliquod officiũ gerit deterioris ſit cõditionis quã aduocatus? & hæc apud omnes vide copioſius.

Salarium iudicum & aduocatorum, hæredibus an debeatur.

Vera lectio.

1 *Bar. Alex. Iaſ. hîc.*
2 *Bal. 3 c. j. quis dicat. dux marcb. et c. mes. in feud.*
3 *l. j. §. diuus. de var. & extra. cog. l. properandũ. §. in honorarus. de iudi.*
4 *l. petitionem. §. quando. de aduoc. diuerſ. iud.*
5 *l. poſt duos. de aduo. diuer. C.*
6 *l. vlt. de domeſt. & prote. li. xij. C.*
7 *arg. l. j. de re mi. li. xij. C.*
8 *§. item cùm quidã. l. ſi vno. infrà. loca. glo. in l. pe. C. de condi. ob cauſ. dat. C.*
9 *l. ſed addes. §. cùm quidã. locat. infrà vbi noto.*
10 *l. j. §. diuus. de var. & extraor. cogni.*
11 *cap. xx. lib. iiij. diſpunc.*
12 *per l. matriculã. de agẽ. in rebus. l. ſi quis in ſacris. de proximis ſacer. l. j. de primipi. lib. xij. C.*
13 *glo. Bar. Bal. Ang. Lud. Roma. Alexan. & Iaſ. hîc.*

LIBER II. PANDECT.

De iuriſdictione omnium iudicum.

Cvi ivrisdictio L. ii.

CVI IVRISDICTIO PERMITTITVR, veniunt ea, ſine quibus res explicari commodè nequit[14]: ſic in ſeruitute conceſſa reliqua cenſentur addita, ſine quibus concẽſsio nulli vſui foret[15]. Hinc bellè refert gloſ.[16] iudicem cui ea iudicandi forma data eſt, vt niſi de proprietate, non iudicet, nihilominus de poſſeſsione poſſe cognoſcere, ſi cauſam proprietatis altâs non poſſet expedire. Et quanquam delegatus multare non poſsit[17], vt antea monuimus[18]: quoties tamen impediretur eius iuriſdictio, multan

Cõceſſo vno, veniunt cętera ſine quibus res expediri nequit.

Delegatus an multãdi ius habeat.

14 *vt hîc. & c. i. & c. præterea. de off. deleg.*
15 *l. ſi iter. de ſeruit.*
16 *in l. iij. ſi à non compe.*
17 *c. dilectus. & ibi Panor. mit. de pœn.*
18 *l. j. §. vlt. ſuprà de offic. eius.*

multandi poteſtatem habet[1]: quod etiam ad delegatum delegati perduci placuit[2]. Adde etiam delegatum quodam ſpeciali caſu multare poſſe qui lege continetur[3].

IMPERIVM. L. III.

Imperiũ, merum & miſtũ.

IMPERIVM in merum & miſtum diuiditur. Merum eſt gladij poteſtas, quæ definitio rem de qua agitur cumulatè explicat: vt rectè Alciatus[4] & Duarenus[5] docent, nec videtur eſſe ſupplenda ex his quæ Bart. hîc & cæteri addiderunt. Huic proximum eſt miſtum imperium, quod ita appellatur, quòd ex iuriſdictione miſturam accipit. hoc autem prætoriis ſtipulationibus interponendis, poſſeſsionibus bonorum dandis, & ſimilibus cauſsis continetur. Sed de his vide quæ ſuprà poſuimus[6]. Et ea parcius attigimus, quòd ad vſum rerum publicarum quæ hodie vbique ſunt, parùm pertinent. Tu apud Antonium vaccam fuſius videbis.

IVBERE. L. IIII.

VIDE quæ ſuprà addidimus ad l.iiij. de off. eius cui manda. eſt iuriſdi.

MORE. L. V.

AN delegatus delegare poſsit, habes à nobis in l. vl. ſuprà de off. eius cui mand. Item delegatus imperium amittit reuocante[7], vel mortuo delegante re integra[8]. Definit verò res eſſe integra cœpto negotio, vt hîc: quod interpretamur non per litem conteſtatam tantùm, vt hîc glo. ſed etiam ſola citatione[9]. Nam & ſola citatione fit res litigioſa[10]: lis quoque ſola citatione pendere dicitur[11]. Nec verò eſt omittendũ quemlibet ordinarium delegare, licet ſit defenſor[12]: expeditum eſt enim eos delegandi poteſtatem habere, qui ad vniuerſitatem cauſarum delegati ſunt[13].

Res integra quãdo definat.

SI QVIS ID. L. VII.

Qui non habet in ære, quã do luat in corpore.

EORVM qui in ære non habent, corpus eſt torquendum[14]. Quod verum eſt, ſi ita voluerit creditor, per text. in l. vlt. de in ius voc. ibi, *per querelam*, vt ibi Bald. Item procedit in delictis, non in contractibus[15]. Item nec in honeſtis perſonis regula ius habebit[16]. nec in multa, quæ à iudice extra ordinem indici ſolet: illa enim ob paupertatem remitti debet[17]. Solet autem pœna pecuniaria in corporalem mutari, cùm vel ex vtraque parte pœna eſt, vt hîc[18], vel cùm ex parte rei tantùm, licet ex parte actoris ſit intereſſe[19]. Si autem ex vtraque parte verſatur id quod intereſt, non autem pœna, commutatio nunquam admittetur[20]. Quoties verò pecuniaria pœna in corporalẽ mutabitur, ipſo iure liberatur reus, nec amplius ditior effectus conuenietur[21]. Hinc dicitur, eos qui ceſſerunt bonis, non poſſe poſteà conueniri, ſi ignominioſa fuit ceſsio: quod Guido pap. probat[22]. Solet enim in nonnullis ciuitatibus cedens bonis cum aliqua ignominia cedere. Item hîc[23] ignorantia excuſat, niſi ab eo tempore, quo ſcientia ſuperuenit[24]: vel niſi in doctore, & eo qui ſcire debet[25]. Nec omittendum eſt ruſticitatem nunquam excuſare, niſi iis caſibus qui à iure ſunt comprehenſi[26].

Cedens bonis an iterum conueniatur.

Ignorãtia an excuſat.

QVI IVRISDICTIONI. L. X.

Præſes & iudex an inter ſuos iudicet.

PRAESES inter ſuos domeſticos non cognoſcit[27]. Hoc

1 d. c. prætereà. & c. j. de off. deleg. & ibi Panor. gl. vl. c. non ſolum. de appel. lib. vj.
2 Panor. & alij in c. de cauſis. num. 11. de off. deleg.
3 l. ij. de ped. iudi. vide Gui. Papa. q. lx.
4 lib. ij. parad. c. vij.
5 lib. j. Anniu. diſput. c. liiij.
6 l. j. de off. eius cui mãd.
7 l. iudicium. infrà de iudi.
8 c. relatum. et c. gratum. & c. licet. de off. deleg. extrà.
9 d. c. gratum.
10 Auth. litigioſa. de litig. C.
11 clem. ij. vt lite pend.
12 Iaſon in l. cum qui. infrà eo.
13 l. 1. §. j. infrà quis & à quo.
14 l. j. de pœn. l. ſi de in ius vo. c. finẽ. de dol. & cõt.
15 per tex. in l. j. C. qui bõ. ced. poſs. & l. nemo carcerem. de exac. trib. lib. x. C. & Alex. hic.
16 Salyc. in l. & ſi ſeuerior. in quib. cauſ. infã. irro. C. iij. col.
17 l. illicitas. §. vlt. ſuprà de off. præſ.
18 & l. vlti. infrà. de in ius voc.
19 c. finẽ. de dolo et cõtum.
20 per tex. in c. Odoardus. de ſolu. l. nam et. de dolo.
21 l. ſed ſi vnius. §. ſi ante. de iniur.
22 q. cccxliij. in deciſ.
23 §. doli.
24 l. cum ancillis. de inceſ. nup. & ibi Bal.
25 l. ij. quod quiſque iuris.
26 Alex. & Iaſon hic.
27 c. poſtremo. de appel.

intellige illis agentibus contra extraneos:nam ſi conueniuntur coram præſide poteſt cognoſcere[1].Item nõ habet locum in voluntaria iuriſdictione[2],nec in delegata ſecundum gloſ. hîc,quam ſequuntur omnes[3]: tunc enim delegantis fungitur poteſtate. Vnde nec ordinarius iudex eſſe poterit inter tales perſonas,niſi ad hoc vt lis ſolùm coram ſe conteſtatione inci piat[4]. At arbiter eſſe poterit[5].Et hæc vera eſſe, ſi negotium quo de agitur,ſpectes,exiſtimo.Sed ſi textum hunc intueare, propius,minor ſit dicere,neminem ius ſibi,neque liberis neque iis quos ſecum habet,dicere poſſe:hoc eſt, neminem poſſe domeſticis ſuis litigantibus iudicem dare:per hunc text. Atquin iudex ipſe dari poſsit,nulla lege prohibetur:imô & id ipſum deſignare voluit Africanus[6]: quod Duarenus exiſtimat[7].Cui ius dicere ſignificat,non iudicare:ſed iudicem dare; vt & ipſe alibi docet[8]. Vel fortaſſe dic ex ſententia Antonij Vaccæ patrem inter domeſticos iudicare poſſe, ſi conſenſerint partes[9]:at poſſet recuſari:eóque caſu non iudicabit, per hunc tex.quod etiam Abbati videtur[10]. Aliam expoſitionem vide apud Coraſium in Miſcellaneis[11].

Ius dicere quid

SI IDEM CVM EODEM. L. XI.

CONTINENTIA cauſæ diuidi non debet[12].Ideo in vna cauſa,tametſi differentibus ſpeciebus conſtet, non eſt facienda ſeparatio,cùm agitur de iuriſdictione[13]. Sic non infauorabiliter cautum eſt,vt cumulatio ſummarum ex diuerſis cauſis non fieret,ad impediendam iuriſdictionem, hic: licet vno libello comprehendantur,quia tot ſunt libelli,quot ſummæ[14].ſic ad infringendam donationem cumulum fieri nõ debere,reſcriptum eſt[15].Si autem cumulus fauorem crearet,admitteretur[16].Sic plures oues,quas diuerſis temporibus abegerit quis,cumulabuntur,vt dicatur abigeus, quia fauor in puniendis delictis verſatur[17]. Quantus autem ſit iuriſdictionis confirmandæ fauor vel ex eo conſtat, quòd licet ſumma in principio non videatur maior iuriſdictione iudicantis, ſi tamen pòſt maior appareat,nihilominus iudex procedet[18]. Adde debitum annuum pro multis annis,vnum eſſe: cui conſequens eſt vt ſeparatio non admittatur[19].ſic ad impediẽdam notionem iudicis non inſpicitur,quòd condemnatio creſcere poteſt ex contumacia,vel inficiatione[20].Et facit hic textus ad id quod aliâs CVRIA Pariſien.ſtatuit, lege Regia cauetur in Gallia vt ſententiæ quæ intra xl.libras conſiſtunt, executioni poſsint mandari,nihil mutante appellatione,tam in principali ſorte quàm expenſis,quæritur an cumulus ſit faciendus ſortis cum expenſis,vt eo modo impediatur prompta executio, quod CVRIA Pariſienſis non admiſit[21].Habet enim fauorem publicum ſubito res iudicatas ad exitum perduci[22].Quod autem ad finem legis pertinet, ſcitum eſt cauſam conuentionis & reconuentionis apud eundem iudicem debere terminari[23], licet in recõuentione ſumma maior iuriſdictione ſit vt hic[24]: quod & in delegato locum habet[25],& in eo qui per prorogationem eſt aditus[26]:licet in arbitro contrà[27].His annectuntur quæ poſt in l.j.& ij.de quib.reb.ad eũd.iud.eat.explicata ſunt.

Continentia cauſæ non diuiditur.

Cumulus quãdo fiat.

Conuentio & recõuẽtio apud eundem iudicem fit.

EVM QVI IVDICARE. L. XIII.

NON ideo minus delegatio iure ſubſiſtit,quòd poteſtas etiam

1 l.ſi quis fortè.§.pen.& ibi Bar.de pœn.
2 l.j.de off.præt.ſuprà.
3 per l.in priuatis.de iud.
4 l.ſenatus.de off.præſ.ſuprà.&l.in l.quinctiam.de arbit.
5 d.l.quinctiam.de arbit.
6 d.l.in priuatis.
7 lib.j.diſp.anniu.c.lj.
8 c.liij.eo.lib.
9 d.l.in priuatis.
10 c.cùm conting.at.de for.compet.
11 lib.iiij.c.ix.
12 l.nulli.de.iud.C.
13 l.ſi quis ſeparatim.§.j.de appel.& infrà ead.l.ad finem.
14 Ang.in l.ſcire.de verbo.oblig.
15 l.ſancimus.§.ſi quis.de dona.C.
16 l.ſi plures.§.vl.de pac.Barto.
17 l.vbi.de abig.infrà.
18 l.vlt.§.vlt.de appel.C.
19 l.firmio §.fin.quando.dies leg.Bal.in l.nõ dubium.ad fi.de teſta.C.
20 l.j.de in lit.iur.infrà & l.vl.de fideiuſ.Bar.
21 die 18.Martij an 1526.
22 l.ſeruo.§.prætor.ad Trebel.
23 l.pe.cum ſua authen.de ſent.& interl.C.
24 l.vlt.§ vl.de appel.C.
25 c.1.& ij de mut.pet.
26 glo.& Bar.in l.eſt recepium.infrà eo.
27 c.cùm dilectus.de arb.

etiam in illud tempus perdurat, quo priuatus eſt futurus qui delegat[1], Sed non idem, ſi principium ſit habitura delegatio, eo tempore quo priuatus eſſet delegans, per hunc text. Quæ ſententia probabilior videtur, licet quidam aliter ſoluant. Cui ſententiæ conſequens eſt quod canoniſtæ tradunt[2], reſeruationes legatorum expirare finita legatione: at negotia quæ iam anticipata ſunt & deſierunt integra eſſe, non expirant finito officio delegantis: vnde ſi ei mãdato quod aliquis iudex fecit, ſim ab eodem iudice datus executor, non expirat poteſtas mea illo mortuo[3], vt & Guido papa refert[4]. Diuerſum eſt ſi negotio futuro ſim delegatus: vt ſi mandetur mihi vt Titio beneficium conferam[5]. Et hæc valde notanda ſunt & minimè vulgaria.

Reſeruationes an expirẽt mortuo legato.

Gratia an expiret re integra.

Si per errorem. L. xv.

Cõſenſus partium in prorogando.

CONSENSVS vtriuſque partis in prorogatione requiritur[6]. Per conſequens errans non prorogat vt hîc. nec dubitans[7]: quia dubitans erranti ſimilis eſt[8]. Sed hæc locum non habent ſi iudex pronũtiauerit ſe iudicẽ, & nõ ſit appellatum[9].

Praetor. L. xvii.

An qui aduocatus fuit, de cauſa iudicare poſſit.

QVI in vna cauſa aduocatus fuit, in eadem ſuſpectus eſt iudex, hîc[10]: ſic & ſuſpectus eſſet teſtis[11]. Tamen is qui habuit ſibi aduocatum, illum effectum iudicem in eadem cauſſa non recuſaret[12]. Quem enim pro aduocato approbauit poſtea iudicem factum non iuſtè eiurat[13].

Si convenerit. L. xviii.

Prorogatio facta per pœnitẽtiam prorogantis reuocatur.

LICET in prorogatione vtriuſque partis conſenſus verſetur[14], tamen ante litem conteſtatã aut ſaltem antequam iudex ſit aditus pœnitẽtiæ locus eſt, vt hîc, quod aptè ab omnibus temperatur[15], niſi iuramentum acceſſerit (ſicut dicimus in contractibus innominatis pœnitere non licere accedente iuramento[16].) Item niſi iudice præſente & conſentiente prorogatio facta eſſet[17]: cùm ad ea quæ in iudicio ſunt promiſſa, præciſa ſit obligatio[18]. Et per hanc legem effici nõnullis[19], creditum eſt, eum qui promiſit ſe poſſe conueniri Lutetiæ, Lugduni, & vbicunque fuerit inuentus, poſſe reuocare promiſſionem: diuerſum tamẽ eſt ſi illo modo ſe promiſiſſet ſoluturum. Magis eſt enim vt ibi teneatur, ſoluere vbi fuerit inuentus[20]. Et hæc ex omnium ferè ſententia probabiliter dicuntur. quamquam Alciatus[21] poſt Albericum de Roſato hîc exiſtimet nihil noui hoc in reſpõſo ſtatui, ſed id agi tantùm, vt vtriuſq; partis cõſenſu prorogatio facta vtriuſq; etiã cõſenſu reuocari poſſit. ſed hæc homini nõ ſponte ſequenti vix perſuaſeris.

Cvm qvaedam pvella L. xix.

DE hac lege vide nonnulla à nobis, in l. ſi quis poſtea. infrà, de iudic.

Cõpetentiam ex libello non ex debito metimur.

§. QVOTIES. In iuriſdictione confirmanda attenditur quid petitur, non quid debetur vt hîc: & poteſt peti res & ſumma vna ex pluribus rebus & ſummis debitis[22]: benignè tamen reo conceditur vt fiat cumulus, ne pluribus actionibus diſtringatur[23]. Quod tamen hactenus verũ eſt, ſi iuriſdictio patiatur per hunc tex.[24] Planè libellus vtilis eſt, & cõdẽnatio in quinq; ſequi debet, ſi quis petat decem, & probet ſibi quinq; deberi[25].

1 l. venditor. de iud. infrà §. vlti.
2 c. præſenti. de off. leg. lib. vi. glo. in l. ſi certarum. in fi. de teſta. mil. infrà.
3 c. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. lib. vi.
4 q. 491. in deciſ.
5 c. ſi cui nulla. de præben. lib. vi.
6 Bar. hîc. & glo. per l. ij. de iud.
7 per Iaſo. hîc.
8 tex. in l. vlt. & Bart. in §. fin. autem. de furt.
9 l. ab eo. C. quon. & quã do index. Iaſ. Paul. de Caſt. & Alex. hîc.
10 c. poſtremò. de appel.
11 l. fi. infrà de teſtib. c. fi. eo. lib. vi.
12 glo. in c. dilecto. de teſti. & Iaſ. hîc.
13 l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus.
14 l. ij. de indi. infrà.
15 Paul. Aug. Alex. & Iaſ. hic.
16 glo. in l. ſi pecuniam. de cond. cau. dat. infrà.
17 Pan. in c. j. de indi.
18 glo. in l. filiusf. infrà. & in l. ſi procurator. ad fi. de procu. infrà.
19 Bar. & Iaſ. in l. non vtique. §. ſi quis ita. de eo quod cer. loc.
20 l. Lucius Titius Sempronio. ibi, vbi voles. depoſi. l. Titium. §. tutores. & ibi Bar. de admi. tuto.
21 c. xvij. lib. ij. paradox.
22 l. in commodato. §. duabus comm. infrà.
23 l. ne in plures. de exer. l. j. de quib. reb. ad eũd. iud.
24 Bar. in d. §. duabus.
25 l quidam. & ibi doct. ſi cer. peta.

EXTRA TERRITORIVM. L. VLT.

EXTRA territorium ſuum vel vltra poteſtatem & notionem ſuam iudex ſi iudicet, nihil agit. Vnde & ſi maiorem iuriſdictione ſua ſummam ſententia comprehẽderit, omnino inutilis ſententia eſt, etiam quoad eam ſummam in qua aliâs fuiſſet competens[1]. Iudicium enim & ſententia pro parte valere non poſſunt[2]. Cui annectitur quod aliâs ex facto quæſitum eſt: lege Regia in Gallia cautum eſt, vt iudices inferiores ſententias ſuas quæ intra xxv. libras conſiſtent, nihil obſtante appellatione exequantur: ſi iudex ſententiam vſque ad xl. libras fuerit executus contra appellantem, an ſaltem in ſumma xxv. librarum bene & ex ordine executio proceſſerit, quod vix eſt[3], vt CVR. Pariſien. cenſuit[4]. In diuiduis autem vtile ex ſuperfluo accedente non conuellitur[5]. Item iſtud reſponſum vulgò intelligitur cùm certũ eſt vocatũ non eſſe de territorio vocantis: poterit enim eo caſu vocatus non parere[6]: vt ſi epiſcopus mendicantes vocat, quos manifeſtum eſt exemptos eſſe[7]. Sin autem res in incerto eſſet, tenetur comparere citatus[8]. Quo caſu tantùm dubitatio valet, vt ſi iudex ſe pronunciet iudicem, licet non ſit, ſententia iure ſubſiſtat, etiam in cauſa principali[9]. Sic exempti tenentur venire[10]: quod intellige vt ſuprà relatum eſt. Item quæ dixi, in delegatis locum habent ad quos citatus venire debet, modò copiã delegationis in citatiõe deſcripſerint[11]. Adde ꝙ iudex ſemper cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, licet cõmodũ ſportularũ ad eũ pertineat[12]. Et hãc cõſuetudo ꝓbat. Et huc pertinẽt ea quę no. in l. j. infrà. ne quis eũ qui in ius vo. Quod autẽ diximus citatũ venire debere, vt alleget priuilegiũ, tã verũ eſt, vt etiã ſi appellaret, contra ius appellare videatur, quòd CVRIAE Pariſi. decreto cautum eſſe Ioannes Galli author eſt[13]. Si tamen citaretur aliquis ad locum minime tutum, poteſt non venire, ſatiſque erit appellare[14]. Ex his quæ dicta ſunt & illud deſcendit, iudicem non poſſe in ius vocare eum qui in alia prouincia eſt, nec verbo[15], nec re[16]: & eo ferè ab omnibus decurſum eſt.

Quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur.

HOC EDICTVM. L. I.

HOC edicto maximè æqualitas iudiciorum continetur. Cuius certè tanta vis eſt, vt reſcriptum vni ex litigantibus datum ne expẽſas ſoluat, etiam alterum reſpiciat[17]. Nec iubere poteſt iudex partes ad eum locum venire, qui vni non ſit honeſtus, licet altera ad eum cũ dignitate ſe poſſit ſiſtere[18]. Iudex quoque iniquum ius ſtatuens, eodem iure contra ſe alios vti patietur. Idem in parte quæ impetrauit, vt hic[19]. Sed hæc in dolo recipientur[20]. Cauſa autem huius edicti fuit nimia prætorum in iure dicendo licentia. Cùm enim olim prætoribus permiſſum eſſet ius ſtatuere, non quidem contra leges[21]: ſed in his quæ iure cautã non erant, & certam formam iudicibus à ſe datis prædicere, à qua

1 glo. hic & Bar.
2 l. in hoc iudicio. fam. erciſc. & ibi not.
3 per d. l. in hoc iudicio. & l. quædam mulier. fa mil. erciſ.
4 anno 1520. Rebuf. in ordina. reg. lib. de ſenten. prouiſi. art. ij. gl. 4.
5 l. ſcimus. de donat. C. l. qui ſemiſſes, de vſur.
6 clem. paſtor. alis. §. Piſana. de re iud. l. non videtur. de iud. infrà.
7 Panor. in c. cùm ordinẽ. de reſcrip.
8 l. ſi quis ex aliena. de iud. l. ij. ſi quis in ius vocat non ier. infrà.
9 Panor. in d. c. cùm ordinem. & Bart. in d. l. ij.
10 c. cùm perſona. de priui. lib. vi.
11 c. præterea. de dila. Iaſ. in l. ij. ſi quis in ius voc.
12 ſecundum Iaſ. in l. ij. ſi quis in ius voca.
13 in quæſtio. per arreſta. deciſ. q. cccxxviij.
14 c. ex parte iij. de appell. & ibi Abb.
15 clem. paſtor. alis. de re iudi. & ibi doct.
16 l. cùm vnus. §. vlti, de bon. auth. iud. poſſ.
17 l. vlt. de fruct. & lit. expen.
18 l. ſi cui dies. §. pe. de arbit. facit l. ſi de meis, de arbi. ſi. de mut. pet.
19 facit l. cùm hæreditas. de admi. tut. & l. cùm in eo. de pact.
20 l. ij. infra eo Iaſ. hic.
21 l. i. ad fi. infrà ex quib. cau. maio.

Sententia an pro parte valere poſſit.

Intellectus l.

Delegatus cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio.

Citatus à non ſuo iudice an rectè appellet.

Aequalitas iudiciorum.

Cauſa huius edicti.

à qua ipſi cognoſcendo non poſſent recedere, accidebat ſæpe vt multa contra æquum & iuſtum ſtatuerent. Ex quo effectum eſt, quod alibi teſtatur Cicero, vt quo iure in alios, magiſtratus erant vſi, eidem iuri facti priuati, obedirent. Quod eleganter Duarenus ſcribit[1], & Antonius vacca hîc. Et huc maxime pertinet, quod aliâs quæſitum ſcio: In Gallia Principali reſcripto cauetur, ne in vno articulo teſtes pluſquàm decem interrogentur: ſi Princeps vni parti conceſſerit, vt vltra numerum illum producat teſtes, an idem alteri parti poſsit licere, quod CVRIA Pariſienſis admiſit[2].

1 c.xlix lib.i.diſp. anniu.

2 Die ix. Decemb. anni 1508. facit l. petenda. de temp. in integ. reſt. c. i. de iud. lib. vi.

Conatus ſolus an puniatur.

§. HAEC AVTEM VERBA. Hîc ſolus conatus non punitur: qui tamen in grauioribus delictis punitur[3], & in caſu quem refert Vlpianus[4]. Scitè tamẽ Iaſon hîc poſt Specul. ait, omnibus legibus quæ conatum puniunt, generali conſuetudine derogari. De hac re refer te ad gloſſ. in l. qui ea mente. de furt.

3 l. ſi quis non dicam. de epiſ. & cler.

4 l. iſtẽ apud. §. i. de iniur.

HOC EDICTO. L. II.

ABSVRDVM videtur quod à gl. Bar. Iaſ. & cæteris hîc relatum eſt, iudicem litem ſuam ex imprudentia facere[5]: pœna autem edicti huius non teneri, quæ inferior videtur eſſe. quò ſpectaſſe iuriſconſultũ volũt in hac lege. Sed opinor, verior eſt ſententia, toties iudicem nõ teneri hoc edicto, quoties à ſuo aſſeſſore eſt redditum illud nouum ius. Et ita hæc l. procedet. Si autem ille idem ſtatuiſſet, teneretur[6]: nam imperitia cuique imputatur, ſi aliquo in officio degit[7].

5 c. fin. de var. & ext. cog.

6 d. l. vlti.

7 l. illicitas. §. ſicuti. de off. præſ. facit l. bonorũ. de bon. poſſ.

SI QVIS INIQVVM. L. III.

NOTA principium huius legis, quĩa alibi nullũ ſimile legitur. Huc pertinet quod refert Bart.[8] quòd licet hæredibus intra tempus deliberandi ſit indultum, vt à creditoribus non conueniatur[9], ipſi tamen debitores conuenient. non enim eodem iure vtentur, cùm ius illud non ad poſtulationem ſit datum. nec obſtat l. die. de Iudæ. C. quia ibi ſpeciale ius eſt in Iudæis: quòd maximè æquitas ſuadeat, vt ſicut die ſabbati nõ cõueniantur, ita nec conueniant. nam à quiete auocarentur. Adde præſumi ſemper ad poſtulationem datum priuilegium & ius, non autem proprio motu[10].

8 in l. fin. §. donec. de iure delib. C.

9 per d. l. vl. §. donec.

10 c. ſi motu. de præb. li. vi. Bar. hîc.

Delictum & factum rei an teneat fideiuſſorem.

§. SI IS PRO QVO. Ex hoc tex. ſatis euincitur delictum & factum rei principalis, quod antequam tertius fide ſua eſſe iubeat interceſsit, obligationẽ fideiuſſoris augere. In omnem enim cauſam cenſetur acceptus[11]. Sed videndum eſt ne illud non ſit verum in ſtricti iuris actionibus, ex quarum natura eſt, vt acceſsiones non veniãt, ideo nec fideiuſſoris obligationem augeant[12]. Cùm autem delictum illud & factum rei incidit obligatione fideiuſſoris iam concepta, nihilò fideiuſſor obligatur magis[13]. Planè in mora reſponſum eſt, vt ipſa ex reo procedens fideiuſſòrem obliget periculo rei[14]: nam & iam ipſe fideiuſſor in culpa eſt. At non tenebitur de eo quanti res creſcet propter contumaciam & moram rei[15]. Quòd ſi factum rei liberato & dimiſſo iam fideiuſſore accidat, ad fideiuſſorem nihil pertinet[16]: nec enim is ſine nouo conſenſu ſuo in obligationem recidit[17]. Hæc quòd ad hunc nodum qui in iure frequens eſt: vt autem textum hunc difficilem intelligas,

Mora rei nocet fideiuſſori.

Species textus.

11 l. centum. ad fi. infrà de eo quod cer. loc.

12 d. l. centum. & l. vlti. de eo quod. cer.

13 l. vlt. de fide. infrà l. ſi de in litem iuran. l. ſi in pignore. de fideiuſ. l. vl. de eo quod cer.

14 l. mora. & l. cùm filiuſfamilias. infrà de verb. obligat.

15 l. centum. & l. vlti. vbi noto de eo quod cer. loc.

16 l. vl. de pac. infrà.

17 l. item quæritur. §. vlt. loca. infrà. & l. ſi Hermes. C. loca. l. labeo. §. vlti. de arbit.

FILIVSFAMILIAS. L. IX.

In iis quæ ad ius publicum pertinent, patria poteſtas pro nihilo eſt[1]. Imò & aliquæ dignitates publicæ eximunt à patria poteſtate, vt epiſcopalis dignitas, conſularis, præfectura & nonullæ aliæ quæ lege continentur[2]. At quilibet ordo ſacer non liberat à patria poteſtate, niſi quoad ſpiritualia[3]. Idem dicitur in ſimplici canonicatu[4] quod Abbas probat[5] & verum eſt: licet glo. canonica aliud ſenſerit[6]. & Bar. hîc.

Quæ à patria poteſtate eximant.

SI IVDEX. L. X.

NONNVLLAE ſunt cauſæ, in quibus ſummatim res poteſt expediri per iudicem[7], quod & aliâs attigimus[8]. In his ſi iudex ſummatim proceſſerit, expeditum eſt nõ fieri præiudiciũ in incidenti quæſtione, vt in cauſa alimentorum hîc dicitur, de qua ſi ſummatim cognitum eſt, cauſa filiationis ſalua manet: quæ filiatio ſi poſt plenè tractetur, facile abolebit primam ſententiam in ſummario iudicio latam[9]. ſi autem de cauſa principali plenè cognitum eſt, præiudicium fit in incidenti: quod rationem habet, ſi neceſſariò incidens principali contineatur[10], vel ſi expreſsè de incidenti mentio facta eſt[11], vt quia iudex reo obiiciente compenſationem, reprobarit exceptionem illam, quaſi debito non ſubſiſtente. Aliâs de incidente iterum agi poteſt[12], quod & aliâs annotabo[13].

Sententia in principali an ad incidentem quæſtionẽ trahatur.

De adop. & emancip. & aliis modis quibus patria poteſtas ſoluitur.

SI CONSVL.

HVC pertinent quæ inferius annotauimus in l. ſi plures, infrà de pactis.

NON ALITER L. XVIII

QVAE de non quærendo alteri per alterum aliâs explicantur[14], non habent locum in perſonis publicis vt notariis, qui & ipſi aliis recipere & ſtipulari ſolent.[15] Plus etiam dicitur, quod quanquam in donationibus abſenti non quæratur, niſi ab eo tempore quo res ad notitiam ſuam venerit[16]. Si tamen notarius ſtipulatus fuerit abſentis nomine, abſenti quæretur etiam antequam ratum habuerit, quod Guido Papa probat: & ita iudicatũ in CVRIA Grationopolit. dicit[17], ſic ſacerdos qui & publica perſona eſt, alteri quærit, quod ſuprà admonui[18].

Publica perſona alij quærit.

SI ADROGATOR L. XII.

QVAE ad hoc caput pertinent melius & commodius infra dicentur, vbi de ſubſtitutionibus agitur.[19]

De diuiſione rerum & qualitate.

INTANTVM §. VNIVERSITATIS. L. VI.

QVAE ſunt vniuerſitatis, ſingulorum eſſe minimè cẽſentur. ſic nec honos vniuerſitati debitus, ſingulos reſpicit vt hic[20]: ſic iurans capitulo obedientiam, ſingulis nõ obligatur[21]. Ex quibus efficitur ſingulos in cauſa vniuerſitatis teſtes eſſe[22], niſi in cauſa ardua vt criminali[23], & niſi cõmodũ ad ſingulos pertineret[24], quo caſu & illi admitterẽtur, ſi res per alios non poſſet probari[25], nec enim probationum copia anguſtãda eſt[26]. Huc pertinet quod à Bal.[27] relatũ eſt pro

Dicta in vniuerſitate ſingulos non reſpiciunt.

1 vt hic. & l. nam quod. ad Trebel.
2 auth. ſed epiſcopalis. de epiſco. & cler.
3 c. ſi annum. ad fi. de iudi. lib. v.
4 tex. & ibi Abb. in c. conſtitutus. de in integ. reſtit.
5 in rub. de pecu. cle.
6 c. indecorum. de ata. & qualit.
7 de quibus gl. in l. iij. §. ſecũdũ. infrà ad exhi.
8 d. §. ſecundum.
9 l. à diuo Pio §. ſi ſuper rebus. de re iudi. & Bal. hîc. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. de lib. agnoſc.
10 l. ij. de ord. cog. C. & c. 1. de ordi. cogn. ext.
11 l. quod in diem. §. vlt. de compenſat.
12 l. 1. de crimine expil. har. C. l. ſi mandatẽ. §. vl. de neg. geſt. Bar. hic.
13 l. quod in diẽ. de cõpẽ.
14 l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de ver. oblig. l. 1. per quas perſo. nob. acquir. C.
15 vt hîc. & l. ij. rem pupil. ſal. fore.
16 l. abſenti. de dona.
17 q. xlix. in deciſio.
18 l. 1. §. huius. ſuprà de iuſtit. & iure.
19 ſub tit. de vulg. & pupil. ſubſt. l. ſed etſi plures. §. in adrogato.
20 & l. ſicut. quod cuiuſ. vniuerſ. facit l. ſed ſi hac. §. qui manumittuntur. de in ius voc. l. ij. quod cuiuſ. vni. l. j. §. ſeruum. de quæſt. l. vl. §. 1. ſi ſer. vind.
21 c. cùm clerici. & ibi Panor. de verb. ſigni.
22 glo. & Bar. hîc.
23 Iaſ. in d. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur.
24 l. ciuitatibus. de leg. ij. l. nullus. cũ ſi. de teſti.
25 l. conſenſu. de repud. c. veniens. de teſti.
26 l. quoniam. de hæret.
27 in l. etiã. de execu. rei iud. gl. in c. ſicut. quod cuiuſ. vniuer. infrà. & ibi Bar.

pro debito ſingulorũ, in bona vniuerſitatis miſsionem non decerni. Propiúſque eſt vt contra eccleſiam clericus in teſtimonium inuitus citetur[1].

1 glo.in c. veniẽs. ĩex in c.cùm nuntius. de teſtibus.

De ſenatoribus.

Cassivs Longinvs. L. II.

Infamis an teſtis eſſe poſſit.

MOTVS à ſenatu ius dicendi teſtimonij non habet vt hîc.neq; multùm facit quòd dicitur[2], hereticos qui & infames ſunt, ius teſtimonij in teſtamentis habere: quia in teſtamentis ſpeciale erit. At in iudicio non admittetur infamis infamia iuris[3]. Si verò eſſet inſamis facto, admittetur in cauſa bonorum [4], non autem in criminali, in qua clariſsimæ probationes deſiderari ſolent [5].

2 l.quoniam. C.de hær.
3 l.iij.§.lege. de teſtib. infrà.
4 doc.in l.j.de ſacroſ.ec.
5 l.ſciant.de prob. C.

Qvi indignvs. L. IIII.

Odioſa ſtrictè explicãtur.

RECEPTA eſt apud magiſtros ſentẽtia, in odioſis ſtrictã fieri interpretationem [6]. quod toties verum eſt quoties nullum abſurdum conſequitur: tunc enim latè res explicatur. Ridiculum eſt enim vt qui minoribus honoribus arcetur, ad maiores aſpiret vt hîc[7]. Adde & hos quatuor dignitatum gradus à glo. poſitos, viris doctis non probari [8].

6 l.cùm quidã. de lib. & poſthu.
7 facit l. relegatorum. §.conſtitutum. §.poteſt. de inter. & releg.l.cui pacto.de ſer. exp.
8 Alciat.in l.ſpecioſas. de ver.ſigni.

Emancipatvm. L. VII.

Nepoti per auum dignitas retinetur.

VT aliquis filius ſenatoris nobilis, aut qua alia dignitate clarus habeatur, oportet tempore quo vel concipitur, vel naſcitur patrem illius ſenatorẽ fuiſſe: quod etiam aliâs annotatum eſt [9]. Planè benigna interpretatione receptum eſt, vt etiam ei qui natus eſt, patre ſenatu moto, retineatur dignitas per auum [10]. quod rationẽ habet ſi viuẽte auo natus eſt. Nam ſi extincto auo, magis eſt vt indignitas patris illi noceat [11]. Sic dicimus eũ qui poſt mortem aui natus eſt, neq; illius legitimam hæreditatem, neq; bonorum poſſeſsionẽ petere poſſe [12]. Eadem ferme dicuntur in patre qui cùm iam feudum ſibi acquiſitum haberet, delictum cõmiſit, ob quod feudi commiſſum factum eſt: vt nõ pertineat ad filiũ [13],

Delictũ patris, an priuet filium feudo.

ſi autẽ pater auo viuente deliquiſſet, ex perſona aui ſummoto patre, filio feudum tranſcriberetur, argumento huius l. & eorum quę paulò ſuperius dicta ſunt [14].

9 l.& ſeruorum.de ſtatu homi.ſuprà.
10 per hunc tex. ad fin.
11 l.diuo. de quæſtio. C. & Bar.hîc.
12 l.Titius.de ſuis & legit.l.qui filio. de inin ſtorup.& irrit. teſt. infrà.
13 c.1.§.ſi vaſallus. ſi de feud.defunct.contẽt. ſit ĩter domi. ĩ feudo.
14 l.ſi qua pœna. de his qui ſunt ſui vel alie. & Bal.hîc.

Foeminae. L. VIII.

Fœminæ à maritis dignitatem habent.

FOEMINAE eadẽ dignitate cum maritis cenſentur [15]: & eã dignitatẽ quã maritorũ beneficio acceperũt, retinẽt viduæ [16]; at deponunt ſi inferioris ordinis viro nupſerint [17]. Ex horum genere & illud eſt quod gl.[18] retulit, & Pan.[19] probat, vxores clericorum incedentium cum habitu & tonſura, habere fori priuilègium quod maritis datur [20]. Sed & hîc aptè quęri poteſt, Titia nobilis nupſit ignobili, amittit dignitatem per hunc text.[21] ſed an mortuo marito reſumat nobilitatẽ: quod vix eſt: ideo ad tributa & vectigalia quæ ſolis ignobilibus imperantur, obligatur, quod Guid.pap. probat, & ita à CVR. Delphinate iudicatũ ait [22], ſic è diuerſo ea quæ non eſt nobilis, ſi vidua eſt viri nobilis, retinet ex illius perſona nobilitatem [23]. quod idem Gui.pap.exiſtimat [24]. Et dignum exẽplo eſt quod aliâs CVR. Pariſi. iudicauit, viduas artificum & id genus mercenariorum, poſſe artificium mariti defuncti per idoneos ſeruos exercere, etiã in iis artificiis in quibus nullus niſi probatus & iuratus admitti ſolet, & hoc in vidua tonſoris iudicatum eſt [25].

15 vt hîc.& l. mulieres. de digni.li.xij.C.
16 l.filij.§.vidua. infrà ad municipal.§.non tantum. de nupt. in authen.
17 l.1. de incolis. li.x. C. & l.ingenua. de muneleg.lib. xi.
18 c.eos.xxxij. diſtinc.
19 Panor.c.ij.de fo.cõpe.
20 c.j.de cler.coniug.
21 ibi, parentes verò.
22 q.ccclxxx. in deciſio.
23 l.cum te. de nupt. C. & d.§.vidua.
24 q.ccclxxix.in deciſio.
25 xiij.Cal.Decemb.anno 1427.

SENATORES. L. XI.

Dignitas & priuilegium in damno eſſe nõ ſolent.

DIGNITAS adiungit domicilium, ſed non mutat primum: aliâs dignitas in damno eſſet, quod à iure plurimùm abeſt[1]. Huc aptè adiungas, quòd licet epiſcopalis dignitas de patria poteſtate quem eximat[2]: hoc certè verum erit in compendio. Nam ſi ex ea liberatione damnum epiſcopo afferri poteſt, aliud eſſet[3]. quod & aliâs annotauimus[4].

1 l. municeps. ad municip. infrà.
2 auth. ſed epiſcopalis. de epiſ. & cler. C.
3 Saly. in d. authen. & Bar. in l. ij. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.
4 l. j. §. vlt. ad Maced.

De officio conſulis.

OFFICIVM CONSVLIS. LEX VNA.

CONSVLES cùm habeant officium ordinarium & à lege, ſeorſim & ſinguli aliquid expedire poſſunt, vt hîc. Quod & in tutoribus habet locum[5], qui & ipſi publicum negotium gerunt. Sed videndum ne in procuratoribus & priuatis adminiſtratoribus officium à lege non habentibus, aliud ſit dicendum, qui non ſeorſum ſed ſimul omnes gerere debent[6]: niſi inſolidum dati eſſent[7]. Qui ſi generalem geſtionem haberent, vt exercitores & inſtitores, inſolidum videntur dati[8]. Quod autem dixi de conſulibus, locum non habet in iis qui non ſuo iure iudicant, vt ſunt arbitri[9] & delegati[10]. Adde in executoribus teſtamẽti, licet ſint adminiſtratores priuati, benignè receptum eſſe, vt inſolidum habeant officium[11]: at cæteri executores non gerunt inſolidum[12]. Item an collega poſsit exequi quod à ſuo collega cœptum eſt, vide l. à diuo. §. j. de re iud. & pono in l. argentarium. §. j. de iudi. Et adde quod ſi ſunt duo epiſcopi in eadẽ diœceſi, habent officium inſolidum, & ſeorſim poſſunt excommunicare & abſoluere, & quem vnus ligauerit, alter ſoluere non poteſt per hunc tex.[13] An verò plures procuratores geſtores & ſimiles inſolidum conueniantur alibi retulimus[14].

Qui adminiſtratores habeãt officium inſolidum.

5 l. vlt. C. de auth. præſ. ſi vnus ex plu. l. j.
6 c. ſi duo. de procu. ext.
7 l. pluribus. de procur. infrà.
8 l. j. §. ſi plures. vbi vide ratio. per Bari. de exerci.
9 l. ſi in tres. de arbit.
10 l. ſi duo. de re iu. & c. cauſam. de offic. deleg.
11 c. fin. de teſta. lib. vj.
12 Bar. in l. pluribus. infrà de procur.
13 glo. in c. non autẽ. vij. quæſt. j.
14 l. j. §. vlti. de exercit.

De officio præfecti prætorio.

BREVITER. LEX VNA.

SICVT nec à principe, nec à ſenatu appellatur[15]: ita vt à præfectis prætorio nõ appellaretur, lege principali effectum eſt, licet cõtra eorum ſententias ſupplicatiões recipiãtur[16]: quibus glo. hîc Cardinales & epiſcopos ſimiles facit: à quibus non appellatur[17], cùm ex prorogatiõe cognoſcãt[18], ſed tamẽ cũ hodie ab epiſcopis ad archiepiſcopos appelletur[19], poterũt quidẽ archiepiſcopi ab epiſcopis appellari, nõ autem per libellum aut ſimplicẽ querelã adiri[20]. Nam in prouincia epiſcoporũ imperiũ nõ habẽt, niſi per appellationẽ[21].

15 l. j. infrà à quib. appel. non lic.
16 l. j. de ſent. præſ. præt.
17 l. epiſcopale. de epiſco. & cleric.
18 Bal. & Paul. de Caſ. d. l. epiſcopale.
19 c. paſtoralis. de of. ord.
20 c. j. de offi. leg.
21 c. Romana. de offic. ordi. lib. vj. & c. Romana. de appel. lib. vi.

De officio præfecti vrbi.

OMNIA OMNINO. L. I.

EX hoc loco, *cùm vrbem noſtram fidei tuæ commiſerimus*, bene efficitur ſecundum Barto. hîc conceſſo caſtro alicui à principe, etiam concedi imperium & iuriſdictionẽ omnem[22]. Item an intra ponatur incluſiuè vel excluſiuè? & reſpondet Bar. in beneficiis poni incluſiuè: in his enim lata eſt facienda interpretatio[23], in rebus autem quæ odioſæ ſunt

Intra & extra.

22 l. vlti. vbi & apud quos. facit text. in c. præterea. de offi. dele. extrà. l. ij. infrà de iuriſdi. omn. iudic.
23 beneficium. de conſtitutio. principum.

Nuntio an credatur.

ſunt, excluſiuè. & hoc ratio naturalis docet[1]. Item ex eo quod præfecto demandatur, vt habeat accenſos qui renũcient quæ fiũt, non ineleganter defenditur, credi viatoribus referentibus de officio ſuo[2], niſi eſſent grauia crimina, quia tunc non credetur eis. Sed tamen ad illam denuntiationem iudex poterit inquirere[3]. Item creditur nuntio in iis quæ ad eius officium pertinent[4], vt ſi referret citatum dixiſſe ſe nolle venire[5]. Aliud ſi diceret ſe male fuiſſe acceptum[6], & vtrunq; decreto Pariſien. CVRIAE cõtinetur[7]. Sed an precium annonæ cõſtitui poſſit ab iis qui prouincias regunt, notabo in l. vlt. ad l. Iul. de anno. in hoc vt quis rem certo pretio cogatur vendere.

1 *Panor. in c. i. de cleri. conin.*
2 *l. magis puto. § ne tamen. de reb. cor. l. ſi quis decurio. de fal. C.*
3 *l. diuus. de custo. reo. & ibi Bar.*
4 *l. ea quidem. & ibi glo. de accuſa. C.*
5 *Bar. in l. tres. C. quo. & quand. index.*
6 *Guid. papa. q. 628. in deci.*
7 *vide ſtylum Curiæ Parlamenti, in vij. parte. artic. xxv.*

PRAEFECTVS VRBI. L. III.

PERTINET ad poſita in l. vlt. de Iuriſd. omni. Iudicum.

De officio prætorum.

APVD FILIVMFAMILIAS. L. I.

IN hanc ſententiam vide notata in l. qui iuriſdictioni. de iuriſ. omni. iud.

BARBARIVS. L. III.

Vt actus valeat ſufficit quem pro idoneo haberi licet non ſit.

CVM quæritur an acta ab aliquo nomine officij confecta valeant, optimè res conſtituitur, ſi quæratur, non an in tale officium ſit adlectus, vel adlegi potuerit: ſed an ſit habitus pro tali, vt hîc[8], quod tamen verum erit ſi ille erat in poſſeſsiõe talis dignitas: licet enim præſentatus ab eo qui poſteà de iure patronatus iudicio decidit, non ſit remouẽdus[9]: neceſſarium eſt tamẽ præſentantem in poſſeſsiõe fuiſſe[10]: ſufficit enim collatario probare cõferentem in poſſeſsiõe fuiſſe[11]: & electo eligentes in poſſeſsione cũ eligerent fuiſſe[12]. Itẽ licet teſtes vel ſerui ſint vel infames, tamen ſi habebantur & probi & liberi, valebit teſtimoniũ[13], quod in reprobandis teſtibus accuratè videndum eſſe Bar. refert[14].

8 *facit l. ij. de ſen. & inter. omn. iud. vbi Bar.*
9 *c. conſultationibus. de iur. patr.*
10 *d. c. conſultationibus.*
11 *c. cùm dim. de cauſ. poſſ. & proprieta.*
12 *c. querelam. de elect.*
13 *l. i. C. de teſtamentis.*
14 *d. l. j. C. de teſt.*

De officio præfecti vigilum.

APVD VETVSTIORES. L. I.

Incendium an caſibus fortuitis numeretur.

INCENDIVM plerũq; culpa habitatorum euenit vt hîc & l. vendita. de peric. & commo. rei vend. Tunc autem incendium inter fortuitos caſus non numeratur, cùm in ciuitate plerunque accidit incendium. nam is metus diligentiores dominos debet efficere[15]. Si rarò accidit, caſus fortuitus eſt ſecundum Bal.[16]. & ita erunt accipienda omnia legum capitula quæ incendium inter fortuitos caſus numerant[17]. Adde, dominum de incendio à familia immiſſo nõ teneri, niſi qua culpa poſſit ei imputari, quòd perditos ſeruos in clientela ſua eſſe pateretur.[18] quod & CVR. Pari. iudicauit[19]. An autẽ furtũ ſit caſus fortuitus habes in l. cũ duobus. §. dãna. infrà, pro ſoc.

15 *ſic intel. l. ſi ſeruus. & §. ſi fornacarius. & §. ſi furnum. ad leg. Aquil.*
16 *in l. j. depoſ. C.*
17 *l. cum duobus. §. damna. pro ſocio. l. in rebus. & l. ſi vt certo. §. ij. infrà commod. l. ſi quis fundũ loca.*
18 *d. l. ſi ſeruus. §. proculus. ad leg. Aquil. l. videamus. loca. infrà faciunt not. per Bart. in l. j. §. familiæ. de public.*
19. *Anno. 1387. Ioã. Galli. q. cxxiij.*

De officio proconſulis & legati.

OMNES PROCONSVLES. L. II

Iudicare extra prouinciam an iudex poſſit.

PROCONSVLES præſides & ſimiles ſtatim vrbem egreſsi iuriſdictionem habent voluntariam. vnde ſtatim apud illos manumitti poteſt, etiam ſi prouinciam non appulerint, vt hîc. Sic elegãter dicitur epiſcopũ etiam extra diœceſim conferre beneficia, hoc enim volun-

tariæ iuriſdictioni ſeſt[1]. At ea quæ ſunt imperij contentioſi non expedit iudex extra prouinciam[2]: Ideo nec iudex cum extra prouinciam eſt, poteſt decernere vt quiſquam citetur[3]. ſi tamẽ iudex loci in quo eſt is qui decernit, conſenſum accommodet, & etiam partes, poteſt contentioſa iuriſdictio extra territoriũ explicari[4].

Iudicare extra prouinciã an iudex poteſt.

OBSERVARE. §. VLTI. L. IIII.

QVI officiis præſunt antequam magiſtratus ineant, poſſunt conſtituere vicarios, ſi cauſa ſubſit[5]. cùm verò officium gerunt idem, niſi cauſa impendimenti ſit paulò diuturnior: nam tunc alium in locum illius ſuffici, iura voluerunt. Item ſummi magiſtratus per ſubſtitutum ſeruire poſſunt, quod in minoribus locum non habet[7]. Et ex hac lege effici doctores volunt ea quæ geſta ſunt ab eo, qui iuriſdictionem non habebat, ratihabitione eius qui eam poterat demandare, non confirmari[8]. Ea autem quæ à nuda voluntate pendent, bene confirmantur[10].

Vicarij quando & à quibus conſtituantur.

NEC QVICQVAM. §. VBI. L. VIII.

SENTENTIAE diffinitiuæ in loco maiorum recitari debẽt[11], & à iudice ſedente vt hîc. At interlocutoria poteſt per libellum expediri & à procedente iudice[12]. Si tamen eius generis eſt, vt ex ea damnum parti afferri non poſſit: aliàs enim nõ poteſt recitari niſi iudice ſedente[13]. vnde ſententiã interlocutoriam ſine ſcripto dari & per teſtes probari poſſe Bal. refert[14]. His adiungitur quod ſuprà, in l. pe. de iuſtitia & iur. diximus.

ſententia an à procedente iudice dici poſſit.

§. DE PLANO.

IVDICIBVS permiſſum non eſt de plano, hoc eſt ſine cauſæ cognitione cognoſcere, niſi iis caſibus qui mandatis continẽtur[15]. Cùm enim hic permittat lex in quibuſdã, in cęteris prohibet[16]: Huc pertinet quod Bar. Bal. & cęteri retulerunt[17] ſolennitates iudicij non poſſe conſenſu partium tolli: ſicut nec calũniæ iuramentum[18]. Scitum quoque eſt quod dicitur nullum præter principem poſſe committere de plano: ne legatum de latere quidem[19]. Sed de his omnibus vide quæ infrà aſcripſimus[20].

De plano an omnes cognoſcant & quãdo.

De officio præſidis.

PRAESIDIS NOMEN. L. I.

PRAESES prouinciæ in tota prouincia generale imperium habet, quod non imminuitur licet aliquis alius certo generi rerum præficiatur[21]. Hinc homines etiam extraneos in prouincia ſua delinquentes iure poteſt coercere, vt hîc: cùm ratione delicti forum ſortiantur[22]. At prouinciales ſuos de delictis extra prouinciam factis, rectè & ex ordine ad pœnam depoſcet[23], de qua re nouam quæſtionem habere poterit. At pœnæ quæ ipſo iure imponuntur, non tenent ſubditos extra diœceſim delinquentes[24].

Præſes extraneos quãdo puniat.

Item ſubditos extra prouinciam peccantes, punit.

PRAESES PROVINCIAE. L. V.

PRAESES prouinciæ, nec quilibet ſe vel iudicẽ, vel tutorẽ poteſt decernere, vt hîc[25]. ſic collator nõ poteſt ſe inſtituere in beneficio, cùm inter dantẽ & recipiẽtẽ differentiã perſonalẽ iura cõſtituerint[26]. Nec patronus ſe præſentare[27]. Nec ſe pater filio exẽplariter ſubſtituere poterit ex Bar[28]. nec ſeipſum poteſt quis eligere[9]. Et adde quod not. in l. planè. quod cuiuſ. vni. infrà.

Nemo ſe eligere poteſt.

1 c. poſt electionẽ. de cõceſ. præb. gl. & Pan. in c. nouit. de off. lega.
2 c. vt litigãtes. de of. or. li. vj. c. nouit. extrà de offi. lega.
3 Old. conſ. lxxxviij. in medio gl. & Pan. in d. c. nouit.
4 glo. in d. c. vt litigantes. & Pan. in c. cũ p. & g. nu. 17. de of. dele.
5 l. aliquando. hoc titu.
6 l. ſi longius. de iudi.
7 l. nullus qui. de decur. li. x. C.
8 glo. & Bar. in l. licet. de procur. Guid. papa q. cclxxxvj. in deciſ.
9 glo. & Bar. in l. licet. de procurat. Guid. papa q. 276. in deciſ.
10 l. licet. de iudi. vbi no.
11 l. pe. de iuſ. & iur. vbi doc. et l. ſi loc°. de indi.
12 l. diem. de arbitr. in prin. l. voluit. in ſi. de inter. actio.
13 l. à procedẽte. C. de dil.
14 l. vl. de ſent. ex breui. recitan.
15 vt hîc, & cle. ij. de indic. cum ſimilib.
16 cùm prætor. de iudi.
17 in auth. offeratur. de lit. conteſt.
18 l. ij. §. ſed quia. de iur. cal. C.
19 gl. ĩ c. ſi. de hære, li. vi.
20 l. iij. §. ſciendum. ad exhibend.
21 l. j. & ibi Saly. de off. præſ. vrbis. C.
22 auth. qua in prouincia. vbi de crimi. l. ſi cui. §. pe. de acen. infrà. cle. paſtoralis. §. quod ſi punitio. de re iud. & ibi glo.
23 l. j. vbi de cri. C. Pan. in c. cùm contingat. de fo. compe. & Bar. hîc.
24 c. ij. de conſtit. lib. vi. Panor. d. c. cùm contingat. infrà.
25 & l. vlt. de offi. præt. ſupra l. iiij. de tut. & curat. dat. ab his.
26 c. ſi. de inſti.
27 per veſtras. de iur. pa.
28 in l. ex facto. de vulg. & pupil. infrà.
29 l. ſi mandauero. §. ſi tibi. & ibi Bar. mandati. vbi noto.

Illici

Illicitas. §. veritas. L. vi.

Quando ſecundum conſcientiam iudicandum.

IN iudicando fidem eorum quæ probantur, ſequi debet iudex, non autem ex conſcientia ſua iudicare, vt hîc: niſi forſan aliquid ei perſpectum eſſet vt iudici, tunc ex conſcientia iudicabit: nam ſæpiſsimè in rem præſentem venit, & litē oculis dirimit [1]. Item in iure poteſt ſupplere, non in facto [2]. Item in notoriis conſcientiā ſequitur [3], & quoties ius dicentis dignitas verſatur [4]. Item ad publicam vtilitatem [5]: nam repellit excōmunicatos, licet admittātur à parte [6]. benignè quoque illud admittitur, vt iudex ſupplere poſsit, cùm pars vna abeſt [7]. His adde iudices ſupremos debere iudicare ex conſcientia ſua, quod in CVRIA Parlamenti Guido Papæ refert [8]. Et hæc ex omnium fere ſententia, quanquam Corraſius in miſcellaneis cōtrariam ſententiam veriorem putet, & exiſtimet ſecundum conſcientiam iudicandum eſſe [9]. Cuius opinio forſitan cum aliorum ſententia conueniet, ſi dicamus ita ex actis iudicem iudicare debere, vt tamen nunquam contra conſcientiam iudicet.

Noua opinio.

§. Sicuti medico.

Imperitia culpam habet.

PRAETEXTVS imperitiæ non iuuat eos, qui ſe alicui officio ingerunt, vt hîc in medico dicitur: nam nec affectare quis debet id, in quo infirmitas ſua alteri damnum ſit allatura [10]. Huc pertineat, quòd doctor non admittitur ad reſtitutionem in integrum ex defectu ætatis [11]. Nam qua fronte ex errore & imprudentia reſtitutionem deſyderabit, qui ipſe cautus eſſe debet.

§. Remissa.

Pœna & mulcta an remitti poſsit.

EORVM quæ ſunt priuato inferenda, ne princeps quidem liberationem dare poteſt [12]. Quæ verò in fiſcum inferri debent, à præſide remitti non poſſunt [13] vt in tributo, decretis principalibus cautum extat [14], niſi ob paupertatem, vt hîc, quæ à pœna quā præſes extra ordinē imperat, excuſat: at ordinaria in corporalem mutabitur [15]. nec enim alio modo illa à præſide remitti poteſt [16].

Senatusconsulto L. xvi.

Præſides & officiales an agere aut contrahere poſsint.

CVM quis officio implicatur, vt pręſes aut proconſul, cum ſubditis cōtractum inire non poteſt [17]. Sic nec cum aliquo iudicio conſiſtit vt hic, cùm tamen dies actionis eſt exitura, benignè receptum eſt, vt ſaltem litē conteſtetur [18]. Hoc in criminalibus: in quibus rei mortalitate omnino ſine ſpe reſtitutionis, actio antiquaretur [19]. At in ciuilibus in quibus ceſſat iſte metus, ius parcè illis dicetur, ſed reſtituuntur ad actiones præſcriptas, vt hic. Nec multùm facit quod dici poteſt, non valentibus & iure impeditis, non currere præſcriptionem [20]: nam hoc locum habet in his, qui omnino iure impediuntur: at iſti arcentur ab agendo non prorſus, ſed quia commodè inter negotia publica actiones dictare nequeunt ex Bar.

Legatus caesaris. L. xx

Dignitas ſecularis aut eccleſiaſtica, ſine ſuperioris conſenſu non refutatur.

NON poteſt magiſtratus ſe abdicare imperio, niſi penes eū à quo deſignatus eſt & poteſtatē accepit. Ex quo, iure defendi poſſe nonnulli volūt, donationē Cōſtantini nō valuiſſe [21]. Sic nec princeps dominatus donare aut alienare poteſt. [22] Atq; adeo hi actus iuramento non confirmarentur [23]. Huc adiūgi poteſt beneficiatus, qui ſacerdotium ſuum ſine ſuperioris venia non refutat [24]: niſi eſſet in controuerſia ſacerdotium. caſus eſt in c. ij. de in

1 l. minor. xxv. annis adito. de mi. l. age. de tranſac. C. l. ſi irruptione. §. vlt. fin. reg.
2 l. vna. vt quæ deſunt aduoc. C.
3 l. ij. ad ſi. de feriis. infrà, & Bal. in d. l. vna.
4 l. quos prohibet. de poſtul.
5 l. filiusfa. §. veterani. de procu.
6 c. exceptionem. de exception.
7 l. vlt. §. ſin autem. C. de appel. l. ſeruum. §. publicè. de procurat. Bart. in d. §. ſin autē.
8 q. xxix. in deciſio. Gratiano.
9 lib. iiij. c. xx.
10 l. idem. §. i. ad l. Aquil. infrà.
11 glo. per illum text. in l. profeßio. de profeſ. & medi. lib. x. C.
12 l. ij. & ibi doct. de iniur vo. C. Bar. in princip. ſorum.
13 l. præſes. de tranſa. C.
14 l. omnes. de anno. & tribut. lib. x.
15 l. quicunque. de ſer. fug. l. j. de pœnis. infrà. Bart. hic. Panor. in c. finem. de dol. & contu.
16 Bar. in l. j. ad fi. infra ſi quis ius dicen. non obtemp.
17 l. j. de contract. iudi. l. præſidis. & l. principalibus. vbi Bart. ſi cert. peta. vbi noto.
18 l. ſed & ſi. §. ſed & ſi. de iudic. & hic.
19 l. ſi. ad l. Iul. maieſta. & Bar. hic.
20 l. j. §. j. de annal. præſ. C. l. contra maiores. de inoffi. teſtamē. C.
21 vid. Bar. in princ. ſforum. & Panor. in princ. decretal.
22 l. iij. §. planè, per Bar. Quod vi aut clam.
23 c. intellecto. de iureiur.
24 quod in dubiis. de renūciat. & c. admonet.

integ.reſt.[1].item in patronato beneficio cõſenſus patroni requiritur[2].Planè qui adhuc ius in beneficio non habet,poteſt ſine venia ſuperioris illud refutare, vt in eo qui habet mandatum & reſcriptum ad beneficium[3].

De officio procuratoris Cæſaris uel rationalis.

QVAE ACTA GESTA'QVE. L. I.

Per curatorem an hæreditas adeatur.

DE procuratoribus priuatorum vetus opinio fuit,vt per eos adiri hæreditas non poſſet: idque ex authoritate cuiuſdam reſponſi, ſub titulo de acquir.hæred. infrà[4]. Sed ibi legendum eſſe *Per curatorem*, non autem *Per procuratorem*, animaduertit Duarenus[5]. quod & Florẽtinorũ codicum lectio probat. Nam ſuperiore lege[6] egerat de pupillo ſe abſtinente,puſtea ſequente reſponſo ait, per curatorem adiri non poſſe hæreditatem, à pupillo ſupple, ſed tutor neceſſarius eſt[7]: at adulto ſufficeret curator[8].Igitur nõ Imperator ſolùm per procuratorem adit, per hunc tex. ſed & priuatus,cùm id nulla lege excipiatur.Sed hoc diuerſum erit, quòd priuatus a ditam hæreditatem repudiare non poteſt[9]: at Imperator poteſt, vt hic: quod priuilegium ad minorem[10], & eccleſiã[11] perducitur. Item ex hac l.perpetuũ eſt quòd procurator vẽdens rem domini tanquam ſuam non transfert dominium, nec obſtat l.ſeruum Titij.mãd.quam omnes ferè cõtrariam citauerũt, quia caſu cum hac l.non conſentit.Cætera require ex glo.& doct.

Qui poſt aditionem ſe abſtineant.

CVRATORES. L. III.

PROCVRATOR Cæſaris qui prohibuit quem accedere in prædia Cæſaris,nõ poteſt hanc illi neceſsitatẽ condonare,vt hic. Sic pars cuius cõtentione effectum eſt, vt quis ob contumaciam eſſet in interdicto,hoc non poteſt remittere[12]. quanquam aliâs pars poſsit debitori iuramentũ remittere[13].quæ enim moram impediunt,eadem & periurium impediunt,& ſicut pars prorogat ne quis in morã incidat,ita & efficit ne is ſit periurus[14].

Pars remittit iuramentũ, & impedit periurium.

De officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.

QVAECVNQVE. L. I.

Merum imperium,miſtũ, Iuriſdictio.

MERVM imperiũ eſt gladij poteſtas[15]. Miſtũ omnia cõfert præter gladij caſtigationẽ[16]. maximè verò perſecutionibus& iudicis officio cõtinetur. At ſimplex iuriſdictio actionibus[17].Extat quoque CVRIAE Pariſienſis decretum, quo cautum eſt cognitionem rixæ in qua ſanguinis effuſio eſt ad merũ imperiũ pertinere[18].Iam quæ in mero imperio ſita ſunt, non delegantur[19]. Fallit in legato proconſulis qui tamẽ de iis quæ maiorẽ animaduerſionẽ requirunt ad procõſulẽ referre debet[20].Item ad ſubſtituũ in locum impediti vel demortui iudicis omnia tranſeunt[21]. Idem ſi quis vices ageret,non ex iudicis, ſed principis mãdato[22].Et quod hic textus dicit in caſu abſentiæ merum officium delegari, intellige quo ad cognitionem & ſententiam non autem executionem[23], niſi

Quando merum imperium delegentur.

in inſi

1 Io.And.in c.conſtitutus.de appel.
2 Panor.in c.fi.de renun. & c. ſignificatum. de præben.
3 c.ad audientiam.ij. de reſcript.
4 l per procuratorem.
5 lib.ij.anniuer.diſput. cap.xxvij.
6 ſi pupillus.de acq.hær.
7 l.cùm in vns.§.tutor. de appel.infrà.l.more.de acqui.hære.
8 l.cùm quidam.de admini.tut.
9 l.ſicut.de repu.hæ.C.
10 l.j. vt minor ab hære. ſe abſtineat.
11 Bal.in l.j.qui admit. ad bono.poſſ
12 l.ij de lib. & eorum liber.& Bar.& Iaſ. hic.
13 c.ij.de ſpõſ.& ibi Panor.Bar.in l.Labeo.de iureiur.
14 c.j.de iureiur Bar.in l.cùm ſtipulatus .de verb.oblig.
15 de pub.iud.l. ij.infrà l.iij. infrà de iuriſd. omn.iudi.
16 Alciat. παρέργων. l. ij.c.vij.
17 Alcia.in l.poteſtatis. de verb.ſig. text.in l. iij. infrà de iuriſdi. omn iudi.
18 die xxiiij.Nouẽ.1551.
19 l.ſolent. §.j.de offici. proc.l nemo poteſt.de regul.iur.
20 l.ſi quid.de offic.proc. ſuprà.
21 c.iij.de offi. dele.l.ij. de offic.eius qui vice.C.
22 l.j.§ ij quibus. & ibi Bar. de leg.iij.l vlti. vbi ſenat. vel clariſſi.
23 §. ad hoc id prohibe. de collat. in auth. infrà.Bal.in l.ij.de peda.iud.

in inſigni latrone [1]. Nec omittendũ eſt, iure canonico omnia poſſe delegari [2]. Sed de miſto imperio valde addubitatũ eſt, an delegari poſsit. Nam prior & cõmunior inualuerat opinio [3], etiam delegari non poſſe per hunc tex. & ſequens reſponſum [4], in quo de miſto imperio fit ſermo, & tamen delegatione contineri negatur. Sed opinor probabilior eſt Fulgoſij & Alciati [5] ſententia, quam etiam Antonius Vacca hîc probat, vt tam miſtum imperium quàm iuriſdictio delegari poſsit, niſi quoties aliquid quod in miſto imperio aut iuriſdictione poſitum eſt, lege ſenatuſconſulto vel conſtitutione principum ſpecialiter eſt commiſſum. & vide rationes fuſius apud eundem Alciatum: nam quædam ſunt miſti imperij, & delegantur [6]. Sunt & alia miſti etiam imperij, & tamen non delegantur [7].

Miſtũ & iuriſdictio an delegentur.

§. QVI MANDATAM. Delegatus non proprio ſed mutuato delegantis imperio perfungitur [8]. Hinc omnes ferè exiſtimarunt, delegatum non poſſe conſtituere in teſtem qui coram ſe falſum dixit: nam delegatus re citare non poteſt, hoc eſt, capere perſonaliter [9]: quod tamẽ tempera, vt poſt dicemus [10].

Delegatus recitare non põt.

1 l.ſi quis.§. hi autem.infrà de iniuſt.rup.& irrit.teſta.
2 c.quod ſedem. & ibi gl. de off.ord.
3 Bar.Bal.Alex.Iaſ.hîc & infrà l.ſeq.
4 l.ij.infra eo.
5 c.j.lib.ij. Paradoxo.
6 l.cognitio.§.j.infra eod.
7 l.ij.infra eod.
8 l.iij.infra eo.
9 Bar.in l.ij.de iuriſ.om.iud.et tex.in c.dilecto.de pœnit. vbi vide Panormita.
10 d.l.ij.de iuriſd.om.iud.

MANDATA. L. II.

QVEMADMODVM poteſtas interponendi decreti in alienationibus à tutore factis non eſt delegabilis, hîc. Sic nec tutor alium conſtituere ad illud petendum, poteſt, idque ex autoritate l.minorum.de prædiis mi.C.affirmauit Bal. ibi, quæ tamen rectè intuenti non huc ſpectat. Quod autem hîc dicitur decreti interponendi in alienandis minorum rebus poteſtatem non poſſe transferri, rationem habet, non quòd illud ſit miſti imperij, ſed quia cognitio ipſi prætori ſpecialiter demãdata eſt [11]: vt & ſuprà poſuimus [12].

11 Alcia.lib.ij. parad. c.j.
12 l.j.ſupra eo.

COGNITIO. L. IIII.

§. VT POSSESSIO. Iubere cauere & in poſſeſsionem mittere, quacunque ex re id fiat, imperij miſti eſſe, certo certius eſt [13]: & hęc mandari & delegari poſſe ſatis hoc textu cõprobatur [14]. Ex quo videtur eſſe reiicienda communis opinio, quæ miſtum imperium mandari non poſſe affirmauit: vt ſupra docuimus [15]. Quòd autẽ ſine diſtinctiõe miſsio quę liber in poſſeſsionem mandari poſsit, etiã Alciatus tenuit [16], & poſt eum Antonius Vacca hîc: & propius opinor eſt: nec placet ſentẽtia cæterorũ [17], qui exiſtimant in miſsione in poſſeſsionem ſolam iuſsionem delegari poſſe, non autem executionem realem. hic enim tex. etiam ad realem executionem accommodari rectè poteſt.

Miſsio in poſſeſsionẽ mandatur.

13 l.iubere cauere.infra de iuriſd.om.iud.
14 & l.iiij.§.duas.de dãno inf.e.infrà.
15 l.j.ſupra eo.
16 lib.ij.parad.c.iiij.
17 Bar.Alex.Angel.

MANDATAM. L. VLTI.

IVDEX delegatus non delegat [18]: fallit in eo qui ad vniuerſitatem cauſarum eſt datus vt in legato proconſulis [19]. Fallit in actu nõ iuriſdictionali, qui & delegatur [20], vt eſt teſtium examinatio. Fallit ſi à delegante ipſi delegato delegandi poteſtas tribuatur, quo caſu non tam delegatus quàm delegans videtur delegare [21]. Idem in delegato à principe, is enim delegare poteſt [22].

Delegatus quã deleget.

18 vt hîc, & l.à iudice. de iudic.l. more.cum ſeq. infra tit.ij.
19 l.cùm prætor.§.is.de iudic.l.j.quis & à quo.
20 Panor.in c.ſuper quaſtionũ.de offi deleg. per illum tex. & c.cũ cauſam.de appel.
21 Bar.in l.more.infra tit.ij.gloſ.vlti.c.is cui.de off.dele.lib.vi.Panor.in c.cùm Bertoldus.de re iudicata.
22 l.à iudice.C.de iudic.

De officio aſſeſſorum.

Diem functo. L. IIII.

COMMVNIS in eo cōſenſus eſt omniū[1], iudicem conductum ad officium per annū, ſi intra annum decedat, ſalarium eius anni ad hæredes tranſmittere: ſi pro mēſe preuū eſt promiſſum, illius tantùm menſis[2]. In aduocatis etiam benignè recipitur, vt ſalariū ad hæredes tranſmittant[3]. Quod verò in aduocato fiſci cuius officium perpetuum eſt, lege inductum erat[4], vt illius decedentis hęredes pro futuro nihil acciperent, temperatione adhibita eſfectū eſt, vt vnius tātùm anni ſalariū ad hęredes deueniret[5]. Domeſticis etiā lege principali[6] indultum eſt, vt totius tēporis ſalarium ad hæredes trāſmittat. Hæc omnia cùm ſint ſpecialiter recepta, cæteris tribuenda non ſunt[7]. Nam nec ſcriptor, nec quiſquam alius qui ſuo caſu impeditur gerere, ſalarium habeat[8]. Si autem caſu contingente in perſona conductoris, ſalarium integrum percipit[9]. At in his quos ſupra poſui, illud ſpeciatim inducitur, vt etiam ſi caſu ſuo prohibeatur, tamen vel ſalarium capiant, vel ad hæredes trāſmittant[10]. Item ad finem legis dicitur quòd quoties ante tempus remouebitur præſes, vel ei ſuccedetur ante tempus, non deberi ſalarium futuri temporis comitibus: & ita debet intelligi, licet Bartolus poſt glo. alium intellectum attulerit & cæteri ferè. Sed quia praua lectio variis opinionibus cauſam dedit, ita ex Pandectis Florentinis repone, *Diem functo legato Cæſaris ſalarium comitibus reſidui temporis, quod à legatis præſtitutum eſt, debetur.* Qua ex lectura apparet non agi hîc, an præſes aut legatus mortuus ſalarium tranſmittat hæredibus, ſed an decedente præſide vel legato, ſalarium comitibus debeatur, quod à legato ipſis præſtitutum & aſsignatum eſt, quam lecturam Alciatus probat[11]. Sed tamen in quæſtione qua quæritur, an mortuo præſide ante officium completum, ſalarium trāſmittatur ad hæredes pro reſiduo tēpore, magis eſt trāſmitti[12], & hāc opinionē omnes fere tenēt[13]. Cur enim qui aliquod officiū gerit deterioris ſit cōditionis quā aduocatus? & hæc apud omnes vide copioſius.

Salarium iudicum & aduocatorum, hæredibus an debeatur.

Vera lectio.

1 *Bar. Alex. Iaſ. hîc.*

2 *Bal. ī c. j. quis dicat. dux march. et c.mes. in feud.*

3 *l. j. §. diuus. de var. & extra. cog. l. properandū. §. in honorariis. de iudi.*

4 *l. petitionem. §. quando. de aduoc. diuerſ. iud.*

5 *l. poſt duos. de aduo. diuer. C.*

6 *l. vlt. de domeſt. & prote. li. xij. C.*

7 *arg. l. j. de re mi. li. xij. C.*

8 *§. item cùm quidā. l. ſi vno. infrà. loca. glo. in l. pe. C. de condi. ob cauſ. dat. C.*

9 *l. ſed addes. §. cùm quidā. locat. infrà vbi noto.*

10 *l. j. §. diuus. de var. & extraor. cogni.*

11 *cap. xx. lib. iiij. diſpunc.*

12 *per l. matriculā. de agē. in rebus. l. ſi quis in ſacris. de proximis ſacer. l. j. de primipi. lib. xij. C.*

13 *glo. Bar. Bal. Ang. Ludo. Roma. Alexan. & Iaſ. hic.*

LIBER II. PANDECT.

De iuriſdictione omnium iudicum.

Cvi iurisdictio L. II.

CVI IVRISDICTIO PERMITTITVR, veniunt ea, ſine quibus res explicari commodè nequit[14]: ſic in ſeruitute conceſſa reliqua cenſentur addita, ſine quibus conceſsio nulli vſui foret[15]. Hinc bellè refert gloſ.[16] iudicem cui ea iudicandi forma data eſt, vt niſi de proprietate, non iudicet, nihilominus de poſſeſsione poſſe cognoſcere, ſi cauſam proprietatis aliâs non poſſet expedire. Et quanquam delegatus multare non poſsit[17], vt antea monuimus[18]: quoties tamen impediretur eius iuriſdictio, multan

Cōceſſo vno, veniunt cętera ſine quibus res expediri nequit.

Delegatus an multādi ius habeat.

14 *vt hîc. & c. j. & c. prætereà. de off. deleg.*

15 *l. ſi iter. de ſeruit.*

16 *in l. iij. ſi à non compe.*

17 *c. dilectus. & ibi Panormit. de pœn.*

18 *l. j. §. vlt. ſuprà de offic. eius.*

multandi poteſtatem habet[1]: quod etiam ad delegatum delegati perduci placuit[2]. Adde etiam delegatorum quodam ſpeciali caſu multare poſſe qui lege continetur[3].

IMPERIVM. L. III.

Imperiũ, merum & miſtũ.

IMPERIVM in merum & miſtum diuiditur. Merum eſt gladij poteſtas, quæ definitio rem de qua agitur cumulatè explicat: vt rectè Alciatus[4] & Duarenus[5] docent: nec videtur eſſe ſupplenda ex his quæ Bart. hîc & cæteri addiderunt. Huic proximum eſt miſtum imperium, quod ita appellatur, quod ex iuriſdictione miſturam accipit. hoc autem prætoriis ſtipulationibus interponendis, poſſeſsionibus bonorum dandis, & ſimilibus cauſsis continetur. Sed de his vide quæ ſuprà poſuimus[6]. Et ea parcius attigimus, quòd ad vſum rerum publicarum quæ hodie vbique ſunt, parùm pertinent. Tu apud Antonium vaccam fuſius videbis.

IVBERE. L. IIII.

VIDE quæ ſuprà addidimus ad l. iiij. de off. eius cui mandata eſt iuriſdi.

MORE. L. V.

AN delegatus delegare poſsit, habes à nobis in l. vl. ſuprà de off. eius cui mand. Item delegatus imperium amittit reuocante[7], vel mortuo delegante re integra[8]. Definit verò res

Res integra quãdo definat.

eſſe integra cœpto negotio, vt hîc: quod interpretamur non per litem conteſtatam tantùm, vt hîc glo. ſed etiam ſola citatione[9]. Nam & ſola citatione fit res litigioſa[10]: lis quoque ſola citatione pendere dicitur[11]. Nec verò eſt omittendũ quemlibet ordinarium delegare, licet ſit defenſor[12]: expeditum eſt enim eos delegandi poteſtatem habere, qui ad vniuerſitatem cauſarum delegati ſunt[13].

SI QVIS ID. L. VII.

Qui non habet in ære, quã do luat in corpore.

EORVM qui in ære non habent, corpus eſt torquendum[14]. Quod verum eſt, ſi ita voluerit creditor, per text. in l. vlt. de in ius voc. ibi, *per querelam*, vt ibi Bald. Item procedit in delictis, non in contractibus[15]. Item nec in honeſtis perſonis regula ius habebit[16]. nec in mulia, quæ à iudice extra ordinem indici ſolet: illa enim ob paupertatem remitti debet[17]. Solet autem pœna pecuniaria in corporalem mutari, cùm vel ex vtraque parte pœna eſt, vt hîc[18], vel cùm ex parte rei tantùm, licet ex parte actoris ſit intereſſe[19]. Sin autem ex vtraque parte verſatur id quod intereſt, non autem pœna, commutatio nunquam admittetur[20]. Quoties verò pecuniaria pœna in corporalẽ mutabitur, ipſo iure liberatur reus, nec amplius ditior

Cedens bonis an iterum conueniatur.

effectus conuenietur[21]. Hinc dicitur, eos qui ceſſerunt bonis, non poſſe poſteà conueniri, ſi ignominioſa fuit ceſsio: quod Guido pap. probat[22]. Solet enim in nonnullis ciuitatibus ce-

Ignorãtia an excuſat.

dens bonis cum aliqua ignominia cedere. Item hîc[23] ignorantia excuſat, niſi ab eo tempore, quo ſcientia ſuperuenit[24]. vel niſi in doctore, & eo qui ſcire debet[25]. Nec omittendum eſt ruſticitatem nunquam excuſare, niſi iis caſibus qui à iure ſunt comprehenſi[26].

QVI IVRISDICTIONI. L. X.

Præſes & iudex an inter ſuos iudicet.

PRAESES inter ſuos domeſticos non cognoſcit[27]. Hoc

1 d.c. præterea. & c.3. de off. deleg. & ibi Panor. gl. vl. c. non ſolum. de appel. lib. vj.
2 Panor. & alij in c. de cauſis. num. 11. de off. deleg.
3 l. ij. de ped. iudi. vide Gui. Papa. q. lx.
4 lib. ij. parad. c. vij.
5 lib. i. Anniu. diſput. c. liij.
6 l. i. de off. eius cui mãd.
7 l. iudiciũ. infrà de iudi.
8 c. relatum. et c. gratum. & c. licet. de off. deleg. extrà.
9 d. c. gratum.
10 Auth. litigioſa. de litig. C.
11 clem. ij. vt lite pend.
12 Iaſon in l. eum qui. infrà eo.
13 l. 1. §. 1. infrà quis & à quo.
14 l. 1. de pœn. l. ſi de in ius vo. c. finẽ. de dol. & cõt.
15 per tex. in l. j. C. qui bõ. ced. poß. & l. nemo carcerem. de exac. trib. lib. x. C. & Alex. hic.
16 Salyc. in l. & ſi ſeuerior. in quib. cauſ. in fã. irro. C. iij. col.
17 l. illicitas. §. vlt. ſuprà de off. præſ.
18 & l. vlt. infrà. de in ius voc.
19 c. finẽ. de dolo et cõtum.
20 per tex. in c. Odoardus. de ſolu. l. nam et. de dolo.
21 l. ſed ſi vnius. §. ſi ante. de iniur.
22 q. cccxliij. in deciſ.
23 §. doli.
24 l. cum ancillis. de inceſ. nup. & ibi Bal.
25 l. ij. quod quiſque iuris.
26 Alex. & Iaſon hic.
27 c. poſtremo. de appel.

intellige illis agentibus contra extraneos: nam ſi conueniuntur coram præſide poteſt cognoſcere[1]. Item nõ habet locum in voluntaria iuriſdictione[2], nec in delegata ſecundum gloſ. hîc, quam ſequuntur omnes[3]: tunc enim delegantis fungitur poteſtate. Vnde nec ordinarius iudex eſſe poterit inter tales perſonas, niſi ad hoc vt lis ſolùm coram ſe conteſtatione incipiat[4]. At arbiter eſſe poterit[5]. Et hæc vera eſſe, ſi negotium quo de agitur, ſpectes, exiſtimo. Sed ſi textum hunc intueare, propius, verior ſit dicere, neminem ius ſibi, neque liberis neque iis quos ſecum habet, dicere poſſe: hoc eſt, neminem poſſe domeſticis ſuis litigantibus iudicem dare: per hunc text. Atquin iudex ipſe dari poſsit, nulla lege prohibetur: imò & id ipſum deſignare voluit Africanus[6]: quod Duarenus exiſtimat[7]. Cui ius dicere ſignificat, non iudicare: ſed iudicem dare; vt & ipſe alibi docet[8]. Vel fortaſſe dic ex ſententia Antonij Vaccæ patrem inter domeſticos iudicare poſſe, ſi conſenſerint partes[9]: at poſſet recuſari: eóque caſu non iudicabit, per hunc tex. quod etiam Abbati videtur[10]. Aliam expoſitionem vide apud Coraſium in Miſcellaneis[11].

Ius dicere quid

SI IDEM CVM EODEM. L. XI.

CONTINENTIA cauſę diuidi non debet[12]. Ideo in vna cauſa, tametſi differentibus ſpeciebus conſtet, non eſt facienda ſeparatio, cùm agitur de iuriſdictione[13]. Sic non infauorabiliter cautum eſt, vt cumulatio ſummarum ex diuerſis cauſis non fieret, ad impediendam iuriſdictionem, hic: licet vno libello comprehendantur, quia tot ſunt libelli, quot ſummæ[14]. ſic ad infringendam donationem cumulum fieri nõ debere, reſcriptum eſt[15]. Si autem cumulus fauorem crearet, admitteretur[16]. Sic plures oues, quas diuerſis temporibus abegerit quis, cumulabuntur, vt dicatur abigeus, quia fauor in puniendis delictis verſatur[17]. Quantus autem ſit iuriſdictionis confirmandæ fauor vel ex eo conſtat, quòd licet ſumma in principio non videatur maior iuriſdictione iudicantis, ſi tamen pòſt maior appareat, nihilominus iudex procedet[18]. Adde debitum annuum pro multis annis, vnum eſſe: cui conſequens eſt vt ſeparatio non admittatur[19]. ſic ad impediẽdam notionem iudicis non inſpicitur, quòd condemnatio creſcere poteſt ex contumacia, vel inficiatione[20]. Et facit hic textus ad id quod aliâs CVRIA Pariſien. ſtatuit, lege Regia cauetur in Gallia vt ſententiæ quæ intra xl. libras conſiſtunt, executioni poſsint mandari, nihil mutante appellatione, tam in principali ſorte quàm expenſis, quæritur an cumulus ſit faciendus ſortis cum expenſis, vt eo modo impediatur prompta executio, quod CVRIA Pariſienſis non admiſit[21]. Habet enim fauorem publicum ſubito res iudicatas ad exitum perduci[22]. Quod autem ad finem legis pertinet, ſcitum eſt cauſam conuentionis & reconuentionis apud eundem iudicem debere terminari[23], licet in recõuentione ſumma maior iuriſdictione ſit vt hic[24]: quod & in delegato locum habet[25], & in eo qui per prorogationem eſt aditus[26]: licet in arbitro contrà[27]. His annectuntur quæ poſt in l. j. & ij. de quib. reb. ad eũd. iud. eat. explicata ſunt.

Continentia cauſæ non diuidenda.

Cumulus quãdo fiat.

Conuentio & recõuẽtio apud eundem iudicem fit.

EVM QVI IVDICARE. L. XIII.

NON ideo minus delegatio iure ſubſiſtit, quòd poteſtas etiam

1 l. ſi quis fortè. §. pen. & ibi Bar. de pœn.
2 l. j. de off. præt. ſuprà.
3 per l. in priuatis. de iud.
4 l. ſenatus. de off. præſ. ſuprà. gl. in l. quinetiam. de arbit.
5 d. l. quinetiam. de arbit.
6 d. l. in priuatis.
7 lib. j. diſp. anni. c. lj.
8 e. lib. eo. lib.
9 d. l. in priuatis.
10 c. cùm conting. et. de for. compet.
11 lib. iiij. c. ix.
12 l. nulli. de. ind. C.
13 l. ſi quis ſeparatim. §. j. de appel. & infrà ead. l. ad finem.
14 Ang. in l. ſcire. de verbo. oblig.
15 l. ſancimus. §. ſi quis. de dona. C.
16 l. ſi plures. §. vl. de pac. Barto.
17 l. vlt. de abig. infrà.
18 l. vlt. §. vlt. de appel. C.
19 l. firmio §. fin. quando. dies leg. Bal. in l. nõ dubium. ad ſi. de teſta. C.
20 l. j. de in lit. iur. infrà & l. vl. de fideiuſ. Bar.
21 die 18. Martij an 1526.
22 l. ſeruo. §. prætor. ad Trebel.
23 l. pe. cum ſua authen. de ſent. & interl. C.
24 l. vlt. § vl. de appel. C.
25 c. j. & ij de mut. pet.
26 gl. & Bar. in l. eſt receptum. infrà eo.
27 c. cùm dilectus. de arb.

Reſeruationes an expirẽt morte legati.

etiam in illud tempus perdurat, quo priuatus eſt futurus qui delegat[1]. Sed non idem, ſi principium ſit habitura delegatio, eo tempore quo priuatus eſſet delegans, per hunc text. Quæ ſententia probabilior videtur, licet quidam aliter ſoluant. Cui ſententiæ conſequens eſt quod canoniſtæ tradunt[2], reſeruationes legatorum expirare finita legatione: at negotia quæ iam anticipata ſunt & deſierunt integra eſſe, non expirant finito officio delegantis: vnde ſi ei mãdato quod aliquis iudex fecit, ſim ab eodem iudice datus executor, non expirat poteſtas mea illo mortuo[3], vt & Guido papa refert[4]. Diuerſum eſt ſi negotio futuro ſim delegatus: vt ſi mandetur mihi vt Titio beneficium conferam[5]. Et hæc valde notanda ſunt & minimè vulgaria.

Gratia an expiret re integra.

SI PER ERROREM. L. XV.

Cõſenſus partium in prorogando.

CONSENSVS vtriuſque partis in prorogatione requiritur[6]. Per conſequens errans non prorogat vt hîc. nec dubitans[7]: quia dubitans erranti ſimilis eſt[8]. Sed hæc locum non habent ſi iudex pronũtiauerit ſe iudicẽ, & nõ ſit appellatum[9].

PRAETOR. L. XVII.

An qui aduocatus fuit, de cauſa iudicare poſſit.

QVI in vna cauſa aduocatus fuit, in eadem ſuſpectus eſt iudex, hîc[10]: ſic & ſuſpectus eſſet teſtis[11]. Tamen is qui habuit ſibi aduocatum, illum effectum iudicem in eadem cauſſa non recuſaret[12]. Quem enim pro aduocato approbauit poſtea iudicem factum non iuſtè eiurat[13].

SI CONVENERIT. L. XVIII.

Prorogatio facta per pœnitẽtiam prorogantis reuocatur.

LICET in prorogatione vtriuſque partis conſenſus verſetur[14], tamen ante litem conteſtatã aut ſaltem antequam iudex ſit aditus pœnitẽtiæ locus eſt, vt hîc, quod aptè ab omnibus temperatur[15], niſi iuramentum acceſſerit (ſicut dicimus in contractibus innominatis pœnitere non licere accedente iuramento[16].) Item niſi iudice præſente & conſentiente prorogatio facta eſſet[17]: cùm ad ea quæ in iudicio ſunt promiſſã, præciſa ſit obligatio[18]. Et per hanc legem effici nõnullis[19], creditum eſt, eum qui promiſit ſe poſſe conueniri Lutetiæ, Lugduni, & vbicunque fuerit inuentus, poſſe reuocare promiſſionem: diuerſum tamẽ eſt ſi illo modo ſe promiſiſſet ſoluturum. Magis eſt enim vt ibi teneatur, ſoluere vbi fuerit inuentus[20]. Et hæc ex omnium ferè ſententia probabiliter dicuntur. quamquam Alciatus[21] poſt Albericum de Roſato hîc exiſtimet nihil noui hoc in reſpõſo ſtatui, ſed id agi tantùm, vt vtriuſq; partis cõſenſu prorogatio facta vtriuſq; etiã cõſenſu reuocari poſſit. ſed hæc homini nõ ſponte ſequenti vix perſuaſeris.

CVM QVAEDAM PVELLA L. XIX.

DE hac lege vide nonnulla à nobis, in l. ſi quis poſtea. infrà, de iudic.

Cõpetentiam ex libello non ex debito metimur.

§. QVOTIES. In iuriſdictione confirmanda attenditur quid petitur, non quid debetur vt hîc: & poteſt peti res & ſumma vna ex pluribus rebus & ſummis debitis[22]: benignè tamen reo conceditur vt fiat cumulus, ne pluribus actionibus diſtringatur[23]. Quod tamen hactenus verũ eſt, ſi iuriſdictio patiatur per hunc tex.[24] Planè libellus vtilis eſt, & cõdẽnatio in quinq; ſequi debet, ſi quis petat decem, & probet ſibi quinq; deberi[25].

1 l. venditor. de iud. infrà §. vlti.
2 c. præſenti. de off. leg. lib. vi. glo. in l. ſi certarum. in fi. de teſta. mil. infrà.
3 c. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. lib. vi.
4 q. 491. in deciſ.
5 c. ſi eni nulla. de præbẽ. lib. vi.
6 Bar. hîc. & glo. per l. ij. de iud.
7 per Iaſo. hîc.
8 tex. in l. vlt. & Bart. in §. ſi autem. de furt.
9 l. ab eo. C. quom. & quãdo iudex. Iaſ. Paul. de Caſt. & Alex. hîc.
10 c. poſtremò. de appel.
11 l. ſi. infrà de teſtib. c. ſi. eo. lib. vi.
12 glo. in c. dilecto. de teſti. & Iaſ. hîc.
13 l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus.
14 l. ij. de iudi. infrà.
15 Paul. Ang. Alex. & Iaſ. hic.
16 glo. in l. ſi pecuniam. de cond. cau. dat. infrà.
17 Pan. in c. 1. de iudi.
18 glo. in l. filiusf. infrà. & in l. ſi procurator. ad fi. de procu. infrà.
19 Bar. & Iaſ. in l. non vtique. §. ſi quis ita. de eo quod cer. loc.
20 l. Lucius Titius Sempronio. ibi, vbi voles. de poſi. l. Titium. §. tutores. & ibi Bar. de admi. tuto.
21 c. xvij. lib. ij. paradox.
22 l. in commodato. §. duabus comm. infrà.
23 l. ne in plures. de exer. l. j. de quib. reb. ad eũd. iud.
24 Bar. in d. §. duabus.
25 l. quidam. & ibi doct. ſi cer. peta.

à qua ipſi cognoſcendo non poſſent recedere, accidebat ſæpe vt multa contra æquum & iuſtum ſtatuerent. Ex quo effe-ctum eſt, quod alibi teſtatur Cicero, vt quo iure in alios, magiſtratus erant vſi, eidem iuri facti priuati, obedirent. Quod eleganter Duarenus ſcribit[1], & Antonius vacca hîc. Et huc maxime pertinet, quod aliâs quæſitum ſcio: In Gallia Principali reſcripto cauetur, ne in vno articulo teſtes pluſquàm decem interrogentur: ſi Princeps vni parti conceſſerit, vt vltra numerum illum producat teſtes, an idem alteri parti poſſit licere, quod CVRIA Pariſienſis admiſit[2].

Conatus ſolus an puniatur.

§. HAEC AVTEM VERBA. Hîc ſolus conatus non punitur: qui tamen in grauioribus delictis punitur[3], & in caſu quem refert Vlpianus[4]. Scitè tamẽ Iaſon hîc poſt Specul. ait, omnibus legibus quæ conatum puniunt, generali conſuetudine derogari. De hac re refer te ad gloſſ. in l. qui ea mente. de furt.

1 c.xlix lib.i.diſp. anniu.
2 Die ix. Decemb. anni 1508. facit l. petendæ. de temp. in integ. reſt. c.i. de iud. lib. vi.
3 l. ſi quis non dicam. de epiſ. & cler.
4 l. ſiẽ apud. §. i. de iniur.

HOC EDICTO. L. II.

ABSVRDVM videtur quod à gl. Bar. Iaſ. & cæteris hîc relatum eſt, iudicem litem ſuam ex imprudentia facere[5]: pœna autem edicti huius non teneri, quæ inferior videtur eſſe. quò ſpectaſſe huius iuriſconſultũ volũt in hac lege. Sed opinor, verior eſt ſententia, toties iudicem nõ teneri hoc edicto, quoties à ſuo aſſeſſore eſt redditum illud nouum ius. Et ita hæc l. procedet. Si autem ille idem ſtatuiſſet, teneretur[6]: nam imperitia cuique imputatur, ſi aliquo in officio degit[7].

5 c fin. de var. & ext. cog.
6 d. l. vlti.
7 l. illicitas. §. ſicuti. de offic. præſ. facit l. bonorũ. de bon. poſſ.

SI QVIS INIQVVM. L. III.

NOTA principium huius legis, quia alibi nullũ ſimile legitur. Huc pertinet quod refert Bart.[8] quòd licet hæredibus intra tempus deliberandi ſit indultum, vt à creditoribus non conueniatur[9], ipſi tamen debitores conuenient. non enim eodem iure vtentur, cùm ius illud non ad poſtulationem ſit datum. nec obſtat l. die. de Iudæ. C. quia ibi ſpeciale ius eſt in Iudæis: quòd maximè æquitas ſuadeat, vt ſicut die ſabbati nõ cõueniantur, ita nec conueniant. nam à quiete auocarentur. Adde præſumi ſemper ad poſtulationem datum priuilegium & ius, non autem proprio motu[10].

8 in l. ſin. §. donec. de iure delib. C.
9 per d. l. vl. §. donec.
10 c. ſi motu. de præb. li. vi. Bar. hîc.

Delictum & factum rei an teneat fideiuſſorem.

§. SI IS PRO QVO. Ex hoc tex. ſatis euincitur delictum & factum rei principalis, quod antequam tertius fide ſua eſſe iubeat interceſſit, obligationẽ fideiuſſoris augere. In omnem enim cauſam cenſetur acceptus[11]. Sed videndum eſt ne illud non ſit verum in ſtricti iuris actionibus, ex quarum natura eſt, vt acceſſiones non veniãt, ideo nec fideiuſſoris obligationem augeant[12]. Cùm autem delictum illud & factum rei incidit obligatione fideiuſſoris iam concepta, nihilò fideiuſſor obligatur magis[13]. Planè in mora reſponſum eſt, vt ipſa ex reo procedens fideiuſſorem obliget periculo rei[14]: nam & iam ipſe fideiuſſor in culpa eſt. At non tenebitur de eo quanti res creſcet propter contumaciam & moram rei[15]. Quòd ſi factum rei liberato & dimiſſo iam fideiuſſore accidat, ad fideiuſſorem nihil pertinet[16]: nec enim is ſine nouo conſenſu ſuo in obligationem recidit[17]. Hæc quòd ad hunc nodum qui in iure frequens eſt: vt autem textum hunc difficilem intelligas,

Mora rei nocet fideiuſſori.

Species textus.

11 l. centum. ad ſi. infrà de eo quod cer. loc.
12 d. l. centum. & l. vlti. de eo quod. cer.
13 l. vlt. de fide. infrà l. i. de in litem iuran. l. ſi in pignore. de fideiuſ. l. vl. de eo quod cer.
14 l. mora. & l. cùm filiusfamilias. infrà de verb. obligat.
15 l. centum. & l. vlti. vbi noto de eo quod cer. loc.
16 l. vl. de pac. infrà.
17 l. item quæritur. §. vlt. loca. infrà. & l. ſi Hermes. C. loca. l. Labeo. §. vlti. de arbit.

ſciendum eſt olim conſueſſe prætores cauſas mandare interdum purè, vt eo modo, ſi apparet ex mutuo dari oportere: eo ſæpe addito, vt nulla exceptio opponeretur. ex quo frequenter ius iniquum oriebatur, à quo tamen iudicibus non liceret diſcedere, vt fuſius Duarenus in pactis docet [1]. At in hoc reſponſo apparet ſpecies talis, de eo qui impetrauerat à iudice, vt iudicium purum daretur ſibi, & ne aduerſus ſe exceptio opponi poſſet: quod ius quia iniquum eſt, ipſe æquo animo idem pati debet, ſi à ſuis creditoribus conueniatur, vt nullam quoque exceptionem poſsit obiicere, tam ille, quàm fideiuſſor. At ius nouum à fideiuſſore impetratum fideiuſſori tantùm nocet non reo, vt hoc tex.

1 l. iuriſgentium. §. & ideo. in ver. actionem. à prætore datã. de pact. infrà.

ILLVD. L. VLT.

HIC eleganter quæri poteſt de eo qui accuſatus opponit teſtibus crimina, an ſi ea non probet, actione iniuriarum teneri poſsit, quod fere non ſolet admitti [2]. Facilè enim ignoſcitur ei qui prouocatus ſe voluit vlciſci [3]. Et hoc in accuſato capitis aut famæ incunctanter dicitur, cui ſanguinem ſuum redimere licet [4]. At in cauſa bonorũ teſtes iniurię poterũt diſceptare [5]: & hoc caſu accipi poteſt quod dicitur [6], eum qui excipiendo calumniam obiecit, calumniatorem eſſe, & pœna calumniæ puniri. pro quo & videtur eſſe tex. in l. ſi verò. §. j. qui ſatiſ. cog. infrà.

Qui obſicit teſtibus crimina falſa an iniuriarũ teneatur.

2 l. qui cùm maior. §. libertus. de bonis lib. l. iij. de delat. lib. x. C. & Ang. Bal. & Saly. hîc.
3 l. qui cùm maior. §. libertus. d.
4 l. j. de bon. eor. qui mortẽ ſibi conſciuer.
5 Feli. in c. j. de exce. in fi.
6 l. j. de aduo. diuer. iudi.

Si quis ius dicenti non obtemperauit.

LEX VNICA.

IVRISDICTIO ſine modica coërcitione dignitatem ſuam tueri nõ poteſt [7]. Hinc etiam minores magiſtratus imperium ſuum poſſũt pœna defendere, vt hîc: quod tamẽ in delegato non vtique eſt [8]. De arbitro ex iis quæ poſteà ſequuntur reſponſum eſt [9]. Plus additur, iudicem vnum alterius opem implorare poſſe ad iuriſdictionem ſuam explicandam [10]. Quid autem his verbis ſignificetur, *Is videtur ius dicenti non obtemperaſſe, qui quod extremum in iuriſdictione eſt, nõ fecit, veluti ſi quis rem mobilem à ſe vindicari paſſus nõ eſt, ſed duci eã vel ferri paſſus eſt*, quęritur. Sed non placet opinio Ioãnis quam omnes ferè tenẽt [11]: nec enim exemplo ſubiecto conuenit, Ideo probabilior videtur Alciati ſententia [12]: qui ita rem explicat, vt cuilibet magiſtratui ex hac lege, tuendæ iuriſdictionis ſuæ poteſtas fiat, pœna in non parentes dicta, ſed hoc conſtante poteſtate ſua: nam ſi iuriſdictio illius finiatur, amplius multãdi poteſtatem nõ habet [13]. Finita autem illius iuriſdictione, non tam ex facto ſuo quàm partis, vt cùm pars dixit ſe rem non habere quam ego vindicabam, & reuera paſſa eſt eam ab alio duci aut ferri: multari poterit pars, quamuis in eo cõſiſtat extremum iuriſdictionis: vide reliqua apud Alciatum, cuius opinionem ex eo defendere poſſumus, quòd apud canoniſtas relatum eſt [14], iudicẽ delegatum ex reſcripto quod nullum eſt, quanuis ex eo notionẽ non accipiat aut imperium, poſſe tamen damnare impetrantem in

Delegati & arbitri an multent.

Litera explicata.

7 l. ſi. de off. eius cui mãd.
8 l. ij. §. vlt. de iudi infrà tex. & Panor. in c. dilectus. de pœ Bar. hic.
9 l. nõ ex omnibus. de arb.
10 c. j. de off. ord. in antiq.
11 Bar. Bal. Ang. Alex. Paul. & Iaſon.
12 cap. xv. lib. xi. Parado.
13 l. iudex. de re iud. infrà l. eum qui. ſuprà de iuriſd. om. iud. c. cõſuluit. de off. deleg. ext.
14 c. vl. de reſcr. & ibi glo. ad fi. & Panor.

Qui non eſt iudex damnat in expenſis & damnat.

tem in expenſis.ſic ordinarius qui ſe pronuntiat non iudicem, poteſt damnare in expenſis, & eo quod intereſt, quamuis iuriſdictio ſua ſit finita, vel potius nunquam habuerit.

De in ius vocando.

IN IVS VOCARE. L. I.

In ius vocare.

IN ius vocare, eſt iuris experiundi cauſa vocare: & propriè apud prætorē aut magiſtratum, non autem apud pedaneum iudice. ex quo dicitur eum qui vocatū ad pedaneum iudicem vi exemerit, pœna edicti nō teneri, quod propoſitum eſt in eos, qui vocatos eximunt [1]: vt eleganter Duarenus ſcribit [2]. Sed nos qui iure pro ratione vtimur, opinor, tantam ſcrupuloſitatem non ſeruamus. Sic & idem notat [3], citare non eſſe in ius vocare per nuntium, ſed in ipſo iudicio & tribunali euocare voce præconis, ſed hæc non vſquequaq; obſeruantur. Nec verò hîc omittendum puto, quòd in hoc genere valde neceſſarium eſt, vocationem in ius ſiue mandato iudicis fieri nō poſſe [4]: quod tamē in Francia non recipimus. In ius autem vocationem, de iure diuino eſſe affirmat Panor. & ideo à principe tolli nō poſſe [5]. Tamen ſi reus eſſet præſens, non eſſet vocatio in ius neceſſaria: quod indiſtinctè verum eſſe contendit Iaſon [6].

Citare.

Ad vocationem mandatum iudicis requiritur.

In ius vocatio iuris diuini.

IN IVS VOCARE. L. II.

QVOD hîc apud Vlp. legitur certas perſonas nō poſſe in ius vocari [7], intelligunt doc. niſi vocarentur vt finito officio ſe ſiſterēt [8] (nam & citatio die feriato facta, vt quis veniat die non feriato, valet [9]). Item niſi pro criminibus quę admiſiſſent in officio [10]: et niſi eſſent perpetui. Sic curator furioſi, quia eſt perpetuus, cōſtante officio conuenitur: quod non eſt in tutore [11]: Et hoc idem dicitur in principe, qui cōuenitur per procuratorem [12]. Et quod in perpetuo dicitur, idem erit in eo qui poſitus eſt vſque ad voluntatem principis, ob dubium [13]. Item inferiores magiſtratus conſtante officio in ius vocabū tur [14]: quod non ſecus diceretur in maximis, ſi in aliquo imperium ſuperioris offendunt [15].

Magiſtratus qui & quando in ius vocari poſſint.

QVIA SEMPER. L. V.

PERTINET ad ea quæ notantur in lege filium. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.

PARENTES. L. VI.

Parentum appellatio.

PARENTVM appellatio in infinitum abit, hîc: vnde nec ipſe Adamus ſi viueret à quoqua in ius vocaretur ſine venia [16]. Aliquando tamen res ſubiecta monet, vt parentis appellatio ad omnes extēdatur, qui nobis genere iunguntur [17]: vt in ſtatuto prohibente parētes rebellium eſſe in ciuitate [18].

ADOPTIVVM. L. VIII.

Adoptiuus pater an pater dicatur.

APPELLATIONE patris adoptiuus continetur, hoc in caſu fauorabili, vt hîc: aliâs nunquā [19]. verba enim ſunt naturaliter, non ciuiliter intelligenda [20]. Vnde ſtatutum vt exiſtentibus maſculis filiæ non ſuccedant, non habet locum in adoptiuis ſecundum Iaſonem hîc.

SED SI HAC LEGE. L. X.

§. PATRONVM. Scitè allegatur, quòd reſcriptū infrin-

1 l. iij. §. j. ne quis eum qui in ius voc. vi exim. īfrà.
2 lib. j. diſpu. anniuer. c. i.
3 c. vij. lib. 1. diſput.
4 c. quoniā contra. & ibi doct. de prob. Panor in c. j. de iud. Bal in l. fi. de exhibi. reis. C.
5 in c. j. de cauſ. poſſ.
6 hîc per text. in l. etiam. §. fi. ibi vel ad agendū. de mino. infrà. Bald. in auth. ſi omnes. ſi minor ab hæred. ſe abſt. C.
7 & l. pars. infrà de iud.
8 l. in tempus. de hær. inſtit. Bar. hîc.
9 doct. in l. fi. C. de feriis.
10 l. iubemus. ad l. Iul. repet. C.
11 l. niſi. de tut. et rat. diſt. & ibi Bal.
12 l. j. de of. proc. Caſ. ſuprà.
13 l. ſufficit. de cond. inde. infrà. l. iuriſperitos. de excuſ. tut. Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. in. col. in ij. & iij. quaſt. de oper. nou nunc.
14 l. quemadmodū. §. magiſtratus. ad le. Aqui.
15 l. ſi appellatiorē. & ibi Bal. de appel. C.
16 gl. in §. pœnales. de act.
17 §. œconomus. de alien. vel emphyt.
18 Iaſ. hîc.
19 l. fideicommiſſum. de cond. & demon. l. ſi ita quis. de leg. ij.
20 l. vlti. de his qui ven. ætat. imp. C.

gitur cùm impetrans ſuos defectus cælat[1]. Sed hæc fuſius apud canoniſtas[2]. A quibus & illud quæritur, aliquis ſpurius à Papa legitimatus eſt; poſteà impetrat beneficium, an in impetratione & literis mentio facienda eſt de legitimatione ſua, quod neque Ioanni Andreæ[3], neque Panorm.[4] videtur: cùm hoc iure non caueatur. Si tamen is qui legitimus beneficio papæ factus eſt, pro pluribus beneficiis aſſequendis diſpenſationem obtinet, iure ſcriptum extat mentionem faciendam eſſe prioris legitimationis in ſecunda diſpenſatione[5]: idque odio eius qui plura beneficia poſsidere cupit. *In literis quæ exprimenda.*

QVAMVIS. L. XI.

POENA remittitur per pœnitentiam in extraordinariis criminibus, vt hîc: ſed hoc in pœna legali, non in conuentionali. Ideo promittens nõ conuenire, ſi conueniat, & pœniteat per pœnitentiam non deſinet eſſe nocens[6]: Imo ex omnium[7] ſententia ferè obtinuit, nunquã in delictis pœnitentiæ locum eſſe, hoc eſt, nunquam per pœnitentiam aboleri delictum, niſi quoties iure cautum extat[8]. *Pœnitentia an purget peccatum.*

LIBERTVS I. L. XIIII.

PROHIBITO agere nihilominus defenſiones cõpetunt: vt hîc in liberto qui ſine venia non agit, ſed bene ſe poteſt defendere. Idem in excommunicato[9]: niſi tamen illa exceptio vim actionis haberet[10]: vt eſt reconuentio[11], & compenſatio[12]. *Excommunicatus non agit ſed defendit.*

LIBERTVS II. L. XV.

HVNC tex. bellè hîc allegat Iaſon ad hoc, quòd ſi princeps alicui concedat iudicem delegatum, non propterea eum habilem reddit ad agendum[13]. Item nota libellum vim citationis non habere[14]: ſed tamen libellus principi datus conteſtationem facit, ad interrumpendam præſcriptionem[15]. *Libellus an citationi, aut litisconteſtationi æquipolleat.*

PLERIQVE. L. XVIII.

Citatio in domo.

CITATIO & denuntiatio verbalis ad domum fieri poteſt[16]. Quod toties verum eſt, quoties non reperitur qui citandus eſt. Si enim reperiri poteſt, in perſona citari debet[17]. Sed etſi reperiatur, non ſatis eſt eum citare, vel ei præceptum de ſoluendo facere in via, templo, hoſpitio, & iis locis quibus illi non eſt expedita promptáque pecunia[18]. *Citatio in hoſpitio.* Itaque CVRIA Pariſi. non rectè & ordine executionem factam contra eum cenſuit[19], cui, cùm ad nauigandũ paratus in naui eſſet, factum eſt præceptum de ſoluendo. Si tamen omnino eſſet extraneus & diſceſſurus, hactenus præceptum de ſoluendo illum tenet, & poſt præceptum captio bonorum, quoad domicilium elegerit, & cautionem impleuerit, vt eadem CVRIA iudicauit[20]. *De domo an aliquis poſsit duci.* At in domo quis non poteſt capi, vt hîc: ſiue ſit ſua, ſiue cõducta[21]: nec de naui quis poteſt extrahi[22], licet quidam[23] contrà teneant[24]: quod forſan ſit probabilius. Nam de apotheca & taberna quis extrahi poteſt[25], & de hoſpitio[26]; Itẽ de domo aliena, per tex. hîc à contrario[27]. Item in cauſa criminali glo. hîc cõtẽdit quẽ poſſe inuitum de domo duci[28]. Idem in debitis fiſcalibus[29].

COMMVNIS. L. XXII.

PER hunc textum exiſtimo iuſtè defendi, vnum ex pluribus

1 *facit c. ex parte. de offi. ordi. & c. officij. & c. cùm pro cauſa. de ſent. excom.*
2 *glo. & ibi doc. in c. ſuper literis. de reſcrip.*
3 *in c. ij. de filiis presby. lib. vi.*
4 *in c. pe. iij. col. de preſe.*
5 *c. vl. de fil. presb. lib. vj.*
6 *Saly. in l. ſi quis maior. de tranſact. C.*
7 *Bar. Pan. Alex. hîc.*
8 *l. qui ea mente. vbi vide glo. de furt. l. quis ſit fugitiuus. de ædil. edict. infrà.*
9 *c. intelleximus. de iudi. c. cùm inter. de except.*
10 *l. quoniam. & ibi per Bal. & doc. de adul. C.*
11 *d. c. cùm inter.*
12 *l. amplius. & ibi Bart. rem rat. hab. Bal. in d. l. quoniam.*
13 *tex. in cle. ſi. de ſen. exc.*
14 *facit l. non videtur. infrà de ind. l. denunciaſſe. infrà de adult.*
15 *l. j. & ij. quand. libell. princ. dat. C. Bar. in l. j. C. de rei vind.*
16 *l. iiij. §. toties. de dam. infe. c. iij. de dol. & cõt.*
17 *glo. & Pano. in c. iij. de dol. & cont. & Bar. in l. j. de lib. agnoſ.*
18 *arg. l. j. §. hoſpes. de iis qui deie. vel eff. & ibi Bartol.*
19 *die ij. Maij anno 1545.*
20 *die xxiij. Maij an. 1527.*
21 *l. j. §. habitare. de iis qui deie. l. lex. §. domum. de iniur.*
22 *arg. l. pe. de iis qui deie. & ibi Alber.*
23 *Lud. Ro. in l. j. ad Silla.*
24 *per text. in l. j. §. ſi quis de naui. de vi arm.*
25 *d. l. d. x. § ſatium. de ſiu.*
26 *l. j. §. habitare. de his qui deiec.*
27 *Alex. hîc.*
28 *per text. in §. ſi verò. quis comprehenſorum. in authen. vt nullis iud.*
29 *l. ij. & ibi glo. de exact. trib. lib. x. C. vide Bar. in l. placet. de ſacroſan. eccle. v. col.*

In domo communi vnus colonum expellit inhabitandi cauſſa.

ribus dominis locantibus domum, poſſe colonum expellere, ſi velit inhabitare, ex capite legis ædem. C. loc.[1] Nec multum facit quod dicitur, potiorem eſſe cauſam prohibentis in re communi[2]: quia locum habet quoties quid fit illicitè, & præter ius & vſum rei [3].

SI SINE VENIA. L. VLTI.

AN pœna pecuniaria in corporalem conuertatur, habes à nobis in l. ſi quis id. de iuriſd. om. iud. ſuprà.

Si quis in ius vocatus non ierit, ſiue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit.

LEX I.

Satiſdās de ſiſtendo iuri nõ prorogat.

EX hoc tex. bene à recentioribus notatur, fideiuſſorẽ qui promittit de ſiſtendo ſe in iudicio, non ideo prorogare iuriſdictionẽ iudicis: iudicem enim recuſare poteſt, vt hîc: nec etiam principalis præſtita tali fideiuſsione, in iudicem conſentit [4]. Et in iſto caſu & cæteris in quibus ex lege requiritur ſpecialis renuntiatio, non ſufficeret generalis [5]. Et cum hac lege conſentit, l. j. infrà tit. j. l. ij. infrà qui ſatiſd. cog.

EX QVACVNQVE. L. II.

Ruſticus.

HVC pertinent ea, quę notantur à nobis in l. vlt. de iuriſd. om. iud. Item an ruſticitati parcatur: aliâs retulimus [6]. Item finis huius legis pertinet ad ea, quæ notantur in l. arbiter. de arb.

In ius vocati vt eant, aut ſatis, vel cautum dent.

EDICTO. LEX I.

HVC pertinent quæ notantur ſuprà. l. j. tit. proximo. Item quod hîc dicitur, fideiuſſorem qui ex coniunctis perſonis eſt, ſemper eſſe locupletem, intelligit Iaſon in omni iudiciali fideiuſſore, quod certè propius eſſe puto, idque æquitate ſuadẽte, nec recedendum eſſe puto à veterum opinione, qui hunc titulum ita intelligunt, vt exiſtiment qualemcunque fideiuſſorem dari poſſe, dummodo ſit ex neceſſariis eius qui dat. pro qua ſententia & illud eſt quod ſequitur [7], in eum qui cùm ſciret coniunctionem perſonarum non acceperit fideiuſſorem, iudicium quinquaginta aureorum dari. nec enim hoc in Coraſij expoſitionem ſcitè cadere poteſt [8], qui vult hîc agi, vt qui conuenit neceſſarias ſibi perſonas, qualemcunque fideiuſſorem accipere cogatur: nam qui parentem aut patronum aliúmve in ius vocat, non creditur ignorare coniunctionem [9]. Prætereà hanc ſententiam alibi prætor inculcauit [10]. non igitur eiuſdem rei nomine duo edicta fuerunt proponenda. Et ex verbo *nuru*, nota coniunctis & neceſſariis comprehendi etiã affines: quod valet ad ſtatuta & leges in quibus de coniunctis fit mentio [11].

Veterum opinio defenſa.

Affines in cõiunctis perſonis ſunt.

QVI DVOS. L. VLTI.

DE hoc reſponſo relatum eſt in lege, ſi ſeruus. §. ſi plurium. infrà ſi quis caut.

1 *per tex. in l. illud. de ri. nup. infrà.*
2 *l. Sabinus. com. diuid. infrà.*
3 *l. ſi ædes. com. diuid. & glo. in d. l. Sabinus.*
4 *auth. offeratur. de litis conteſt.*
5 *glo. in clem. j. in verb. ſpecialiter. de iud. tex. & glo. in c. inquiſitores. de hæret. lib. vi.*
6 *l. ſi quis id. ſuprà de iuriſdi. om. iud.*
7 *l. iij. infrà eod.*
8 *lib. iiij. Miſcel. c. x.*
9 *l. octaui. infrà vnde cog. l. de tutela. de in integ. reſti. C.*
10 *l. ij. §. prætor. infrà qui ſatiſd. cog.*
11 *in l. Pomponius. §. vlti. de procur.*

Ne quis eum qui in ius vocatus eſt, vi eximat.

Hoc edictvm. L. i.

EXIMENS eum qui manifeſtè venire non tenebatur, non incidit in pœnam, hîc, ſicut nec citatus ipſe non veniendo [1]. Si autem dubium eſſet, tenetur, & ita putem apptè ſolui poſſe. l. iiij. §. item. infra eo. quò etiam ab Alex. hîc itum eſt: & hoc ſuadetur iis quæ paulò ſuperius annotauimus [2]: licet Iaſ. hîc diſcrepet.

Eximens vocatum.

1 *l. arbiter calendis. de ar bi. l. vir bonus. ind. ſol.*

2 *l. vlt. de iuriſd. om. iud.*

Is qvi debitorem. L. vlti.

SI qui exemerunt, ſoluerint, non tamen liberatur reus, quia pœna eſt [3]: at ſi reus prior ſoluerit, liberantur eximentes [4]. Tamen in hanc ſententiam vide plura in l. item Mela. §. ſi plures. infrà ad legem Aquil.

3 *vt hîc. & l. item Mela. ad leg. Aqui. cum ſimi.*

4 *l. Stichum. § dolo. de ſolut. l. nec vllam. §. pen. de pet. hære.*

Qui ſatiſdare cogantur, vel iuratò promittant, vel ſuæ promiſsioni committantur.

Fideivssor. L. ii.

IN hanc ſententiã loquitur tex. in l. j. ſi quis in ius voc. non ier. vbi nõnulla addidimus. Et nota locupletem fideiuſſorem æſtimari tam ex re & opibus, quàm ex facultate conueniendi: ex quo & Bar. exiſtimat pragmaticos rixoſos & rimarum plenos non eſſe idoneos fideiuſſores [5]. Plus etiã dicitur procuratorẽ qui effectus eſt non ſoluendo vel rixoſus, aut decoctor, ipſo iure reuocari [6].

Locuples fideiuſſor qui æſtimatur.

Rixoſus procurator.

5 *facit tex. in l. ij. de alien. iud. mut.*

6 *l. liberto. §. largius. de annu. leg. & ibi Bar. l. in confirmando. in fi. & l. cùm pater. §. vlt. de confirm tut. infrà.*

Si decesserit. L. iiii.

SI decedat qui fideiuſſorem iudicio ſiſti dedit, liberabitur fideiuſſor, nec obligatio in fideiuſſoris hæredes tranſit, vt hîc: & hoc quia obligatio facti eſt, quæ non cohæret hæredi [7]. Sic ſi quis ſe obliget ſub pœna carceris, obligatio illa nõ nocebit hæredi [8]. Aliud tamen interpretatur Bar. [9] in ſtatuto. Si autẽ factum heredi conuenit, etiam heredem tenebit obligatio [10].

Obligatio ad carceres an hęredes teneat.

7 *facit l. j. §. ne autem. de cadu. toll. C.*

8 *Bar. & Iaſ. hîc.*

9 *in l. poſtulante. ad Tre.*

10 *l. pro hæreditariis. de hære. vel act. vend.*

Si vero. L. v.

DEPORTATVS omnino eximitur ab obligatione, ideo fideiuſſorem dare non poteſt [11]: ſed ſi dederit ante deportationem licet ille eximatur, non tamen fideiuſſor, ita apptè poſsis legem hanc intelligere [12], ſed videndum ne hoc nõ ſit dicendũ in fideiuſſore iudicio ſiſti, qui liberatur, cùm nõ poſſit ſiſtere, neque ſit in culpa, impediente forſan qua iuſta cauſa [13]. Reliqua dicentur in l. ſi conſtante. §. vlt. ſolu. matrimo.

Deportatus abſolutus à debitis.

11 *l. ſi debitori. de fide. §. vl. et l ſi ex duobus. §. j. de duob. reis. l. ij. de cap. dimi. vbi noto.*

12 *l. j. de fideiuſ. C.*

13 *l. prox. & l. iiij. ad prin. ſi quis caut.*

§. Qvi pro qvalitate. Hic §. mirabiliter euincit. pro eo quod ſuprà retulimus [14], in ciuilibus eos qui teſtibus crimina obiiciunt, vt à teſtimonio illos repellant, teneri iniuriarum, ſi ea vera eſſe probare non poſsint. hîc enim qui exceptionis modo obiicit alicui paupertatem, vt eum à ſatiſdatione repellat, iniuriæ tenetur. At in criminalibus ſerua quod ibidem dictum eſt, vt enim teſtis de criminibus obiectis per modum exceptionis nec infamiam contrahit [15], nec puniri illo iudicio poteſt, etiam ſi probentur [16]: ita nec qui crimina obiiciunt

Teſtis crimina obiiciens per modum exceptionis non punitur.

14 *l. vlti. ſuprà quod quiſque iur.*

15 *c. ij. ad fi. de ord. cog.*

16 *c. j. de excep.*

Soluendo an quis præſumatur.

obiiciunt, puniri debebunt. Et ad gloſſ. adde, quòd licet quis præſumatur bonus [1], nõ tamen diues [2], nec clericus [3], nec doctus [4]. Planè ex hoc tex. dicitur, quòd ſi reus paratus eſt ſatiſdatò cauere, & iudex non recipiat cautionem, tenetur iudex iniuriarum: quod & in ciuilibus, & in criminalibus in quibus ad pecuniam agitur, locum habet [5]: ſecus ſi pœna corporalis eſſet [6].

SI FIDEIVSSOR. L. VII.

Teſtationis effectus.

IN quibus cauſis requiritur ſpecialis renunciatio, ſufficit teſtatio, qua prædicat pars alteri, non vſuram illam priuilegio. Nam ſiue expreſsè cõſenſerit pars [7], ſiue tacitè, nempe tacendo [8], ius ſuũ refutare videtur. Sic erit perpetuus vtriuſque legis conſenſus, licet glo. & doct. aliter ſoluant.

Sequeſtratio quando prohibita.

§. SI SATISDATVM. Pluſquam manifeſtum eſt prohibitam eſſe ſequeſtrationem [9]: lite enim pendente non debet quis poſſeſſione ſua fraudari [10]. Fallit tamen cùm perſona ſuſpecta eſt [11]. Et hoc in re mobili. Res autem immobilis non ſequeſtratur, fructus autem poſſunt ſequeſtrari. Quod indiſtinctè verum eſſe didici cùm ab executione appellatur, in his caſibus, quibus ex recipitur appellatio [12]. In cæteris autem caſibus ex cauſa fructuum ſequeſtratio fiet, vt cùm ſuſpectus eſt reus [13]. Rem autem iudex prohibebit diſtrahi [14]. Quoties autem fructus ſequeſtrabuntur, ſi pauper eſt is contra quem ſequeſtratio fit, debebit ali ex fructibus illis [15].

Sequeſtratio cauſa cognita.

Nec verò ſine ratione diximus ſequeſtrationem fieri debere ex cauſſa: nam cauſſa non cognita ſequeſtrationem factam CVRIA Pariſien. improbauit [16].

DE DIE PONENDA. L. VIII.

Omiſſio diei an noceat ſtipulationi.

OMISSIO diei in ſtipulatione iudicio ſiſti ſtipulationem non facit inutilem, vt hîc: niſi, cùm à partibus ageretur de die adiicienda, per errorem ſit omiſſa [17]. quod in cautione de damno infecto locum non habet [18]: quia ſi in ea omittatur dies, nullum tamen dubium inter partes verſatur, quando ſit incœptura ſtipulatio quæ ſtatim incipit: quod in ſtipulatione iudicio ſiſti nemo dixerit. De omiſsione autè loci in ſtipulatione, alibi diximus [19].

In interpretatione circa iudicium facienda, cui fauetur.

Quòd autem hic tex. dicit ius faciendæ interpretationis in dubiis actoris eſſe, tota quæſtio tribus caſibus à noſtris [20] explicari ſolet. Nam in veſtibulo cauſſæ, iiſque quæ ad ordinationem litis pertinent, actori fauetur, vt hîc [21]. In medio verò, æquè vtrique fauetur: at in fine, magis reo quàm actori [22]: & hoc etiam maximè in criminalibus [23], ſed hoc vltimũ intellige, niſi in cauſis piis, & fauorabilibus [24].

Mulier fideiubet pro marito, in fundo dotali.

§. QVIDAM ETIAM. Quòd dicitur mulierem non poſſe fideiubere pro marito [25]: limita niſi in cauſſa fundi dotalis, vt ex hoc tex. euincitur, & Iaſon probat.

ARBITRO. L. IX

An arbitro ad vnum articulum dato appellatur.

LICET à ſententia arbitri iure non appelletur [26]: ſecus tamen ſi eſſet aditus ad vnum articulum cauſæ. Et hoc ex primo intellectu, quem Bart. probat, & textui maximè cognatus eſt. Vt enim iudex, ſi illum articulum ipſemet decidiſſet, reuocare poſſet [27], ita et ſi ab altero hoc ſit expeditum,

1 c. ſi. de præſũ. & c. j. de ſeruit. l. cùm quidã. de leg. ij.
2 glo. hîc.
3 l. ſi qua per. de epi. et cle.
4 glo. in c. ſi forte. de elec. lib. vi.
5 l. iij. de cuſt. & exh. reo. infrà. Iaſ. hîc.
6 Bart. in l. j. de cuſt. reo. & tex. in d. l. iij.
7 l. fin. infrà. naut. caup. ſtab. vt recepta.
8 vt hîc.
9 l. j. de prob ſeq. C.
10 c. j. vt lit. pend. c. ſignificãte de app. & ibi. Bal.
11 vt hîc. & in c. j. & ij. de ſeq. poſſ. vel fruct.
12 l. ab executione. C. quorum appel. non recip.
13 l. Imperatores. §. fin. de appel. infrà. & ibi Bart. l. Imperator. Ad Treb.
14 l. de pollicitationibus. de pollic. infrà.
15 l. ſi. de ord. cog. C. & ibi. Bald.
16 anno. 1551
17 l. ita ſtipulatus. de ver. oblig. infrà. gl. & Bart. hîc.
18 l. ſi finita. de dam. infec.
19 l. non vtique. §. ſi quis inſulã. infrà de eo quod cer. loc.
20 glo. in c. cùm ad ſedem. de reſt. ſpol. Azo. in Rub. de reb. dub.
21 & l. ſi quis intentione. de iud. l. inter. §. j. de verb. obl. infrà.
22 c. cùm partium. de reg. iur. lib. vi. l. Arrianus. de act. & oblig.
23 l. pr. æſes. l. ſanctio legũ. l. interpretatione. de pœn. infrà.
24 c. vlt. de re iud. l. lege Iulia. de manu. infrà.
25 Auth. ſi qua mulier. Ad Vell. C.
26 l. j. de arb. C. l. ſocietatem. §. arbitrorum. pro ſoc. infrà.
27 l. quod iuſſit. infrà de re iud.

idem ius ſtatui debebit. vel ſi ita videtur, intellige legem in delegato, à quo delegans ſolet appellari [1].

1 l.i.infrà quis & à quo. §. ſi à ſubdelegato. de offic.deleg.lib.vi.

SI AB ARBITRO. L. X.

Probati fideiuſſores, poſt reprobari poſſunt ex cauſa.

EOS quos quis fideiuſſores accipit, approbare videtur, nec poſteà poteſt illos reiicere, & alios petere, niſi noua cauſa ſuſpicionis ſuperuenit, hîc [2]. Huc adiungitur quod dici ſolet, ex noua ſuſpicione fugæ debitoris, poſſe debitorem capi [3]: quæ ſi præceſſiſſet debitum, non caperetur, vt hac l. quod moderationem recipit, niſi dolo perſuaſiſſet ſe ſoluẽdo, cùm non eſſet [4]. Adde & hunc iure permittente capi poſſe, ſi in paupertatem deueniſſet lite pendente, Iaſ. hîc [5]. vide quod ponitur in l.ij. de cond.cauſ.dat.

Suſpectus de fuga capi poteſt.

2 l.ſi quis bona. §. de illo. de dam. infec. l. ſi is à quo. §. vlti. vt in poſſ. leg. l. vlt. de ſponſ. C.
3 Bal. & Paul de caſt. in l.apri de iud. C.
4 per tex. & doct. in l.pe. de iure d.t.l.pe. de dolo. infrà.
5 ſic.l.nõ ſolet. de reg.iur.

IVLIANVS. L. XI.

CVM ſit mutatio ex parte agentis, vt qui cùm non haberet mandatum, nũc habet, non ideo minus fideiuſſores accepti tenentur, vt hîc [6]. Non idem ſi ex parte rei [7]. Rationem quære ex glo. & Bart. De cæteris mutationibus refer te ad ea quæ not. in l. ſi ante iud.ſol. & vide nonnulla in l.in cauſſæ. §. ſi ex parte. infrà, de proc.

6 & l.in cauſſæ. de procu. §. ſi ex parte.
7 l.ſi ante.iud.ſol.infrà.

INTER OMNES. L. XII.

Inſtitutus ſubſtituto an caueat.

INSTITVTVS ſub conditione, ſubſtituto per fideicommiſſum cauet [8]: idem in ſubſtituto vulgari, per hunc tex [9]. In pupillari autem, nõ item, ſecundum comm.opin. [10]. Si enim bona poteſt cum decreto pupillus alienare, non obſtante ſubſtitutione [11], conſequens eſt vt cauere nõ teneatur. Item fallit cùm quis iubetur reſtituere filiis aut fratribus [12]: idem ſi fiſcus iubetur reſtituere, cùm enim ſemper dicatur diues, non cauet [13].

8 tot.tit. vt leg. & fideic. nom.infrà.
9 gl. & Iaſ.hîc.
10 Iaſ. & Bald.
11 Alex. in l. Marcellus. §. reſque. ad Treb.
12 l.iubemus. C. ad Treb.
13 l.i. §. ſi ad fiſcum. infrà. vt leg. nom. cau.

FILIVSFAMILIAS. L. XIII.

Pater in geſtione rerum filij an caueat.

PATER cùm interuenit in cauſis filij, quæ ſe non contingũt (vt in caſtrenſi peculio, quod pleno iure filio competit [14]) ſatiſdare debet, vt hîc. In iis autem in quibus adminiſtrationem de iure habet, non cauet, nec eius bona pignoris nexu tenentur [15]. quod ad matrem non perducitur, neq; enim ipſa legitima adminiſtratrix eſt [16]. Sed & illud in patre matréque verè dicitur, non cogendos eos ad ſatiſdationem, quo caſu tutelam gerent: tutoribus enim hæc neceſsitas lege remittitur [17].

Item mater.

14 l. cùm oportet. de bon. quæ lib. C.
15 d.l. cùm oportet. §. non autem. & l. vlt. §. paternã. d. bo. quæ lib.
16 l.hac edictali. §. his illud. de nup. C.
17 l.i. §. defenſionẽ. infrà. de admin.tut.

SCIENDVM EST. L. XV.

Poſsidens immobilia nõ cauet.

LEGES quæ volunt quem debere in ingreſſu litis cauere iudicio ſiſti, etiam poſteriores, vt auth. offeratur. C.de lit. cont. locũ nõ habent in poſsidente immobilia, qui non cauet, vt hîc: idem ſi poſsideret mobilia pretioſa [18]: quia illa duo æqualia iudicantur [19]. Item hæc lex locum habet in cautione iudicio ſiſti, non in cęteris [20], vt in caſu l. generaliter. de epiſc. & cler. C. Ex quo & illa generalis ſententia proficiſcitur, vt quoties requiritur fideiuſsio & cautio, nunquam tamen remittatur illa, etiam ſi is qui ſatiſdare debet manifeſtè ſit locuples [21]. Proinde hæres cui ex lege onus cauendi imponitur, non abſoluitur à cautione etiam ſi locuples eſt, & in dignitate poſitus [22], quod & Alexandro placet [23]. At in cautione iudicio

Etiam locupletiſsimis cautio non remittitur.

18 Bar. Iaſ. & alij hîc.
19 l.lex quæ.d. admin.tut. C.
20 l. minor. ad fi. infrà. de proc. & Iaſ hîc.
21 d.l. minor. ad fi. cum legibus ſeq. de proc. & l.3. §. magiſtratibus. de mag. conuenien. infrà.
22 l.3. in prin. vt leg. no. ca.
23 l.1. ſuprà. co. ij col.

dicio ſiſti idoneæ facultates excuſant à ſatiſdatione, vt hîc: aliâs erit implenda ſatiſdatio, niſi à coniunctis perſonis, quæ ſe defenſioni cöiunctorũ offerunt[1]. Adde & immobilia patris filio non prodeſſe, cùm ſpes ſuccedẽdi pro nihilo ſit in iure[2]. Et ſicut reus non poſsidens immobilia, non eſt idoneus, vt hîc: idem in fideiuſſore doctores volunt.[3]

Spes ſuccedendi non ſpectatur.

§. CREDITOR. Quòd ad ſatiſdationem creditor poſsidere non dicitur fundum pignoratum, vt hic: niſi tanti haberet fundum ſibi pigneratum, quanti dignus eſt[4]. Sic dicitur creditorem pignoratitium non præſentare ad beneficium vacans cùm nullum ius habeat[5].

§. SI FVNDVS. Dotalis fundus releuat & maritum & vxorem à ſatiſdando, vt hic: niſi eſſet æſtimatus, tunc enim vxorem non leuat, quia omnino eſt alienatus[6]. Sed nec è diuerſo dicitur eſſe mariti, vt maioribus tributis grauetur[7].

Dotalis fundus.

QVI IVRATO. L. VLT.

IN iuramentis intelliguntur conditiones nonnullæ, vt hic[8]. Nam in illis ſuperioris authoritas excepta intelligitur[9]. Ideo ei qui iurauit ſe non teſtificaturum, poterit inuito à iudice teſtimonium denuntiari[10]. Item qui iurauit ſe non petiturum reductionem ad arbitrium boni viri, poterit petere ſi ſit inſigniter læſus.[11] Et ex his quæ dixi facilè efficitur, principes ſeculares diſpenſare ſuper iuramento[12]: poſſeque remittere metum periurij ei, qui ſe iuramento obligauit ad aliquod factum: quod & Guidoni pap. videtur[13]. Sed hæc ex canoniſtarum ſententia correcta ſunt[14]: quî enim princeps ſæcularis gratiam iuramenti faciet, cùm iuramentum ſit merè eccleſiaſticum[15]? adeò vt illius ratione coram epiſcopo iurans poſsit diſtringi[16].

In iuramentis conditiones intelliguntur.

Princeps laicus an gratiam iuramenti faciat.

Si ex noxali cauſa agatur quemadmodum caueatur.

SI CVM VNO. L. IIII.

IN re indiuidua vnus ex conſortibus agit & defendit, etiam cæteris inuitis, vt hic[17]. In iis autem quæ diuiſionem recipiunt, ante iudicium acceptum & conteſtatum vnus ex conſortibus agendi poteſtatem non habet niſi pro parte[18]: at poſt litẽ conteſtatã admittitur cum cautela[19]: niſi alij contradicerent[20]. Et hoc ferè Bart. probat[21]. Nec omittẽdum eſt quod ſingulariter glo. retulit[22]: vnum ex duobus reis credẽdi ſine alio agere etiam non præſtita cautione de rato poſſe[23]: nec ſimile erit in patre & filia quorum alter pro dote ſine altero non agit, niſi caueat[24]: neque enim duo rei ſunt[25].

An vni ex conſortibus ſit ius agendi.

Vnus ex reis agit.

SI SERVVM. L. V.

CONSTITIT in pœnis à iure præſcriptis imponendis, tempus delicti ſpectari[26]. Planè ſi pœnæ æſtimatio in iudicis arbitratu eſt (quod euenit quoties à iure non definitur[27]) poteſt iudex etiam ſententiæ ferendæ tempus attendere, vt hic[28]. Item quid ſi mutatio contingeret in contracti-

In pœnis quod tempus inſpiciatur.

1 l. j. ſuprà. in ius voc. vt eant.
2 l. poſt emancipationem. de lib. leg. Bart.
3 Iaſ. hîc. & Bart. glo. in Auth. de exh. reis. §. ſuſcepto.
4 per l. qui habebat. de leg. iij. & ibi Bar. et Alex.
5 e cũ Bertholdus. de ſent. & re iud. & ibi Inno. & Panor.
6 l. plerunque. de iur. dot. l. ſi æſtimatus. ſol. matr. Alex. Fulg. & Iaſ.
7 l. 1 neius. §. idem. ad municip.
8 l ſi. de non num. pec. c. quemadmodum. & c. Quintauallis. de iureiur. cũm ſimil.
9 l. ſi ad municip.
10 c. in imtuit. de teſtib.
11 l. ſi libertus ita. de ope. li. infrà. Bar. hîc.
12 text. in d. l. vlti. in prin. ad municip.
13 q. ciciiij. in deciſ.
14 Pano. in c. tua. de dec.
15 c. per venerabilem. ver. idem. de elect.
16 c. iij. de for. cõp. lib. vj.
17 & l. via. de ſeruit. l. iiij. §. ſi fundus. ſi ſeruit. vind. fac. l. j. & glo. ſi in cõmu. eadémque cau. C.
18 l. ij. de cõſor. eiuſd. lit.
19 l. ij. de conſor.
20 l. ſi petitor. de iud.
21 d. l. ij de conſor.
22 in l. non ſolùm. & ibi Bar. & Paul. ſol. matr.
23 l. ſi deicecmiſſa. §. plerúmque. de leg. iij.
24 l. ij. §. vlt. ſol. ma. infrà.
25 gla. in l. ij. § i. in verb. amiſſam. ſol. matrim.
26 l. ſeruos. ad l. Iul. de vi. C. l. j. de pœn. infrà l. iniuriarum. de iniur.
27 gla. in c. de cauſis. & ibi Panor. de off. deleg.
28 l. quid ergo. §. pœna. de his qui not. infam. & Bar. in d. l. j.

bus,quod tempus ſit ſpectandum, not.in l. Pomponius.ij. infrà.de neg.geſt.

De eo per quem factum eri,tquominus quisin iudicio ſiſtat.

Ex hoc edicto. L. III.

Impedimenti dies an de termino ſubducatur.

EI qui impeditur facto tertij, ſi tertius non eſt ſoluendo,regreſſus eſt contra principalem vt hîc [1]. Sic quod dicitur diem impedimenti non numerari in termino [2], intellige cùm impediens non eſt ſoluendo [3]. Simile in glo.l.j. de inſt. & ſubſti.C. Quòd ſi principalis dolosè eſſet verſatus,poſſet conueniri rectà, licet ſit ſoluendo impediens [4]. Item d. reg. non habet locum, ſi impedimētū per iudicem ſit allatum [5]. Et ex eo quod hic dicitur actorem ſi impeditus,ad iudicium & diem cōſtitutum non venerit,ſicque actionem vel dominiū rei amiſerit, actionem habere in impedientem,manifeſtum eſt, citatione non fuiſſe interruptam præſcriptionem:cùm ſola litis conteſtatione interrumpatur [6]. Nec obſtat quòd præſcriptio xxx. annorum citatione interrumpatur [7]:quia illa hoc iure erat incognita.

Citatio an interrumpit præſcriptionem.

§. SED SI STIPVLATOR. Dolus cum dolo compenſatur [8]. Fallit cùm alter ex eis certat de lucro [9]. Sed in hanc ſententiam plura, in l.ſi ambo.de compenſ.infrà, & in l. viro.infrà, ſol.matr.

Si quis cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperauit.

Vicena. L. I.

CVM ſunt deſcripta milliaria, viginti milliaria ſolēt dari pro die, vt hîc [10]:aliâs iudicis erit æſtimatio [11]. Et milliaria illa ad vias conſuetas referūtur [12]: numeratióq; incipiet à tempore quo citatio preſentata eſt,& ſic à notitia [13]. Et nota ex hoc tex.diem in quo cautio eſt emiſſa non reputari in termino. Idem ferè placuit de die qua aliquid mihi denunciatū eſt,vel à qua terminus aſsignatur,vt cū iudex dicit, *do tibi terminū decem dierum*. Nam intelligimus de proximis [14]. Si autē ita diceretur, *hinc ad tres dies*, de momēto ad momētū fiet cōputatio termini [15]. Quod vide hic fuſius apud Bar.& Ale. Et Gui.pa.in deciſionibus [16].

Dies in quo datur dilatio an in termino putetur.

Non exigimvs. L. II.

DIES dicta à iudice non labitur,ſi fuerit tranſactum, vt hic:ſic fatales dies non currunt ſi fuerit tranſactum,ſiue compromiſſum [17]. Adde tranſactione pœnam impediri [18], licet tranſactio eſſet nulla [19]. Item hic tex.facit, quòd tranſactio in principali,obtinet & in pœna,& pœnæ gratiam facit ſi nondum commiſſa eſt:at commiſſam non purgat in dubio [20], niſi aliter appareat actum eſſe.

Trāſactio impedit pœnam & lapſum diei.

§. SI QVIS MVNICIPALIS. Impedimentum excuſat non comparentem ad diem conſtitutam, vt hic [21]. Et probabitur

Impedimentū excuſat non comparētem.

1 l.& eleganter. §.pe. de dol.l.ij.§.ſi.cum.l, ſeq. ſi quis caut.
2 l.quibus diebus. de cōd. & demō.infrà.
3 Bar.in d. l. quibus. per hunc tex.
4 glo.in l.ſed eximendi.ſuprà ,ne quis eum qui in ius.
5 l.ij.infrà ſi quis.caut.
6 l.ij.§.ſi.pro emp: infrà. l.ſi poſt acceptum.de rei vend.l.cōſtitutionibus. de act.& oblig.
7 l.cum notiſſimi de præſcrip.xxx.C.
8 vt ble.& cap.intelleximus. de adult.cum alleg.in glo.
9 l.cùm mulier. ſol.matr. infrà per ea quæ not. Pano.in c.cū dilecti. de excep.
10 & l.iij.de verb.ſig.infra.& ibi Ale.
11 l.continuus.§. cùm ita. de verb.oblig.Bar.
12 l. non ſolùm §. annus. de exc. tut.& ibi Bart. & Bald.in l.j.de his qui deiec.
13 l.annus. de cal. e. eum. de præb.lib.vi.
14 l. eum qui calendis.infrà de verb.oblig.ſecū d. Bart.Pan.Ang.Alex.
15 l.placet. & glo.in verb. abhinc,de ſacroſ.eccl.C.
16 q.cclxx.
17 Auth. ſi tamen.de tēp. app.C.
18 l.cùm ſtipulatus eſſem. infrà de ver.oblig.
19 Bal.& Iaſ.hic.
20 l.cùm ſtipulatus eſſem. infrà de verb.oblig.
21 Et tex.in c.ex ratione. de appellation.

Impedimentũ vt probetur.

bitur impedimentum per iuramentum, conſyderata qualitate perſonæ [1]. quod & Guid pap. probat [2]. Tamen Panor.[3] vult melius rem explicari, ſi tota res ad bonum virum remittatur. Nec verò ſatis eſt quem implere probationes de impedimento, niſi etiam ſe ad iter procinctum fuiſſe probet, ſed impeditum, Barto. hî. per l. qui conuentus. de re mil. [4]. Quod autem hic dicitur [5] mulierem grauidam excuſari, ſi ſe iudicio non ſtiterit, rationem habet. In quo genere Placitum CVRIAE Pariſienſis [6] extat, quo ſententia contra mulierem grauidam lata quæ ſe excuſarat eo nomine, irrita & inutilis facta eſt.

Mulier grauida.

SED ET SI QVIS. L. IIII.

HVC pertinent quæ notantur in leg. ſi verò. Qui ſatiſd. cog. ſuprà.

Generalis renuntiatio caſuum fortuitorum an valeat

§. QVAESITVM EST. Generalis cautio qua quis promittit ſe nulla omnino exceptione vſurũ, nõ valet, vt hic, niſi ſpecialiter quædam exprimantur: quia tunc valebit in ſimilibus caſibus, & minoribus expreſsis 7. Hoc in iudiciis ab omnibus receptum eſt. In ſtipulationibus autem & conuentionibus quæ extra iudicium fiunt, communior & verior eſt opinio, vt etiam non valeat conuentio, niſi in caſibus qui ſpeciatim deſignati ſunt & ſimilibus [8]. Itaque ea capitula quæ pacta de caſibus fortuitis in ſe recipiendis valere dicunt [9], ex hac l. temperationem capiunt. hic autem appellatur promiſsio deſerta, cui non eſt paritum: & ita in Florentinis Pandec. legitur: quam lectionem contra Alciatum Coraſius probat [10].

Deſerta promiſsio.

SI DVO REI. L. V.

Factum vnius ex reis alteri nocet.

FACTVM vnius ex reis nocet alteri, vt hic [11], ſi ſint ſocij, aliâs non [12]: tamen interruptio præſcriptionis indiſtinctè nocet [13]. At in ſolutione recipienda, ab vno ex correis nocetur alteri, ſi non ſunt ſocij: tunc enim debitum occupantis eſt [14]: ſi autẽ ſunt ſocij, nõ item [15]. Et ſic contraria diſtinctio admittitur hic à caſu præcedente. De pacto an vnius alteri noceat, vide l. ſi vnus. infrà de pact. An verò pœna & res ſimul petantur, dicetur in l. prædia. de act. emp.[16].

SI IS QVI. L. VI.

AN pactum vel exceptio rei proſit fideiuſſori & contrà, alibi dicemus [17].

ETSI POST TRES. L. VIII.

Quando mora purgetur.

IN contractibus in quibus eſt pœna & dies, non admittitur purgatio moræ. [18] At ſi ſolùm dies eſt, admittitur ante litẽ conteſtatam [19], item ſi nihil interſit. [20]. At in iudicialibus ſtipulationibus, quæ ad præparationem litis ſpectant, admittitur purgatio moræ, licet ſit pœna & dies, vt hic [21]: ſi autem ad deciſionem, tene quod relatũ eſt à Iuriſcõſulto ſub tit. de arb. [22]. Item nota ad quærendam actionem non purgari moram [23]: Dicique ſolet fieri moram impurgabilem, ſi geminata præceſſerit interpellatio: quod Iaſon probat. [24].

SI SERVVS. L. IX.

CVM obligatio nulla eſt, fideiuſſor nõ tenetur, vt hic [25]: ideo in donatione inter virum & vxorem contracta (cùm ſit nulla) fideiuſſor non tenebitur [26].

1 *l. nõ omnes. §. à Barbaris. de re mil. infrà. Bar. hic.*
2 *q. dxiij. in deciſ. Gratiõ.*
3 *c. ex ratione. iiij. col. de appell.*
4 *Pan. in c. ſciſcitatus. de reſcr. ext.*
5 *§. ſi non propter.*
6 *Die xij. Decemb. anno 1513.*
7 *c. ſedes. de reſcr. clem. non poteſt. de procur. Bar. hic.*
8 *l. §. ſæpe. infrà. de p. cũ ſimil. ſecun. Alex. hic. et Panor. in c. i. C. de mod.*
9 *l. ſi quis fundum. infrà. loc. l. quæ fortuitis. C. de pig. act.*
10 *lib. miſcel. ca. xix.*
11 *l. pe. de duobus reis infrà.*
12 *l. moræ §. pe. de vſur.*
13 *l. vlt. de duob. reis. C. et ibi Bar.*
14 *tex. & Bar. in l. in lege falcidia hoc eſſe. ad leg. Falc.*
15 *l. j. de duob. reis.*
16 *& in l. ſi quis à ſocio. infrà. pro ſocio.*
17 *l. & hæredi. §. vlt. infrà. de pact.*
18 *l. magnam. de cõtr. ſtip. C. l. traiectitiæ. de act. et obl. l. ſtipulationes nõ diuiduntur. §. ſi. de verbo. oblig.*
19 *l. ſi inſulã. de verb. obl.*
20 *l. ſi ita quis promiſerit. §. Scia. de verb. oblig.*
21 *& l. ſancimus. de fideiuſſ. C.*
22 *l. quod tamen. § iura. & l. Celſus.*
23 *l. 3 hæs. §. intra. de fide. c. lib.*
24 *l. ſi ex legati. pe. col. de verb. oblig. per l. traiectitia. de act. & oblig.*
25 *l. quoties. infra. eod.*
26 *l. ſi ſponſus. §. ſi vxor. de don. inter. vir. et vx.*

SI CVM IVDICIO. L. X.

QVI promiſit quem ſiſtere, & res ad eum caſum deuenit vt ſiſtere non poſsit, vt quia forſan euaſit qui debebat ſiſti, ſecurus eſt, ſi pro eo ſuſcipiat defenſionem, vt hîc [1]: niſi in cauſis quibus perſona tenetur venire, vt in criminalibus [2]: vel ſi ita ex cauſſa iudex arbitraretur [3]. Quòd verò hîc dicitur, cùm in aliqua ſtipulatione eſt dies & conditio, expectandam eſſe diem, licet conditio euenerit. vide l. in illa. & l. hoc iure. de verb. oblig. & quæ ibi notantur.

Ex fuga eius qui ſiſtendus fuit, liberatus promiſſor ſiſti.

§. QVI INIVRIARVM. Non tãtùm actio ſurrogata naturã mutuatur ab ea cuius loco ſufficitur, vt legibus in glo. citatis: ſed actiò cumulata eius eſt naturę, cuius ea cui cumulatur, vt hic [4]: ſicq; illa pereũte, & hęc concidit: niſi ei cumularetur vt principalis, nõ vt acceſſoria [5]. Item Pomponius cum Iuliano ſentit, ita demũ mortuo reo ante litem conteſtatam iniuriarum actionem perire, ſi modico pòſt tempore deceſsiſſet. Ex quo effici voluit, quòd ſi reus multò pòſt tempore deceſsiſſet, & artibus ſuis litem diffindi procuraſſet, litem haberi pro conteſtata, vt actio in hæredes eius detur, quod nota. quia non eſt alibi ſecund. Bal. Lud. Ro. & Iaſ. hîc. Et hoc nobile eſt ad temperandas omnes eas leges, quibus cauetur pœnalibus iudiciis hæredes non teneri [6]: & rei mortalitate crimen aboleri [7]. Quod tamen intelligo quoad trãſmiſsionem actionis. Aliâs in cæteris non haberetur lis pro conteſtata: vt cùm quæritur an ſint admittendi teſtes [8].

Actio ſurrogata & cumulata capit naturã eius cui ſurrogatur aut cumulatur.

Contra hæredes eius per quem eſt factum ne lis ſit conteſtata, criminis intentio durat.

1 & l. ſancimus. de fideiuſſ. C.
2 l. pe. §. ad crimĩ. de pub. in d. l. ſeruum. §. publi. de proc.
3 l. vlt. de proc. C.
4 & l. j. §. ſi quis ſub. vt leg. & fid. no. cau. l. ſi legati. de leg. infrà.
5 tex in l. item illa. §. j. & ibi Bart. de conſt. pec.
6 l. conſtitutionibus. de act. & oblig. l. j. de priu. del.
7 l. vlti. ad l. Iul. maieſt. infrà.
8 tex in c. j. vt lite nõ cõt. & ibi Pan. Bal. in l. ſcire. §. ſufficit. de exc. tut.

QVI AVTEM. L. XII.

SVFFICIT tempore contractus mea interfuiſſe, licet pòſt deſierit, vt in ll. alleg. in glo. & hoc in iis in quibus fit æſtimatio iure actionis, quo caſu tẽpus obligationis ſpectatur [9]: ſin autem officio iudicis, tempus iudicii accepti [10].

Sufficit interfuiſſe licet deſierit.

§. SI PLVRIVM. Exiſtimo verè dici poſſe, promiſſorem facti diuidui ſi partem tantùm præſtiterit, ad ſolidam pœnam conueniri & teneri. qui enim duos ſeruos ſiſtere promiſit ſub pœna, ſi vnum ſiſtat, nihil egiſſe videtur. & hoc non tantùm in ſtipulationibus quæ ad iudicia pertinent locum habet [11], ſed etiam in contractibus [12]. Sed tamẽ ex ſumma æquitate receptum eſt, vt ſolidam pœnam petenti obſtet exceptio pro parte, quod in iudicialibus ſtipulationibus rectè dicitur, per hunc tex. & etiam in contractibus [13]. Sicq; exiſtimo ſtare poſſe opinionẽ Martini, quã tamẽ omnes dãnauerunt [14]: eam tamen hactenus veram eſſe puto, ſi in eo quod pro parte impletum eſt, aliqua vtilitas verſatur, vt cùm promiſi decem dare ſub pœna: datis enim quinque debitor ſe pro parte à pœna, exceptionis beneficio liberabit [15]: cùm in quinque datis aliqua poſsit eſſe vtilitas. At ſi factum non poteſt diuidi vtilitate, quia forſan pro parte impletum nullam vtilitatem affert: pœnæ ſolidæ exactio erit, vt in ſtipulatione rati euenit [16]: neque enim pro parte ratum aliquid haberi vtiliter poteſt [17]. Et hæc in principali promiſſore dicũtur. in hæredibus verò illius, ſeruabis diſtinctionẽ facti diuidui vel indiuidui, quæ alibi relata eſt [18]. Tu ſi videtur, de quæſtione huius reſponſi vide

Promiſſor vno ex multis pręſtito an in ſolidũ ad pœnam teneatur.

Ratum pro parte non habetur.

9 l. fundum. de nouat.
10 l. iij. §. in hac. com. Iaſ. hîc.
11 l. vlt. in ius voc. vt eãt. ſupra.
12 l. ſi is qui ducenta. §. nunc ita. de reb. dub.
13 per c. ſuam. de pœn. ext.
14 Bar. in l. iiij. §. Cato. x. oppoſ. de verb. oblig. & cæteri.
15 d. c. ſuam. & per hunc tex.
16 d. §. Cato. ad fin.
17 l. cùm quæreretur. de admi. tut. l. in cauſſa. de proc. infrà.
18 d. §. cato. & vide gloſ. hîc.

Alcia

Alciatum [1]: quem tamen nos non ſequimur. Cur enim potius in hac ſpecie, cùm copulatiuè plura promittuntur, Dama, Stichus & Erotes ſiſti, inſolidum vno ſtato pœna exigatur, quàm cùm ſine copula, Dama, Stichus, Erotes, nulla cauſa eſt.

1 lib. j. parad. ca. xiiij

Si procvrator. L. xiiii.

Geſtum à procuratore an procuratorio nomine geſtũ dicatur.

CVM procurator in aliquo actu ſe nominat, ad compendium domini interueniſſe, credendus eſt [2]: idem ſi ſuppreſſo procuratoris nomine aliquid ageret, quòd niſi ad dominum pertinere nequit, vt hîc [3]. Sin autem vtrunque æquabiliter reſpicit, ſibi gerere iudicatur [4]: niſi in ſpecie quę relata eſt in l. ſi pœnæ. §. j. de cond. indeb.

2 l. vlt. de inſtit. infrà.
3 l. poſt mortem. quado ex fac. tut. infrà. l. Lucius. §. tutorum. de admi. tut.
4 l. & magis. de ſol. l. Titium. §. præfectus. de adm. tut. infrà

De feriis & dilationibus & diuerſis temporibus.

Ne qvis messivm. L. I.

Ferijs an partes renunciēt.

FERIIS in fauorem hominũ receptis partes poſſunt renuntiare, & valebit iudicium, vt hîc [5]: ſi autem reuerētiæ Dei dictæ eſſent, minimè: nam ſentētia nulla eſſet [6]. At contractus illis diebus initi valerēt [7], vnde & arbitramentum valebit, non autem arbitrium: quia prius contractui numeratur, ſecũdum minimè [8]. Quid in cæteris ſolennitatibus vide glo. & doct. in Auth. offeratur. de lit. cont. Item ſicut feriæ concedi ſolent in meſsibus & vindemiis per hunc tex. idem quoq; in ſeminibus ſpargendis ex glo. receptum eſt [9]. Sed & hîc aptè quæri poteſt de iudice qui diē dixit parti qua ſe iudicio ſiſteret, ſi dies reperiatur feriata num circunducatur edictum, & noua vocatio ſit neceſſaria: quod magis eſt, ſi dies fuerit certa & pręſcripta [10]. Quòd ſi terminus fuerit aſsignatus intra quē aliquid debeat expediri, non continuò dicendũ eſt edictũ circũduci, licet vltima dies reperiatur feriata, ſed poſteriora tempora obſeruabũtur [11]. Et hoc Bar. probat [12]: quòd & cvria Pariſienſis cenſuit [13].

Feriæ in meſſibus & ſeminibus dantur.

Dies citationis ſi feriata reperiatur quid agendum.

5 & l. ſi feriatis. infrà. eo.
6 c. ſi. & ibi doct. de fer.
7 l. actus. C. eo.
8 Bar. in l. Pomponius. §. ſi. de arb.
9 in l. j. de agric. & cenſ. lib. xj. C. & Iaſ. hîc.
10 l. ſi feriatis. de arb. Guid. pap. q. cccexlvj.
11 l. ij. §. illud. de temp. app. C.
12 in l. ij. §. vlt. ſi quis in ius. voc.
13 anno. 1522. die pri. Ianuar.

More romano. L. viii.

Dies quando incipiat.

HVNC text. accipe quoad contractus & dilationes: at in iudicio exercendo dies incipit manè, & veſpere finit [14]. Idem quoties damnum aliquod conſequeretur, nam nec recipere pecuniam tenetur noctu [15]. Item quoad officij diuini celebrationem incipit à veſperis, & vſque ad aliũ occaſum protenditur [16]: qui dies quoque Athenienſium fuit. Et de varietate dierum vide aliqua apud Alciatum [17].

14 Auth. de iud. §. ſedebũt. c. conſuluit. de off. deleg.
15 arg. l. ſi ſoluturus. de ſolut. & Bart. hîc.
16 glo. in c. ij. ext. eo. vbi vide alios caſus & hîc. per Iaſ.
17 in l. vrbis. de verb. ſig.

In pecvniariis. L. vlt.

Dilatio an peremptoria.

Dilationes ex cauſa dantur.

VIDE hîc glo. quæ communiter tenetur. & adde dilationem expectatoriam nunquam eſſe peremptoriam [18], niſi eſſent tres [19]. At dilatio probatoria peremptoria eſt, vt hîc; niſi cauſa cognita laxior dies prorogetur [20]. Quod pertinet ad conſtitutionē noſtrã, quæ vult dilationes perēptorias eſſe, quia ex magna cauſa aliæ dabuntur [21], vnde ex cauſa tertiam dilationē cvr. Parieſ. ſępe indulſit [22]. Quod etiam in ſummariis cauſis intelligēdũ eſt ſecundũ Iaſ. hîc poſt Bar. nec omitte

18 Auth. qui ſemel. quom. & quãdo iud. l. ad peremptorium. de iud. infrà Bar.
19 l. tres. quom. & quand. iud.
20 C. oratione. ſuprà. eod.
21 l. i. cum trib. ſeq. de iur. del.
22 Die 22. Ianuar. anno 1543. & aliâs.

probationes factas, nullâ data dilatione nihilominus iure ſubſiſtere [1].

1 l. cùm à nobis. & l. ſi quando. de dilat. C. & ibi Bald.

De edendo.

Qva qvisqve. L. I.

Incertitudo an inutilem libellum efficiat.

QVIQVE editur, vt ſciat cederéne an cõtendere debeat: vnde & clarus debet eſſe libellus licitéque appellaret reus, ſi libellus nón declararetur, & res petita [2]: tamen ſi ex parte actoris eſſet iúſta ignorantia, admittitur libellus incertus [3]: vt in omnibus generalibus petitionibus, vt putà cauſa dotis [4]. Idem ſi incertitudo veniret ex parte rei [5], ſed & illud additur, vt ſi contra libellum de incertitudine non excipiatur, valeat nihilominus [6]. Quòd autem hîc in Pand. Florentinis legitur, *Eum quoque edere Labeo ait, qui producat aduerſarium ſuum ad album, vt demonſtret quod dictaturus eſt, vel id dicendo quo vti velit*: exponit Alcia. [7] & bene mea ſententia, de eo qui aduerſarium ſuum, hoc eſt tabulas tumultuarias rationum ſuarum profert & edit, vt ex eis oſtendat quam actionem dictare velit, aut qua ſumma cum reo iure conſiſtere. Notú eſt enim ex Cicerone & aliis *aduerſaria* ſumi pro tabulis tumultuariis: quod verbú etiã rectè opinor ſingulari numero dicatur. Quamquam Duareno non placeat [8], qui exiſtimat producere aduerſarium ſuum, hoc eſt, reum cui formulam actor velit intendere, rectius intelligi: quæ opinio noua eſt & non contemnenda.

Aduerſarium producere.

Aduerſarium & aduerſaria.

2 c. ſignificantibus. de app.
3 l. quæ de tota. de rei vind. infrà.
4 Bar. in l. fi. de ſent. quæ ſine cert.
5 l. j. §. j. in fi à. quorũ. leg.
6 tex. & glo. in l. vlt. de annal. excep. C.
7 lib. ij. diſp. cap. vlt. & παρερ. lib. viij. cap. vij.
8 lib. j. diſp. anniu. c. xiij.

§. Editiones. Inſtrumenta propria, eius ſcilicet qui petit, debent edi cum die & conſule [9]; idem in cõmunibus [10]. Aliena ſine die & Conſule, vt hîc: niſi ea peterentur in accuſationem falſi [11]: & niſi editio peteretur à publica perſona: tunc enim cùm ad plenam probationem petantur, conſequens eſt diẽ edi [12]. Dies autẽ ſolutioni dictus libello comprehẽdẽdus eſt, vt hîc. Idem in eo ſine quo probè cauſa decidi non poſſet: vt in creditore agente hypothecaria cõtra alium creditorem vſuuenit: illa enim quæſtio ſæpiſsimè ex antecesſione temporis deciditur [13]. Conſtat quoque acta iudicij cum die & conſule edi debere, cùm illa communia ſint [14]: quod ad rationes quoque perductum eſt, vt hîc [15]. Et valde notãdum eſt quod hîc glo. ad finem refert, inſtrumentum per productionem ſiue editionem effici commune: cui conſequens eſt vt illo vti pars aduerſa poſsit, ſi quid in eo ad vtilitatem ſuam deſcriptum deprehenderit. Idem & in libello obtinuit, qui etiam ei qui edidit, nocere poteſt [16].

Inſtrumenta an cũ die edãtur.

Acta cum die an edãntur.

Rationes an cum die edantur.

Inſtrumẽtum per productionem fit commune.

9 tot. tit. ad exhib.
10 l. ſi quæ. fam. erciſ. Bar. hîc.
11 l. ſi de fid. inſtru. C. l. optimã. ad fi. & ibi glo. de cont. & com. ſtip. C.
12 Bar. in l. exempla. infrà. eod.
13 Bar. hîc & cæteri.
14 glo. in verb. tempor. c. quoniã cõtra. de prob. ext.
15 Et l. prætor. §. finitum. infrà. eod.
16 l. cum precum. de lib. cauſa. C. & ibi glo.

§. Edere. Cõtractus & inſtrumẽta integra edi debẽt [17]: ſæpe enim accidit vt ex clauſula vel in principio vel fine poſita, totum inſtrumentum temperationem recipiat [18]. At liber ſtatutorum vel rationum capita ſeparata complectens edetur tantùm in ea parte quę rẽ cõtingit [19]. Quod tamẽ fuſius apud Bart. explicatur in Rub. de oper. nou. nunc. Nec omittẽdũ eſt Curiæ Pariſ. decretum [20], quo cauetur vt ij qui inſtrumenta proferunt in litem, non teneantur integra inſtrumenta edere parti diuerſæ, ſed breuiter & in ſumma ſubſtantiam eorum quæ inſtrumemto continebuntur edere ſatis eſſe.

Inſtrumenta, rationes ſtatuta an integra edi debeant.

17 & cap. contingit. de fid. inſtr. c. cùm perſonæ, ibi integraliter. de priuil. lib. vj.
18 c. cũ dilecti. de don. ext.
19 l. argentarius. §. edi. infrà eo. Pan. in c. contingit. de fid. inſtr. & c. j. de prob.
20 Die xix. Maij Anno 1.08.

Senatus

SENATVS L. III.

Actor vel reus quando ad editionem instrumentorum cogantur.

BELLISSIME quæritur quando alter alteri cogatur edere. quæ res hoc ferè modo explicari ſolet, vt actor reo ad exceptionem ſuſtentandam & iuuandam edere teneatur [1]: reus verò actori ad actionem inſtituendam edere non eſt cogendus [2]: qui enim agit, probationes habere debet [3]. Diuerſum tamen obtinuit in fiſco per hunc text. quod omnes ferè probant: & in dote [4]. Nam & dotis & fiſci fauore reus contra ſe edere cogetur, niſi in cauſa criminis [5]: tamen odio vſurarum contra fœneratores inductum eſt, vt libros ſuos & aduerſaria contra ſe teneantur edere [6]. Planè & illud animaduerſum eſt etiam reo neceſsitatem imponi, vt actori edat ad iuuandam actoris replicationem [7].

1 l. non eſt nouum. C. eod. diſſolute. de cond. ſine cauſ.
2 l. nimis. de teſtib.
3 l. qui accuſare. C. eo.
4 l. ii. de priu. fiſc. Iaſ. hic.
5 l. ii §. item diui. de iure fiſ. infrà.
6 c. vlt. de vſuris.
7 l. pe. §. vlt. ad leg. Falc. infrà Bar. in l. vl. C. eo.

SI QVIS EX ARGENTARIIS. L. VI.

Dies appoſitus principio an ad finē trahatur.

§. SI INITIVM. Dies initio tabularum poſitus, ad finem quoque pertinere intelligitur, vt hîc: quod idem in loco & teſtibus Iaſon refert [8]: ſed in fine additus dies ad præcedentia non trahetur [9]. Ex quo & illud proficiſcitur clauſulam in capite adiectam plus momenti habere, quàm ſi in fine adiiceretur [10]. Sed quod dixi diem initio poſitum in ſubſequentibus intelligi, verum eſt niſi ratio eſſet omnino ſeparata [11]: quod Bar. hîc probat, & verum eſt. ſed hæc in die, loco & teſtibus rectiùs intelliguntur, vt ad totam rationem pertinere iudicentur: at in clauſulis aliud dicendum eſt: hæ enim vni inſtrumento adiectæ ad aliud non traducuntur [12].

Clauſula vni inſtrumento adiecta ad totam rationem non pertinet.

8 per tex. in l. vinum. ſi cer. pet. & l. vlti. de tritic. infrà.
9 glo. Bar. Iaſ. & alij hic.
10 facit l. filiumfa ſecund. intell. Bar. quando dies leg. infrà.
11 arg. l. etiam. §. i. de mino. infrà.
12 l. circa locationes. & ibi Bal. loc. C. & Alexand. hîc.

VELVTI. L. VII.

Dictio iterum.

CVM aliquid iubetur iterum fieri, ſi res magni ponderis eſt, ſufficit ſi duabus vicibus fiat: vt in legato iterum præſtando ſcriptum extat [13]: Quòd ſi frequenti repetitione nullum damnum alteri creatur, toties id fiet quoties opus erit, vt hîc: nec mutat quod dicitur creditoribus qui mittuntur in bona non amplius quàm bis concedi inſtrumētorum debitoris recognitionem facere: hoc enim in illis ſpeciale erit, quibus non eſt permiſſum deſcribere copiam inſtrumentorum, ſed numerum tantùm [14]. Et ex eo quod hîc dicitur, edendum eſſe quoties opus erit, profectum eſt opinor, quod & CVRIAE Pariſienſ. placito continetur [15], notarios ex cauſa etiam extraneo vt edant cogi poſſe, nihil mutante Conſtitutione Regia, qua cautum eſt eos, niſi contrahentibus & eorum hæredibus, aut ad quos ea res pertinere poteſt, edere non compelli.

Notarij edere cogendi.

13 l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. de leg. iij.
14 l. vlt. §. vlt. de bon. aut. iud. poſſ.
15 anno 1548. Iucius in Plac. tit. de eden.

VBI EXIGITVR. L. VIII.

Damna per iuramētū quādo probentur.

QVI edi ſibi deſiderat, neque impetrat, probato notarij dolo, de damnis & eo quod intereſt fidem faciet per iuramentum ſuum [16]. Diuerſum eſt ſi culpa aut negligētia tantùm notarij argueretur ſecundum Iaſ. hîc: cui proximus eſt dolus in omittendo commiſſus, in quo iuramentum non ſufficit, ſed plena probatio requiritur [17]. An autem ſufficiat interfuiſſe mea, licet hodie deſierit, relatum eſt [18].

16 l. ſi quando. C. vnde vi. Bald. in l. qui accuſare. C. eo. c. vlti. de eo quod met. cauſ.
17 l. argentarius. §. cùm autem. infra eod. & ibi Iaſon.
18 in l. qui autem. §. vlti. ſi quis caut.

QVAEDAM SVNT. L. IX.

Remedium extraordinarium an cum ordinario concurrat.

PERVAGATVM eſt quòd dici ſolet, toties officium iudicis ceſſare ſiue remedium extraordinarium, quoties ordinario actionis iure alicui cautū eſſe poteſt [19]. Sed hoc vulgò

19 l. i. de theſau. C. l. in cauſa. ij. de minor. infrà l. qui bona. §. de illo. de dam. infe.

intellectum habet niſi extraordinarium remedium ſit plenius & vberius [1]:& niſi contra diuerſos vtrunque remedium com peteret:erit enim eo caſu in poteſtate eius qui illa habet vtro remedio experiatur [2]. Planè & remedium extraordinari um in ſubſidium dari ſolet [3].

Argentarivs. L. x.

PERPETVVM eſt quod dici ſolet argentarios & eos qui publicum officium gerunt debere petentibus,ſi modò eorum intereſt,edere inſtrumenta,vt hoc titulo ſatis explica- tur,& alibi diximus [4],ſed ſalarium in penſum laboris dari debebit [5]. Quòd autem hic [6] dicitur non totum codicem edendum eſſe:aliàs relatum eſt [7].

Salarium notario edēti debetur.

De pactis.

Hvivs edicti. L. i.

NVLLVS contractus conuentionis eſt expers. Et ex eo quod hic dicitur ex naturali æquitate profectum eſſe,pacta ſeruari,effici voluerunt doct. etiam principem teneri ad pactorum obſeruationem [8]. Sic nec conceſſiones à principibus factæ, ſine cauſa reuocari ab eiſdem poſſunt [9]. Ex quo & illud eſt quod Bal. [10] Celeſtinum quintum inſcitiæ arguit,qui manè beneficia daret, & ſero reuocabat,& dicit eum fuiſſe vnum pecus [11].

Princeps ad cōtractus ſuos obligatur.

Labeo. L. ii. cvm lege seq.

RATIONEM diuerſi inter cautionem redditam, & pignus redditum,cur primo caſu liberatio inducatur, ſecundo non item,reddit hic glo. quam ſequuntur omnes [12]. Ex quo inferunt,quòd ſi redditio inſtrumenti aliam vtilitatem affert, quàm liberationem,non inducit liberationem [13]. Item ſicut redditio pignoris à principali debito non liberat, vt hic: ita nec à iure pignoris,quia eſt alia vtilitas,per dictam regulã [14]: at redditione inſtrumenti pignoris,pignus remittitur [15]. Sed ſæpius tractatum eſt,ſi penes debitorem inſtrumentum reperiatur cancellatum,an eo nomine inducatur liberatio. In quo omnes [16] ferè ita rem temperandam eſſe putant. Aut enim debitor allegat ſe pacto liberatum, in cuius fidem citat hanc cancellationem,& nihil agit,vt hoc tex. aut ſolutione, quam etiam probat per cancellationem; & tunc fidem facit,niſi con trarium à creditore impleatur [17]: vel niſi eſſet domeſtica per ſona [18]. Cùm verò reperitur cancellatum penes tertium, videtur verior Alex. & Iaſ. hic ſententia, non induci liberationem: ſed præſumptio eſt penes illum depoſitum fuiſſe in cuſtodiam: licet aliud Bar. videatur [19].

Redditio cautionis & pignoris an liberationē pariat.

Inductio & cancellatio inſtrumenti an pro remiſſione ſit.

Item quia conventiones. L. iiii.

EX conuentione tacita eſt, vt inuecta in domum locatam, locatori teneantur nexu pignoris, vt hic, niſi eſſent aliena [20]. Et adde quòd eiuſmodi pignus generale in inuectis, non impedit alienationem, niſi poſtquã illorum incluſio & deſcriptio facta fuiſſet à notario [21]. Itẽ nota ex glo. inuecta à minore nõ eſſe obligata: quia nec tacitè nec expreſsim alienare [22], vel obligare minor poteſt ſine decreto [23]. Sic Bar. reprehẽdit hic aliã gl. [24] quæ bona minoris, qui tutelã ſuſceperit, tacitè obligari

Inuecta à minore non obligantur.

1 l. vlt. ſi aduer. rem iud. Bar. in l. Aemilius. de mino.
2 l. etiam. & l. vlti. ſi tut. vel cur. intern. C. l. ſi minoris. de admi. tuto. infrà. glo. in c. ſi quis preſbyterorum. de reb. eccl. non alienand.
3 l. in cauſa. i. §. vlti. de mino. infrà.
4 l. veluti. ſupra eod.
5 per tex. in l. vlt. de princip. agen. in reb. lib. xij. C. Alex. & Iaſ. hic.
6 in §. edi.
7 l. j. §. editiones. ſupra eo.
8 l. donationes quas Diuus. de don. int. vir. & vxo. C. doct. in l. digna. de legi. C.
9 c. i. de natu. feud. l. quod ſemel. de decre. ab ord. fac.
10 d. c. j. de natu. feud.
11 vide Iaſ. in l. ſi pecuniã. infrà de cond. cau. dat.
12 Bar. Iaſ. & cæt. gloſ. in c. eccleſia. vt lit. pend.
13 Bar. hic.
14 Iaſ. hic.
15 d. c. eccleſia. ij. l. creditricem. de remiſ. pig.
16 Bar. Iaſ. hic. Pan. in d. c. eccleſia.
17 l. ſi chirographum. de prob. l. fullo. §. ſi. de furt.
18 l. j. §. ille autem. de lat. lib. toll. C.
19 in d. l. fullo. §. vlti.
20 l. rem alienã. de pig. act.
21 l. eſt differentia. infrà in quib. cau. pig. tac.
22 l. j. de reb. eor. infrà & tot. tit.
23 l. j. quæ res pig. vel hyp. obl. poſ. infrà l. vlti. de reb. alien. non alien. C. l. j. de reb. eo. infrà.
24 in l. vlti. de leg. tut. C.

Bona minoris an pignori ſint pro dote.

gari pupillo voluit: quã tamen opinionẽ Bal.[1] tenet, & communem appellat, quia in tacita illa obligatione interueniat quodammodo decretum legis, quod perinde eſt atque hominis decretum. Sed quod tu legis decretũ appelles, cùm id nulla lege caueatur? Sic ex his dici poteſt bona minoris non obligari tacitè pro dote, quod ex ſententia Bar.[2] verius eſſe puto. Cuius rei fortiſsimum argumẽtum eſt, quod placuit bona minoris nec in dotem, nec in donationem propter nuptias ſine decreto dari poſſe 3. Quanquam aliud Alex. videatur 4.

IVRISGENTIVM. L. VII.

Nudum pactum.

Pactum veſtitum.

NVDVM pactum dicitur, quòd ſit nudum à cauſa, & à nomine 5: & ideo inefficax ad agendum: Sic cautio appellatur indiſcreta ſine cauſa, ex qua agi minimè poteſt [6], & ſtipulatio 7: idem ſi cauſa eſſet adiecta, ſed non legitima, vt hac lege [8], quo caſu nec pignus datum teneret 9: Alia eſt pactio (noſtri veſtitam appellant) quæ nomine fulcitur, hoc eſt, in aliud cõtractus nomen tranſit: vel ſaltem ſubeſt cauſa, ex qua etiam obligatio venit, vt hîc. Ea autem veſtimenta, quibus illa quæ communiter conuentio veſtita dicitur, vallari poteſt, multa à gloſſ. & doct. recitantur. Nam Iaſon hîc decem & octo veſtimenta ſtatuit, alij propè infinita. Sed recentiores [10] ab hac lege non diſcedentes duplex veſtimentum faciunt: primùm quod ita pactionem premit, vt eam in aliud nomen contractus deducat: aliud à cauſa, quæ ſi ſubſit & ſit valida, efficit obligationem: quæ duo ex hac lege ſatis implentur. Sed tamen alia veſtimenta addere non videatur, opinor, à reliquarum legum contextu alienum [11]. Ex textu igitur duplex pactum facilè efficitur: vnum nudum, hoc eſt, cauſam non habens: aliud cauſam habens, ex quo tam in contractibus nominatis, quàm innominatis actio eſt [12]: hoc veſtitum pactum veteres magiſtri appellarunt, nec tam inconcinnè, opinor, quàm nonnulli affirmant. vt enim miſtum imperium mero rectè Vlpia. oppoſuit [13], ita non abſurdè nudo pacto ſine cauſa, illud quod cauſam habet veſtitum aduerſum feceris, & maximè gratia docendi, ſic oratio ſimplex & nuda & ieiuna Ciceroni dicitur. & contrà ille appellat ornatum & veſtitum orationis, cùm oratio eſt abundantior. Item apud doctores relatum eſt, an ex nudo pacto naſcatur actio iure Canonico: quod certè propius eſt [14]. nam ius canonicum mandat ſine diſtinctione omnia pacta ſeruari: ergo ex eis datur actio & exceptio [15]. Et confeſsio facta in teſtamento non dat actionem iure ciuili ob abſentiam partis [16], at iure canonico actionem parit [17]. Sed hæc intellige inter ipſas partes principales: nam fideiuſſor etiam iure canonico nudo pacto non obligatur: cùm per ſtipulationem ſemper accipi debeat, aliâs ſine effectu promiſiſſe videretur [18]. De iure autem ciuili non naſcitur, niſi iis ſex caſibus, qui à glo. enumerantur hîc. §. igitur. At ſi pactum nudum geminatum eſt parit actionem, quia ex eo conſtitutum venit, quod ex nudo pacto actionem dat [19]. Et ſi ex eo quòd pacto nudo nõ ſtatur, aliquis damnum acciperet, de dolo actio eſt [20]. quæ clauſula mirificè ad eorum, quæ hîc de pacto nudo recitantur, temperationem valet.

Pactum duplex.

Nudum.

Veſtitum.

Ex nudo pacto oritur actio iure canonico.

Pactum nudum geminatum.

§. QVINIMO. Dic in l. lecta. infrà ſi cer. pet. & infrà ſeq. §.

1 *in d. l. fi. & in l. certiiimis. viij. quaſt. loc. C.*
2 *in l. ſi conſtante. in princ. ſolu. matrimo.*
3 *l. j. & ij. & ibi Bar. ſi ad verſ. dot. C. l. prædia. de præ. mino.*
4 *d. l. ſi conſtante. x. col.*
5 *vt hic tex. & Bal. infrà. ea. l. in §. ſi ob.*
6 *l. ſi cautio. de fid. inſtr. l. cùm de indebito. §. fin. de prob.*
7 *tex. & glo. in l. ij. §. circa. de excep. doli. infrà.*
8 *§. ſi ob maleficium. & l. pacta quæ. C. eo.*
9 *glo. hic. & in l. ij. de cõdi. ob turp. cauſ.*
10 *Aemil. Ferr. in l. leg. C. de pact.*
11 *l. in traditionibus. & l. diuiſionis. de pact. infrà.*
12 *infra e. l. §. ſed ſi nulla.*
13 *l. imperium. de iuriſdi. om. iudic.*
14 *Pan. in c. j. de pac. ext.*
15 *l. ſtatuas. de adq. rei do. & glo. in auth. ſacramenta. ſi aduerſ. vend.*
16 *l. ſæpe. §. quiſquis. de leg. ij. & ibi Bar.*
17 *Bal. in l. generaliter. de non num. pec.*
18 *l. Blandius. de fideiuſſ. Iaſ. in l. lecta. in fin. ſi cer. pet.*
19 *l. 1. §. fi. de conſt. pec. per Bal. in l. ſi. ad leg. Falc. C. per illum tex.*
20 *l. & eleganter. §. ſeruus. de dolo. & Iaſ. hic. & Bar. d. §. ſeruus.*

Quædam pacta ad ſubſtantiam contractus pertinent.

§. ADEO AVTEM. Quædam pacta ad ſubſtantiam contractus dicuntur pertinere, vt cùm circa pretium fiunt, vel cùm conuenit vt ab emptione recedatur: & hæc ſiue ex continenti, ſiue ex interuallo adiiciantur contractui, ad actionem & exceptionem proficiunt, vt hoc §. ſatis impletur: ſi tamen res ſit integra [1]. Alia pacta Iuriſconſultis vocantur adminicula contractus cui ſubiiciuntur [2], à doctoribus autem accidentalia & naturalia contractuum (quod vltimum non probè, cùm ea potius extra naturam contractûs veniant ex Vlpiani ſententia [3]) & ea proſunt ad actionem & exceptionem, ſi ex continenti addantur [4]: quod tamen in pacto vſurario non admittimus, actionem enim non producit etiam ex continenti adiectum, licet intra legitimum modum conſiſtat [5]: ſed ſtipulatione eſt opus [6]. Tamen in contractibus bonæ fidei debentur vſuræ ex pacto incontinenti appoſito [7]. Sin verò ea pacta poſteà & ex internallo fiant, non valent ex parte actoris, ſed ex parte rei, hoc eſt, valent ad exceptionem non ad actionem [8]. Et hoc eſt quod alibi Papinianus ſubobſcurè dicit [9], *Pacta conuenta quæ poſteà ſiue ex interuallo facta detrahunt aliquid emptioni, contractu contineri*, id eſt, valere ad exceptionem; *ſin verò adiiciunt, non ineſſe*, hoc eſt non poſſe agi ad illud quod poſteà eſt adiectum. Ordinarium eſt enim vt pro iis quæ contractibus adiiciuntur, actio detur [10], pro iis verò quæ detrahuntur, exceptio [11]. Huc annectitur per pactum circa ſubſtantiam adiectum omnino primum contractum renouari, & alium contractum effici [12]: quoad eum qui paciſcitur, non quo ad alium [13]. Vnde facilè eluceſcit quo ex contractu ſoluenda ſit gabella: fideiuſſores quoque accepti in primo contractu, non tenebuntur in ſecundo, cùm omnino per pactum ſit renouatus primus contractus [14]. Et ad ſententiam huius legis vide multa per Duarenum hîc eleganter & illuminatè.

Alia ſunt adminicula. — Pactum vſurarum. — Intellectus ad l. pacta conuenta de cont. emp. — Pactum quando nouet præcedentē contractum.

§. AIT PRAETOR. An pacta contra bonos mores valeant tam in principali, quàm in acceſſoriis, refer te ad glo. breuem in l. pacta quæ. C. eo.

Pactum reale eſſe in obſcuro interpretamur.

§. PACTORVM. Quædam pacta realia, quædam perſonalia dicuntur. At plerunque id agi exiſtimabitur vt realis pactio ſit [15]: na liberatio realis eſſe iudicatur in obſcuro caſu [16]. Quibus annecte quod infrà dicitur in l. ſi vnus. §. ante omnia. eo. Sed & illud adiicitur pactum nunquam eſſe perſonale, niſi dictio taxatiua ſit ſubiecta [17]: vel niſi perſona verbo executiuo apponatur: quo caſu pactio & perſonalis erit, & cum perſona finietur: qua tamen viuente ad aliam tranſire poterit [18]. Hîc & quæri poteſt an conceſsiones reales aut perſonales ſint iudicandæ, quod alibi retulimus [19].

Conceſsio an realis an perſonalis.

§. QVOD FERE. Ex hoc tex. ſingulare quiddam efficitur: nam licet pro inſtrumento præſumatur [20], poteſt tamen contrarium probari, vt hîc: ſed interim ea inſtrumenta quæ moribus populorum executionem paratam habent, ad executionem perduci poterunt, licet vel nulla vel falſa arguantur, vt CVRIA Pariſienſis cenſuit [21]: quanquam Bart. hoc non recipiat [22]. Huc pertinet quod dici ſolet, pro iis quæ in inſtrumento enunciatiuè proferūtur non præſumi [23]: quod & idem Iaſon exiſtimat, ſi affirmatiuè ſed incidenter proferantur.

Pro inſtrumēto præſumimus. — Prolata enunciatiuè in inſtrumento.

1 l. pacta conuenta. in fi. de contr. emp. & vend. l. 5. & 13. quando lic. ab empt. reced. C.
2 d. l. pacta conuenta.
3 ſupra ead. l. §. quinimo. verſic. idem reſponſum.
4 ſupra ea l. §. quinimo.
5 l. rogaſti. §. ſi tibi. & ibi Bar. infrà ſi cert. pet.
6 l. iij. C. de vſur. l. Titius. de praſcr. verb.
7 l. initio. de pac. int. emp. C. l. Lucius dep.
8 d. §. quinimo. ad fi.
9 l. pacta cōuenta. de cōt. empt.
10 l. ſi vnus. §. pactus. infra eo.
11 l. & hæredi. §. vlti. infrà eo.
12 l. pacta conuenta. ad fi. infrà de cont. empt. l. ſi vnus. §. pactus. īfra eo.
13 vt hoc §. ad fi.
14 l. cum Hermes. loc. C. l. fi. infra eo.
15 l. forma. §. quanquam. de cenſib. Bart. in l. qui in futurum. infra eo.
16 l. ſi quis in teſtamento. de lib. leg.
17 l. vniſi. & ibi Bart. l. & hæredi. hoc tit.
18 l. & hæredi. hoc tit.
19 l. ii. vnu. & infrà de ſeruit. ruſtic.
20 l. cum precibus. de prob.
21 die 20. April. 1515. & die xv. Maij eōd. anno.
22 l. planè. §. & parui. quod vi aut clam.
23 l. optimam. de cont. & comm. ſtip. c. ſi papa. de priuil. lib. vi. clem. vl. de ſent. excom.

rantur. Quòd autem paulò pòſt ſequitur [1] pactum inutile iuramento non cõfirmari, pertinet ad illud generale quod quęri ſolet, an actus prohibiti firmentur iuramento: quod fere iure ciuili non admittimus, vt hîc [2]: ſed ius canonicum dubitationẽ auget [3]. Qua de re videndus eſt Bar. in l. Seius & Augerius. ad leg. Falc. qui breuiter & explicatè rem perſtringit.

De hæreditate viuentis pactũ an valeat.

§. Et Marcellvs. Ex hoc tex. recipiunt temperationem omnes leges quæ volunt non eſſe licitum pactum hæreditatis viuẽtis, niſi is de cuius hæreditate agitur, cõſentiat [4]: quia filius ob ſpẽ paternæ hæreditatis poteſt viuo patre cum creditoribus paciſci, & hoc pactum valebit ad liberationem eius [5]: vt autem obligari poſsit, conſenſus patris requiritur [6]. Item licet in iis quæ ſunt communia pluribus vt ſingulis, factum maioris partis non ſufficiat, nec reliquis noceat [7]: fallit tamen cùm maior pars creditorum conuenit de remiſsione hæredi facienda, quia nocet illa conuentio reliquis, liberationis fauore, modò ante aditam hæreditatẽ fiat, aliâs non [8]. Adde quod not. in l. iij. quod cuiuſ. vniuerſ. infrà. Non omitte in iis quæ fiunt à pluribus vt à collegio, conſenſum ſingulariter præſtari nõ poſſe, ſed in collegio [9]: idem in iis quæ fiunt à pluribus vt ſingulis, quoties maior pars alij nocet, vt hoc caſu [10]; aliâs ſufficiunt conſenſus ſingulariter præſtiti [11].

Factum maioris partis.

In numero an conſenſus ſingulariter præſtari poſsint.

Maiorem partem. L. VIII.

MAIOR pars præualet digniori & ſaniori, cùm vtilitatis diſceptatio eſt, vt hîc [12]. At cùm quæritur de fide, dignior pars attenditur [13].

Si plvres. L. IX.

Tutor decidit cum debitore paupere.

TVTOR non poteſt remittere debitum pupilli [14], niſi ex neceſsitate. vnde dicitur tutorem poſſe cum debitore paupere decidere per hunc textum [15]. Item an coaceruatio ſummarum & rerum aliarum facienda ſit, habes in l. ſi idem. ſuprà de iuriſd. om. iud.

Rescriptvm. L. X.

Maior pars obſtat minori etiam priuilegiariæ.

MAIOR pars minori obſtat, vt hîc: tamen omnes citari debent, quia omnium intereſt [16]. Nec obſtat quod dici ſolet [17] non debere vocari eos quorum non intereſt principaliter, quia hîc intereſt creditorum principaliter: & ſic defende Bartolum Alexand. & alios hîc. Obſtat igitur maior pars minori etiam abſenti & priuilegiariæ, quantum ad debitum: ſed non tollit priuilegium [18]: nec officit quin abſentes poſsint agere contra mandatores inſolidum: quod nota [19].

Pœna non poteſt peti cũ re.

§. Si pacto. Cùm pacto ſtipulatio pœnæ ſubiicitur, alterutro debet eſſe contentus actor, vt legibus in gloſ. allegatis. Et fallit duobus modis citatis in glo. Item fallit cùm adiicitur iuramentum [20], fallit cùm adiicitur clauſula *rato manente pacto* [21]. Item an pactum nouetur pœnali ſtipulatione, not. in l. prædia. de act. emp. & in l. ſi quis à ſocio. infrà pro ſoc. Quòd autem ad finem legis pertinet, ſcitum eſt procuratorem domino non acquirere ſine ceſsione [22]: ſed aliud in liberatoriis, vt hoc tex. per Barto. & Iaſ. hîc. Et vides hic tres caſus, quibus à procuratore, domino damnum inferri poteſt. noto in l. ſi procurator. infrà de procur.

Procurator an ſine ceſsione domino quærat.

1 *§. ſi paciſcar.*
2 *& l. ſi quis inquilinos. de leg. j. cum ſimil.*
3 *c. quamuis. de pact. lib. vj. c. itellecto. de iureiur.*
4 *l. fi. de pact. C. & l. pactum quod dotale. eo. & C. de collat. l. pactum.*
5 *Iaſ. hic & doct. in d. l. fin. de pact.*
6 *d. l. vlt. de pact. C.*
7 *l. per fundum. de ſeruit. vrb. noto in l. quod iuaz ior. ad munic.*
8 *per Ange. Bal. Alex. Iaſ. hic.*
9 *c. in Geneſi. de elec. & ibi Panor.*
10 *Bar. in l. omnes populi. de iuſt. & iur. & Pan. in d. c. in Geneſi.*
11 *c. per fundum. de ſeruit. vrb.*
12 *l. fi. de bon. aut. iud. C.*
13 *c. eccleſia. de elect. l. ob carmen. de teſtib.*
14 *l. non omni. de admi. tuto. C. l. pactũ. C. de pact. l. tutoris. infrà. l. tutor qui. de admi. tut. infrà.*
15 *Bar. in l. vlti. de anno. & trib. & l. iij. eo. titu. lib. x. C.*
16 *l. de vno quoque. de re iudi. l. nam ita. de adop.*
17 *glo. & doct. in l. de vno quoque. l. i. de re iudic. infrà.*
18 *l. ſi præcedente. §. j. infrà mand. & Bar. hic.*
19 *d. l. ſi præcedente. §. j. infrà mand.*
20 *l. ſi quis maior. de tranſactionib. C.*
21 *l. qui fidem. de tranſac. infrà. l. cùm proponas. C. illo titu.*
22 *l. poſſeſsio quoque. §. j. de adq. poſſ. infrà.*

Item magiſtri. L. xiiii.

Præfecti corporibus liberam habent.

VIDES hîc rectores collegiorum & priores ſemper dici habere mandatum cum libera [1]: nam mandatis eorum libera poteſtas continetur. poſſunt enim illi decidere & tranſigere [2]: quod ius niſi habentibus liberam, non accommodatur [3]. Cui conſequens eſt, vt etiam mandato tutorum veniat libera [4]: iis enim & tranſactionem facere permiſſum eſt: modo ex cauſa id faciant, vt ſuprà noto in l. ſi plures. eod. Quod non in priuatorum hominum procuratoribus ęquè dicitur [5]: nec in procuratore principis [6]. His adiungitur quod aliâs Panor. [7] refert, prælatos poſſe tranſigere etiã ſine conſenſu capituli [8]: quod tamẽ intellige rationem habere, niſi res alienarentur per eam tranſactionẽ, quæ ſine ſolennitate legis vel canonis [9], alienari ab eccleſiæ prælatis non poſſunt, vt idem Panormi. probat [10].

Prælatus ſine conſenſu numeri an tranſigat.

1 *facit l. præſes. & ibi Iaſ. de tranſa. C. vbi & Bald.*
2 *d. l. præſes.*
3 *l. procurator cui. de procurator.*
4 *glo. in l. mandato generali. de procur.*
5 *l. procurator tutorum. de procur.*
6 *l. nulli. infrà de tranſa.*
7 *c. iij. de tranſact.*
8 *arg. l. præſes. de tranſactio. C.*
9 *auth. hoc ius. de ſacroſ. eccle. c. ſine exceptione. xij. q. ij.*
10 *d. c. iij.*

Si cvm emptore. L. xvi.

Pactũ ceſsionarij an officiat cedenti.

HIC agitur an pactum emptoris & eius cui aliquid ceſſum eſt, quem poſt alios ceſsionarium vocare poſſumus, noceat venditori & cedenti: quod magis eſt, per hunc tex. Quamuis enim qui cedit, retineat penes ſe directas, & iis experiri poſſit [11]: ſi tamen ceſsionarius pactus ſit cũ debitore, vel iudiciũ ſit conteſtatus, vel partẽ debiti abſtulerit à debitore, aut ſaltẽ inhibuerit eidẽ debitori ne ſoluat cedẽti, ferè eſt vt cedẽs deſinat agere poſſe [12]. vt enim ceſsionarius poteſt teſtatò denũciare debitori ne ſoluat cedẽti, ita & magis cum eo paciſci: igitur hoc pactum cedentẽ & vendentem tenebit, vt hîc. Sed & contraria ſpecies relata eſt à Bar. Alex. & cęteris hîc, an pactũ à cedente factum noceat ceſsionario: quod certè admittimus: cùm enim cedens poſsit agere, & debitũ auferre [13], conſequẽs eſt vt & paciſci poſsit etiam cum debitore ſciente ceſsionem in alium factam, nec tamen ſine denũciatione ſcientia ſufficit. Planè ſi debitor eſſet à ceſsionario certior factus de ceſsione, vel lis conteſtata cum illo eſſet, vel partem debiti intuliſſet, habet rationẽ vt pactũ cedentis cum eo factũ, ceſsionario nõ noceat: & hi tres caſus ſpecialiter lege cõprehẽſi ſunt [14]. Sed cùm quæritur an pactũ hæredis grauati fideicõmiſſo, aut venditoris hæreditatis noceat fideicõmiſſario, aut emptori hæreditatis, expeditũ eſt nõ nocere [15], quod tamẽ intellige ſi debitor cũ quo pactũ initur, ſciat vẽditã hæreditatẽ, vel reſtiturũ fideicõmiſſum. nã ſi ignorauerit cũ paciſceretur, exceptio fideicommiſſario & emptori hæreditatis accõmodabitur, & ſic nõ nocebit pactũ [16]. qđ verũ eſt, & ferè ex ſentẽtia Bar. Ale. & Iaſ. quãquam nos cauſa docẽdi caſus ſeparatos tradidimus.

Pactum cedentis an obſtet ceſsionario.

Pactum hæredis aut venditoris an noceat fideicommiſſario & emptori.

11 *l. ſi delegatio. C. de noua.*
12 *d. l. ſi delegatio. & l. nomen. quæ res pig. oblig. poſſ. C.*
13 *d. l. ſi delegatio. Bar. & Alex. hic.*
14 *d. l. ſi delegatio.*
15 *l. facta. §. ſi hæres. ad Treb. & vide quod pono in l. ſi tibi. §. cum poſſeſſor. infra eo.*
16 *l. vlti. infrà de tranſa.*

Si tibi decem. L. xvii.

§. Si pactvs. Hunc text. explica ex iis quæ bellißimè Acc. hîc: cuius opinio Bar. placet et cęteris. Sed quod hîc ab omnibus ferè relatũ eſt, pactũ factũ à patre ipſi filio, pręſumi factum vt hæredi nõ vt filio, vide ne nõ hoc ſit dicẽdũ: legatum enim filio factũ creditur proſpectu ſanguinis datũ nõ meritorũ [17]: deinde ſemper inſpicitur natura nõ accidẽs [18], qđ & Iaſ. hîc probat, & propius eſt [19]. Sed an pactum vel ſtipulatio patris proſit filio annotatum eſt in l. Caius. ſolu. matrimo. infrà.

Legatum filio magis creditur vt filio factum quàm vt hæredi.

17 *l. tutor. §. quæ tutoribus. de exc. tut. infrà.*
18 *l. iij. infrà de tut.*
19 *facit l. Seia. de don. cau. mor. in princ.*

§. Cvm possessor. Pactum à vero hærede interpoſitum

Pactum hæredis veri aut falſi an noceat fideicommiſſario aut cæteris hæredibus.

poſitum, fideicommiſſario prodeſt & nocet [1]: ſic victoria & factum eius qui hæres ex aſſe putabatur, reliquis poſteà venientibus communicatur & prodeſt [2]. Vtrunque tamen intelligitur, ſi modo ceſsio facta eſt ab eo qui pactum interpoſuit, quam is cogetur facere [3]. Planè in iniuſto poſſeſſore aliud placuit, cuius pactum vero hæredi non prodeſt, vt hîc [4]. Itidem & geſtum cum prælato falſo & non legitimo, non prodeſt vero: niſi falſus ille eſſet in iuſta ignorantia & bona fide [5]: quod & aliâs annotauimus [6]. Sed tamen & illud quod dixi pactum veri hæredis nocere & prodeſſe ei cui hæreditas ex fideicommiſſo reſtituenda eſt, intellectum habet cùm ante reſtitutam ex fideicommiſſo hæreditatem initum eſt: ſi enim poſt reſtitutionem interponeretur, non noceret [7]: adhibita tamen diſtinctione quam ſuprà poſuimus [8].

Pactum falſi prælati

ET HAEREDI L. XXI.

PRINCIPIVM huius legis ad id pertinet quod paulò ſuperius glo. refert [9]: qua de re nonnulla etiam diximus in l. Caius. ſoluto matrimo. infrà. Præterea ex eo quod infrà ſequitur [10] proficiſcitur illud quod dicitur, ius futurum pacto tolli poſſe [11]: ſed in renunciatione contrà ſeruatur: neque enim id ius quod competiturum eſt aliquando, nunc refutari poteſt [12]. Rationem quære ex glo. in l. j. C. eodem. Sed & illud animaduerſum eſt iuri futuro in iudicio renunciari poſſe [13]. Sic mulier quæ iure non poteſt Velleiano obnuntiare [14], ſi in iudicio renuntiet, vtilem renunciationem facit [15]: quod tamen alibi fuſius explicatum eſt [16].

Ius futurum an refutari poſſit.

In iudicio mulier Velleiano renuntiat.

§. IN IIS QVI EIVSDEM. Ordinarium eſt vt conuentio & pactio à reo facta fideiuſſori quoque proſit, vt hîc: quod tamen in quatuor caſibus per gloſſam notatis locum nõ habet: ſimiliter nec in expromiſſore, hoc eſt, in eo qui in ſe animo nouandi obligationem ſuſcipit [17]. E diuerſo fideiuſſòris pactum reo non prodeſt [18]: quod in iuramento non vtique eſt: cùm enim illud loco ſolutionis ſit, prodeſſe quoque reo fatendum eſt [19]. Sic & acceptilatio fideiuſſòri facta reo proficiet [20]: ſi tamen animo remunerandi facta eſt, ſecus [21].

Conuentio rei an fideiuſſori proficiat.

Pactio fideiuſſori reo an proſit.

SI VNVS. L. XXVII.

PACTVM factum vni ex reis debendi prodeſt alteri [22]. Pactum autem vnius rei credendi, non nocet alteri, vt hîc. nam nemo ex ſociis etiam totorum bonorum plus ſua parte alienare poteſt [23]. Secus ſi diligenter ſe gereret, licet ex illo actu damnum conſequatur: vt in compromiſſo ab vno facto, in quo admittitur vt alteri noceat [24]. De iuramento alibi dictum eſt [25]. Item & quod à Paulo hîc relatum eſt, vnum ex reis credendi non poſſe nouare, aduerſatur in indiuiduo, quod alibi Venuleius refert [26]. In quam rem infinita à doctoribus pacis conciliandæ inter eos recitantur. Ego verò ſic ſtatuo, leges illas eius generis eſſe, vt niſi ineptè ſoluantur, bene & aptè ſolui non poſsint. Itaque lubens ipſos Iuriſconſultos audirem, qui iſtas leges libris prodiderunt. Tu ſi videtur vide Iaſonem. Et ex eo quod ſequitur [27] vides alteri per alterum quæri quoties paciſcentis & ſtipulantis intereſt [28]. nec tamen audiendus eſſet ſtipulans, ſi ſua inter-

Pactum vnius ex reis an alteri noceat.

Fortis antinomia.

Alteri an per alterum quæratur.

1 l. ſi poſt. de conſt. pec. l. ſi cui. §. j. qui. mo. pig. ſol.
2 l. tale. §. vlt. infra eo. l. ſi hæres. fam. erciſ. l. cùm pater. §. cùm exiſtimaret. de leg. ij.
3 l. hæres. de fideiuſſ.
4 & l. iij. §. vlt. de tranſ. infrà. Bar. & Iaſ. hîc.
5 Iaſ. Ale. Paul. de Caſ. hîc.
6 in l. ſi vrbana. infrà de cond. ind.
7 l. facta. §. ſi hæres. ad Trebell.
8 in l. ſi eum emptore. ſupra eodem.
9 in l. ſi tibi decem. §. ſi pactus. ſupra eodem.
10 in § filiusfa.
11 vt hîc. & l. j. C. eo.
12 l. ſi ita ſcriptum. §. j. de leg. ij. & l. is qui hæres. de adq. hær.
13 l. j. de cur. bo. dand.
14 l. doli. §. diuerſum. infrà de nouat.
15 l. vlt. §. pe. ad Velleia.
16 d. l. vlt. §. pe.
17 l. qui libertinus. §. vlt. de oper. lib. infrà.
18 l. ſi fideiuſſoris. infra eod.
19 l. duobus. §. j. de iureiu.
20 l. & per. §. etſi. de acceptil. infrà.
21 l. idémque. §. vlt. mand. infrà.
22 l. idem. ſupra eo.
23 l. nemo. infrà pro ſoc. l. Sabinus. com. diuid.
24 l. ſi duo. de arbi. infrà. Bart. Iaſ. Ang. hîc.
25 l. duobus. in princip. infrà de iureiur.
26 in l. ſi rem. §. ſi duo. infrà de nouat.
27 §. ſi cum reo.
28 facit l. ſtipulatio iſta. §. alteri. infrà de verb. obligatio.

eſſe contenderet propter amicitiam aut conſanguinitatem [1].

§.PACTVS NE PETERET. Pactum ipſo iure naturalem obligationem tollit [2] .& ciuilem elidit, hoc eſt (vt veteres magiſtri interpretantur [3]) infirmat & debilitat, non autem tollit, quod illis in mentem venit: quia hîc dicitur de eo qui pactus erat ne peteret, poſteà iterum pactus eſt vt petat, in qua ſpecie ſi per primum pactum ciuilis fuiſſet omnino extincta, fruſtra quæreretur an per ſecundum pactum de petendo, reuiuiſcat, cùm ea quæ extincta ſunt, non ſoleant reuiuiſcere [4]. Sed verior eſt, mea ſententia, Zaſij [5] & Coraſij [6] opinio, exiſtimantium ex proprietate vocabuli, per pactum elidi ciuilem obligationem, hoc eſt, omnino tolli: nam elidere infringere eſt, vt multis exemplis comprobat idem Zaſius. Tollitur igitur per pactum obligatio ciuilis, non ipſo iure, ſed ſi opponatur: nam in pactis factum verſatur, vt hîc dicitur, hoc eſt, facto & allegatione hominis pacta indigent: at ſtipulationes ipſo iure effectum habent. Vt autem hunc textum intelligas, animaduerte per primum pactum de non petendo non eſſe peremptam ciuilem obligationem, quia actor non egit, nec ex pacto fuit exceptum: nos autem dicimus per pactum non tolli ciuilem, niſi facto & allegatione hominis pacti exceptio proponatur. Cùm ergo in hoc textu reſtet ciuilis, nihil proponitur quominus illa agi non poſſit, ſi ſecundum pactum intercedat vt peti poſſit, prius enim pactum per poſterius eliditur. Et hæc eſt, ni fallor, vera ſententia huius reſponſi, quam Zaſius & poſt eum Coraſius multis verbis ſunt complexi [7]. Nec verò eſt contrarium illud [8] quod gloſſa citat, probabile ad hunc §. & ſi enim pactum tollat naturalem ipſo iure, vt dixi, non tamen neceſſe eſt, vt tollat primum pactum ipſo iure: & ſic accipe hunc §. ſecundum Azonem, Bartolum, Iaſonem & omnes, quod tamen vltimum non eſt perpetuum: nec enim obtinet in actionibus ex delicto, quæ ipſo iure tolluntur [9]. Idem ſi fieret pactum ei qui dat tutus exceptione [10]: idem ſi ex continenti [11], vel ſi in contractibus qui nudo conſenſu contrahuntur, fieret [12]. Vide alios caſus per Iaſonem. Quòd autem in verſ. *illud* dicitur, dolum futurum non poſſe remitti, non habet locum in lata culpa [13], licet aliâs comparetur dolo [14]. tamen in pactis dotalibus propter vtilitatem nubentium, nec de dolo, nec de culpa futura, pactio inita valet [15]. Et vide quod poſui in l.conueniri. infrà de pact. dot.

§.ANTE OMNIA. Pertinet ad ea quæ dicuntur in §. pactorum. l. iuriſgent. ſupra eodem. & per hunc textum dicitur inſtrumenta quæ moribus gentium executionem paratam habent nulla exceptione refragante, non tamen executionem habere in tertium, nec fauore tertij [16]. Sic quod vulgo apud nos dicitur præfecto vrbi Pariſienſi ius eſſe de iis rebus quæ ſub eius ſigillo tranſiguntur cognoſcendi: à paciſcentibus & eorum hæredibus ad tertios poſſeſſores perduci non debere CVR. Pariſienſis cenſuit [17].

§.SI CVM MIHI. Minor ſumma maiori ineſt [18]. Hinc profectum eſt quod alibi Bartolus [19] docet, vt is vnde centum petuntur cum quinquaginta deberet negans debitum, videatur & quinquaginta inficiari: qua de cauſa & damno

Effectus pacti. Elidere.

Intellectus.

Pactum tollit naturalem.

Pacta de dolo futuro aut de lata culpa an valeat.

Pacta perſonas non egrediuntur.

Minus ineſt maiori.

1 glo. in l. fideiuſſoris. & ibi Alex. ſupra eod. per tex. in l. ſi verò. de pact. dot.
2 l. Stichum. §. naturalis. de ſol. infrà.
3 Bar. Bal. Paul. & alij l. iuriſg. §. quinimo. ſupra eod.
4 l. qui res. §. aream. de ſolut.
5 lib. j. fine. reſp. cap. v.
6 lib. ij. Miſcel. ca. xvi.
7 lib. j. fine. reſp. & lib. ij. Miſcell.
8 de l. Stichum. §. naturalis. de ſolutio.
9 l. ſi tibi. § quædam. ſupra eo. & infra ea. l. §. idem.
10 Bal. in l. legitima. ſupra eodem.
11 l. rogaſti. §. ſi tibi. infrà de reb. cred.
12 l. ab emptione. & Bart. ibi, infra eodem.
13 l. ſi vt certo. §. interdũ. comm. l. contractus. de reg. iur. Iaſ. hic.
14 l. quod Nerua. depo.
15 l. conueniri. & l. Pomponius. infrà de pact. conuen.
16 facit tex. in c. ſuper eo. & ibi Dec. de of. deleg. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. prætor. ſupra eo. Imolen. in l. vlt. à quib. appell. non licet.
17 iij. Id. Martij, an. 1549.
18 vt hîc & l. 1. §. ſi ſtipulanti. de verb. oblig.
19 in d. §. ſi ſtipulanti.

damno expenſarum pro inficiatione multabitur, quòd innumeris CVRIAE Pariſienſis authoritatibus comprobatum eſt. Sed hoc aliâs [1]. Quòd autem pertinet ad id quod infrà ſequitur [2] nota ſublata vna parte alternatiuæ per pactum, tolli & aliam partem [3]. Nec verò referre poteſt ad quem electio alternatiuæ pertineat, vt hîc glo. notat. At ſublata vna ſpecie ex genere, reliquæ ſpecies peti poſſunt, vt hîc: quod tamen in pacto intellectum habet: in acceptilatione verò quæ ſolutionis vim habet [4], & repudiatione contrà dicitur [5].

Si non valet quod ago eo modo quo agitur, valet vt poteſt.

§. SI ACCEPTILATIO. Alciatus [6] in eo canone: Si non valet quod ago eo modo quo agitur, valeat vt poteſt, ita rem temperandam eſſe putat: vt primùm generale eſſe exiſtimet illud, ſi non valet quod ago, valeat vt poteſt. nam ea interpretatio plerunque eſt capienda, quæ pro actu facit [7]. Si tamen aliqua coniectura eſſe poteſt conſenſum nõ interueniſſe, & non id actum à contrahentibus, omnimodo erit actus inutilis: vt in tranſactione dicitur, quæ ſi nulla eſt, non tamen valebit vt pactum [8]. Non enim aliquis donare præſumitur [9]. Sic qui inutiliter ſtipulationem concepit, non poterit eam ad conſtitutum trahere [10]: non enim præſumitur ſe obligare velle pars diuerſa. Sed hoc labefactatur per id quod in materia ſeruitutum relatum eſt [11], eum qui viam conſtituit in loco tam anguſto, vt vix ſeruitus exerceri non poſsit, obligari nihilominus ad iter quod minus eſt. Itaque vides periculoſum eſſe aliquid in iure generaliter velle concludere. Sed vide quod poſui in l. ſi tam anguſti. de ſeruit. vbi hunc tex. explicamus.

Trãſactio nulla non valet vt pactum.

1 d. §. ſi ſtipulanti.
2 §. ſed ſi ſtipulatus.
3 l. non ſolũ. §. 1. de li. leg.
4 l & per iuſiurandũ d. §. ſi u. de accept. infrà.
5 l. homine. de opt. leg.
6 lib. 1. parad. ca. 71.
7 l. quoties. de reb. dub. infrà.
8 l. ſi pro cauſſa. de trãſ. l. iij. de repud. hær. Bar. in l. 1. de tranſ.
9 l. cũ de indebito. de prob.
10 l. 1. §. eum. de cõſt. pec.
11 l. ſi tam anguſti. de ſeruit.

CONTRA IVRIS. L. XXVIII.

HVNC tex. allegat Bal. [12] in hoc, vt ſtatuta quæ prohibent mulieres aut alios contrahere ſine conſenſu conſanguineorum intelligãtur, niſi vtiliter & ex re ſua cõtraherent [13]. Sic poſsis tueri glo. [14] quæ voluit eccleſiam contrahere ad compendium ſuum ſine ſolennitate canonica: quod tamen ipſum non eſt expeditum: nam communis opinio contraria eſt: neque enim minor aut eccleſia alienare poſſunt, etiam ſi in rem eorum ſit [15]. Sed hæc fortaſſe quæri nihil intereſt cùm minor aut eccleſia contra hos contractus ſibi vtiles cognitionem non ſint impetraturi, nec id etiam aduerſæ parti cõpetat, vt alterius priuilegio contra priuilegiarium vtatur [16].

An minor & eccleſia vtiliter alienent ſine decreto, cùm cõtractus illis fauet.

12 in l. neque. de cont. & com. ſtit.
13 ſa. gl. no. in c. quecunque in verb. interdicta. de bon quæ lib. C.
14 l cùm hi. §. eam trãſactionem. de tranſ.
15 vide Iaſ. in d. l. cùm hi. §. eam.
16 l. ſi iudex. infrà. de minorib.

AVVS NEPTIS. L. XXXIII.

NOT. glo. quæ dat duas limitationes ad leg. vnde ſi filia cùm nuptum elocaretur vni, fratri fecerit pactum de non ſuccedendo, & pater poſtea alios filios ſuſcipiat, quos ſimul cum illo fratre inſtituat, illud pactum non proderit illis, Ang. & Iaſ. hîc. Sic filia renuncians bonis paternis, admittitur nihilominus ad bona fratrum decedentium [17]: quibus & continebuntur ea bona, quæ fratres à patre habuerint [18].

Filia renuntians hæreditati patris.

17 per l. ij. §. illud. de hær. vel act. vend. Guid. pap. q. cxcij. in fi.
18 l. ſi is qui. infrà. de vulg. & pupil. l. qui Titij. de iis quib. vt ind.

TRES FRATRES. L. XXXV.

PRIMVM hîc vides appellatione fratris, ſororem venire [19]: quod fallit multis modis vt hîc per Iaſ. Item in generali remiſsione non continetur dolus, & quod fraude actum eſt: quia id non cogitaſſe dicuntur partes, aliâs veniret [20]: quòd ſi dolus abfuiſſet, res quæ bona fide remanſit penes

Soror venit appellatione fratris.

Dolus an generali remiſsione contineatur.

19 l. Lucius. infrà. fam. erc. cum ſimili.
20 l. Pomponius. infrà. de neg. geſt. l. ſi vnus. §. illud. ſuprà. eod.

vnum, à cæteris non reuocabitur [1].

Si cvm fvndvm. L. xxxvi.

Contractus innominatus an habeat pœnitentiam.

QVOD dicitur in contractibus innominatis locum eſſe pœnitentiæ [2], toties verum eſt quoties contractus eſt vltrò & citrò obligatorius: ſin autem accipientis aut mãdatarij tantùm contractus fiat, pœnitentia ceſſat per hunc text. ſecund. glo. & Iaſ. At mandatum factum gratia mandantis reuocari poteſt [3].

Imperatores. L. xxxvii.

Adminiſtratores an remittant debita.

ADMINISTRATORES nõ remittũt debitũ Reip. manifeſtum. Ex quo deſcendit quod Bar. retulit [4], tutorem non poſſe apponere pactum in contractu vt credatur partis iuramento, quia donatio eſt. Sed ſi obſcurum eſſet debitum, de eo poſſunt paciſci & tranſigere [5]: item & compromiſſum facere, licet ex illo actu poſſet ciuitati periculum afferri [6]: item facere confeſſionem de recepto [7]. Quod in procuratore priuati dici non poteſt [8]. Sed & illud conſtitit præfectos & adminiſtratores nocere negligendo, & patiendo labi tempus [9]. Sic vnus ex ſociis non acquirit ſeruitutem prædio communi per pactum [10]: ſed præſcribẽdo poteſt [11]. Et an qui contraxit cum illis, teneatur probare verſum in rem ciuitatis vel eccleſiæ, not. in l. ciuitas. ſi cert. pet.

Negligẽtia adminiſtratorum nocet corpori.

Veteribvs. L. xxxix.

In dubiis pro quo interpretatio facienda ſit.

INTERPRETATIO debet fieri contra eum pro quo ſermo prolatus eſt, ex quo euenit vt interdũ pro emptore cõtra venditorẽ [12]: interdũ pro venditore cõtra emptorem interpretatio recipiatur [13]. Et hoc ratione nõ caret, qui enim aliquid pro ſe allegat, id probare debet [14]: quòd ſi probatio nõn concludat, eam interpretationem accipimus quæ probãnti nocet [15]: eóque maximè quòd probatio dubia non releuet, nec aliquid momenti ad fidem afferat [16], & hæc in contractibus rectiſsimè dicuntur: in iudiciis autem quod obſeruari debeat diximus in l. de die. ſuprà qui ſatiſ. cog.

Tale pactvm. L. xl.

Confeſsio ſine cauſſa ad liberationẽ valet.

CONFESSIO etiam ſine cauſa & extra iudicium valet, ſi ad liberandum pertinet, vt hîc: requiritur tamen præſentia partis cui liberatio profutura eſt [17]: vel ſaltem nuntius expreſsim ei rei dictus [18]. Sed & illud additur vt publica perſona eiuſmodi confeſſionem abſenti poſsit recipere [19]: confeſſio autem ſine cauſa, quæ ad obligandum expoſita eſt, nullam vim habet [20]. Planè ſi iuramentum habeat, vtilis erit, & confirmabitur. Sicut enim dicimus in ſententia cauſam non ſpectari [21], ita nec in iuramento quod ſententiæ vim habet: obtentum eſt enim valere aſſeuerationem partis iurantis rem eſſe ſuam, licet non addat cauſam [22]: quamuis in teſte contrà [23]. Quæſitum quoque eſt an inſtrumentum ſine cauſa valeat: dubitationem auget, quòd ſigillum pro cauſa videatur fungi: ſed tamen melius eſt vt non valeat: quod Imol. probat [24], & à CVRIA Pariſiẽſi iudicatum eſt [25]. Et ad reſponſum quod ſequitur [26] Bart. hunc affert intellectum quem omnes ferè mirabiliter extollunt, vt pactum de parendo ſententiæ ſi tranſactioni nõ ſtetur, habeat executionem ſicut ſen-

Confeſsio ſine cauſa ad obligandum.

Cauſa in iuramẽto & ſententia non requiritur.

Inſtrumẽtum ſine cauſa an valeat.

Pactum de parendo ſententiæ executionem habet ſicut ſententia.

1 l. ſub prætextu. de trãſ. C. ſecund. Fulg. Pau. & Iaſ. hîc.
2 l. ſi pecuniam. de cond. cau. cau. dat. vbi noto infrà.
3 l. ſi cùm Cornelius. de ſol. & Bar. hîc.
4 in l. iuriſiurãdi gratiã. de iureiur.
5 l. præſes. de tranſ. C. no. in l. item magiſtri. ſuprà eo.
6 Alex. in l. de fideicõmiſſo. de trãſ. C. Iaſ. hîc.
7 l. ij. §. vlti. de quadr. præſ. l. ne caſu. de diſcuſſori. lib. x. C.
8 l. non abſtulit. de nouat. C.
9 c. de quarta. de præſcr. & tex. in glo. alleg. hîc.
10 l. ſi vnus. de ſerui. ruſt. l. propriũ. in fi. Comm. præd.
11 l. ſi inter te & me. & ibi glo. Bar. & Paul. de ſeruit. vrb.
12 vt hic. & l. ſi arborem. §. vlt. infrà. de ſerui. vrb. l. Labeo. & l. cùm in lege. de contr. emp.
13 l. ſi in emptione de cõt. emp: infrà.
14 l. actor. de prob. C.
15 glo. in c. in præſentia. de prob.
16 l. non hoc. vnde legit. C.
17 glo. in l. illud. de ſacroſ. eccleſ.
18 l. ij de act. & oblig. & ibi gl. & Bar. & l. j. de cõt. emp. l. publia §. vl. depo. infrà.
19 l. non aliter. de adop. & ibi Bart.
20 cùm de indebito. §. vlt. de prob. infrà. c. ſi cautio. de fid. inſtr. & ibi Pano.
21 c. ſicut. de re iud. ext.
22 l. nã poſteà. §. vlt. de iureiur. & ibi Iaſ.
23 Innoc. & omnes. in c. cum cauſam. de teſtib. l. ſolam. & ibi. Bar. de teſtib. C.
24 in l. vlt. à quib. app. licet vel non.
25 Die xiij. febr anno. 1511.
26 in §. qui prouocauit.

tentia: cæteris autem conuentionibus vix eſt, vt executio inſit [1]: quod & alibi diximus [2]. In cauſa autẽ appellationis vter iudex ſententiam exequi debeat, dicemus in l. furti. de iis qui not. infam.

Receptione partis diuiſio debiti non inducitur.

§. POST DIVISIONEM. Qui ab vno recipit, non ſibi eo actu nocet, quin in reliquos qui eiuſdem obligationis tenebantur, ad reſiduum agere poſsit inſolidum, vt hîc [3]: niſi expreſsè eos conuenerit pro parte, & pro parte recepiſſet, tunc enim inducitur diuiſio [4]. At per ſolam receptionem partis, nõ creditur induci diuiſio [5]. quod & Cæpola multis probat [6]. Adde eum qui litem conteſtatur cum emptore hæreditatis, videri tacitè paciſci ne in hæredem amplius agat [7]. Quòd autem hîc ad finẽ legis dicitur [8], pertinet ad ea quæ notãtur in l. ſi tibi. §. cùm poſſeſſor. ſuprà, eod. Et nota ex eo, quod diſpoſitio collata in aliquem proſpectu qualitatis, ad eos refertur ad quos qualitas trãſit. Iaſ. & Paul. de caſtr. Prætereà & hic tex. à Bar. allegatur, vt qui in actibus inter viuos aliquẽ hæredem appellat, in eum videatur iudicium extremum conferre: quod in pia cauſa receptum eſt [9], & inter liberos [10], & in milite [11]. In cæteris periculoſa eſt illa ſententia, quòd ea quodammodo ſolennitatem teſtamentorum labefactare videatur. vide Iaſ. hîc.

Qui inter viuos hæredem nominat uidetur inſtituere.

INTER DEBITOREM. L. XLII.

Poſſeſſor ſoluendis tributis alligatur.

NOTA creditorem teneri ad tributa rei pignoratæ [12]: & vide hîc glo. In ſimili pactum inter hæredes debitoris non nocet creditoribus, quin ſingulos hęredes cõueniant [13], tamen inter paciſcentes ſeruabitur [14]. Cui probè quæſtio applicari poteſt, Apud Titium in creditum eo numeratis centum, poſtea vxorem ducit, qua in domum traducta moritur: ſi in ciuitate obtinet ſtatutum vel conſuetudo, vt debita ſint communia inter virũ & vxorẽ, vt Lutetię, an contra hęredes Titij habeam actionem ex mutuo pro parte tantùm, & pro reliqua in vxorem illius: an verò inſolidum hæredes teneantur: quod magis placuit. neque enim contractu matrimonij actionem potuit diuidere. Et hoc decreto CVRIAE Pariſienſis cautum eſt [15]. Item à quo debeant pendi decimæ & tributa, an à domino, an à colono infrà dicetur [16].

Quæſtio.

Tributa qui inferat.

DIVISIONIS. L. XLV.

IN ſententiam legis huius faciunt quæ not. in l. iuriſgentium. ad prin. ſuprà. eod.

PACTVM. L. XLVI.

Defenſioni ſuæ nemo renunciare poteſt.

GLO. hîc enumerat multos caſus quibus iuri ſuo quis nõ poteſt renunciare: inter quos aduerte ad vnum, qui omnium ferme teſtimonio nobilitatus eſt, dum vult in criminalibus quem non poſſe renunciare defenſionibus ſuis [17], nec dilationibus [18], niſi eſſet repertus in flagranti crimine [19]. Similia perſequere hîc per Iaſonem.

EMPTOR PRAEDII. L. XLVII

Pactum ſtipulatione vallatum.

NOTA pactum ſtipulatione firmatum per pactum nu-

1 l. 1. de exe. rei iudic. C.
2 l. ſed etſi. §. vlt. de iniriur.
3 & l. reos. de fideiuſ. C.
4 l. ſi creditores. de pact. C.
5 l. ſi ex toto. § 1. de leg. 1.
6 caut. 94.
7 l. ij. de pact. C.
8 §. pater. qui dotem.
9 c. vlt. & ibi Pano. & cæt. de ſucc. ab inteſt.
10 l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. l. vlt. fam. erc. C.
11 l. licet. de pact. C.
12 ſ. a. l. in ſumma. de pig. C.
13 l. pacto ſucceſſorum. C. eo. l. licet. C. fami. ercíſ.
14 doct. in d. l. pacto. tex. in l. epiſtola. §. pactum. infrà. eod.
15 die xxij. Iunij. anni. 1532.
16 in l. hactenus. infrà. de vſufr.
17 l. non tantùm. de app. l. 1. ij. & iij. de lib. cauſ.
18 Bar. in l. cuſtodias. de pub. iud.
19 glo. in l. ictus fuſtium. de iis qui no.

dum non tolli ipſo iure, vt hic, ſed per exceptionem [1]: at nuda conuentio per pactum omnino renouatur [2].

NON IMPOSSIBILE. L. L.

Pœnis legum adiici poteſt.

AD cautiones & pœnas legis poteſt per pactum adiici, vt hic. vnde bellè notat Bar. quem poſſe paciſci pœnam ſpecialem ſi offendatur, vltra eam quæ mandatis & legibus continetur, quod in matrimoniis locum non habet [3], cùm debeant eſſe libera [4].

SI CVM TE. L. LI.

Error.

ERROR impedit pactum, vt hic, & prorogationem [5], & confeſsionem [6]: contraria verò ſolue ex gloſ. quam tenent Bal. Alber. Iaſ.

EPISTOLA. L. LII.

Pactis non datur hæreditas.

Verba enũciatiua.

EX epiſtola, vel ex verbis enunciatiuis non efficitur quis hæres, vt hic: etiamſi propter ſe eſſent prolata: nec enim pactis hæreditas datur [7]. In cæteris verba enunciatiua propter ſe emiſſa probant [8], vel ſi ad abſentes dirigerentur [9]. Reſiduum legis annecte iis quæ diximus in l. inter. ſupra. eod.

SI CONVENERIT. L. LVI.

PERTINET ad ea quæ dicuntur in l. vlt. infrà. de acceptil. quæ huic obſtat.

QVI IN FVTVRVM. L. LVII.

DE pactis perſonalibus vide quæ alibi retulimus [10].

AB EMPTIONE. L. LVIII.

Contractus & diſtractus.

Quando res definat eſſe integra.

EX verb. *preſtitis omnibus* cum fine legis notant omnes [11], ablatiuos abſolutos diſpoſitionem non facere, ſed in conditionem tranſire [12]. Item ex tex. patet, eiuſdem naturæ eſſe diſtractum, cuius eſt contractus, vt ſi vnus ſit bonæ fidei, ſit & alter [13]. Et nota quòd re non integra non poteſt abiri nudo conſenſu à contractu, vt hic. Et definit res eſſe integra per traditionem veram & per cõſtitutum, puta cùm venditor conſtituit ſe emptoris nomine poſsidere [14], & per ſolutionem pretij, vel partis [15]: non autem per dationẽ arrarum, niſi pro parte pretij illatæ eſſent [16]. Dicitur quoque res integra deſinere per interitum rei [17].

NEMO PACISCENDO. L. LXI.

Pactum de non alienando an valeat.

DE re quæ eſt mea, pacto effici non poteſt, vt ego non alienem eam, vt hic: tamen valeret pactum vt non niſi certis perſonis eam poſsim tranſcribere [18]. ſi verò non eſt mea, poteſt hac lege mihi dari, vt non alienem vel edificem [19]. Et hoc caſu ſi lex non ſeruaretur, transiret nihilominus dominium, ſed teneretur venditor nõ parens legi ad id quod intereſt [20], quod & adſcripſimus in l. ſi ſciens. infra. de contr. empt. Huc etiam pertinet quod ponitur in l. quoties. infrà. de ſeruit.

SI REVS. L. VLT.

PERTINET ad notata in lege tertia. §. ſi is, Quod quiſque iur.

1 *l. emptio. de reſc. vend.*
2 *l. iuriſg. §. quinimo. ſuprà. eod. Bar. hic.*
3 *l. ſi ita ſtipulatio. de verb. oblig.*
4 *c. gemma. de ſponſ. l. libertate. de contr. & commit. C. cum ſimil.*
5 *l. ſi per errorem. de iuriſd. om. iud. l. 9. infrà. de iud.*
6 *l. non fatetur. infrà. de confeſſ.*
7 *l. hæreditas. de pac. con. C. & l. qui familiæ. infrà. fam. erc.*
8 *l. publia. §. ſi. dep.*
9 *l. optim. un. de contr. & comm. C. vbi Iaſ. vide Bar. in l. ex hac. infrà. de donat.*
10 *in l. iuriſg. §. pactorũ. ſupra. eod.*
11 *Bar. Iaſ. & cæteri.*
12 *l. 1. de lib. præt. C. vbi. vide Bal.*
13 *fa gl in l. de tutela. de in integ. reſt.*
14 *l. quædam. de rei vind. l. quod meo de acq. poſſ. glo. Bar. & Iaſ. hic.*
15 *l. 1. quando lic. ab emp. diſc. C.*
16 *l. vlt. quãd. lic. ab emp.*
17 *l. cùm emptor. §. vlti. de reſc. vend. infrà.*
18 *l. qui Romæ. §. cohæredes. infrà. de verb oblig. c. conſtitutus. de in integ. reſtit. l. 1. de metall.*
19 *l. qui [illegible] de pact. inter empt. [illegible]*
20 *l. ea lege. de cond. ob cauſſ. [illegible] vide glo. [illegible]*

De

De tranſactionibus.

QVI TRANSIGIT. L. I.

Tranſactio ſuper dubio, pactum ſuper certo.

EX hac l. differentia lata eſt inter pactum & tranſactionem. ideóque dic tranſactionem ſuper certo no valere, ne vt pactum quidem [1]. Vt & ſuprà noto in l. ſi vnus. §. ſi acceptilatio. ſuprà. tit. j. At ſuper certo vt re iudicata, pactum receptum eſt [2]. Ex his infer, quòd quoties ex ſtatuto iubetur quis in cauſa compromittere, vel (vt noſtri loquuntur) finire eam per expediens, non ad id teneretur eo caſu, quo certa & liquida res eſt, vt cùm eſt inſtrumentum habens executionem paratam [3]: compromiſſum enim pro tranſactione eſt [4]. Iam verò veterum ſententia nobis videtur eſſe retinenda, quæ pactum ſpecialiter dici voluit pro conuentione gratuita, cui opinioni & lectio pandectarum Florentiæ ſuffragatur, cum hac punctorum ratione, in his verbis, *Qui verò paciſcitur, donationis cauſa rem certam & indubitatam liberalitate remittit:* quamquam & alia punctorum ratio Duareno placuerit [5].

Pactio donationis cauſa inſtituta.

TRANSACTVM. L. II.

Tranſactio fit per pactum.

TRANSACTIO per pactum fit, quo caſu ſi nõ obſeruas tranſactionem, poſſum ego agere prima actione, & excipiente te de tranſacto, replicabo de dolo [6]. Fit & per Aquilianam ſtipulationem, qua extingitur prima actio ipſo iure [7], nec vnquam reuiuiſcit [8]: & tunc agetur de dolo, vel conditione ob cauſam [9].

Et aquilianam ſtipulationem.

IMPERATORES. L. III.

Scriptus an legitimus hæres conueniendus ſit.

SI legitimus cum ſcripto hærede iure contendit, teſtamentum irritandum, facta tranſactione ſemper conuenitur ſcriptus, vt hîc: ſin autem dicit irritum vel nullum, & placuit tranſactione terminari negotium, data re certa legitimo, ferè eſt vt ſcriptus conueniri debeat [10], non idem ſi datur quota, nam quilibet pro illa quota conuenietur à creditoribus [11]: legatarij verò ſcriptum ſemper conuenire debent, vt hîc niſi eſſet repetitio legatorum facta ab inteſtato [12]. Ac ſi ab aliquo tanquam indigno aufertur hæreditas, ille omnino à legatariis & debitoribus eximitur, & tenetur qui aufert [13]. Et quod dixi aliquando conueniri legitimum & ſcriptum ſimul, intellige ſpeciale hîc ob incertum ſucceſsionis: aliâs enim ſemper ſcriptus conuenitur. [14].

An eorum quę vel teſtamento vel codicilis continentur, præſumatur ignorantia.

§. CVM TRANSACTIO. Ex hoc tex. nota, ſemper quẽ præſumi ignorare quæ cõtinentur codicillis [15]: quæ verò in teſtamẽto ſunt ſcripta, extranei præſumũtur ſcire, at ſui & neceſſarij minimè [16]. Et ſic filij diuidentes hæreditatem præſumuntur ignorare contenta in teſtamento, cùm lex eos hæredes faciat [17]: ideo nec cenſentur remittere fideicõmiſſum à patre iniunctum [18]. Quod autem vltimo legis reſponſo dicitur, pertinet ad poſita in l. ſi tibi. de pact.

AQVILIANA. L. IIII.

Generalis remiſsio captioſa.

IN hãc ſentẽtiã vide quæ notãt. in l. ij. ſupra eo. Et quod hîc appellat generalẽ remiſsionẽ, captioſam inferũt doct. creditorẽ nõ cogi emittere debitori liberationẽ generalẽ [19], nec ar-

1 *tex. eſt in l. iij. de repud. hær. C. l. ſi cauſſa cognita. C. de tranſ. Bar. hîc poſt glo.*

2 *l. iuriſg. §. ſi paciſcar. & ibi. Iaſ. ſuprà. tit. j.*

3 *l. eleganter. & ibi Bar. de cond. indeb. vbi vide Iaſ.*

4 *Auth. ſi contigerit. & doct. de iud. C.*

5 *in l. j. § conuentionis. de pact.*

6 *l. fine apud acta. & l. cùm proponas. C. eo.*

7 *l. vt reſpõſum. & l. cùm mota. C. eo.*

8 *l. qui res. §. aream. de ſol.*

9 *l. ſi quis accepto. de cõd. ob caſſ. Iaſ.*

10 *l. ſi legatus. §. nullum. Ad Treb.*

11 *l. controuerſia. infra. eo.*

12 *Bar. in d. l. cõtrouerſia.*

13 *l. cancellauerat de his. quæ in teſt. del.*

14 *tot. tit. de hær. vend. l. pacto. de pact. C. Iaſon in l. controuerſia. infrà. eod.*

15 *fa. l. non eſt. infrà. eod. Bar. in l. eius. iiij. col. de reb. cred. infrà*

16 *l. eius. §. poſt aditam & ibi Bar. Iaſ. de reb. cred.*

17 *l. quæſitũ. de adq. hær. l. in ſuis. de lib. & poſth.*

18 *per ea quæ ponuntur in l. qui Romæ. §. fin. de verb. oblig. Iaſ. in l. eius. verſ. quod ſi ſtipulatus. infrà. ſi cert. pet.*

19 *tex. eſt in l. iij. § j. de contr. et vtil. act. infrà. Bar. & Iaſ. hîc.*

probationes factas, nulla data dilatione nihilominus iure ſubſiſtere [1].

De edendo.

QVA QVISQVE. L. I.

Incertitudo an inutilem libellum efficiat.

CVIQVE editur, vt ſciat cederéne an cõtendere debeat: vnde & clarus debet eſſe libellus, licitéque appellaret reus, ſi libellus non declararetur, & res petita [2]: tamen ſi ex parte actoris eſſet iuſta ignorantia, admittitur libellus incertus [3]: vt in omnibus generalibus petitionibus, vt puta cauſa dotis [4]. Idem ſi incertitudo veniret ex parte rei [5], ſed & illud additur, vt ſi contra libellum de incertitudine non excipiatur, valeat nihilominus [6]. Quòd autem hîc in Pand. Florentinis legitur, *Eum quoque edere Labeo ait, qui producat aduerſarium ſuum ad album, vt demonſtret quod dictaturus eſt, vel id dicendo quo vti velit*: exponit Alcia. [7] & bene mea ſententia, de eo qui aduerſarium ſuum, hoc eſt tabulas tumultuarias rationum ſuarum profert & edit, vt ex eis oſtendat quam actionem dictare velit, aut qua ſumma cum reo iure conſiſtere. Notú eſt enim ex Cicerone & aliis *aduerſaria* ſumi pro tabulis tumultuariis: quod verbũ etiã rectè opinor ſingulari numero dicatur. Quamquam Duareno non placeat [8], qui exiſtimat producere aduerſarium ſuum, hoc eſt, reum cui formulam actor velit intendere, rectius intelligi: quæ opinio noua eſt & non contemnenda.

Aduerſarium producere.

Aduerſarium & aduerſaria.

Inſtrumenta an cũ die edantur.

§. EDITIONES. Inſtrumenta propria, eius ſcilicet qui petit, debent edi cum die & conſule [9]; idem in cõmunibus [10]. Aliena ſine die & Conſule, vt hîc: niſi ea peterentur in accuſationem falſi [11]: & niſi editio peteretur à publica perſona: tunc enim cùm ad plenam probationem petantur, conſequens eſt diẽ edi [12]. Dies autẽ ſolutioni dictus libello comprehēdēdus eſt, vt hîc. Idem in eo ſine quo probè cauſa decidi non poſſet: vt in creditore agente hypothecaria cõtra alium creditorem vſuuenit: illa enim quæſtio ſæpiſsimè ex anteceſsione temporis deciditur [13]. Conſtat quoque acta iudicij cum die & conſule edi debere, cùm illa communia ſint [14]: quod ad rationes quoque perductum eſt, vt hîc [15]. Et valde notãdum eſt quod hîc glo. ad finem refert, inſtrumentum per productionem ſiue editionem effici commune: cui conſequens eſt vt illo vti pars aduerſa poſsit, ſi quid in eo ad vtilitatem ſuam deſcriptum deprehenderit. Idem & in libello obtinuit, qui etiam ei qui edidit, nocere poteſt [16].

Acta cum die an edantur.

Rationes an cum die edantur.

Inſtrumẽtum per productionem fit commune.

§. EDERE. Cõtractus & inſtrumẽta integra edi debẽt [17]: ſæpe enim accidit vt ex clauſula vel in principio vel fine poſita, totum inſtrumentum temperationem recipiat [18]. At liber ſtatutorum vel rationum capita ſeparata complectens edetur tantùm in ea parte quę rẽ cõtingit [19]. Quod tamẽ fuſius apud Bart. explicatur in Rub. de oper. nou. nunc. Nec omittẽdũ eſt CVRIAE Pariſ. decretum [20], quo cauetur vt ij qui inſtrumenta proferunt in litem, non teneantur integra inſtrumenta edere parti diuerſæ, ſed breuiter & in ſumma ſubſtantiam eorum quæ inſtrumento continebuntur edere ſatis eſſe.

Inſtrumenta, rationes ſtatuta an integra edi debeant.

Senatus

1 *l. cùm à nobis. & l. ſi quando. de dilat. C. & ibi Bald.*

2 *c. ſignificantibus. de app.*

3 *l. quæ de tota. de rei vind. infrà.*

4 *Bar. in l. ſi. de ſent. quæ ſine cert.*

5 *l. 1. §. 1. inſi à quorũ. leg.*

6 *tex. & glo. in l. vlt. de annal. excep. C.*

7 *lib. ij. diſp. cap. vlt. & parerg. lib. viij. cap. vij.*

8 *lib. i. diſp. anniu. c. xiij.*

9 *tot. tit. ad exhib.*

10 *l. ſi quæ. fam. excif. Bar. hîc.*

11 *l. ſi de fid. inſtru. C. l. optimã. ad fi. & ibi glo. de cont. & com. ſtip. C.*

12 *Bar. in l. exempla. infrà. eod.*

13 *Bar. hîc & cæteri.*

14 *glo. in verb. tempor. &c. quoniã cõtra. de prob. ext.*

15 *Et l. prætor. §. ſinitum. infrà. eod.*

16 *l. cùm precum. de lib. cauſa. C. & ibi glo.*

17 *& cap. contingit. de fid. inſtr. c. cùm perſonæ, ibi integraliter. de priul. lib. vj.*

18 *c. cũ dilecti. de don. ext.*

19 *l. argentarius. §. edi. infrà eo. Pan. in c. contingit. de fid. inſtr. & c. j. de prob.*

20 *Die xix. Maij Anno 1508.*

SENATVS L. III.

Actor vel reus quando ad editionem inſtrumentorum cogantur.

BELLISSIME quæritur quando alter alteri cogatur edere. quæ res hoc ferè modo explicari ſolet, vt actor reo ad exceptionem ſuſtentandam & iuuandam edere teneatur [1]: reus verò actori ad actionem inſtituendam edere non eſt cogendus [2]: qui enim agit, probationes habere debet [3]. Diuerſum tamen obtinuit in fiſco per hunc text. quod omnes ferè probant: & in dote [4]. Nam & dotis & fiſci fauore reus contra ſe edere cogetur, niſi in cauſa criminis [5]: tamen odio vſurarum contra fœneratores inductum eſt, vt libros ſuos & aduerſaria contra ſe teneantur edere [6]. Planè & illud animaduerſum eſt etiam reo neceſsitatem imponi, vt actori edat ad iuuandam actoris replicationem [7].

SI QVIS EX ARGENTARIIS. L. VI.

Dies appoſitus principio an ad finē trahatur.

§. SI INITIVM. Dies initio tabularum poſitus, ad finem quoque pertinere intelligitur, vt hîc: quod idem in loco & teſtibus Iaſon refert [8]: ſed in fine additus dies ad præcedentia non trahetur [9]. Ex quo & illud proficiſcitur clauſulam in capite adiectam plus momenti habere, quàm ſi in fine adiiceretur [10]. Sed quod dixi diem initio poſitum in ſubſequentibus intelligi, verum eſt niſi ratio eſſet omnino ſeparata [11]: quod Bar. hîc probat, & verum eſt. ſed hæc in die, loco & teſtibus rectiùs intelliguntur, vt ad totam rationem pertinere iudicentur: at in clauſulis aliud dicendum eſt: hæ enim vni inſtrumento adiectæ ad aliud non traducuntur [12].

Clauſula vni inſtrumento adiecta ad totam rationem non pertinet.

VELVTI. L. VII.

Dictio iterum.

CVM aliquid iubetur iterum fieri, ſi res magni ponderis eſt, ſufficit ſi duabus vicibus fiat: vt in legato iterum præſtando ſcriptum extat [13]: Quòd ſi frequenti repetitione nullum damnum alteri creatur, toties id fiet quoties opus erit, vt hîc: nec mutat quod dicitur creditoribus qui mittuntur in bona non amplius quàm bis concedi inſtrumētorum debitoris recognitionem facere: hoc enim in illis ſpeciale erit, quibus non eſt permiſſum deſcribere copiam inſtrumentorum, ſed numerum tantùm [14]. Et ex eo quod hîc dicitur, edendum eſſe quoties opus erit, profectum eſt opinor, quod & CVRIAE Pariſienſ. placito continetur [15], notarios ex cauſa etiam extraneo vt edant cogi poſſe, nihil mutante Conſtitutione Regia, qua cautum eſt eos, niſi contrahentibus & eorum hæredibus, aut ad quos ea res pertinere poteſt, edere non compelli.

Notarij edere cogendi.

VBI EXIGITVR. L. VIII.

Damna per iuramēti quādo probentur.

QVI edi ſibi deſiderat, neque impetrat, probato notarij dolo, de damnis & eo quod intereſt fidem faciet per iuramentum ſuum [16]. Diuerſum eſt ſi culpa aut negligētia tantùm notarij argueretur ſecundum Iaſ. hîc: cui proximus eſt dolus in omittendo commiſſus; in quo iuramentum non ſufficit, ſed plena probatio requiritur [17]. An autem ſufficiat interfuiſſe mea, licet hodie deſierit, relatum eſt [18].

QVAEDAM SVNT. L. IX.

Remedium extraordinarium an cum ordinario cōcurrat.

PERVAGATVM eſt quod dici ſolet, toties officium iudicis ceſſare ſiue remedium extraordinarium, quoties ordinario actionis iure alicui cautū eſſe poteſt [19]. Sed hoc vulgò

f 3

1 l. non eſt nouum. C. eo. l. diſſoluta. de cond. ſine cauſ.
2 l. nimis. de teſtib.
3 l. qui accuſare. C. eo.
4 l. ii. de priu. fiſc. Iaſ. hîc.
5 l. ij §. item diui. de iure fiſ. infrà.
6 cle. vlt. de vſuris.
7 l. pe. §. vlt. ad leg. Falc. infrà Bar. in l. vl. C. eo.
8 per tex. in l. vinum. ſi cer. pet. & l. vlti. de tritic. infrà.
9 glo. Bar. Iaſ. & alij hîc.
10 facit l. filiumfa ſecund. intell. Bar. quando dies leg. infrà.
11 arg. l. etiam. §. i. de mino. infrà.
12 l. circa locationes. & ibi Bal. loc. C. & Alexand. hîc.
13 l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. de leg. iij.
14 l. vlt. §. vlt. de bon. aut. iud. poſſ.
15 anno 1548. Lucius in Plac. tit. de eden.
16 l. ſi quando. C. vnde vi. Bald. in l. qui accuſare. C. eo. c. vlti. de eo quod met. cauſ.
17 l. argentarius. §. cùm autem. infra eod. & ibi Iaſon.
18 in l. qui autem. §. vlti. ſi quis caut.
19 l. i. de theſau. C. l. in cauſa. ij. de minor. infrà l. qui bona. §. de illo. de dam. infe.

intellectum habet niſi extraordinarium remedium ſit plenius & vberius [1]: & niſi contra diuerſos vtrunque remedium com peteret: erit enim eo caſu in poteſtate eius qui illa habet vtro remedio experiatur [2]. Planè & remedium extraordinarium in ſubſidium dari ſolet [3].

Argentarivs. L. x.

PERPETVVM eſt quod dici ſolet argentarios & eos qui publicum officium gerunt debere petentibus, ſi modò eorum intereſt, edere inſtrumenta, vt hoc titulo ſatis explicatur, & alibi diximus [4], ſed ſalarium in penſum laboris dari debebit [5]. Quòd autem hic [6] dicitur non totum codicem edendum eſſe: aliâs relatum eſt [7].

Salarium notario edēti debetur.

De pactis.

Hvivs edicti. L. I.

NVLLVS contractus conuentionis eſt expers. Et ex eo quod hic dicitur ex naturali æquitate profectum eſſe, pacta ſeruari, effici voluerunt doct. etiam principem teneri ad pactorum obſeruationem [8]. Sic nec conceſſiones à principibus factæ, ſine cauſa reuocari ab eiſdem poſſunt [9]. Ex quo & illud eſt quod Bal. [10] Celeſtinum quintum inſcitiæ arguit, qui manè beneficia daret, & ſero reuocabat, & dicit eum fuiſſe vnum pecus [11].

Princeps ad cōtractus ſuos obligatur.

Labeo. L. II. cvm lege seq.

RATIONEM diuerſi inter cautionem redditam, & pignus redditum, cur primo caſu liberatio inducatur, ſecundo non item, reddit hic glo. quam ſequuntur omnes [12]. Ex quo inferunt, quòd ſi redditio inſtrumenti aliam vtilitatem affert, quàm liberationem, non inducit liberationem [13]. Item ſicut redditio pignoris à principali debito non liberat, vt hic: ita nec à iure pignoris, quia eſt alia vtilitas, per dictam regulã [14]: at redditione inſtrumenti pignoris, pignus remittitur [15]. Sed ſæpius tractatum eſt, ſi penes debitorem inſtrumentum reperiatur cancellatum, an eo nomine inducatur liberatio. In quo omnes [16] ferè ita rem temperandam eſſe putant. Aut enim debitor allegat ſe pacto liberatum, in cuius fidem citat hanc cancellationem, & nihil agit, vt hoc tex. aut ſolutione, quam etiam probat per cancellationem; & tunc fidem facit, niſi contrarium à creditore impleatur [17]: vel niſi eſſet domeſtica perſona [18]. Cùm verò reperitur cancellatum penes tertium, videtur verior Alex. & Iaſ. hic ſententia, non induci liberationem: ſed præſumptio eſt penes illum depoſitum fuiſſe in cuſtodiam: licet aliud Bar. videatur [19].

Redditio cautionis & pignoris an liberationē pariat.

Inductio & cancellatio inſtrumenti an pro remiſſione ſit.

Item qvia conventiones. L. IIII.

EX conuentione tacita eſt, vt inuecta in domum locatam, locatori teneantur nexu pignoris, vt hic, niſi eſſent aliena [20]. Et adde quòd eiuſmodi pignus generale in inuectis, non impedit alienationem, niſi poſtquã illorum incluſio & deſcriptio facta fuiſſet à notario [21]. Itē nota ex glo. inuecta à minore nō eſſe obligata: quia nec tacitè nec expreſſim alienare [22], vel obligare minor poteſt ſine decreto [23]. Sic Bar. reprehēdit hic aliã gl. [24] quæ bona minoris, qui tutelã ſuſceperit, tacitè obligari

Inuecta à minore nō obligantur.

1 l. vlt. ſi aduer. rem iud. Bar. in l. Aemilius. de mino.
2 l. etiam. & l. vlti. ſi tut. vel cur. interu. C. l. ſi minoris. de admi. tuto. infrà: glo. in c. ſi quis preſbyterorum. de reb. eccl. non alienand.
3 l. in cauſæ. i. §. vlti. de mino. infrà.
4 l. veluti. ſupra eod.
5 per tex. in l. vlt. de princip. agen. in reb. lib. xij. C. Alex. & Iaſ. hic.
6 in §. edi.
7 l. j. §. editiones. ſupra eo.
8 l. donationes quas Diuus. de don. int. vir. & vxo. C. doct. in l. digna. de legi. C.
9 c. j. d: natu. feud. l. quod ſemel. de decre. ab ord. fac.
10 d. c. j. de natu. feud.
11 vide Iaſ. in l. ſi pecuniã. infrà de cond. cau. dat.
12 Bar. Iaſ. & cæt. gloſ. in c. eccleſia. vt lit. pend.
13 Bar. hic.
14 Iaſ. hic.
15 d. c. eccleſia. ij. l. creditricem. de remiſ. pig.
16 Bar. Iaſ. hic. Pan. in d. c. eccleſia.
17 l. ſi chirographum. de prob. l. fullo. §. fi. de furt.
18 l. j. §. ille autem. de lat. lib. toll. C.
19 in d. l. fullo. §. vlti.
20 l. rem alienã. de pig. act.
21 l. eſt differentia. infrà in quib. cau. pig. tac.
22 l. j. de reb. cor. infrà & tot. tit.
23 l. ſi quis res pig. vel hyp. obl. poſ. infrà l. vlti. de reb. alien. non alien. C. l. j. de reb. eo. infrà.
24 in l. vlti. de leg. tut. C.

gari pupillo voluit: quã tamen opinioně Bal.[1] tenet, & communem appellat, quia in tacita illa obligatione interueniat quodammodo decretum legis, quod perinde eſt atque hominis decretum. Sed quod tu legis decretũ appelles, cùm id nulla lege caueatur? Sic ex his dici poteſt bona minoris non obligari tacitè pro dote, quod ex ſententia Bar.[2] verius eſſe puto. Cuius rei fortiſsimum argumẽtum eſt, quod placuit bona minoris nec in dotem, nec in donationem propter nuptias ſine decreto dari poſſe [3]. Quanquam aliud Alex. videatur [4].

Bona minoris an pignori ſint pro dote.

IVRISGENTIVM. L. VII.

NVDVM pactum dicitur, quòd ſit nudum à cauſa, & à nomine [5]: & ideo inefficax ad agendum: Sic cautio appellatur indiſcreta ſine cauſa, ex qua agi minimè poteſt [6], & ſtipulatio [7]: idem ſi cauſa eſſet adiecta, ſed non legitima, vt hac lege [8], quo caſu nec pignus datum teneret [9]. Alia eſt pactio (noſtri veſtitam appellant) quæ nomine fulcitur, hoc eſt, in aliud cõtractus nomen tranſit: vel ſaltem ſubeſt cauſa, ex qua etiam obligatio venit, vt hîc. Ea autem veſtimenta, quibus illa quæ communiter conuentio veſtita dicitur, vallari poteſt, multa à gloſſ. & doct. recitantur. Nam Iaſon hîc decem & octo veſtimenta ſtatuit, alij propè infinita. Sed recentiores [10] ab hac lege non diſcedentes duplex veſtimentum faciunt: primùm quod ita pactionem premit, vt eam in aliud nomen contractus deducat: aliud à cauſa, quæ ſi ſubſit & ſit valida, efficit obligationem: quæ duo ex hac lege ſatis implentur. Sed tamen alia veſtimenta addere non videatur, opinor, à reliquarum legum contextu alienum [11]. Ex textu igitur duplex pactum facilè efficitur: vnum nudum, hoc eſt, cauſam non habens: aliud cauſam habens, ex quo tam in contractibus nominatis, quàm innominatis actio eſt [12]: hoc veſtitum pactum veteres magiſtri appellarunt, nec tam inconcinnè, opinor, quàm nonnulli affirmant. vt enim miſtum imperium mero rectè Vlpia. oppoſuit [13], ita non abſurdè nudo pacto ſine cauſa, illud quod cauſam habet veſtitum aduerſum feceris, & maximè gratia docendi, ſic oratio ſimplex & nuda & ieiuna Ciceroni dicitur. & contrà ille appellat ornatum & veſtitum orationis, cùm oratio eſt abundantior. Item apud doctores relatum eſt, an ex nudo pacto naſcatur actio iure Canonico: quod certè propius eſt [14]. nam ius canonicum mandat ſine diſtinctione omnia pacta ſeruari: ergo ex eis datur actio & exceptio [15]. Et confeſsio facta in teſtamento non dat actionem iure ciuili ob abſentiam partis [16], at iure canonico actionem parit [17]. Sed hæc intellige inter ipſas partes principales. nam fideiuſſor etiam iure canonico nudo pacto non obligatur: cùm per ſtipulationem ſemper accipi debeat, aliâs ſine effectu promiſiſſe videretur [18]. De iure autem ciuili non naſcitur, niſi iis ſex caſibus, qui à glo. enumerantur hîc. §. igitur. At ſi pactum nudum geminatum eſt parit actionem, quia ex eo conſtitutum venit, quod ex nudo pacto actionem dat [19]. Et ſi ex eo quòd pacto nudo nõ ſtatur, aliquis damnum acciperet, de dolo actio eſt [20]. quæ clauſula mirificè ad eorum, quæ hîc de pacto nudo recitantur, temperationem valet.

§. QVINIMO. Dic in l. lecta. infrà ſi cer. pet. & infrà ſeq. §.

Nudum pactum.

Pactum veſtitum.

Pactum duplex.

Nudum.

Veſtitum.

Ex nudo pacto oritur actio iure canonico.

Pactum nudum geminatum.

1 in d. l. fi. & in l. certiſſimi. vij. quæſt. loc. C.
2 in l. ſi conſtante. in princ. ſolu. matrimo.
3 l. j. & ij. & ibi Bar. ſi aduerſ. dot. C. l. prædia. de præ. mino.
4 d. l. ſi conſtante. x. col.
5 vt hic tex. & Bal. infrà. ea. l. in §. ſi ob.
6 c. ſi cautio. de fid. inſtr. l. cùm de indebito. §. fin. de prob.
7 tex. & glo. in l. ij. §. circa. de excep. doli. infrà.
8 §. ſi ob maleficium. & l. pacta qua. C. eo.
9 glo. hic. & in l. ij. de cõdi. ob turp. cauſ.
10 Aemil. Ferr. in l. legẽ. C. de pact.
11 l. in traditionibus. & l. diuiſionis. de pact. infrà.
12 infra e. l. §. ſed ſi nulla.
13 l. imperium. de iuriſdi. om. iudic.
14 Pan. in c. j. de pac. ext.
15 l. ſtatuas. de adq. rei do. & glo. in authẽ. ſacramenta. ſi aduerſ. vend.
16 l. ante pe. §. quiſquis. de leg. ij. & ibi Bar.
17 Bal. in l. generaliter. de non num. pec.
18 l. Blanditur. de fideiuſſ. Iaſ. in l. lecta. in fin. ſi cer. pet.
19 l. j. §. fi. de conſt. pec. per Bal. in l. fi. ad leg. Falc. C. per illum tex.
20 l. & eleganter. §. ſeruus. de dolo. & Iaſ. hic & Bar. d. §. ſeruus.

§. Adeo avtem. Quædam pacta ad ſubſtantiam contractus dicuntur pertinere, vt cùm circa pretium fiunt, vel cùm conuenit vt ab emptione recedatur: & hæc ſiue ex continenti, ſiue ex interuallo adiiciantur contractui, ad actionem & exceptionem proficiunt, vt hoc §. ſatis impletur: ſi tamen res ſit integra [1]. Alia pacta Iuriſconſultis vocantur adminicula contractus cui ſubiiciuntur [2], à doctoribus autem accidentalia & naturalia contractuum (quod vltimum non probè, cùm ea potius extra naturam contractus veniant ex Vlpiani ſententia [3]) & ea proſunt ad actionem & exceptionem, ſi ex continenti addantur [4]; quod tamen in pacto vſurario non admittimus, actionem enim non producit etiam ex continenti adiectum, licet intra legitimum modum conſiſtat [5]: ſed ſtipulatione eſt opus [6]. Tamen in contractibus bonæ fidei debentur vſuræ ex pacto incontinenti appoſito [7]. Sin verò ea pacta poſteà & ex interuallo fiant, non valent ex parte actoris, ſed ex parte rei, hoc eſt, valent ad exceptionem non ad actionem [8]. Et hoc eſt quod alibi Papinianus ſubobſcurè dicit [9], *Pacta conuenta quæ poſteà ſiue ex interuallo facta detrahunt aliquid emptioni, contractu contineri*, id eſt, valere ad exceptionem; *ſin verò adiiciunt, non ineſſe*, hoc eſt non poſſe agi ad illud quod poſteà eſt adiectum. Ordinarium eſt enim vt pro iis quæ contractibus adiiciuntur, actio detur [10], pro iis verò quæ detrahuntur, exceptio [11]. Huc annectitur per pactum circa ſubſtantiam adiectum omnino primum contractum renouari, & alium contractum effici [12]: quoad eum qui paciſcitur, non quoad alium [13]. Vnde facilè eluceſcit quo ex contractu ſoluenda ſit gabella: fideiuſſores quoque accepti in primo contractu, non tenebuntur in ſecundo, cùm omnino per pactum ſit renouatus primus contractus [14]. Et ad ſententiam huius legis vide multa per Duarenum hîc eleganter & illuminatè.

Quædam pacta ad ſubſtantiam contractus pertinent.

Alia ſunt adminicula.

Pactum vſurarum.

Intellectus ad l. pacta conuenta de cont. emp.

Pactum quando nouet præcedentē contractum.

§. Ait Praetor. An pacta contra bonos mores valeant tam in principali, quàm in acceſſoriis, refer te ad glo. breuem in l. pacta quæ. C. eo.

§. Pactorvm. Quædam pacta realia, quædam perſonalia dicuntur. At plerunque id agi exiſtimabitur vt realis pactio ſit [15]: nā liberatio realis eſſe iudicatur in obſcuro caſu [16]. Quibus annecte quod infrà dicitur in l. ſi vnus. §. ante omnia. eo. Sed & illud adiicitur pactum nunquam eſſe perſonale, niſi dictio taxatiua ſit ſubiecta [17]: vel niſi perſona verbo executiuo apponatur: quo caſu pactio & perſonalis erit, & cum perſona finietur: qua tamen viuente ad aliam tranſire poterit [18]. Hîc & quæri poteſt an conceſsiones reales aut perſonales ſint iudicandæ, quod alibi retulimus [19].

Pactum reale eſſe in obſcuro interpretamur.

Conceſsio an realis an perſonalis.

§. Qvod fere. Ex hoc tex. ſingulare quiddam efficitur: nam licet pro inſtrumento præſumatur [20], poteſt tamen contrarium probari, vt hîc: ſed interim ea inſtrumenta quæ moribus populorum executionem paratam habent, ad executionem perduci poterunt, licet vel nulla vel falſa arguantur, vt cvria Pariſienſis cenſuit [21]: quanquam Bart. hoc non recipiat [22]. Huc pertinet quod dici ſolet, pro iis quæ in inſtrumento enunciatiuè proferuntur non præſumi [23]: quod & idem Iaſon exiſtimat, ſi affirmatiuè ſed incidenter proferantur.

Pro inſtrumēto præſumimus.

Prolata enunciatiuè in inſtrumento.

1 l. pacta conuenta. in fi. de cont. emp. & vend. l. 2. & 3. quando lic. ab empt. reced. C.
2 d. l. pacta conuenta.
3 ſupra e. ad l. §. quinimo. verſic. idem reſponſum.
4 ſupra ea l. §. quinimo.
5 l. rogaſti. §. ſi tibi. & ibi Bar. infrà ſi cert. pet.
6 l. iij. C. de vſur. l. Titius. de praſcr. verb.
7 l. initio. de pac. int. emp. C. l. Lucius dep.
8 d. §. quinimo. ad fi.
9 l. pacta cōuenta. de cōt. empt.
10 l. ſi vnus. §. pactus. infra eo.
11 l. & haredi. §. vlti. infrà eo.
12 l. pacta conuenta. ad fi. infrà de cont. empt. l. ſi vnus. §. pactus. īfra eo.
13 vt hoc §. ad fi.
14 l. cum Hermes. loc. C. l. fi. infra eo.
15 l. forma. §. quanquam. de cenſib. Bart. in l. qui in futurum. infra eo.
16 l. ſi quis in teſtamento. de lib. leg.
17 l. ſi [illegible] & ibi Bart. l. & haredi. hoc tit.
18 l. & haredi. hoc tit.
19 l. [illegible] & infrà de ſeru. rustic.
20 l. cum precibus. de prob.
21 [illegible] April. 1515. & [illegible] xvi. Maii. eod. anno.
22 l. planè. §. & parui. quod vi aut clam.
23 l. optimam. de cont. & comm. ſtip. & ſi vap. de priuil. lib. vt clem. vltim. de ſent. excom.

rantur. Quòd autem paulò pòſt ſequitur [1] pactum inutile iuramento non cõfirmari, pertinet ad illud generale quod quęri ſolet, an actus prohibiti firmentur iuramento: quod fere iure ciuili non admittimus, vt hîc [2]: ſed ius canonicum dubitationẽ auget [3]. Qua de re videndus eſt Bar. in l. Seius & Augerius. ad leg. Falc. qui breuiter & explicatè rem perſtringit.

De hæreditate viuentis pactũ an valeat.

§. Et Marcellvs. Ex hoc tex. recipiunt temperationem omnes leges quæ volunt non eſſe licitum pactum hæreditatis viuẽtis, niſi is de cuius hæreditate agitur, cõſentiat [4]: quia filius ob ſpẽ paternæ hæreditatis poteſt viuo patre cum creditoribus paciſci, & hoc pactum valebit ad liberationem eius [5]: vt autem obligari poſsit, conſenſus patris requiritur [6]. Item licet in iis quæ ſunt communia pluribus vt ſingulis, factum maioris partis non ſufficiat, nec reliquis noceat [7]: fallit tamen cùm maior pars creditorum conuenit de remiſsione hæredi facienda, quia nocet illa conuentio reliquis, liberationis fauore, modò ante aditam hæreditatẽ fiat, aliâs non [8]. Adde quod not. in l. iij. quod cuiuſ. vniuerſ. infrà. Non omitte in iis quæ fiunt à pluribus vt à collegio, conſenſum ſingulariter præſtari nõ poſſe, ſed in collegio [9]: idem in iis quæ fiunt à pluribus vt ſingulis, quoties maior pars alij nocet, vt hoc caſu [10]; aliâs ſufficiunt conſenſus ſingulariter præſtiti [11].

Factum maioris partis.

In numero an conſenſus ſingulariter præſtari poſsint.

Maiorem partem. L. viii.

MAIOR pars præualet digniori & ſaniori, cùm vtilitatis diſceptatio eſt, vt hîc [12], At cùm quæritur de fide, dignior pars attenditur [13].

Si plvres. L. ix.

Tutor decidit cum debitore paupere.

TVTOR non poteſt remittere debitum pupilli [14], niſi ex neceſsitate. vnde dicitur tutorem poſſe cum debitore paupere decidere per hunc textum [15]. Item an coaceruatio ſummarum & rerum aliarum facienda ſit, habes in l. ſi idem. ſuprà de iuriſd. om. iud.

Rescriptvm. L. x.

Maior pars obſtat minori etiam priuilegiariæ.

MAIOR pars minori obſtat, vt hîc: tamen omnes citari debent, quia omnium intereſt [16]. Nec obſtat quod dici ſolet [17] non debere vocari eos quorum non intereſt principaliter, quia hîc intereſt creditorum principaliter: & ſic defende Bartolum Alexand. & alios hîc. Obſtat igitur maior pars minori etiam abſenti & priuilegiariæ; quantum ad debitum: ſed non tollit priuilegium [18]: nec officit quin abſentes poſsint agere contra mandatores inſolidum: quod nota [19].

Pœna non poteſt peti cũ re.

§. Si pacto. Cùm pacto ſtipulatio pœnæ ſubiicitur, alterutro debet eſſe contentus actor, vt legibus in gloſ. allegatis. Et fallit duobus modis citatis in glo. Item fallit cùm adiicitur iuramentum [20], fallit cùm adiicitur clauſula *rato manente pacto* [21]. Item an pactum nouetur pœnali ſtipulatione not. in l. prædia. de act. emp. & in l. ſi quis à ſocio. infrà pro ſoc. Quòd autem ad finem legis pertinet, ſcitum eſt procuratorem domino non acquirere, ſine ceſsione [22]: ſed aliud in liberatoriis, vt hoc tex. per Barto. & Iaſ. hîc. Et vides hic tres caſus, quibus à procuratore, domino damnum inferri poteſt. noto in l. ſi procurator. infrà de procur.

Procurator an ſine ceſsione domino quærat.

1 *§. ſi paciſcar.*
2 *& l. ſi quis inquilinos. de leg. 1. cum ſimil.*
3 *c. quamuis. de pact. lib. 6. c. intellecto. de iureiur.*
4 *l. fi. de pact. C. & l. pactum quod dotale. eo. & C. de collat. l. pactum.*
5 *Iaſ. hic & doct. in d. l. fin. de pact.*
6 *d. l. vlt. de pact. C.*
7 *l. per fundum. de ſeruit. vrb. noto in l. quod maior. ad munic.*
8 *per Ange. Bal. Alex. Iaſ. hîc.*
9 *c. in Geneſi. de elec. & ibi Panor.*
10 *Bar. in l. omnes populi. de iuſt. & iur. & Pan. in d. c. in Geneſi.*
11 *c. per fundum. de ſerui. vrb.*
12 *l. fi. de bon. aut. iud. C.*
13 *c. eccleſia. de elect. l. ob carmen. de teſtib.*
14 *l. non omni. de admi. tuto. C. l. pactũ. C. de pact. l. tutoris. infrà. l. tutor qui. de admi. tut. infrà.*
15 *Bar. in l. vlti. de anno. & trib. & l. iij. eo. titu. lib. x. C.*
16 *l. de vnoquoque. de re iudi. l. nam ita. de adop.*
17 *glo. & doct. in l. de vnoquoque. l. 1. de re iudic. infrà.*
18 *l. ſi præcedente. §. 1. infrà mand. & Bar. hîc.*
19 *d. l. ſi præcedente. §. 1. infrà mand.*
20 *l. ſi quis maior. de tranſactionib. C.*
21 *l. qui fidem. de tranſac. infrà. l. cùm proponas. C. illo titu.*
22 *l. poſſeſsio quoque. §. 1. de adq. poſſ. infrà.*

ITEM MAGISTRI. L. XIIII.

Præfecti corporibus liberam habent.

VIDES hîc rectores collegiorum & priores ſemper dici habere mandatum cum libera [1]: nam mandatis eorum libera poteſtas continetur. poſſunt enim illi decidere & tranſigere [2]: quod ius niſi habentibus liberam, non accommodatur [3]. Cui conſequens eſt, vt etiam mandato tutorum veniat libera [4]: iis enim & tranſactionem facere permiſſum eſt: modo ex cauſa id faciant, vt ſuprà noto in l. ſi plures. eod. Quod non in priuatorum hominum procuratoribus ęquè dicitur [5]: nec in procuratore principis [6]. His adiungitur quod aliâs Panor. [7] refert, prælatos poſſe tranſigere etiã ſine conſenſu capituli [8]: quod tamẽ intellige rationem habere, niſi res alienarentur per eam tranſactioné, quæ ſine ſolennitate legis vel canonis [9], alienari ab eccleſiæ prælatis non poſſunt, vt idem Panormi. probat [10].

Prælatus ſine conſenſu numeri an tranſigat.

1 facit l. præſes. & ibi Iaſ. de tranſa. C. vbi & Bald.
2 d. l. præſes.
3 l. procurator cui. de procurator.
4 glo. in l. mandato generali. de procur.
5 l. procurator tutorum. de procur.
6 l. nulli. infrà de tranſa.
7 c. iiij. de tranſact.
8 arg. l. præſes. de tranſactio. C.
9 auth. hoc ius. de ſacroſ. eccle. c. ſine exceptione. xij. q. ij.
10 d. c. iiij.

SI CVM EMPTORE. L. XVI.

Pactũ ceſſionarij an officiat cedenti.

HIC agitur an pactum emptoris & eius cui aliquid ceſſum eſt, quem poſt alios ceſſionarium vocare poſſumus, noceat venditori & cedenti: quod magis eſt, per hunc tex. Quamuis enim qui cedit, retineat penes ſe directas, & iis experiri poſſit [11]: ſi tamen ceſſionarius pactus ſit cũ debitore, vel iudiciũ ſit conteſtatus, vel partẽ debiti abſtulerit à debitore, aut ſaltẽ inhibuerit eidẽ debitori ne ſoluat cedẽti, ferè eſt vt cedẽs deſinat agere poſſe [12]. vt enim ceſſionarius poteſt teſtatò denũciare debitori ne ſoluat cedẽti, ita & magis cum eo paciſci: igitur hoc pactum cedentẽ & vendentem tenebit, vt hîc. Sed & contraria ſpecies relata eſt à Bar. Alex. & cęteris hîc, an pactũ à cedente factum noceat ceſſionario: quod certè admittimus: cùm enim cedens poſſit agere, & debitũ auferre [13], conſequẽs eſt vt & paciſci poſſit etiam cum debitore ſciente ceſſionem in alium factam, nec tamen ſine denũtiatione ſcientia ſufficit. Planè ſi debitor eſſet à ceſſionario certior factus de ceſſione, vel lis conteſtata cum illo eſſet, vel partem debiti intuliſſet, habet rationẽ vt pactũ cedentis cum eo factũ, ceſſionario nõ noceat: & hi tres caſus ſpecialiter lege cõprehẽſi ſunt [14]. Sed cùm quæritur an pactũ hæredis grauati fideicõmiſſo, aut venditoris hæreditatis noceat fideicõmiſſario, aut emptori hæreditatis, expeditũ eſt nõ nocere [15], quod tamẽ intellige ſi debitor cũ quo pactũ initur, ſciat vẽditã hæreditatẽ, vel reſtiturũ fideicõmiſſum. nã ſi ignorauerit cũ paciſceretur, exceptio fideicommiſſario & emptori hæreditatis accõmodabitur, & ſic nõ nocebit pactũ [16]. qđ verũ eſt, & ferè ex ſentẽtia Bar. Ale. & Iaſ. quãquam nos cauſa docẽdi caſus ſeparatos tradidimus.

Pactum cedentis an obſtet ceſſionario.

Pactum hæredis aut venditoris an noceat fideicommiſſario & emptori.

11 l. ſi delegatio. C. de noua.
12 d. l. ſi delegatio. & l. nomen. quæ res pig. oblig. poſſ. C.
13 d. l. ſi delegatio. Bar. & Alex. hîc.
14 d. l. ſi delegatio.
15 l. facta. §. ſi hæres. ad Treb. & vide quod pono in l. ſi tibi. §. cum poſſeſſor. infra eo.
16 l. vlti. infrà de tranſa.

SI TIBI DECEM. L. XVII.

1 §. SI PACTVS. Hunc text. explica ex iis quæ belliſsimè Acc. hîc; cuius opinio Bar. placet et cęteris. Sed quod hîc ab omnibus ferè relatũ eſt, pactũ factũ à patre ipſi filio, pręſumi factum vt hæredi nõ vt filio, vide ne nõ hoc ſit dicẽdũ: legatum enim filio factũ creditur proſpectu ſanguinis datũ nõ meritorũ [17]: deinde ſemper inſpicitur natura nõ accidẽs [18], qđ & Iaſ. hîc probat, & propius eſt [19]. Sed an pactum vel ſtipulatio patris proſit filio annotatum eſt in l. Caius. ſolu. matrimo. infrà.

Legatum filio magis creditur vt filio factum quàm vt hæredi.

17 l. tutor. §. quæ tutoribus. de exc. tut. infrà.
18 l. iij. infrà de tut.
19 facit l. Seia. de don. cau. mor. in princ.

§. CVM POSSESSOR. Pactum à vero hærede interpoſitum

Pactum hæredis veri aut falſi an noceat fideicommiſſario aut cæteris hæredibus.

poſitum, fideicommiſſario prodeſt & nocet [1]: ſic victoria & factum eius qui hæres ex aſſe putabatur, reliquis poſteà venientibus communicatur & prodeſt [2]. Vtrunque tamen intelligitur, ſi modo ceſsio facta eſt ab eo qui pactum interpoſuit, quam is cogetur facere [3]. Planè in iniuſto poſſeſſore aliud placuit, cuius pactum vero hæredi non prodeſt, vt hîc [4]. Itidem & geſtum cum prælato falſo & non legitimo, non prodeſt vero: niſi falſus ille eſſet in iuſta ignorantia & bona fide [5]: quod & aliâs annotauimus [6]. Sed tamen & illud quod dixi pactum veri hæredis nocere & prodeſſe ei cui hæreditas ex fideicommiſſo reſtituenda eſt, intellectum habet cùm ante reſtitutam ex fideicommiſſo hæreditatem initum eſt: ſi enim poſt reſtitutionem interponeretur, non noceret [7]: adhibita tamen diſtinctione quam ſuprà poſuimus [8].

Pactum falſi prælati

Et haeredi L. XXI.

PRINCIPIVM huius legis ad id pertinet quod paulò ſuperius glo. refert [9]: qua de re nonnulla etiam diximus in l. Caius. ſoluto matrimo. infrà. Præterea ex eo quod infrà ſequitur [10] proficiſcitur illud quod dicitur, ius futurum pacto tolli poſſe [11]: ſed in renunciatione contrà ſeruatur: neque enim id ius quod competiturum eſt aliquando, nunc refutari poteſt [12]. Rationem quære ex glo. in l. j. C. eodem. Sed & illud animaduerſum eſt iuri futuro in iudicio renunciari poſſe [13]. Sic mulier quæ iure non poteſt Velleiano obnuntiare [14], ſi in iudicio renuntiet, vtilem renunciationem facit [15]: quod tamen alibi fuſius explicatum eſt [16].

Ius futurum an refutari poſſit.

In iudicio mulier Velleiano renuntiat.

§. In iis qui eivsdem. Ordinarium eſt vt conuentio & pactio à reo facta fideiuſſori quoque proſit, vt hîc: quod tamen in quatuor caſibus per gloſſam notatis locum nõ habet: ſimiliter nec in expromiſſore, hoc eſt, in eo qui in ſe animo nouandi obligationem ſuſcipit [17]. E diuerſo fideiuſſoris pactum reo non prodeſt [18]: quod in iuramento non vtique eſt: cùm enim illud loco ſolutionis ſit, prodeſſe quoque reo fatendum eſt [19]. Sic & acceptilatio fideiuſſori facta reo proficiet [20]: ſi tamen animo remunerandi facta eſt, ſecus [21].

Conuentio rei an fideiuſſori proficiat.

Pactio fideiuſſori reo an proſit.

Si vnvs. L. XXVII.

PACTVM factum vni ex reis debendi prodeſt alteri [22]. Pactum autem vnius rei credendi, non nocet alteri, vt hîc. nam nemo ex ſociis etiam totorum bonorum plus ſua parte alienare poteſt [23]. Secus ſi diligenter ſe gereret, licet ex illo actu damnum conſequatur: vt in compromiſſo ab vno facto, in quo admittitur vt alteri noceat [24]. De iuramento alibi dictum eſt [25]. Item & quod à Paulo hîc relatum eſt, vnum ex reis credendi non poſſe nouare, aduerſatur in indiuiduo, quod alibi Venuleius refert [26]. In quam rem infinita à doctoribus pacis conciliandæ inter eos recitantur. Ego verò ſic ſtatuo, leges illas eius generis eſſe, vt niſi ineptè ſoluantur, bene & aptè ſolui non poſsint. Itaque lubens ipſos Iuriſconſultos audirem, qui iſtas leges libris prodiderunt. Tu ſi videtur vide Iaſonem. Et ex eo quod ſequitur [27] vides alteri per alterum quæri quoties paciſcentis & ſtipulantis intereſt [28]. nec tamen audiendus eſſet ſtipulans, ſi ſua inter-

Pactum vnius ex reis an alteri noceat.

Portis ãrmo-pia.

Alteri an per alterum quæratur.

1 *l. ſi poſt. de conſt. pec. l. ſi cui. §. j. qui. mo. pig. ſol.*
2 *l. ſale. §. vlt. infra eo. l. ſi hæres. fam. erciſ. l. cùm pater. §. cùm exiſtimaret. de leg. ij.*
3 *l. hæres. de fideiuſſ.*
4 *& l. iij. §. vlt. de tranſ. infrà. Bar. & Iaſ. hic.*
5 *Iaſ. Ale. Paul. de Caſ. hic.*
6 *in l. ſi vrbana. infrà de cond. ind.*
7 *l. facta. §. ſi hæres. ad Trebell.*
8 *in l. ſi cum emptore. ſupra eodem.*
9 *in l. ſi tibi decem. §. ſi pactus. ſupra eodem.*
10 *in § filiusfa.*
11 *vt hîc. & l. j. C. eo.*
12 *l. ſi ita ſcriptum. §. i. de leg. ii. & l. is qui hæres. de adq. hær.*
13 *l. j. de cur. bo. dand.*
14 *l. deli. §. diuerſum. infrà de nouat.*
15 *l. vlt. §. pe. ad Velleia.*
16 *d. l. vlt. §. pe.*
17 *l. qui libertinus. §. vlti. de oper. lib. infrà.*
18 *l. ſi deiuſſoris. infra eod.*
19 *l. duobus. §. 1. de iureiu.*
20 *l. & per. §. etſi. de acceptil. infrà.*
21 *l. idémque. §. vlt. mand. infrà.*
22 *l. idem. ſupra eo.*
23 *l. nemo. infrà pro ſoc. l. Sabinus. com. diuid.*
24 *l. ſi duo. de arbi. infrà. Bart. Iaſ. Ang. hic.*
25 *l. duobus. in princip. infrà de iureiur.*
26 *in l. ſi rem. §. ſi duo. infrà de nouat.*
27 *§. ſi cum reo.*
28 *facit l. ſtipulatio iſta. §. alteri. infrà de verb. obligatio.*

eſſe contenderet propter amicitiam aut conſanguinitatem [1].

§.Pactvs ne peteret. Pactum ipſo iure naturalem obligationem tollit [2], & ciuilem elidit, hoc eſt (vt veteres magiſtri interpretantur [3]) infirmat & debilitat, non autem tollit, quod illis in mentem venit: quia hîc dicitur de eo qui pactus erat ne peteret, poſteà iterum pactus eſt vt petat, in qua ſpecie ſi per primum pactum ciuilis fuiſſet omnino extincta, fruſtra quæreretur an per ſecundum pactum de petendo, reuiuiſcat, cùm ea quæ extincta ſunt, non ſoleant reuiuiſcere [4]. Sed verior eſt, mea ſententia, Zaſij [5] & Coraſij [6] opinio, exiſtimantium ex proprietate vocabuli, per pactum elidi ciuilem obligationem, hoc eſt, omnino tolli: nam elidere infringere eſt, vt multis exemplis comprobat idem Zaſius. Tollitur igitur per pactum obligatio ciuilis, non ipſo iure, ſed ſi opponatur: nam in pactis factum verſatur, vt hîc dicitur, hoc eſt, facto & allegatione hominis pacta indigent: at ſtipulationes ipſo iure effectum habent. Vt autem hunc textum intelligas, animaduerte per primum pactum de non petendo non eſſe peremptam ciuilem obligationem, quia actor non egit, nec ex pacto fuit exceptum: nos autem dicimus per pactum non tolli ciuilem, niſi facto & allegatione hominis pacti exceptio proponatur. Cùm ergo in hoc textu reſtet ciuilis, nihil proponitur quominus illa agi non poſſit, ſi ſecundum pactum intercedat vt peti poſſit, prius enim pactum per poſterius eliditur. Et hæc eſt, ni fallor, vera ſententia huius reſponſi, quam Zaſius & poſt eum Coraſius multis verbis ſunt complexi [7]. Nec verò eſt contrarium illud [8] quod gloſſa citat, probabile ad hunc §. & ſi enim pactum tollat naturalem ipſo iure, vt dixi, non tamen neceſſe eſt, vt tollat primum pactum ipſo iure: & ſic accipe hunc §. ſecundum Azonem, Bartolum, Iaſonem & omnes, quod tamen vltimum non eſt perpetuum: nec enim obtinet in actionibus ex delicto, quæ ipſo iure tolluntur [9]. Idem ſi fieret pactum ei qui dat tutus exceptione [10]: idem ſi ex continenti [11], vel ſi in contractibus qui nudo conſenſu contrahuntur, fieret [12]. Vide alios caſus per Iaſonem. Quòd autem in ver ſi. *illud* dicitur, dolum futurum non poſſe remitti, non habet locum in lata culpa [13], licet aliâs comparetur dolo [14]. tamen in pactis dotalibus propter vtilitatem nubentium, nec de dolo, nec de culpa futura, pactio inita valet [15]. Et vide quod poſui in l. conueniri. infrà de pact. dot.

Effectus pacti. Elidere.

Intellectus §.

Pactum tollit naturalem.

Pacti de dolo futuro aut de lata culpa an valeat.

§.Ante omnia. Pertinet ad ea quæ dicuntur in §. pactorum. l. iuriſgent. ſupra eodem. & per hunc textum dicitur inſtrumenta quæ moribus gentium executionem paratam habent nulla exceptione refragante, non tamen executionem habere in tertium, nec fauore tertij [16]. Sic quod vulgo apud nos dicitur præfecto vrbi Pariſienſi ius eſſe de iis rebus quæ ſub eius ſigillo tranſiguntur cognoſcendi: à paciſcentibus & eorum hæredibus ad tertios poſſeſſores perduci non debere cvr. Pariſienſis cenſuit [17].

Pacta perſonas non egrediuntur.

§. Si cvm mihi. Minor ſumma maiori ineſt [18]. Hinc profectum eſt quod alibi Bartolus [19] docet, vt is vnde centum petuntur cum quinquaginta deberet negans debitum, videatur & quinquaginta inficiari: quade cauſa & damno

Minus ineſt maiori.

1 glo. in l. ſi deiuſſoris. & ibi Alex. ſupra eod. per tex. in l. ſi verò. de pact. dot.
2 l. Stichum. §. naturalis. de ſol. infrà.
3 Bar. Bal. Paul. & alij l. iuriſg. §. quinimo. ſupra eod.
4 l. qui res. §. aream. de ſolut.
5 lib. j. fine. reſp. cap. v.
6 lib. ij. Miſcel. ca. xvi.
7 lib. j. fine. reſp. & lib. ij. Miſcell.
8 de l. Stichum. §. naturalis. de ſolutio.
9 l. ſi tibi. §. quædam. ſupra eo. & infra ea. l. §. idem.
10 Bal. in l. legitima. ſupra eodem.
11 l. neg. geſti. §. ſi tibi. infrà de reb. cred.
12 l. ab emptione. & Bart. ibi, infra eodem.
13 l. ſi vt certo. §. interdũ. comm. l. contractus. de reg. iur. Iaſ. hic.
14 l. quod Nerua. depo.
15 l. conueniri. & l. Pomponius. infrà de pact. conuen.
16 facit tex in c. ſuper eo. & ibi Dec. de of. deleg. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. prætor. ſupra eo. Imolen. in l. vlt. à quib. appell non licet.
17 iij. Id. Martij, an. 1549.
18 vt hîc & l. ij. §. ſi ſtipulanti. de verb. oblig.
19 in d. §. ſi ſtipulanti.

damno expenſarum pro inficiatione multabitur, quòd innumeris CVRIAE Pariſienſis authoritatibus comprobatum eſt. Sed hoc aliâs [1]. Quòd autem pertinet ad id quod infrà ſequitur [2] nota ſublata vna parte alternatiuæ per pactum, tolli & aliam partem [3]. Nec verò referre poteſt ad quem electio alternatiuæ pertineat, vt hîc glo. notat. At ſublata vna ſpecie ex genere, reliquæ ſpecies peti poſſunt, vt hîc: quod tamen in pacto intellectum habet: in acceptilatione verò quæ ſolutionis vim habet [4], & repudiatione contrà dicitur [5].

Si non valet quod ago eo modo quo agitur, valet vt poteſt.

§. SI ACCEPTILATIO. Alciatus [6] in eo canone: Si non valet quod ago eo modo quo agitur, valeat vt poteſt, ita rem temperandam eſſe putat: vt primùm generale eſſe exiſtimet illud, ſi non valet quod ago, valeat vt poteſt. nam ea interpretatio plerunque eſt capienda, quæ pro actu facit [7]. Si tamen aliqua coniectura eſſe poteſt conſenſum nō interueniſſe, & non id actum à contrahentibus, omnimodo erit actus inutilis: vt in tranſactione dicitur, quæ ſi nulla eſt, non tamen valebit vt pactum [8]. Non enim aliquis donare præſumitur [9]. Sic qui inutiliter ſtipulationem concepit, non poterit eam ad conſtitutum trahere [10]: non enim præſumitur ſe obligare velle pars diuerſa. Sed hoc labefactatur per id quod in materia ſeruitutum relatum eſt [11], eum qui viam conſtituit in loco tam anguſto, vt viæ ſeruitus exerceri non poſsit, obligari nihilominus ad iter quod minus eſt. Itaque vides periculoſum eſſe aliquid in iure generaliter velle concludere. Sed vide quod poſui in l. ſi tam anguſti. de ſeruit. vbi hunc tex. explicamus.

Tranſactio nulla non valet vt pactum.

CONTRA IVRIS. L. XXVIII.

HVNC tex. allegat Bal. [12] in hoc, vt ſtatuta quæ prohibent mulieres aut alios contrahere ſine conſenſu conſanguineorum intelligātur, niſi vtiliter & ex re ſua cōtraherent [13]. Sic poſsis tueri glo. [14] quæ voluit eccleſiam contrahere ad compendium ſuum ſine ſolennitate canonica: quod tamen ipſum non eſt expeditum: nam communis opinio contraria eſt: neque enim minor aut eccleſia alienare poſſunt, etiam ſi in rem eorum ſit [15]. Sed hæc fortaſſe quæri nihil intereſt cùm minor aut eccleſia contra hos contractus ſibi vtiles cognitionem non ſint impetraturi, nec id etiam aduerſæ parti cōpetat, vt alterius priuilegio contra priuilegiarium vtatur [16].

An minor & eccleſia vtiliter alienent ſine decreto, cùm cōtractus illis ſauet.

AVVS NEPTIS. L XXXIII.

Filia renuntians hæreditati patris.

NOT. glo. quæ dat duas limitationes ad leg. vnde ſi filia cùm nuptum elocaretur vni, fratri fecerit pactum de non ſuccedendo, & pater poſtea alios filios ſuſcipiat, quos ſimul cum illo fratre inſtituat, illud pactum non proderit illis, Ang. & Iaſ. hîc. Sic filia renuncians bonis paternis, admittitur nihilominus ad bona fratrum decedentium [17]: quibus & continebuntur ea bona, quæ fratres à patre habuerint [18].

TRES FRATRES. L. XXXV.

Soror venit appellatione fratris

Dolus an generali remiſſione teneatur.

PRIMVM hîc vides appellatione fratris, ſororem venire [19]: quod fallit multis modis vt hîc per Iaſ. Item in generali remiſsione non continetur dolus, & quod fraude actum eſt: quia id non cogitaſſe dicuntur partes, aliâs veniret [20]: quòd ſi dolus abfuiſſet, res quæ bona fide remanſit penes

1 *d. §. ſi ſtipulanti.*
2 *§. ſed ſi ſtipulatus.*
3 *l. non ſolū. §. j. de li. leg.*
4 *l. & per iuſiurandū d. §. ſi is. de accept. infrà.*
5 *l. homine. de opt. leg.*
6 *lib. j. parad. ca. vj.*
7 *l. quoties. de reb. dub. infrà.*
8 *l. ſi pro cauſſa. de trāſ. l. iij. de repud. hær. Bar. in l. j. de tranſ.*
9 *l. cū de indebito. de prob.*
10 *l. j. §. eum. de cōſt. pec.*
11 *l. ſi tam anguſti. de ſeruit.*
12 *in l. neque. de cont. & com. ſtit.*
13 *ſa. gl. no. in c. quecunque in verb. interdicta. de bon qua lib. C.*
14 *l cùm hi. §. eam trāſactionem. de tranſ.*
15 *vide Iaſ. in d. l. cùm hi. §. eam.*
16 *l. ſi index. infrà. de mi norib.*
17 *per l. ij. §. illud. de hær. vel act. vend. Guid. pap. q. cxcij. in fi.*
18 *l. ſi is qui. infrà. de vulg. & pupil. l. qui Titij. de iis quib. vt ind.*
19 *l. Lucius. infrà. fam. erc. cum ſimil.*
20 *l. Pomponius. infrà. de neg. geſt. l. ſi vnus. §. illud. ſuprà. eod.*

vnum, à cæteris non reuocabitur [1].

SI CVM FVNDVM. L. XXXVI.

Contractus innominatus an habeat pœnitentiam.

QVOD dicitur in contractibus innominatis locum eſſe pœnitentiæ [2], toties verum eſt quoties contractus eſt vltrò & citrò obligatorius: ſin autem accipientis aut mãdatarij tantùm contractus fiat, pœnitentia ceſſat per hunc text. ſecund. glo. & Iaſ. At mandatum factum gratia mandantis reuocari poteſt [3].

IMPERATORES. L. XXXVII.

Adminiſtratores an remittant debita.

ADMINISTRATORES nõ remittũt debitũ Reip. manifeſtum. Ex quo deſcendit quod Bar. retulit [4], tutorem non poſſe apponere pactum in contractu vt credatur partis iuramento, quia donatio eſt. Sed ſi obſcurum eſſet debitum, de eo poſſunt paciſci & tranſigere [5]: item & compromiſſum facere, licet ex illo actu poſſet ciuitati periculum afferri [6]: item facere confeſsionem de recepto [7]. Quod in procuratore priuati dici non poteſt [8]. Sed & illud conſtitit præfectos & adminiſtratores nocere negligendo, & patiendo labi tempus [9]. Sic vnus ex ſociis non acquirit ſeruitutem prædio communi per pactum [10]: ſed præſcribẽdo poteſt [11]. Et an qui contraxit cum illis, teneatur probare verſum in rem ciuitatis vel eccleſiæ, not. in l. ciuitas. ſi cert. pet.

Negligẽtia adminiſtratorum nocet corpori.

VETERIBVS. L. XXXIX.

In dubiis pro quo interpretatio facienda ſit.

INTERPRETATIO debet fieri contra eum pro quo ſermo prolatus eſt, ex quo euenit vt interdũ pro emptore cõtra venditorẽ [12]: interdũ pro venditore cõtra emptorem interpretatio recipiatur [13]. Et hoc ratione nõ caret, qui enim aliquid pro ſe allegat, id probare debet [14]: quòd ſi probatio non concludat, eam interpretationem accipimus quæ probanti nocet [15]: eóque maximè quòd probatio dubia non releuet, nec aliquid momenti ad fidem afferat [16], & hæc in contractibus rectiſsime dicuntur: in iudiciis autem quod obſeruari debeat diximus in l. de die. ſuprà qui ſatiſ. cog.

TALE PACTVM. L. XL.

Confeſsio ſine cauſſa ad liberationẽ valet.

CONFESSIO etiam ſine cauſa & extra iudicium valet, ſi ad liberandum pertinet, vt hîc: requiritur tamen præſentia partis cui liberatio profutura eſt [17]: vel ſaltem nuntius expreſsim ei rei dictus [18]. Sed & illud additur vt publica perſona eiuſmodi confeſsionem abſenti poſsit recipere [19]: confeſsio autem ſine cauſa, quæ ad obligandum expoſita eſt, nullam vim habet [20]. Planè ſi iuramentum habeat, vtilis erit, & confirmabitur. Sicut enim dicimus in ſententia cauſam non ſpectari [21], ita nec in iuramento quod ſententiæ vim habet: obtentum eſt enim valere aſſeuerationem partis iurantis rem eſſe ſuam, licet non addat cauſam [22]: quamuis in teſte contrà [23]. Quæſitum quoque eſt an inſtrumentum ſine cauſa valeat: dubitationem auget, quòd ſigillum pro cauſa videatur fungi: ſed tamen melius eſt vt non valeat: quod Imol. probat [24], & à CVRIA Pariſiẽſi iudicatum eſt [25]. Et ad reſponſum quod ſequitur [26] Bart. hunc affert intellectum quem omnes ferè mirabiliter extollunt, vt pactum de parendo ſententiæ ſi tranſactioni nõ ſtetur, habeat executionem ſicut ſen-

Confeſsio ſine cauſa ad obligandum.

Cauſa in iuramẽto & ſententia non requiritur.

Inſtrumẽtum ſine cauſa an valeat.

Pactum de parendo ſententiæ executionem habet ſicut ſententia.

1 l. ſub prætextu. de trãſ. C. ſecund. Fulg. Pau. & Iaſ. hîc.
2 l. ſi pecuniam. de cond. cau. cau. dat. vbi noto infrà.
3 l. ſi cùm Cornelius. de ſol. & Bar. hîc.
4 in l. iuriſiurãdi gratiã. de iureiur.
5 l. præſes. de tranſ. C. no. in l. item magiſtri. ſuprà. eo.
6 Alex. in l. de fideicõmiſſo. de trãſ. C. Iaſ. hîc.
7 l. ij. §. vlti. de quadr. præſ. l. ne caſu. de diſcuſſori. lib. x. C.
8 l. non abſtulit. de nouat. C.
9 c. de quarta. de præſcr. & tex. in glo. alleg. hîc.
10 l. ſi vnus. de ſerui. ruſt. l. propriũ. in fi. Comm. præd.
11 l. ſi inter te & me. & ibi glo. Bar. & Paul. de ſeruit. vrb.
12 vt hîc. & l. ſi arborem. §. vlt. infrà. de ſerui. vrb. l. Labeo. & l. cùm in lege. de contr. emp.
13 l. ſi in emptione de cõt. empt. infrà.
14 l. actor. de prob. C.
15 glo. in c. in præſentia. de prob.
16 l. non hoc. vnde legit. C.
17 glo. in l. illud. de ſacroſ. eccleſ.
18 l. ij de act. & oblig. & ibi gl. & Bar. & l. j. de cõt. emp. l. publia. §. vl. depo. infrà.
19 l. non aliter. de adop. & ibi Bart.
20 cùm de indebito. §. vlt. de prob. infrà. c. ſi cautio. de fid. inſtr. & ibi Pano.
21 c. ſicut. de re iud. ext.
22 l. nã poſteà. §. vlt. de iureiur. & ibi Iaſ.
23 Innoc. & omnes. in c. cum cauſam. de teſtib. l. ſolam. & ibi. Bar. de teſtib. C.
24 in l. vlt. à quib. app. licet vel non.
25 Die xiij. febr. anno. 1511.
26 in §. qui prouocauit.

tentia: cæteris autem conuentionibus vix eſt, vt executio inſit [1]: quod & alibi diximus [2]. In cauſa autẽ appellationis vter iudex ſententiam exequi debeat, dicemus in l. furti. de iis qui not. infam.

1 *l. i. de exe. rei iudic. C.*
2 *l. ſed etſi. §. vlt. de iniur.*

Receptione partis diuiſio debiti non inducitur.

§. POST DIVISIONEM. Qui ab vno recipit, non ſibi eo actu nocet, quin in reliquos qui eiuſdem obligationis tenebantur, ad reſiduum agere poſsit inſolidum, vt hîc [3]: niſi expreſſè eos conuenerit pro parte, & pro parte recepiſſet, tunc enim inducitur diuiſio [4]. At per ſolam receptionem partis, nõ creditur induci diuiſio [5]. quod & Cæpola multis probat [6]. Adde eum qui litem conteſtatur cum emptore hæreditatis, videri tacite paciſci ne in hæredem amplius agat [7]. Quòd autem hîc ad finẽ legis dicitur [8], pertinet ad ea quæ notãtur in l. ſi tibi. §. cùm poſſeſſor. ſuprà, eod. Et nota ex eo, quod diſpoſitio collata in aliquem proſpectu qualitatis, ad eos refertur ad quos qualitas trãſit. Iaſ. & Paul. de caſtr. Prætereà & hic tex. à Bar. allegatur, vt qui in actibus inter viuos aliquẽ hæredem appellat, in eum videatur iudicium extremum conferre: quod in pia cauſa receptum eſt [9], & inter liberos [10], & in milite [11]. In cæteris periculoſa eſt illa ſententia, quòd ea quodammodo ſolennitatem teſtamentorum labefactare videatur. vide Iaſ. hîc.

Qui inter viuos hæredem nominat uidetur inſtituere.

3 *& l. reos. de fideiuſſ. C.*
4 *l. ſi creditores. de pact. C.*
5 *l. ſi ex toto. § i. de leg. i.*
6 *caut. 324.*
7 *l. ij. de pact. C.*
8 *§. pater. qui detem.*
9 *c. vlt. & ibi Pano. & cæt. de ſucc. ab inteſt.*
10 *l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. l. vlt. fam. erc. C.*
11 *l. licet. de pact. C.*

INTER DEBITOREM. L. XLII.

Poſſeſſor ſoluendis tributis alligatur.

NOTA creditorem teneri ad tributa rei pignoratæ [12]: & vide hîc glo. In ſimili pactum inter hæredes debitoris non nocet creditoribus, quin ſingulos hęredes cõueniant [13], tamen inter paciſcentes ſeruabitur [14]. Cui probè quæſtio applicari poteſt, Apud Titium in creditum eo numeratis centum, poſtea vxorem ducit, qua in domum traducta moritur: ſi in ciuitate obtinet ſtatutum vel conſuetudo, vt debita ſint communia inter virũ & vxorẽ, vt Lutetię, an contra hęredes Titij habeam actionem ex mutuo pro parte tantùm, & pro reliqua in vxorem illius: an verò inſolidum hæredes teneantur: quod magis placuit. neque enim contractu matrimonij actionem potuit diuidere. Et hoc decreto CVRIAE Pariſienſis cautum eſt [15]. Item à quo debeant pendi decimæ & tributa, an à domino, an à colono infrà dicetur [16].

Quæſtio.

Tributa qui inferat.

12 *ſa. l. in ſumma. de pig. C.*
13 *l. pacto ſucceſſorum. C. eo. l. licet. C. fami. erciſ.*
14 *doct. in d. l. pacto. tex. in l. epiſtola. §. pactum. infrà. eod.*
15 *die xxij. Iunij. anno 1532.*
16 *in l. hactenus. infrà. de vſufr.*

DIVISIONIS. L. XLV.

IN ſententiam legis huius faciunt quæ not. in l. iuriſgentium. ad prin. ſuprà. eod.

PACTVM. L. XLVI.

Defenſioni ſuæ nemo renuntiare poteſt.

GLO. hîc enumerat multos caſus quibus iuri ſuo quis nõ poteſt renuntiare: inter quos aduerte ad vnum, qui omnium ferme teſtimonio nobilitatus eſt, dum vult in criminalibus quem non poſſe renuntiare defenſionibus ſuis [17], nec dilationibus [18], niſi eſſet repertus in flagranti crimine [19]. Similia perſequere hîc per Iaſonem.

17 *l. non tantùm. de app. l. l. iij. & iij. de lib. cauſ.*
18 *Bar. in l. cuſtodias. de pub. iud.*
19 *glo. in l. ictus fuſtium. de iis qui no.*

EMPTOR PRAEDII. L. XLVII

Pactum ſtipulatione vallatum.

NOTA pactum ſtipulatione firmatum per pactum nu-

De tranſactionibus.

QVI TRANSIGIT. L. I.

Tranſactio ſuper dubio, pactum ſuper certo.

EX hac l. differentia lata eſt inter pactum & tranſactionem. ideóque dic tranſactionem ſuper certo no valere, ne vt pactum quidem [1]. Vt & ſuprà noto in l. ſi vnus. §. ſi acceptilatio. ſuprà. tit. j. At ſuper certo vt re iudicata, pactum receptum eſt [2]. Ex his infer, quòd quoties ex ſtatuto iubetur quis in cauſa compromittere, vel (vt noſtri loquuntur) finire eam per expediens, non ad id teneretur eo caſu, quo certa & liquida res eſt, vt cùm eſt inſtrumentum habens executionem paratam [3]: compromiſſum enim pro tranſactione eſt [4]. Iam verò veterum ſententia nobis videtur eſſe retinenda, quæ pactum ſpecialiter dici voluit pro conuentione gratuita, cui opinioni & lectio pandectarum Florentiæ ſuffragatur, cum hac punctorum ratione, in his verbis, *Qui verò paciſcitur, donationis cauſa rem certam & indubitatam liberalitate remittit*: quamquam & alia punctorum ratio Duareno placuerit [5].

Pactio donationis cauſa inſtituta.

TRANSACTVM. L. II.

Tranſactio fit per pactum.

TRANSACTIO per pactum fit, quo caſu ſi nõ obſeruas tranſactionem, poſſum ego agere prima actione, & excipiente te de tranſacto, replicabo de dolo [6]. Fit & per Aquilianam ſtipulationem, qua extingitur prima actio ipſo iure [7], nec vnquam reuiuiſcit [8]: & tunc agetur de dolo, vel condictione ob cauſam [9].

Et aquilianam ſtipulationem.

IMPERATORES. L. III.

Scriptus an legitimus hæres conueniendus ſit.

SI legitimus cum ſcripto hærede iure contendit, teſtamentum irritandum, facta tranſactione ſemper conuenitur ſcriptus, vt hîc: ſinautem dicit irritum vel nullum, & placuit tranſactione terminari negotium, data re certa legitimo, ferè eſt vt ſcriptus conueniri debeat [10], non idem ſi datur quota, nam quilibet pro illa quota conuenietur à creditoribus [11]: legatarij verò ſcriptum ſemper conuenire debent, vt hîc niſi eſſet repetitio legatorum facta ab inteſtato [12]. Ac ſi ab aliquo tanquam indigno aufertur hæreditas, ille omnino à legatariis & debitoribus eximitur, & tenetur qui aufert [13]. Et quod dixi aliquando conueniri legitimum & ſcriptum ſimul, intellige ſpeciale hîc ob incertum ſucceſsionis: aliâs enim ſemper ſcriptus conuenitur. [14].

An eorum quę vel teſtamento vel codicillis continentur, præſumatur ignorantia.

§. CVM TRANSACTIO. Ex hoc tex. nota, ſemper quẽ præſumi ignorare quæ cõtinentur codicillis [15]: quæ verò in teſtamẽto ſunt ſcripta, extranei præſumũtur ſcire, at ſui & neceſſarij minimè [16]. Et ſic filij diuidentes hæreditatem præſumuntur ignorare contenta in teſtamento, cùm lex eos hæredes faciat [17]: ideo nec cenſentur remittere fideicõmiſſum à patre iniunctum [18]. Quod autem vltimo legis reſponſo dicitur, pertinet ad poſita in l. ſi tibi. de pact.

AQVILIANA. L. IIII.

Generalis remiſsio captioſa.

IN hãc ſentẽtiã vide quæ notãt. in l. ij. ſupra eo. Et quod hîc appellat generalẽ remiſsionẽ, captioſam inferũt doct. creditorẽ nõ cogi emittere debitori liberationẽ generalẽ [19], nec ar-

h

1 tex. eſt. in l. iij. de repud. har. C. l. ſi cauſſa cognita. C. de tranſ. Bar. hîc poſt. glo.

2 l. iuriſc. §. ſi paciſcar. & ibi. Iaſ. ſuprà. tit. j.

3 l. eleganter. & ibi Bar. de cond. indeb. vbi vide Iaſ.

4 Auth. ſi contigerit. & doct. de iud. C.

5 in l. j. § conuentionis. de pact.

6 l. ſiue apud acta. & l. cùm proponas. C. eo.

7 l. vt reſpõſum. & l. cùm mota. C. eo.

8 l. qui res. §. arcam. de ſol.

9 l. ſi quis accepto. de cõd. ob caſſ. Iaſ.

10 l. ſi legatus. §. nullum. Ad Treb.

11 l. controuerſia. infra. eo.

12 Bar. in d. l. cõtrouerſia.

13 l. cancellauerat de iis. quæ in teſt. del.

14 tot. tit. de har. vend. l. pacto. de pact. C. Iaſon in l. controuerſia. infrà. eod.

15 fa l. non eſt. infrà. eod. Bar. in l. eius. iiij. col. de reb. cred. infrà

16 l. eius. §. poſt aditam. & ibi Bar. Iaſ. de reb. cred.

17 l. quæſitũ. de adq. hær. l. in ſuis. de lib. & poſth.

18 per ea quæ ponuntur in l. qui Romæ. §. fin. de verb. oblig. Iaſ. in l. eius. verſ. quod ſi ſtipulatus. infrà. ſi cert. pet.

19 tex. eſt in l. iij. § j. de contr. et vtil. act. infrà. Bar. & Iaſ. hîc.

biter cogere poterit partē ad liberationē tā generalē & vagā.

De iis controverſiis. L. vi.

TRANSACTIO non poteſt fieri ſuper teſtamento niſi viſo teſtamento, vt hîc: ſic nec electio, niſi rebus inſpectis quæ eligendæ ſunt [1]: quod & in ſententia locū habere manifeſtum eſt [2], vt nō viſo teſtamento ſententia recitata, ſit inutilis licet aliud ſenſerit glo. & Bar. [3] idem in compromiſſo: cōpromiſſum enim tranſactio eſt [4]. Et hic tex efficit, filiam renunciantem hæreditati propter dotem quam accipit, renuntiatione non obligari niſi viderit teſtamentum [5]: vel ſaltem ſciat quod teſtamento continetur [6]. Sic & CVRIA Pariſiēſis tranſactionem reſcindi debere iudicauit, quæ poſt placitum CVRIAE & non prolatum facta eſſet [7]. Quod autem Iaſ. hîc exiſtimat hanc legē locū tantùm habere, cū tranſactio ſit cum legatariis, valereq; tranſactionem cum debitoribus & creditoribus initam non cognitis verbis teſtamenti: vix eſt vt credam. Si enim ex ignorantia eorum quæ teſtamento cōtinentur, decipi potuit qui tranſegit, ferè eſt vt trāſactio infirmari debeat: eadem enim ratio eſt. quòd ſi nihil tale proponitur, opinioni Iaſonis poterit eſſe locus.

1 l. ſcipbi. de opt. leg. infrà.
2 l. 1. §. 1. quād. teſta. aper.
3 in l. iij. §. 1. ſuprà. eod.
4 doct. in Auth. ſi verò. de iud. C.
5 Bal. Ang. Alb. Iaſ. hîc.
6 l. ſciphi. & ibi Bart. de opt. leg.
7 Die xxvij. Nouemb. anno 1524.

Tranſactio nō inſpectis tabulis valeat necne.

Filia renuntians hæreditati non viſo teſtamento nō obligatur.

Cvm ii qvibvs. L. viii.

QVOD dicitur hîc, tranſigi non poſſe ſuper alimentis, non habet locum in præteritis [8]: in quibus & omnia alia alimentorum priuilegia ceſſant [9]. Sed ego didici hoc non eſſe perpetuum. Nam vt in alimentis futuris decernēdis iudex ante plenam negotij cognitionem ſummatim decernere poteſt interim alimenta præſtari [10]: idem certè obſeruabitur in alimentis præteritis, vt authoritate Pariſien. CVRIAE comprobatum eſt [11]. Et ſicut tranſactio, ita nec pactio in alimentis recepta eſt [12]. Cūmq; hęc prohibitio fauore priuati potiſsimùm fiat, per iuramentum aboletur, & valet tranſactio [13]. Sed quia de alimentis relictis Oratio D Marci loquitur, conſtat de alimentis, quæ ex contractu ſunt, tranſigi poſſe [14]. verbum enim relinquendi ad teſtamēta pertinet [15], quòd ſi bonorum vniuerſitati adiciatur, inſtitutionem deſignat [16]. Cur autem potius de alimentis ex teſtamento debitis tranſactio facta non valeat, quàm ex cōtractu, vide Duarenum in diſput. anniuerſ. [17]

§. Eam transactionem. Pertinet ad id quod no. in l. contra. ſupra. ti. j. vbi vide nonnulla quę ad quæſtionem gl. huius pertinent.

§. Vvlt igitvr. Notat gloſ. & omnes ex hoc §. teſtem debere rationem dicti ſui ex continenti dicere, aliâs fidem perdit [18]: niſi deponat in iis quæ iuris ſunt [19]: idem eſt ſi de negatiua, negligētia putà aut mora interrogaretur [20]: vel ſuper eo quod intereſt [21]. Sed & hic efficitur eum qui alimenta habere debet nō teneri in domo hæredis moram facere: vbicunque enim ſit alimenta capiet, ſed agnoſcet expenſas quæ in re ferēda fient [22]. Quòd autem pertinet ad §. *Si vni pluribùſve.* nota vt in alienatione ita & in diuiſione fundi ad alimenta dati Prætorem adeundum eſſe. Diuiſio enim alienatio quædam eſt, ex quo proficiſcitur quod dici ſolet, pupillum ad diuiſi

8 l. de alimētis. C. de trāſ.
9 ſecūd. Iaſ. & Alb. hîc.
10 l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. de lib. agno.
11 Die xvj. Decemb. anno. 1522.
12 gloſ. & omnes præter Fulg.
13 per reg. poſitam. in c. cū contingat. de iureiur. Bar. in l. Seius. Ad l. Fal. licet hîc contrà teneat.
14 §. planè. infrà. ead. l.
15 l. verbum relinquendi. de verb. ſig.
16 glo. & Pano. in c. Raynutius. de teſtam.
17 cap. xliiij. lib. j.
18 glo. & Bar. in l. ſolam. de teſtib. c. cùm cauſam. de teſtib. ext.
19 doct. in d. c. cauſam. & l. ornamentorum. & ibi Bar. de auro et arg. leg.
20 ſecund. Bal. hîc & in d. l. ſolam.
21 Bal. in l. vna. de ſemēt. quæ pro eo quod int. & Iaſ. hîc.
22 vt hic tex. ſecund. glo. & Iaſ.

Alimentis præteritis nulla debentur priuilegia.

Verbum relinquo.

Teſtis cauſam reddere debet.

Alimentarius non tenetur cum hærede morari.

Diuiſio alienatio eſt.

Minor Eccleſia & emphyteuta an diuidant.

uiſionem prouocare non poſſe [1], quod ad eccleſiam perducitur, quæ diuiſionem facere non poteſt, niſi vtilitas aut neceſſitas diuiſionis proponeretur [2]. Planè in pluribus emphyteutis vſurpatum eſt, vt domino non conſulto diuidere inter ſeſe poſsint [3], quòd & aliâs annotauimus [4]. Et ex eo quod infrà ſequitur [5], manifeſtum eſt, omiſsionem ſolennitatis quæ ad ſubſtantiam actus pertinet, actum inutilem efficere. Plus etiam dicitur iis legibus quæ ſolennitatem in actibus hominum inducunt, renuntiari non poſſe [6], ſi tamen eſſet modica ſolennitas eius omiſsio nihil nocet [7].

Solennitatibus non renunciatur.

§. SI IN ANNOS. Eleganter ex hoc tex. definiri poteſt, omnia priuilegia, quæ alimentorum cauſæ iure & legibus cõceſſa ſunt, ceſſare ſi diuiti alimenta præſtari iubeãtur. ſic quod dicitur præſtationem alimentorum ex teſtamento factam per triennium, in futurum inducere obligationem [8], ceſſat ſi diuiti alimenta eſſent legata [9], neque enim legatum alimentorum diuiti factum inter pias cauſas numeratur [10]: ideóque de eo falcidia deduci debet, quæ tamen legatis piis imponi non ſolet [11].

Alimenta diuiti relicta nõ ſunt pia.

1 l. ſi pupillorum. de reb. cor. infrà. l. inter omnes. de præd. & aliis reb. C.
2 l. iubemus. ij. & ibi glo. Bar. & Bal. de ſacr. eccl. C.
3 l. voluntas. de fideic. c. imperialem. §. præterea. de prob. feud. alien. per Feder.
4 l. item prædia. fam. erciſc.
5 §. ſi præter.
6 l. nemo poteſt. de leg. j.
7 l. j. §. vl. de vent. inſp.
8 l. j. C. de fideic.
9 Bar. in d. l. j. per hunc tex.
10 Pan. in Rub. de teſtam.
11 Auth. ſimiliter. ad l. falc. C.

QVI CVM TVTORIBVS. L. VIII.

Pactum in dubio ius futurũ non comprehendit.

QVI iubetur per teſtatorem eſſe contentus certa re, nec quicquam aliud petere, ius tamen futurum quod tunc non competijt, poterit poſteà petere [12]: idem ſi per diuiſionem & tranſactionem id conueniat, vt hîc: nec mutat l. qui Romæ. §. vlt. de verb. oblig. quia ibi malè fuit iudicatum ſecund. omnes. Ideo ſi frater cum fratre paciſcitur, & refutat ea omnia quæ habet vel habere ſperat, poterit nihilominus ad ſucceſsionem nouo iure venientem vocari, & ad id quod in pœnam fratris, lege vel ſtatuto ſibi defertur. Iaſ. hîc & Bar. [13].

12 l. Paulo. §. j. de leg. iij.
13 & in l. poſt emancipationem. de liber. leg. ſac. l. amiciſsimos. de exe. tu.

POST REM IVDICATAM. L. XI.

Quando de re iudicata tranſigatur.

DE re iudicata non tranſigitur, nec compromittitur [14], niſi ſententia diceretur nulla, vel niſi dubitetur an ſit iudicatum, vt hîc, vel ſi appellatum ſit, aut appellari poſsit [15]: cùm enim appellatio ſit ius commune, non dicitur res certa & iudicata, quandiu poteſt appellari: ſi autem deſiit appellari poſſe licet reſtitutio poſsit impetrari, non tamen poſſet tranſigi: cùm ea quæ contra ius ſunt, non conſyderentur [16]. Item ſuper re iudicata tranſigi poteſt iis caſibus, quibus contra ſententiam exceptiones admittuntur [17]: tunc enim fit dubia & incerta. Adde contra rem iudicatam non ſupplicari [18]: niſi ab iis quibus ex cauſa læſionis cognitio concedi ſolet, vt minoribus.

14 c. expoſita. de arb.
15 l. eleganter. infrà. de cõd. indeb.
16 l. iiij. §. j. de fideic. lib. Iaſ. in l. eleganter. & Alex. de cond. indeb.
17 vt in caſu l. j. de iur. & fac. ign. vbi dict.
18 l. ſi. ſent. reſc. nõ poſſ.

NVLLI PROCVRATORVM. L. XIII.

Procuratores & adminiſtratores an tranſigant.

TRANSACTIO inter alienationes numeratur. Ideo procuratores, tutores & adminiſtratores reliqui non poſſunt tranſigere, quando nomine illius tranſactionis aliquid eſt dandum [19]: ſecus ſi eſſet recipiendum ab eis: hoc enim caſu tranſigunt ſuper re etiam immobili [20]. Sic intelligunt. l. præſes. de tranſ. C. Sed hæc ſententia mihi nunquam placere potuit. Ideo vide quæ in eam rem ſuprà adſcripſimus [21].

19 vt hîc. et l. 2. de off. proc. Cæſ ſuprà.
20 Iaſ. hîc per gl. ſac. l. reſcriptum. §. vlt. cum l. ſeq. ſupra tit. 1.
21 l. item magiſtri. ſuprà de pact.

CONTROVERSIA. L. XIIII.

IN hanc ſententiam à nobis multa ſunt dicta in l.iij.ſupra eodem.

QVI FIDEM. L. XVI.

HAEC lex citatur pro limitatione ad l.Apud celſum. §. Labeo.de excep.dol.& l.prædia. infrà. de act.emp. vbi annotaui.Item clauſula hæc, *Rato manente pacto*, tantùm prodeſt implenti, non autem ei qui contra fecerit [1]. Item licet Bal.[2] voluerit hanc clauſulam in contractibus bonæ fidei tacitè intelligi [3], tamen ſi egerit quis vno remedio, ad aliud non habet regreſſum, niſi quatenus excedit [4]: ſecus ſi expreſsè adiecta eſſet per hunc tex. [5]

Clauſula, rato manente pacto.

VENDITOR. L. VLT.

HVC pertinent quæ not.in l.ſi cum emptore. ſuprà de pac.vbi hanc legem citaui.

1 *l.cùm pater. §.libertis. de leg.ij.& ibi Bar.glo. in l.ij.de iur.emphy.& hic.*
2 *in l.ſi pacto. iij. col. de pact.C.*
3 *per l.prædia.de act.emp.*
4 *d.l.prædia.l.dno.& l.ſi quis à ſocio.pro ſoc.*
5 *& l.cùm proponas. C. de tranſ.*

LIBER TERTIVS PANDECTARVM.

De poſtulando.

HVNC TITVLVM. L. I.

§. EVM QVI.

NOTA ſolum Principem & Senatum reſtituere famæ. Sic Papa reſtituit famæ [6]: quod tamen in collegio cardinalium Abbas non admittit [7]. Sic nec epiſcopus clericum damnatum poteſt reſtituere [8]: nec populus per ſtatutū famæ reſtituit, niſi infamia prius per eiuſdem populi ſtatutum eſſet contracta, vt Bar.hîc refert. Et quamquam hoc edicto multi poſtulare prohibentur, & præſertim ij qui infames ſunt, non tamen illi excuſabuntur ab oneribus, ne pœna ſit in lucro. Itaq; infamis tutor eſſe poteſt, & procurator [9]. Qui tamen inter reos de crimine delatus eſt, conſtante iudicio procurationem alterius non ſuſcipiet [10]: poſteà autem etiamſi damnatus fuerit, poterit [11]. Item infamis poteſt eſſe arbiter [12]: ſed non iudex [13]. at excommunicatus ab omnibus iſtis repellitur [14]. Nec verò mirū eſt id quod diximus infamē procurare poſſe: nam procuratoris officiū potius in onere quàm in honore eſt. Ex quo illud forſan deſcēdit, quod Guido pap. refert [15] eum qui procurator eſt ad lites aliorum, priuari nobilitate, ſi nobilis eſt [16].

Qui famæ reſtituant.

Infamis an poſtulet, tutelam gerat, aut procurator ſit.

Procurator perdit nobilitatem.

CVI EORVM §. AFFINITATES. L. III.

HVC pertinet glo.in l.ſed hoc ita, de re iud. Et hanc legem intelligit Bal.[17] in contractibus & actibus inter viuos: nam in teſtamentis etiam affinitates durant, mortuis iis qui affinitati cauſſam præſtiterant [18].

Affinitates an durent mortuis iis de quibus agitur.

QVOS PROHIBET. L. VII.

QVI lege arcentur ab actu aliquo ob bonū publicū, etiā volentibus aduerſariis nō admittuntur, per hūc tex. vt in excōmunica

Prohibitus ab actu ob fauorem publicum, à iudice etiam parte tacente repelli debet.

6 *c.cùm te.de re iud.ext.*
7 *in d.c.cùm te.*
8 *Bal.conſ.ccc.lib.iij.*
9 *§. vlt. de excep. Inſt. & Bar.hic.*
10 *l.reum.de proc.*
11 *Bar.in hac.l. §. hoc edicto.ſupra.*
12 *l.Pedius.infrà.de arb.*
13 *l.cùm prætor. infrà. de iud.*
14 *gl.et Bar.in d.Pedius.*
15 *q.lxxxix.in deciſ.*
16 *per tex.in l.ſi quis procurationem. de decur. lib.x. C.*
17 *in l.vlt.de verb.ſig. C.*
18 *d.l.vlt.*

municato proditum eſt [1]. Sic nec volente patrono libertus contra patronum teſtis erit [2]: nec volente eo matrimonium cum liberta valebit [3]. Item iudex poterit ex officio teſtes minus idoneos refutare, etiam tacente parte [4]. Qui autem repelluntur fauore priuati, conſentiente priuato admittuntur [5].

Ex ea cavsa. L. viiii.

Infamia ad omnia tribunalia extenditur.

INFAMIA contracta ex ſententia vnius iudicis, ligat apud omnia tribunalia, vt hîc. Ideo pulchrè retulit Bart. [6] priuatum ſemper audiri agentem contra notarium vel iudicem, vt ſibi edantur inſtrumenta vel acta, quibus quis vel excommunicatus vel infamis declaratus eſt [7]: nam ſententia excommunicationis ligat apud omnes [8]. Sic interdictio bonorum alicui facta, ad omnia bona & ad omnia tribunalia cenſetur eſſe facta, cùm perſonam afficiat [9]: quod nota.

Interdictio bonorũ bona vbiuis ſita cõtinet.

De iis qui notantur infamia.

Praetoris verba. L. i.

Duplex infamia.

DVPLEX ſtatuitur infamia: vna iuris, alia facti, quæ minor eſt prima: habet tamen duos effectus, quos vide in glo. hîc [10]. habet & tertium, vt à teſtimoio repellat [11]: quanquam hoc Duarenus nõ concedat [12]: Sed vide quod noto in l. ij. ſuprà de ſenat.

Qvod ait praetor. L. ii.

Ad infamiam cauſa inſeri ſententiæ debet.

LICET in ſententia iudex cauſam non teneatur exprimere [13], vt tamen quis dicatur infamiam contraxiſſe, debet inſeri, vt hîc [14]. At cùm iudex quem ex certa cauſa condemnat, non dicitur officio ſuo deeſſe, licet pœnam non adiiciat: quia pœnam lex irrogat [15].

Atlhetas. L. iiii.

Non ſat eſt conuictum eſſe, niſi ſententia ſequatur.

§. Calvmniator. Scitum eſt non dici quem calumniatorem etiam ſi ſit accuſatus & conuictus de calumnia, niſi ſit ſecuta ſententia. Sic confeſſus. quanquam pro conuicto habeatur, non tamen omnino punitur, niſi ſecuta ſententia [16]: quod & infrà annotatur [17]. Huc ſpectat quod innumeris cvriae Pariſienſis autoritatibus comprobatur, non eſſe ſatis eiuranti teſtẽ, vt is à teſtimonio dicendo repellatur, obiicere teſtem aliâs accuſatum fuiſſe & conuictum, niſi ſententia ſecuta probetur. Item ex fine legis, pactus de crimine pro condemnato habetur, & infamiam incurrit, vt hîc [18]: niſi quibus caſibus trãſigere permittitur [19]: vel cùm pactus eſt gratis [20]. Et habebitur pro condẽnato ipſo iure, quãtum ad infamiã, vt hac lege. Sed quãtũ ad cõdẽnationẽ & alias pœnas, requiritur ſentẽtia: quia perpetuũ eſt in criminali cauſa ſentẽtiã neceſſariã eſſe [21]. nam & bona hæreticorum licet ipſo iure in fiſcum committantur, non tamen capi poſſunt, niſi ſententia ſecuta [22].

Pactus de crimine an habeatur pro damnato.

Fvrti. L. vi.

In quibus appellatio ſentẽtiam ſuſpendat.

APPELLATIONE ſuſpenditur ſententia [23], & eius effectus: ideo ea pendente damnatus non eſt infamis, vt hîc [24]: nec quicquam nouari poteſt, niſi ex iis rebus quæ lite pendente in primo iudicio fieri potuerunt [25]. Item quoad bona in criminalibus [26]. Cætera officio iudicis reuocãtur [27]. Itẽ poſſeſſor victus qui appellauit, nihilominus poſ-

1 *c. exceptionem. de exce.*
2 *l. libertorum. & ibi gloſ. & Bal. de teſtib.*
3 *glo. in l. à diuo Pio. de rit. nup. & facit gloſ. in l. pactum. ſupra tit. i.*
4 *gloſ. in l. j. §. ſolent. de mag. conuen.*
5 *l. quoties. de fideic. lib. l. ſi quis in conſcribendo. de pact. C.*
6 *in l. j. §. diuus. de in. fiſ.*
7 *l. is apud quem. de edend. C.*
8 *Panor. in c. j. de treng. & pac.*
9 *Bar. in l. relegatorum. §. interdicere. de interd. & releg. in l. de quibus. in fi. ij. lect. de legib.*
10 *& in glo. l. nullam C. eo.*
11 *l. ij. de ſena. & Bar. hic.*
12 *c. xxvij. lib. ij. anniuerſ. quæſtio.*
13 *c. ſicut. de re iudi. l. milites. §. miſſionum. de re mil.*
14 *l. iij. §. vlt. cum l. ſeq. de ſuſp. tut. l. ſi præſes. de pœn. infrà.*
15 *l. j. §. j. ad Turp. & hac l. §. miles. l. ſi qua pœna. de verb. ſign.*
16 *l. ſi confeſſus. de cuſt. & exh. reo. infrà. Imo. in c. quærenti. de offic. deleg.*
17 *l. proinde. ij. infrà ad l. Aquil.*
18 *& l. vlt. de præuar.*
19 *l. tranſigere. de tranſa. C. & ibi Bal.*
20 *l. furti. infra eod.*
21 *l. eius qui delatorem. de iur. fiſ. Bal. in d. l. tranſigere. ad fin.*
22 *c. cùm ſecundum leges. de hær. lib. vi.*
23 *l. j. §. vlt. ad Turp.*
24 *& l. ſi quis filio. §. ſi autem. de iniuſt. rup. & l. qui à latronibus. §. j. de teſta. cum ſimil.*
25 *l. poſtquam. §. Imperator. vt leg. nom. cau.*
26 *l. vlt. ſi pend. app. mors.*
27 *l. chirographis. §. j. de adm. tut.*

ſeſſor eſt,& à ſatiſdando liberatur [1], Ideóque interim ad vacantem eccleſiam præſentabit, & conferet [2]. Item cùm appellatio deſeritur, remanet firma prima ſententia, & rata [3]. Ideo primus iudex poteſt ex officio procedere [4]. At deſerens,retrò infamis eſt, vt hîc: & ſententiam primam exequetur primus iudex [5]:& ex illa ſententia actio orietur. Cùm autem prima ſententia confirmatur à iudice appellationis,hodie notatur condemnatus,vt hîc:& ex ſententia confirmante actio naſcitur,non ex prima confirmata [6]:ideóque iudex appellationis exequetur ſententiam [7]:& cautiones interpoſitæ in primo iudicio, non tenentur in hoc extremo [8]. Item quòd gloſſa quærit,ſi pendente appellatione, quæ deſerta eſt, appellans teſtificetur,an valeat teſtimonium, reſpondet Bartolus poſt Gulielmum valere,contra gloſſam: nam teſtis conditio eo tempore inſpicitur, quo teſtimonium dicit [9], nec mutat quod hîc dicit textus retrò infamis eſt deſerens: quia multa quidem retro trahuntur, ſed nunquam ad damnum tertij [10].

Quis exequatur ſententiam confirmatam per appellationis iudicem.

Damnatus ſi appellet an cōſtante appellatione teſtificari poſsit.

§. Si quis alieno. Vt infamiam non incurras, per procuratorem litigandum eſt, vt hîc. Sic reus qui ex continenti accepto iudicio ſoluit,infamiam euitat [11].

Cautelæ ad infamiam euitandam.

1 l.pe.§.pe.qui ſatiſd.cog.
2 glo.in c.ex literis. de iure patron.
3 c.ſæpe.de appell.
4 c.conſtitutus. de appell.
5 l.vlt. §.illud. de temp. appell. C.
6 l.ſi quis priore.ad Treb.
7 auth. ſi quis litigantiū. de epiſ. aud.l. eos.de appell. C.l.ſale.§.1.ſuprà de pact. vbi vide Barto.
8 l.pe.iud.ſol.infrà.
9 l.ad teſtium §.1.de teſtament.
10 c.quamuis. de reſc. lib. 6.doct. in l. Gallus. §. & quid ſi.de liber. & poſthum.
11 l.ſi reus.infrà de proc.

Genero mortvo. L. viii.

TEMPVS præfinitum in odium negligentis, non currit ignoranti,ſed ſcienti [12]:Si autem in fauorem alterius, cedit ignoranti,vt hîc:ideo annus ille qui à iure [13], datus eſt executoribus ad exequenda teſtamenta,currit illis ignorantibus:quia bono publico & fauore defuncti adiectus creditur, non ignorantis [14]. Sic menſis dictus ad conferenda beneficia vacantia in cvria Romani Pontificis, currit ignoranti Pontifici [15]. Fauore enim publico hic menſis inductus eſt, ne diutius beneficia vacent.

Tēpus quando ignoranti currat.

12 l annus. de cal.
13 l.nulli.de epiſc.& cler. C.c.nos.de teſta.
14 Panor.in c.quia diuerſitatem.3.col. de conceſ. præb.
15 glo.in verb. numerandum. c.iij.de præb.li.vi.

Liberorvm. L. xi.

PERVAGATVM eſt,ceſſante cauſa,ceſſare & effectum [16]. Si tamen duæ cauſæ adſint,non ſatis eſt vnam deficere,quia alia perſtante durabit & effectus,vt hîc [17]. Quòd autem ad finem legis pertinet [18], dici ſolet,quoad infamiam latam culpam dolo non comparari:non enim ſicut ex dolo, ita & ex culpa,vel iuris ignorantia dānatus infamis erit [19], quod locum habet niſi ipſo iure quis damnetur,vt hîc. Bar. & gloſ. in hanc ſententiam vide plura in l.quod Nerua.dep.

Ad infamiam lata culpa non eſt ſimilis dolo.

16 l.quod dictum. de pact.
17 & l. ſi non Aelia. de her.inſt.l.ſi ita ſcriptū. §.1.de lib.& poſthu.infra eo.
18 §.notatur.
19 l.iij.& iiij.de ſuſ. tut. infrà.l.ea quæ.infra eo.

Qvid ergo. L. xiii.

SI conſenſus certo tempore requiritur,ratihabitio ſubſequens nihil operatur,vt hîc [20], Idem ſi intra certum tempus debet haberi,quia ſubſequens nihil efficit [21]. Si autē tempore nō cōcluderetur,ſecus [22]. Sic conſenſus epiſcopi ſubſequens cōfirmat donationes eccleſiarū factas à laicis,ipſis clericis [23].

Conſentire poſt tempus nihil iuuat.

§. Poena gravior. In ciuilibus debet ſententia conformis eſſe libello [24]. Ideo nec iudex in rem maiorem debet cōdemnare,nec rem petitam immutare, niſi ob neceſsitatem fiat condemnatio in æſtimationē [25], vel id quod intereſt [26]. In criminalibus autem ſi agitur ciuiliter idē [27], ſi criminaliter,ſecus:quia pœna augetur vel minuitur ex arbitratu ſedentis,vt hîc,ex poteſtate illi à lege conceſſa [28]: at lata ſententia, hoc

An in poteſtate iudicis ſit augere pœnā.

20 facit l.obligari.§.tutor. de auth.tut.
21 l. bonorū. rem rat. hab. infrà.Bar.hîc.
22 l.vlt.ad Maced. C.l. licet.de iud.
23 c.cura.de iure patrona.
24 l.vt fundus.com.diuid. l.vlti.de fid. lib.C.
25 l.ſi ſeruum.de ver.obli.
26 l.ſtipulationes.de verb. obligat.
27 Bal.in l.etſi ſeuerior.C. eodem.
28 l.hodie.de pœn.

hoc non poterit: quia nullus iudex pœnæ gratiam facit, ſed ſolus princeps, qui in amplianda, hoc eſt (vt Zaſius in ſingularib. intellectibus exponit) differenda pœna, vel minuenda conſulendus eſt [1]. Si tamen iudex dolo vel ſordibus mitigaſſet pœnam, eo caſu quo id poteſt, pœna afficeretur [2]. Huc pertinent quæ annotaui in l. vi fundus. infrà com. diuid.

1 *l. acta. de re iud. Bal. in l. ſeruos. ad leg. Iul. de vi. C. l. j. ad Turp. §. j. infrà.*
2 *l. ſeruos. ad leg. Iul. de vi priui. C.*

Lvcivs. L. XXI.

Teſtes de crimine in modũ exceptionis cõuicti non puniuntur.

EX ſententia contra aliquem reddita quòd falſos teſtes produxerit, teſtes infames non ſunt [3], nec hoc nomine puniri poſſunt in illo iudicio [4]: ſed noua inſtãtia erit opus [5]. Item hîc vides, in criminalibus etiam iis, in quibus vnus ſine altero peccare non poteſt, ſententiam contra vnum latam non nocere alteri [6]: ſic ſententia contra notarium lata, parti nõ nocet: nec præuaricatio contra accuſatorem probata, reum diſtringit [7]. Sic nec ſententia falſi matrimonij lata in parentes, filiis obeſt, vt poſsint illegitimi aut ſpurij dici [8]: quod tamen rationẽ habet, quoad filios iam natos: qui enim poſt ſententiam, ex eodẽ matrimonio damnato naſcentur, erunt illegitimi [9].

Sententia contra parentes lata de illicito matrimonio an filios teneat.

3 *vt hic.*
4 *c. ij. ad fi. de ord. cog. & c. j. de excep.*
5 *c. ij. de conf.*
6 *facit l. denuntiaſſe. §. vlti. infrà de adul. l. ſi vteris. de fid. inſtru.*
7 *d. l. ſi vteris. & Bar. in l. ij. de præuar. infrà.*
8 *c. ij. qui filij ſint leg. videq. glo. in c. dilecto. ad fi. de præb.*
9 *d. c. ij. qui fil. ſint.*

Ictvs fvstivm. L. XXII.

Sententia in notorijs non requiritur.

HAEC lex facilis & plana eſt, ſed à doctoribus fit obſcurior. Et notat ictum fuſtium etiam ſine ſententia infamare, ſi cauſæ infamia adiuncta eſt: & ſic executio fit ante ſententiam contra l. j. de exec. rei iud. Sed habet locũ in notoriis, quæ vim ſententiæ habent [10]. Sic valet in abſentem ſententia quem notum eſt defenſionem nõ habere [11]: quod & Panor. refert [12]. Sed neque illud omittendum eſt quòd hoc textu non probatur, infamiam ſine ſententia irrogari: poteſt enim hic lex. eam interpretationem recipere vt ex ſententia quis ſit fuſtibus cæſus, & tamen nulla infamia conſequatur, puta quod cauſa non infamabat: vt etiam Coraſius docuit [13].

Infamia ſine ſentẽtia an irrogatur.

10 *l. emptorem. de ac. emp.*
11 *l. ij. § quod de. infrà de admi. rer. ad ciuit. glo. in c. cùm olim. de ſent. & re iud.*
12 *c. veſtra. de cohab. cler.*
13 *lib. j. Miſcell. cap. xvj.*

Exhaeredatvm. L. vlti.

Quæ filio vt filio competunt ad eum exhæredem tranſeunt.

FILIVS etiam exhæres factus patrem luget. Ex quo efficitur, ea quæ filio vt filio competunt, ad eũ & in eum tranſire ex æquo, licet non ſit hæres, vel ex minima parte ſit hæres: vt in iure patronatus dicitur [14]: & in ſepulchro familiari [15]. Et ex fine legis temperatur quod dici ſolet [16], præſumi hominem viuere vſque ad centum annos: cùm enim qui ad bellum profectus eſt confecto bello nõ comparet, & ad ſuos non reuenit, præſumitur mortuus, & cæſus in bello. Quæſitum quoque eſt de caprario & eo cui cõmiſſa eſt cura gregis, an ei aliqua demortua capita allegãti fides ſit adhibenda: quod vix eſt; qui enim caſum allegat caſum probare debet [17]. Si tamen in tota vicinia communis illa pernicies accidiſſet, ſatis erit per famam probare caſum, vt Bar. notat [18].

Mors in hominib. & grege quomodo probetur.

14 *l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. de ope. lib. l. filiæ. de iur. patr.*
15 *l. vi. de relig. & ſump. funer.*
16 *glo. in l. ij. §. ſi dubitetur. quemad. teſt. aper.*
17 *l ſi creditor. de pignor. act. C.*
18 *in l. iiij. de murileg. lib. xi. C.*

De procuratoribus.

Item ad fvtvram. L. III.

Ad diem procurator datus.

AD diem datur procurator; quòd ſi dies ſit elapſus, ſed nondum finita cauſa, an remaneat procurator? & magis eſt eum poſſe cauſam perficere, ſi ſit generalis [19]: Si autẽ ad vnam litem, die finito extinguitur illius poteſtas, vt hîc text. [20]. Sed & illud adiici-

19 *l. ita autem. §. vlti. de admi. tut. l. j. vt cauſ. poſt pub. C.*
20 *ſecund. Bar. hic.*

tur,in poteſtate actoris eſſe,non admittere procuratorem eo modo conſtitutum [1]:cùm in eo damnum facere poſsit.

FILIVSFAMILIAS. L. VIII.

FILIVSFAMILIAS in omnibus quæ ſine patre poteſt gerere,vt in Caſtrenſi peculio [2], procuratorem quoque conſtituit,vt hîc:idem in minore [3].Item toties filius procuratorem ſtatuet,quoties patrem habet ſuſpectum,vt hic,& vilem & dilapidatorem [4].

Filiusfamilias quando agat.

§. VETERANI. Pertinet ad l. quos prohibet. de poſtul. ſuprà vbi not.

SI DEFVNCTVS. L. XV.

SATISDATIO interpoſita à domino pro procuratore præſente,facit deſinere rem integram : ideo morte domini non reuocatur poteſtas, vt hic [5]. Sed quantum ad expreſſam reuocationem, non deſinet res integra [6]. Adde in contractu emptionis,non deſinere rem eſſe integram , licet fideiuſſor ſit datus, ideòque nudo conſenſu talis contractus reſoluetur [7].

Satiſdatione an deſinat res dici integra.

ANTE LITEM. L. XVI.

POST litem conteſtatam, vt hic textus, vel in caſibus in quibus conteſtatio neceſſaria non eſt, poſtquam de meritis cauſæ tractari cœptum erit [8],non reuocatur procurator , niſi ex cauſis hic expreſsis.Item obtentum eſt,procuratorem ſubſtitutum ab eo procuratore qui ſubſtituendi poteſtatem habebat,reuocari expreſſè non poſſe à ſubſtituente , niſi etiam à domino reuocandi poteſtatem habeat [9]. Sed nec per mortem ſubſtituentis tacitè intelligeretur recuocari. Cuius rei quoque placitum CVRIAE Pariſienſis extat [10]. Quòd ſi in mandata iuriſdictione quærimus,certum eſt delegatum à delegante in quacunque parte litis reuocari [11]. Et addit Bartolus [12] ſi vel abſente procuratore dominus compareat , nihilominus valere quod agitur , cùm adſit conſenſus aduerſarij.Tu vide cap.ſi quem.de proc.lib.vj.

Procurator quando reuocetur

Subſtitutus procurator an à ſubſtituente reuocetur.

IN CAVSAE. L. XXVII.

NON poteſt dominus quædam à procuratore geſta probare,quædam improbare:item quædam transferre , quædam relinquere, vt hic. Sic tale procuratorium non valet, cùm dominus ſe ratum habiturum promittit , quod legitimè aut vtiliter à procuratore geſtum erit [13]. Sic pupillus quædam nomina à tutore facta probare,& alia recuſare non poteſt [14]. Planè ſi procurator inconſtantiam domini non improbet,& ferat quædam probari à domino , alia verò reiici, mos erit ei gerẽdus,& ita intelligitur l.cum debitore.rem rat. habe. [15]

Geſta à procuratore pro parte probari non poſſunt.

Inconſtantia.

§. SI EX PARTE. Cùm transfertur iudicium ex parte procuratoris rei in ipſum reum dominum, cautiones non committuntur [16]:idem ſi fieret mutatio in perſona procûratoris,vt quia anteà non habebat mandatum, nunc habet, vel è diuerſo [17].Quod in mutationibus quæ ex parte actoris eueniunt receptum non eſt,vt hic [18].Vide rationem per Bartol. & alios in l. ſi ante.iudi.ſol.Sic cùm fit mutatio iudicis vel iudicij [19], expirant quoq, & liberantur fideiuſſores & cautelæ.

Mutata perſona procuratoris an ſtipulatio cõmittatur.

Mutato iudicio aut iudice an ſtipulatio committatur.

ex quo

1 l.ij.ad ſi.infrà quib. ex cau.in poſſ. ea.
2 l.miles.infrà de caſtrẽ. pec.infrà c.j.de iud.lib. vi.ad fi.
3 l.diuus. ad fin. qui pet. tut.infrà.
4 l.ſed et ſi vnius.§.filiofamil.de iniur.l. Imperator.ad Treb.
5 & cle.j.de proc.
6 l.ante.infra eod. Barto.
7 l.iij.de reſc.vend.infrà.
8 Bar. hic,& doc.in l.nihil.C.eo.
9 c.is qui.de procu.lib.vj.
10 anno 1386. Io. Gall. q. lxiij. in quæſt. per areſta deciſis.
11 l.iudicium. infrà de iudi.& d.c.is qui.
12 in l.mulieri. infra eo.
13 Bar.hîc.& Bal. in rub. de except.
14 l.cùm quæreretur . infrà de admin.tut.
15 ſecund.doct.in d.l.cum debitore.
16 l.j.§.vlt.quib.mod.pig. ſol. infrà.
17 l. ſi acceptum. iudi.ſol. infrà.
18 & l.Iulianus.qui ſatiſ. cog.
19 l.cùm apud. iudic. ſol. infrà.

ex quo illud eſt, quòd fideiuſſor acceptus in prima cauſa, liberatur cùm eſt appellatũ: nec de eo tenebitur, quod in appellatione iudicabitur. Cui annectitur quòd aliâs CVRIA Pariſienſis cenſuit [1], cautiones datas in cauſa vindiciarum (vulgus recredentiam appellat) ſi appelletur debere dimitti in appellatione, licet plenum poſſeſſorium adhuc pendeat. Sic fideiuſſor acceptus coram vno iudice, ſi ad alium itum eſt, non tenetur [2]: quod & ad pignora perduci placuit [3]. Sed tamen & illud additur, vt fideiuſſores accepti coram anteceſſore, teneantur de iudicio dato à ſucceſſore: idem enim iudicium eſt [4].

SI PROCVRATOR. L. XXVIII.

An per procuratorẽ domino quæratur.

FRVSTRA admonendum eſt, alteri per liberam perſonam non quæri [5], quod tamen ipſum rationem habet, niſi ſtipulãtis aut paciſcentis interſit [6]. Vnde pactum rei fideiuſſori proficit, quia rei intereſt fideiuſſorem dimitti [7]. Aliâs nec ipſe procurator acquirit domino, ſed cedere debebit actionem [8]: ſi tamen præſente domino ſtipuletur, acquirit ei, nec ceſsione opus eſt [9]. Sed & abſenti acquiri poteſt ex re ſua [10]. item in omnibus caſibus qui ad liberandum pertinent [11]. Vſurpatum quoque eſt in poſſeſsione & dominio, vt quæri poſsint per procuratorem [12]. Plus etiam quædam perſonæ priuilegiariæ numerari ſolent, quibus vel ipſo iure quæritur, vt miles & pupillus [13]: quod alibi attingemus [14]. Generalis etiam ſententia eſt, vt cùm procurator vel alius qui habet actionem, quam cedere debet, abeſt, vtilis actio domino, propter abſentiam procuratoris accommodetur [15]. Idem fere dicitur, cùm qui habet directã actionem, ſoluendo non eſt [16].

In iudicijs quæritur per procuratorem domino.

Et hæc in contractibus. In iudiciis verò perpetuum eſt, vt alteri per alterum quæratur, etiam ſine ceſsione vt hic, & ſuperiore reſpõſo ad finem. Sic ex geſto defenſoris, domino actio eſt [17]: quod & ad contractus perducitur, in quibus iuramentum interponitur: cùm iuramentum vim iudicij obtineat [18]: quod Iaſoni etiam videtur. His etiam adiunge quod infrà dicetur in l. certi. §. ſi nũmos. ſi cer. peta. Et hæc fere dici ſolent in ea quæſtione qua diſceptatur, an per procuratorem domino quæratur: ſed è diuerſo an ex contractu & promiſsione procuratoris conueniatur dominus, dicemus in l. cuicunque. §. ſed & cum. de inſtito.

SI ACTOR. L. XXVIIII

Dominus an præcisè teneatur comparere.

ACTOR, ſi ita videtur, dominum poterit vocare, omiſſo procuratore, vt hic: ſed hoc intellige ex cauſa, aliâs non teneretur dominus venire [19]. Item adde citationem non tenere dominum, ſi iam comparuerat procurator: ideo ſententia contra abſentẽ dominum licet citatum data, non valeret [20]. Item huic legi non abſimile dicitur [21], cùm ſunt plures iudices ſub quibus quis cõueniri poteſt, in optione actoris eſſe, ſub quo malit actionem intendere.

SI QVIS CVM. L. XXXI.

Plures an per vnum procuratorem litigare debeant.

§. VNIVS. In pluribus cauſis poſſunt dari totidem procuratores [22]: at vna cauſa per plures procuratores non expedietur [23]. Ideo ſi iudicium cœptum eſt contra defunctum, ex perſona hæredum non diuidetur actio aut defenſio: ſed per

1 *die 20. Iunij, anno 1535.*
2 *l. iij. iud. ſol. infrà l. non ab iudice. de iud.*
3 *gloſſ. in l. in propoſita. pro ſoc. infrà tex. in d. l. 4. §. ſi qui potio. in pigno.*
4 *l. proponebatur. & ibi noto. de iudic.*
5 *l. j. per quas perſo. C. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verb. oblig.*
6 *d. l. ſtipulatio. §. ſi ſtipuler.*
7 *l. & hæredi. §. vl. ſuprà de pact. noto in l. ſi vnus. de pactis.*
8 *l. poſſeſsio. §. poſſeſsio quoque. infrà de acqui. poſſeſſ.*
9 *l. ſi procuratori. de verb. oblig. infrà.*
10 *l. quod procurator. infra eod. l. pe. C. ad exhib.*
11 *l. reſcriptum. §. vlti. & ibi Bart. & Iaſ. ſuprà de pactis.*
12 *l. per procuratorem. de acquir. poſ. C. l. ſolutum. §. pe. de pigno. act.*
13 *l. ſi vt proponis. C. de rei vindic.*
14 *l. ſi pecuniam. infrà ſi cert. pet.*
15 *l. damni. §. vlt. de dam. infect. Bart. in l. dominus. de cond. indeb.*
16 *l. j. ad ſi. cum ſeq. de inſti*
17 *l. nam poſtea. §. pe. infrà de iureiurand.*
18 *d. l. nam poſtea. §. ſi is qui. de iureiur. Iaſ. d. l. nam poſtea. §. pen.*
19 *l. vlt. C. eod. c. j. de iudici. libr. vj.*
20 *Bar. in l. mutari. ad fin. ſupra eod.*
21 *glo. in l. vlt. in fin. vbi in rem. C. & ibi doct.*
22 *l. omnium. infra eod.*
23 *l. 3. an tamen. §. pe. iudic. ſolui. infrà.*

vnum procuratorem litigabunt [1]: at ſi in hæredes incipiat, diuiditur actio ex lege duodecim tabularum [2], ergo poteſtas agendi & defendendi. ita procedit hic tex. [3] poteſt tamẽ propter commoditatem iudex iubere, vt per vnum lis intendatur [4]. Item in iudiciis diuiſoriis omnes non poſſunt per vnum procuratorem agere, idq́ue ob rationem quam text. aſsignat in l. licet. §. penult. infra eod. Si tamen dum plures familiæ erciſcundæ aut alio diuiſorio iudicio agunt, vnus eorum pluribus hæredibus relictis decedat, magis eſt vt vnum procuratorem dare debeant [5], vt dixi: plures enim pro vno habentur [6]. Sic cùm plures ſuccedunt vni ex iis qui ius patronatus habẽt, pro vno habentur [7]. An verò apud vnum iudicem conſortes plures agere debeant, retulimus ſub tit. de quib. reb. ad eund. iud. eat. infrà.

Plures hæredes vnius loco.

§. IVLIANVS.

CONSTITVTIONE ſecundi procuratoris primus reuocatur, vt hic: nec ſimile erit de tutore per teſtamentum creato, qui per alium codicillis datum non reuocatur [8], quia vno & eodem tempore vterque datus intelligitur, cùm teſtamento codicilli confirmentur [9], & per aditionem hæreditatis vtrunque valere incipiat [10]. Et quòd hic in procuratore admittimus, intellige niſi poſt litem à primo conteſtatam, ſecundus datus eſſet: nam nec eo caſu reuocari poſſet [11]. Sed & in iudicibus ordinariis per ſecundi conſtitutionem primus non reuocatur [12]: quod ius ad vicarios & legatos perducitur, vt illi alijs creatis non intelligantur reuocari [13].

Procurator vel tutor an alio conſtituto putetur reuocatus.

Quid in iudicibus.

Per ſecundi iudicis aut vicarij creationem an primus reuocetur.

PLVRIBVS. L. XXXII.

PERTINET ad id quòd ſupra relatum eſt [14], qui administratores dicantur habere officium inſolidum.

SERVVM. L. XXXIII.

§. PVBLICAE. An in criminibus admittatur procurator vide notata in l. pe. §. ad crimen. de pub. iud. qui §. huic obſtat.

SI QVIS IN REM. L. XXXIIII.

PROCVRATOR in rem ſuam verè nõ dicitur procurator [15], ſicut nec coniuncta perſona [16]. ideo procurator in rem ſuam, ſibi libellum concipiet, & petet ſibi dari non domino [17]. nec teneretur defendere cedentem, qui & dominus eſt, in reconuentione, vt hic tex. & gloſſ. Exceptiones tamen in rem ex perſona cedentis illi opponentur, vt exceptio compenſationis [18]: illa enim exceptio, in rem eſt; & ex perſona cedentis, ceſsionario ſiue procuratori in rem ſuam nocere debet, quod & alibi relatum eſt [19].

Exceptio compenſationis ceſſionario obſtat.

SED ET EAE. L. XXXV.

CONIVNCTAE perſonæ ſunt omnes quæ enumerantur hic, & in l. j. §. vlt. de poſtulan. ſuprà [20]. & coniunctas perſonas in infinitum dici voluit Innoc. vſque ad gradum ſucceſſorium [21]. Sed probabilior, opinor, erit Pan. ſententia [22]: qui vult rem omnẽ ex varietate regionis expediendam eſſe. nam apud hos pro coniunctis habentur aliqui, qui & iidem apud alios fortè non agnoſcuntur. Item ſi egit coniuncta perſona, non nocet domino, niſi ratum dominus habuerit [23]: nec ſolui ei poteſt [24]: nec enim procurator eſt [25]. Item amicus à Bar.

Qui ſint coniuncti.

---

1 d. l. iam tamen. §. pe. l. ij. §. ex his. de verb. oblig.
2 l. j. ſi certum pet. C.
3 ſecund. Bart. in d. l. iam tamen.
4 l. quod ſi nolit. §. ſi res. de adil. edict.
5 l. ſi familiæ. infrà fa. er.
6 l. cui fundus. in fi. infrà de cond. & demonſt.
7 cle. ij. de iure patro.
8 l. ij. de teſta. tut. C.
9 glo. in d. l. ij. quam ſequitur Bar. facit doct. Bar. in l. contractus. de fide inſtrumen.
10 l. ſi nemo. de teſta. tut.
21 l. poſt litem. ſupra eod. Panor. in c. pe. extra eo.
12 l. j. de of. praf. vr. C. & c. ad hæc. de hær. lib. vj.
13 c. volentes. & ibi Pan. de offic. leg.
14 l. j. de conſul.
15 gl. in l. j. in prin. ſupra eo.
16 l. iij. §. j. & ibi Bart. iud. ſol. infrà.
17 Bar. hic l. qui ſtipendia. C. eodem.
18 Dyn. in regul. ſi quis in ius. de reg. iur. lib. vj. & Bart. hic.
19 in l. verũ. infrà de cõpẽ.
20 ſecundũ glo. & Bar. hic.
21 in ca. nonnulli. §. vlt. de reſcrip.
22 in d. §. vlt.
23 l. j. & ibi Bart. quib. res iud. non noc. C.
24 l. qui hominem. §. ſi igitur. de ſol. & gl. in l. vero. eo. l. iii. ſol. mat. Bal. in l. j. quib. res iud. non. C.
25 l. iij. §. j. iud. ſol.

Amicus non eſt perſona cõiuncta.

à Bar.[1] & Cyn.[2] coniuncta perſona numeratur: nam amicitia ſanguini æquipollet 3. Quod tamen non eſt expeditum: nã cõtrarium videtur probabilius per ea quæ not. in addi. ad Bar. in l. non ſolùm. in princip. infra eod. adde l. Pomponius. §. vlt. infrà eod. vbi etiam mentio fit de coniuncta perſona. Huc adiunge quod pono in l. patri. infrà de iniur.

Procurator an præciſè cogatur defendere.

§. PRAETER. An procurator præciſe defendere cogatur, plura hic apud Acc. relata ſunt: ſed expeditè dici poteſt, procuratorem non cogi præciſe iudicium accipere, etiamſi ſatiſdationem de defendendo impleuerit[4]: ſed ſatis eſt committi ſtipulationem[5]: quod tamen locum non habet cum dominus ſatiſdedit pro procuratore præſente & cõſentiente[6], vel pro abſente, qui poſteà ratum habuit tacitè vel expreſſè 7. Idem placuit cum actio eſſet peritura[8]. Ex his efficitur in iudiciis obligationem præciſam eſſe ad factum: quod an in contractibus locum habeat, refert Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur. de verb. oblig.

In iudiciis ad factũ præciſè obligamur.

OMNIVM. L. XXXVII.

Actor an ad lites futuras poteſt dari.

QVAERITVR an per plures procuratores agi poſſit in eadem cauſa: quod ex iis quæ antea dicuntur[9] reſpõſum eſt. Et ab Accur. & Bart. dicitur procuratorem datum ſimpliciter, ad lites futuras poteſtatem habere[10]: cui opinioni generalitas huius legis ſuffragatur. At actor vniuerſitatis ad lites futuras dari non poteſt[11]: ſic nec arbiter ad lites futuras poteſtatem habet[12].

NON SOLVM. L. XXXVIII.

Iuramentum calumniæ an à procuratore præſtetur.

LICET iuramentum calumniæ lege principali[13] proditum, ſine quo iudicium ſtare non poteſt, à parte non à procuratore ſit præſtandum[14]: tamen illud iuramentum veteri iure receptum, per procuratorem præſtatur[15]. Item an confeſſio procuratorum noceat dominis, habetur in l. certum. §. ſed an & ipſos. de confeſſ. infrà. & glo. hic.

Procurator an ſemper caueat.

§. QVI IN ALIENO. An procurator ſemper teneatur cauere, ſuperfluum videatur iterum recitare poſt gloſ. quam tenent omnes. & vide docto. in l. j. C. eod. Planè ſi de mandato addubitetur, admittetur cum cautione[16], etiam in iis quæ ſpeciale mandatum deſiderant, quod nota[17].

POMPONIVS. L. XL.

Caſus quibus ſpeciale mandatum exigitur.

CASVS in quibus ſpeciale mandatum requiritur habes in c. qui ad agendum. §. vlt. extra eod. Et ad fin. legis huius faciunt ea quæ paulò antè retulimus[18].

LICET. L. XLII.

Procurator & tutor an damnandi ſint.

PERTINET ad notata in l. pe. §. ad crimen. de pub. iu. Et quod hic paulò ante finem legis dicitur[19], iungitur iis quæ poſita ſunt in l. ſi quis cum. §. vnius. ſupra eodem. Et allegatur quòd indiſtincte procurator eſt condemnandus non dominus[20], quod tenent omnes[21] & verum eſt, niſi is eſſet procurator qui allegat cauſas abſentiæ tantùm[22]: at tutore agente poteſt ſententia nomine pupilli concipi[23]. Nec enim refert in vtrum ſententia concipiatur, niſi cùm abeſt pupillus, vel fari non poteſt[25].

1 *in l. non ſolum. in princ. infra eod.*
2 *in l. exigendi. C. eod.*
3 *l. iiij. de caſt. pe. li. xij. C.*
4 *§. vlt. infra ead. l. & l. mutus. §. vlt. infrà. eo. l. inuitus. C.*
5 *l. non cogendũ. infra eo.*
6 *l. filiusfamilias. §. vlti. ſuprà eod.*
7 *l. ſi defunctus. ſupra eo. & cle. j. de proc. vbi gloſ.*
8 *d. l. mutus.*
9 *l. ſi quis cum. §. vnius. ſupra eod.*
10 *l. iij. §. vlti. cum l. ſeq. de tut. infrà. gl. in l. damni. §. ſi is qui. de dam. infec.*
11 *l. item. §. ij. quod cuiuſ. vniuer.*
12 *l. de iis rebus. infrà de arb.*
13 *l. ij. de iur. cal. C.*
14 *auth. principales. & l. ij. §. ſin autem abfuerit. de iur. cal. C.*
15 *l. qui bona. §. ſi alieno. de dam. infect. & l. rem nõ nouã. de iud. C. & Pau. de Caſtr. in d. l. ij. §. ſin autem.*
16 *d. l. j. & per reg. glo. in c. ſciſcitata. de in int. reſti.*
17 *l. illud. §. vlt. cum l. ſeq. infrà de mi. & ibi Bar.*
18 *l. ſed & ex. ſupra eod.*
19 *§. ſi plures.*
20 *l. j. de ſen. & inter l. om. iud. C. l. liberto. §. vltim. infrà de neg. geſt.*
21 *doct. in d. l. j.*
22 *d. l. liberto. §. vlt.*
23 *l. ſi ideo. de euict. & Bal. in d. l. j.*
24 *l. j. . ſufficit. de adm. tu. Bar. in l. j. de bon. matr.*

Mvtvs. L. xliii.

EDICTVM hoc prohibitorium eſt: nam qui non prohibentur eſſe procuratores, admitti debent, vt hic: idem in edicto de teſtibus [1]. Et quæritur vtrũ in legibus & ſtatutis quæ nõ reperiantur, prohibita videantur eſſe conceſſa, in quo ita ferè res expeditur [2]: aut enim lex affirmatiuè rogatur, & tũc omnia cenſentur conceſſa, niſi quæ ſpecialiter ſunt excepta: aut negatiuè, quo caſu omnia prohiberētur, niſi permiſſa reperiantur [3]. quod rationem habet. Reliqua huius legis pertinent ad id quod ſuprà poſuimus [4].

Qvi proprio. L. xlvi.

§. Procvrator. Procurator in omnibus parem debet domino rationem adſcribere, & reficere omnia quæ occaſione officij accepit: vel ſi extrinſecus ea habuiſſet: ſed nõ ea quæ alio iure acquiſierit [5]. quod vſqueadeò verum eſt, vt etiam ſi quid indebitum accepit, debeat reſtituere, vt hic: quod & intellige in negotiorum geſtore, & omni eo qui alieno nomine agit [6]. Cæteri autem non ſolent reſtituere, iis ad quos poſteà res cœpit pertinere, illa quæ non debita acceperunt: vt in venditore aut poſſeſſore hæreditatis [7]. Sic nec hæres fideicommiſſario cogitur præſtare quæ diligentia ſua, vel alterius negligentia, etiam indebitè acquiſiuit [8]. Et quòd quærit gloſ. an quæ legati dono à principibus ad quos mittuntur, capiunt, debeant dominis ſuis reſtituere? quod ferè negatur [9]: niſi ex qualitate doni aliud præſumatur. quod & Panor. probat [10]. An verò quod ex delicto ſuo pepēderunt, repetant, vide hic tex. & fuſius in l. vtrum. infra de pet. hæred.

§. si dvobvs. Inter eos qui inſolidum officium habent, vnus contra collegam agit: vt in tutoribus dicitur [11]: niſi de tota geſtione agere contra collegã vellet, quod nõ poteſt [12]. idem in executoribus teſtamentorum, qui & ipſi inſolidum gerunt [13], ſecundum Bart. hic. At videndum ne in procuratoribus non ſit verum: qui cùm officium pro parte habeant non inſolidum [14], vnus eorum contra alium non agit, vt l. qui duos. hic: niſi ſpecialiter mandatũ ſit, vt d. l. quod ſupplendum eſt ad hunc. §. vlt. Reliqua vide in l. j. de conſul.

Minor. L. li.

ADVOCATVS in decimo ſeptimo anno poteſt poſtulare [15]: at cùm procurator mandati teneatur, non poteſt quis procurator eſſe, niſi poſt vigeſimum quintum annum, vt hic [16]: niſi ad negotia [17]. tamen filius pro patre abſente, licet minor, bene admittetur [18]. Sed minor quoties lege procurator eſſe poteſt, toties non reſtituetur, ſecundum gloſſ. & Bart. hic. Idem ſi cum iuramento litem ſuſcepiſſet: quia ſicut iuramentum minoris firmat contractus, & ſpem teſtitutionis tollit [19], ita & iudicia [20]. quod & Guido pap. probat [21]. Sed an minore reſtituto, fideiuſſores reſtituantur, vide gloſſ. hic [22] quam ſequuntur doct. Et hunc text. in fin. allego in l. ſciendum. ſuprà qui ſatiſd. cog. qui videtur obſtare. Item quo caſu eſſet fideiuſſor reſtituendus, an ipſo iure per reſtitutionem minoris reſtitutus intelligatur, aliâs habebis [23].

Procuratore.

1 l. j. de teſtib. infrà.
2 ſecũd. gl. in c. j. de tranſ. epiſ. ext. in verb. non inuenitur.
3 vide Panor. in d. c. j.
4 l. ſed & ea. §. præter. ſupra eodem.
5 l. ſi verò. §. item quicquid. ſol. mat. l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. de vulg. & pup. vbi vide Bart.
6 l. ſi quis negotia. de neg. geſ. infrà. & l. ſi autem. §. vlt. illo tit.
7 l. ij. §. ſolet. de hære. vel act. vendi. infrà. & l. ſi poſſeſſor. §. ſed etſi. de pet. hæred.
8 l. iij. & l. cùm pater. §. j. ad leg. Falcid.
9 l. ſocium qui. §. vlt. infrà pro ſoc. Bar. in d. l. ſi verò. §. item quicquid. & ibi Alex.
10 in c. pe. de conceſ. præb.
11 l. ſi plures. infrà de admi. tut. & l. ij. C. illo tit. vbi gloſſ.
12 l. actus. & l. iij. de adminiſt. tut.
13 c. ſi. de teſta. lib. vj.
14 c. ſi duo. eod. libr. vj. & doct. in l. ſi pluribus. ſupra eodem.
15 l. j. ſuprà de poſtul.
16 & l. exigendi. C. eod.
17 l. cum mandato. de min. l. ſi collactaneus. de manu. vindic. generaliter. §. vlt. eo. lib. vj.
18 d. l. exigendi. C. eod.
19 auth. ſacramenta. ſi aduerſ. vend. C.
20 gloſ. in d. authentica & Bart. hic.
21 q. 35. in deciſ.
22 & in l. ij. de fideinſ. mi.
23 in l. in cauſa. infrà de mino.

Edictum de procuratoribus prohibitorum.

An omnia permiſſa dicãtur niſi quæ prohibita reperiantur.

Procurator & ſimiles an reſtituant quæ occaſione officij acceperit.

An legati dona accepta teneantur dominis ſuis reſtituere.

Procurator an contra collegam agat.

Minor an poſtulare & procurator eſſe poſſit.

Iuramentum minoris impedit reſtitutionē in iudiciis.

Minore reſtituto an reſtituatur fideiuſſor.

Procvratore. L. lv.

Vtilis an directæ præferatur.

CVM vtilis & directa in idem ius ſpectant, modò vtilis directæ præfertur, ſi competit ei ad quem verè negotium pertinet, vt hic [1], modò directa vtili, ſi competit ei cuius eſt negotium re vera [2]. vide doct. in l. iij. de nouat. C.

Procvrator cvi. L. lviii.

Libera quando æquipolleat ſpeciali mandato.

Plena poteſtas & libera.

PROCVRATOR ſine libera generaliter datus non tranſigit nec vendit [3]: ea enim vel ſpecialiter mãdanda ſunt: verum & cõpetunt ei qui liberam habet, vt hic dicitur. Tantùm enim efficit libera, quantum ſpecialis poteſtas [4]: quod tamen non eſt generale: nam nec in delictis libera poteſtas ſpeciali comparatur: mandato enim quantuncunque generali non continetur delictum [5]. Sic nec ad acceptilationem faciendam libera ſpeciali mandato æquipollet [6]: ſapit enim donationem, quæ nunquã generali mandato continetur [7]: item plena poteſtas liberæ æqualis eſt [8]: idem ſi permiſit dominus procuratori ſuo facere, quæcunque ipſe dominus gereret [9]: vel ſi promiſit dominus ſe ratum habiturum quicquid à procuratore geſtum erit: ſecundum Bart. hic: quod tamẽ ex eiuſdem ſententia [10] locum non habet, quando aliqua eſſent expreſsim nominata: ferè enim clauſula generalis ad ſpeciatim dicta referri debet [11]. Nec verò mutat quod dici poſsit liberam ſpeciatim concedi debere [12], poteſt enim dari per æquipollens, vt aliâs Panor. docet [13].

Plavtivs. L. lxi.

In contractibus executio in procuratorem fit.

INTER doctores cõnſtitit, in contractibus à procuratore geſtis fieri executionem in procuratorem etiam finita poteſtate [14]. Nam eſt in electione contrahentis cum magiſtro vel inſtitore, cum quo velit experiri an cum magiſtro, an cum domino ſiue exercitore [15]. Si tamen qui cum procuratore contraxit in ſolum dominum ſpectabat, ſolus dominus conuenietur, non procurator [16]. Nec obſtat ſententiæ noſtræ l. vlti. de inſtit. qua Bartol. contendit procuratorẽ ex eo quod contraxit non rite conueniri finito officio: ibi enim non ex contractu, ſed ex ſimplici confeſsione conueniebatur [17]. Sed in iudicialibus contra dicitur, iudicio enim accepto à procuratore, ſententia in eundem non mandatur executioni, niſi ſe liti obtulerit, vt hic [18], vel niſi aliqua ſua culpa aut contumacia damnatus eſſet [19]. Sic nec in tutorem executio fit [20], & ſi eo nomine officio finito conuenitur, rite appellat [21]. Idem in executore dicitur, qui finito officio conueniri non poteſt [22]: contrahunt enim ij tanquam miniſtri, vt dicetur in l. ſi pignora. de euict. Et ſicut executio in procuratorem non fit, vt ſuprà dixi, ita nec ipſe procurator poteſt exequi ſententiam [23]. Et quod dixi in tutorem non fieri executionem finito officio, nec nomine contractus capi illius bona, temperationem recipit, niſi proprio nomine cõtraxiſſet: vt CVRIAE Pariſienſis decreto cautum extat [24].

Quid in iudicijs.

Tutor & executor an finito officio teneantur.

Procurator nõ poteſt exequi.

Ad legatvm. L. lxii.

Mandatum ad antecedens & cõſequens trahitur.

QVOD dicitur hic, procuratorem habentem mandatum ad ſequentia, videri etiam mandatum habere ad præcedentia, & ex diuerſo [25], intellige cùm omnia tendunt ad eun-

1 & tot. tit. ad ſenatuſcon. Trebellia.
2 l. qua ratione. §. j. de acquir. rer. do. Bar. hic.
3 l. procuratorem. C. eod. l. mandato. & l. procurator totorum. infrà eod. l. j. de offic. procu. Caſa. c. per tuas. de arb.
4 tex. in c. qui ad agendũ. §. vlti. de procur. lib. vj. Bal. in l. illud. §. j. de mi.
5 l. ſi procurator. de condi. indebiti.
6 l. iij. de accept. infrà. & ibi gloſſ. & Bar.
7 l. contra. de pact. §. j.
8 l. ſi procurator. C. eo.
9 l. creditor. §. Lucius mãda. Bar.
10 l. j. de offic. procu. Caſa.
11 l. ſi de certa. de tranſact.
12 l. quàm Tuberoni. §. alia. infrà de pecul.
13 in c. petitio. de procur.
14 l. procurator qui. infrà eod. & l. ſeruum Titij. mand. l. qua literas. mãdat. C.
15 l. j. §. eſt autem. de exer.
16 l. ſi pupilli. §. j. & ibi Bar. de nego. geſt.
17 Pau. Caſtr. in d. l. vlt.
18 & l. iiij. de re iud. infrà.
19 l. nõ eſt ignotum. de admi. tut. l. j. §. ſi procurator. ſi quis ius dicẽ. l. qui ſolidum. §. reſpublica. de leg. ij.
20 l. iiij. de re iu. l. poſt mortem. quando ex facto tutoris.
21 c. ex parte. iiij. de appel. extra.
22 l. qui hæres. infrà famil. erciſ. l. ſi pignora. de eui.
23 l. ſi procurator. ſuprà eo.
24 Die 22. Martij. anno 1540.
25 in l. ad rem. ſuprà eod.

dem finem:ſin autem eſſent diuerſa,non cenſetur procurator ad ea mandatum habere,licet vnum alteri accedat [1]. Sic nec procurator à muliere conſtitutus ad petẽdum diuortium, poteſt petere vt dos reſtituatur [2], quamuis delegatus iudex ad primum,ad vtrumque idoneus eſſet [3]. Huc pertinet & illa quæſtio quam multis verbis doctores tractant [4],an procurator poſitus ad mutuandum & recipiendam ſolutionem, poſſit confiteri ſe mutuum recepiſſe, quod contra omnes defendit Zaſius [5] poſſe [6]: dabitur tamen domino exceptio non numeratæ pecuniæ,ex procuratoris confeſsione, ac ſi ipſemet confeſſus fuiſſet.& hoc rationem habet.

Procurator poſitus ad mutuandum & recipiendum an poſsit confiteri receptum.

PROCVRATOR TOTORVM L. LXIIII.

PERTINET ad legem procurator cui. ſuprà eod.vbi not.reliqua vide in l.ſolutum.§.vltim. cum l. ſequent. infrà de pign.act.

SI PROCVRATOREM L. LXV.

IN caſibus quibus mandatarius per reuocationem mandati non læditur,licet reuocatio non veniat ad notitiam mandatarij,actus tamen pro nihilo eſt [7].ſin autem ex reuocatione mandatarius poſſet damno affici, nihil efficit reuocatio,niſi ad notitiam procuratoris venerit [8], & eorum qui mandati proſpectu fidem procuratoris ſunt ſecuti,vt hic [9].quod etiam in ſocietate diſſoluenda valet [10].Et ſentẽtia cum procuratore reuocato lata,aduerſario ſciente reuocationẽ,nulla eſt [11]:Secus ſi ignoraſſet [12].Sic cùm reuocatur procurator qui ad reſignandum beneficium datus erat, & ignorans reuocationem cedit,valet ceſsio [13].Planè ſi qua iactura ab aliquo ex reuocatione procuratoris ſit accepta,poſſet reuocans de dolo conueniri [14]. In tacita autem reuocatione quæ fit per mortem domini,ipſo iure reuocatio fieri intelligitur,etiamſi ignoret mortem procurator [15],aut aduerſarius:neque enim culpa domino imputari debet quòd nõ certiorauerit,cùm ſit mortuus: ideo non valeret iudicium [16].Sic reuocatur notio mandata, per mortẽ delegantis re integra,etiamſi delegatus ignoret [17].

Reuocatio mandati non habet effectũ niſi ea ſit procuratori nota.

Quid in reuocatione, quæ per mortem fit.

SI IS QVI STICHVM. L. LXVI.

PERTINET ad legem vltim.& l.ſi ſtipulatus fuerim. de verb. oblig.infrà vbi dicetur.

PROCVRATOR QVI PRO EVICTIONE L.LXVII

FACIT ad quæſtionem qua quæritur, an procurator ex contractu ſuo conueniri debeat,an verò dominus: quam ſuprà retulimus [18].

QVOD PROCVRATOR L. LXVIII.

VT procurator paciſcens ſuper re mea mihi quærit,vt hic [19]:ita,ſi paciſcar ſuper re mea alteri, illi acquiritur [20]: ſi tamẽ non durat mea,ſecus [21].Reliqua vide in l.ſi procurator. ſuprà eo.vbi not.& propiùs ad text.in l. certi.§.quoniam. infrà de reb.cred.

Alter ſuper re mea paciſcens mihi quærit.

SI REVS L. LXXIII.

NOTA cautelam vt euites infamiam,nempe vt offeras te ſolutioni. Quòd ſi confitereris,ſed non offeras pecuniam, ſola confeſsio infamaret [22].Aliam cautelam habes in l. furti. §.ſi quis.ſuprà.de his q.no.infa.

Infamia euitatur.

1 *c.cùm olim.de off.deleg.*
2 *glo.in c.pen.& ibi Pan. de maior.& obed.*
3 *c.iij. de don. inter. vir. & vxo.*
4 *l.ij.§.creditum. de reb. cred.infrà.*
5 *libr.j.ſing.reſp.cap.21.*
6 *per tex.in l. Lucius. §. tutela.de admin.tut.*
7 *l.iiij.de manu. vind. infrà & ibi Bar.c. dudũ. §.& quia decretum. de prab.lib.6.*
8 *l.ſi mandaſſem.mand.*
9 *l.qui hominem.§.ſi Titium.& l.ſi quis ſeruo. & l.ſi ſeruus.de ſol. l.verò.§.j.eod.ſed & ſi.§.j. infrà de inſtit.*
10 *l.ſed & ſocius.§.j.cum ſeq.l.infrà pro ſoc.*
11 *c.iij.ext.eo.*
12 *c.mandato.eo.l.j.de ſatiſd.C.& ibi vide gl.& hic.*
13 *Cle.j.de renunt.*
14 *l.ante pe. infrà de dol. & ibi Bart.*
15 *l.eius.in verb.quas verò ſi cert.pet.& ibi Iaſ.*
16 *l.de quare.§.cùm abſentem. de iud.& l. pe. quæ ſent.ſine appel.*
17 *glo.in d.l.eius. & Bar. in l.more.de iuriſd.omn iud.*
18 *in l.Plautius.ſuprà eo.*
19 *l ſi cùm venderem. infrà de pig.act.& l. pen. ad exhib.*
20 *l.publia.depoſ.*
21 *l. cum patrem. de iur. dot.C.*
22 *gloſ.in l.ictus.ſuprà de his q.not.inf.Bar.hic.vide Bar in l.infamem. de pub.iud.*

Tit-

Titivs L. lxxvi.

Procurator an paupere domino effecto iuſtè recuſet defendere.

INOPIA rei non excuſat fideiuſſorem vel procuratorem à defendendo[1]:quod locum habet in procuratore qui ſine mandato ſe obtulit liti, in quem aliâs debet fieri ſententiæ executio [2]. At ſi mandatum habuiſſet, iuſta cauſſa defenſionē recuſabit, paupere effecto domino [3]:neque enim in eum iudicati executio fit [4].ita ſoluit Bar.hic,& mea ſententia,bellißimè.vt enim procuratore effecto non ſoluendo cenſetur reuocatum mandatum [5],& facultas ſoluendi adiecto,ſi adiectus conditionem mutauerit[6]:idem certè è diuerſo dici poterit,vt paupere domino effecto, à defendendo liberetur procurator [7].

1 Per hunc tex.
2 l. Plantius.ſuprà eo.& l.iiij.de re iud.in pr.inf.
3 l.mutus.ad fi.ſuprà eo.
4 d.l. Plantius.& ibi not.
5 l.liberto. §.largius. infrà de ann. leg.
6 l.cùm quis.de ſol.infrà.
7 d.l.mutus.

Quod cuiuſcunque vniuerſitatis nomine,vel contra eam agatur.

Neqve societatem L. i.

Plures ſimul viuentes non efficiũt collegium.

VIDES non omnibus ius eſſe ſtatuēdi collegij, ſed iis tantùm,quibus expreſsim lege ciuili permiſſum eſt [8], vel iure gentium [9]. Hinc eſt quòd clerici & ſingulares alię perſonæ,quæ ſimul in aliquo loco viuunt,non dicuntur efficere collegium:nec enim poſſunt habere ſigillum commune, aut collegij more conuenire [10].niſi id vel longo tēpore,aut priuilegio acquiſiiſſent [11]. Et hic eſt caſus in quo vniuerſitas nō eſt ſimilis pupillo , quia patitur venditionem:quod in pupillo non vtique ſit dicendũ, idque propter ſpem aduenientis maioris ætatis [12]. Alium caſum vide in l.j.de ſer. reip.man.C. aliâs minori cōparatur [13].

Vniuerſitas quando poſsit tributum ſibi imperare.

Et not.glo [14].quæ exiſtimat vniuerſitatem pro rebus neceſſariis , poſſe ſibi ipſi nummos imperare , vt pro diſſoluendis nominibus , litium impenſis , & rebus ſimilibus:& id maior pars,reliqua nolente exequi poterit [15],imo & ſine conſenſu domini[16].Sed dubitatum eſt,ſi qui ex ſingulis eſſent quorum nihil intereſſet , putà imperat vniuerſitas tributum pro lite qua cōtendit ius non eſſe domino quoddam vectigal prædiis impoſitum,habere: an qui nullum habent prædium ad collectam teneātur:& placuit teneri:& ſi enim hodie prædia non habent,poſſunt tamen habere, quod cvria Pariſienſis cenſuit [17].

An dominus incōſulto principe tributum indicat.

At extra neceſſarias cauſſas, nec dominus rectè imperat collectam inconſulto principe,nec incolæ ipſi [18]:cuius rei & decretum cvriae Pariſienſis extat [19]. Dâtur tamen nonnulli caſus , quibus dominus ſine licentia principis id poteſt, quos ponit Bart.in l.placet.de exc. mun. lib . x. C. qui tamen opinor moribus noſtris exploſi ſunt.

8 l.j.& ij.de col.illic.
9 l.ex hoc iure.de iuſt.& iur.ſuprà.Pan.in c.cum dilect.de exceſſib. prel.
10 d.c.cum dilecta. & ibi Panor.
11 Innoc.in c.poſtulaſti.de iur. patr.
12 l.iij . ex quib . cauſ . in poſſ.eat.
13 l.rempub. de iur.reipu. C.l.reſpublica.ex quib. cauſ.maior.
14 in verſ. proconſul.
15 c.vlt.de his quæ fiunt à maio.parte cap.& ib. Innocen.& Panor.
16 Bar.in l.j.de mulierib. & in quo loc . muner. nu.24.Guid.Pap.quæſ. lxiij.& quæſ.cccexxxiij. Pan.poſt.Inno.in c. cùm omnes.col.iij.de conſt.
17 xviij.Cal.Iulij anno 1548.
18 l.placet.de exc. mun.C. c.innouamus. de cenſib.
19 Die xv. April. anno 1550.

Si mvnicipes L. ii.

IN hanc ſententiam nonnulla ſuperius annotauimus [20].

20 l.in tantùm.§.vniuerſitatis.de rer.diuiſ.

Nvlli L. iii.

Vniuerſitas contrahit ſine ſuperioris authoritate.

EX HOC text. impletur ſatis,actorem vel ſyndicum conſtitutum ab ordine , decreto ſuperioris non indige-

re[1],niſi cùm ad id crearetur,in quo alienatio eſſet facienda [2]. at citra alienationem tranſigere & cõtrahere collegium ſine conſenſu ſuperioris poteſt [3]. Iam verò quoties conuentus ha bentur à corpore,omnes citari debent [4]:tamen vt valeat decreti perſcriptio,ſufficit maior pars [5], hoc eſt ex duabus partibus ibi præſentibus,pars maior,gloſ. & Bart.hic. Si autem plura corpora conuenirent,maior cuiuſlibet corporis adeſſe debet:nec ſufficeret maior pars totius [6]. Et vt valeat quod agitur,non ſufficit cõſentire maiorem partẽ comparatione aliarum,ſed comparatione totius [7]. Adde quod noto in l. item ſi vnius.§.j.infrà de arb.

Omnes vocari debent, ſed maior pars ſi adſit ſatis eſt.

Maior pars dicitur comparatione totius.

PLANE VT DVAE PARTES. L. IIII.

NEMO ſeipſum poteſt eligere, quod & ſuperius attigi [8]:poterit tamen adiuuare eligentes,& illius vox inter reliquorum vota numerabitur & augebit numerum,vt hic[9].Cui ſimile eſt quod dicitur epiſcopum conferre poſſe beneficium patronatum ipſi patrono: quia accipiendo patronus videtur conſentire [10].

Qui eligitur adiuuat numerum.

ILLVD. L. V.

SVFFRAGIVM & vox patris filio patrocinari dicitur, & ediuerſo:licet aliâs ſeipſum eligere poſsit nemo, vt dictum eſt l.proxima.Nam vſurpatum eſt in publicis negotiis patriam poteſtatem non attendi [11]: maximè verò in ſpiritalibus [12].Cui cõſequens eſt,vt in omnibus iis caſibus qui ad publicum ius pertinent,pater & filius diuerſo iure cenſeantur: in domeſticis autem & priuatis negotiis,contrà [13].Ex quo efficitur,quod aliâs Pan. probat,vt pater filium in beneficio renunciare & præſentare poſsit [14].

Patris vox filio prodeſt.

Pater filium eligere poteſt.

ITEM EORVM. L. VI

PERTINET ad legem vnum ex familia.in prin.infrà de leg.ij.Et §.ſecundo annectuntur ea quæ not.in l. omnium, ſuprà de proc.

SICVT §. I. L. VII.

COLLEGIVM incipit à tribus [15],& decem homines populum faciunt [16],& turbam [17]:Sic quatuor aut quinque porci,& decem oues gregem faciunt. [18]. Tamẽ ius collegij per vnum ſolum retinetur,vt hic [19]. Ideo qui ſolus remanſit,eligere poterit,non tamen ſeipſum eliget [20]. Addit Bar. hic iura retineri ipſi collegio per parietes,ſi deſtructum eſt : quod verum eſt,niſi ſuperioris autoritate deſtrueretur, tunc enim iura & priuilegia occidunt [21].

Collegium, Populus,Grex ex quot capitibus fiant.

Ius collegij an remaneat destructo collegio.

De negotiis geſtis.

HOC EDICTVM L. I.

MAGNA vtilitas eſt geſtorum, qui pro abſentibus interueniunt:vt ſæpe vel pœnæ commiſsionem abſentis, vel bonorũ venditionem impediant. Hæc enim ſine dubio poterit geſtor expedire, ſi extra iudicium gerenda ſunt, Soluendo enim rectè impediet pœnam committi.At in iudicio non poteſt actiones dictare,nec eo modo inchoatam præſcriptionẽ interpellare cùm

Geſtor non interrumpit præſcriptionem.

1 glo. in l. actor.rem rat. hab. vbi vide Bar.
2 l.j.& ij.C.de ſeru.reip. manum.Bar.hîc.
3 Bar. in l.4.§.ſi autẽ. ad Treb.
4 l.ij.de decur.lib.x.C.& l.de vno quoque.de re iud.
5 l.quod maior. ad muni.
6 Pan.in c.paſtoralis.ad ſi.de reſcr.
7 c.eccleſi.1.de elect.ext.
8 l.v.de off.præſ.
9 & c.cùm in iure.de off. deleg.ext.
10 Pan. in c. per veſtras. de iur.patro.
11 l.nam quod.ad Treb.
12 ſi annum.ad ſi. de iud. lib.vj.
13 l.vlt.de impub.& alijs ſub.C.
14 in c.fin. de inſt. & gl. in c.quia.de iure patr. & Panor.in c. conſuluit.illo tit.
15 l.Neratius.de verb.ſig. infrà.
16 c.vnio.x.q.iij.
17 l.iiij.§.turbã. de vi bo. rapt.
18 l.vlt.de abig.infrà.
19 l.ſi grege.de leg.j.
20 gl.in c.ij.de poſtul.præl. & ibi Panor.l.planè.ſupra eod.
21 l.ſi vſu.qui.mod.vſu.amit.infrà & gl.in c. priuilegium.de reg.iur.lib. vj.vide Bart. in l. inter ſtipulantem §. ſacram. de verb. oblig.

cùm nullas actiones habeat [1]. Petet igitur curatorem, qui prę-ſcriptionem interrumpat [2]. Curator enim bonis datus, actiones omnes perituras tempore exercet [3]. Sic procurator interrumpit præſcriptionem [4]. At geſtor minimè [5]. quæ ſententia ad omnes qui actionem non habent, generalis eſt, vt in prædone dicitur [6].

Curator autem & procurator ſic.

AIT PRAETOR. L. III.

Maſculinum concipit fœmininum.

QVAERITVR an maſculinũ concipiat fœmininum: quod perpetuò verum eſt, cùm profertur à lege maſculinum, vt hic: ſed hęc regula comprehendi non poſſunt. vide tamen Decium in l. ij. de reg. iur. infrà.

§. HAEC VERBA. Hic §. omnibus in ore eſt ad id, vt verba ſtatuti loquentia in caſu vero nõ extendantur ad caſum fictum: quod aptè intelligatur cùm ſtatutũ eſt contra ius [7]: ſi autẽ ſecundum ius, vel præter ius, extenditur ad fictum caſum [8].

SI PVPILLI. L. VI.

Negotiorum geſtor quando inſolidũ agat.

NEGOTIORVM geſtor pro re ſolida habet actionem [9]: niſi animo deprędandi ad geſtionem acceſsiſſet [10]: vel niſi pupilli negotia geſsiſſet, vel eccleſiæ, aut ciuitatis: nam illis caſibus non agit, niſi quatenus in rem dominorum verſum fuerit [11]. At geſtor neceſſarius vt tutor, inſolidum contra pupillum agit [12]. Quòd autem pertinet ad id quod ſequitur [13], vide nonnulla in l. Plautius. ſuprà de proc. Reliqua habes hic in gloſſa quam vide.

An non meo nomine geſtũ ratũ habeam.

§. SED SI EGO. Quantùm ad iuris ſui iacturam, poteſt quis ratum habere nõ ſuo nomine geſtum [14], ſi modò ex certa ſciẽtia, nõ per errorẽ cõſentiat [15]. At quãtùm ad natiuitatẽ actionis de neg. geſt. minimè, vt hic [16]: niſi aliud ęquitas poſtulet, vt quia res eſt præſcripta, aut perẽpta: tũc enim poſſum habere ratum in ſubſidium ad id, vt qui rẽ meã vendidit, pretium mihi reſtituat [17]. Idẽ eſt ſi is qui rẽ geſsit nõ meo nomine, cõſentiat tacitè vel expreſſè, vt negotium geſtum proſit mihi [18]. De his dixi explicatiùs in l. Iulianus. infrà de rei vind.

Negotium meũ quatuor modis dicitur.

§. ITEM QVAERITVR. Communiter quatuor negotiorum genera ſtatuuntur [19]. nã aut negotium noſtrum eſt ipſo geſtu vt hic verſ. *idem*. aut reipſa, quæ duo in vnum mihi vidẽtur recidere: aut cura & ſolicitudine, vt in prin. huius legis, aut ratihabitiõe, vt hoc §. quibus tria addit Bar. hic forſan minime neceſſaria. Et de ſingulis vide gl. & Bar. Itẽ hoc vltimo caſu actio dicitur naſci ex negotio geſto, nõ ex ratihabitiõe, per hũc tex. [20] vnde euenit vt metiamur forum ex loco negotij, nõ ratihabitiõis [21]. ſic licet ratihabitio mãdato cõparetur [22], nõ tamen ex mandato, ſed ex negotio geſto actio naſcitur, vt dixi.

Actio ex negotio non ex ratihabitione naſcitur.

Geſtor de neglectis tenetur.

§. VIDEAMVS. Negotiorum geſtor tenetur de negligẽtia, vt hic [23], quę eo ipſo videbitur geſtori imputãda, cùm incœpit & nõ perfecit [24]: vel ſi quędã geſsit nõnullis omiſsis, ad quæ alius eius cõtẽplatiõe nõ acceſsit, vt hic: vel ſi quaſi omnia geſturus acceſsit, tamẽ partẽ geſsit, licet alius non acceſsiſſet [25]. Et nota neminem ſine actione agere: ex quo & illud proficiſcitur quod ſuprà l. j. dictum eſt. Itẽ quis à ſeipſo debet exigere [26], & in ſe pręſtare quod in alio præſtare debuiſſet [27].

SI AVTEM. L. VIII.

§. ITEM SI. Pertinet ad l. qui proprio. §. procurator. ſuprà

1 *l. ſi pupilli. §. videamus. infra eo.*
2 *l. j. §. illud. de mun. & hon. glo. & Bal. hic.*
3 *l. creditore. de bon. aut. iud. infrà.*
4 *l. vlt. rem rat. hab.*
5 *d. §. videamus.*
6 *l. ſi quid poſſeſſor. §. pe. infra de pet. hær.*
7 *l. præcipimus. de appel-lat. C.*
8 *l. Gallus. §. & quid ſi. de lib. & poſth. & ibi Bal. & Imo.*
9 *l. quæ vtiliter. infra eo.*
10 *vt infra ead. l. §. ſed etſi quis.*
11 *vt hic. & l. ciuitas. de reb. cred. auth. hoc ius. de ſacroſ. eccleſ. gloſ. in c. ſine exceptione. xij. q. ij.*
12 *l. iij. §. ſufficit. de contr. & vti. act.*
13 *§. item ſi procuratori.*
14 *l. ſi fundus. §. j. de pig. infrà.*
15 *l. ſi per errorem. de iuriſd. om. iud.*
16 *& l. ſi ſeruus. de precar.*
17 *l. vlt. infra eod. l. ſi eum ſeruum. de reb. cred. l. vl. de eo per quem fact. l. mater. & ibi Bald. de rei vind.*
18 *l. ſi quid poſſeſſor. de pet. hær. infrà.*
19 *glo. hic. & in l. ſi pecuniam. C. eo. vbi Bald.*
20 *Bar. hic. & Bal. in l. ſi pecuniam. C. eo.*
21 *Cyn. in l. ſi pecuniam. vide Bar. in l. ſi vt proponitur. de fideiuſ.*
22 *l. vlt. ad Maced. C.*
23 *l. debitor. infra eo. & in l. tutori. C. eo.*
24 *l. in commodato. §. ſicut. infra com.*
25 *l. Pomponius ij. infrà eo. vide Bal. in d. l. tutori. & Bar. hic.*
26 *l. quoties. de adm. tut. l. tutor. de fideiuſſ.*
27 *l. cùm in eo. ſuprà de pact. l. cùm hæreditas. de admi. tut.*

de procur. vbi not. Quòd verò hic quæritur [1], an id quod repulſum eſt per formam exceptionis, iterum per actionis modum poſsit intendi, alibi retulimus [2].

Prohibitio impedit actionem negotiorũ geſtorum.

§. IVLIANVS LIBRO TERTIO. Prohibitio facta à domino, impedit ne gerẽs adminiſtratione prohibitus, habeat actionẽ [3]: idem ſi vnus ex ſociis prohiberet quẽ gerere, quia ſe eximit, & alius ſolus tenebitur, vt hic. plane hæc prohibitio nihil efficit in caſibus, quos geri publicè intereſt [4]. Hinc aliquis inuitus defendi poteſt [5]: & qui ſecit expenſas in curando aliquo, etiam inuito & prohibente, poteſt repetere [6]. Ex quo profectum eſt quod Bart. [7] poſt tex. & gloſ. voluit, eum qui ſoluit pro aliquo pecuniam quantumcunque grandem, ſine qua ille in periculum vitæ vel famæ vocabatur, poſſe repetere, nec quicquam proficiet reus, ſi allegetſibi antiquius fuiſſe in corpore aut fama puniri, quàm ſoluere tantam pœnam.

Nolenti beneficium fit.

POMPONIVS I. L. VIIII.

Probatum non poteſt reprobari.

HAEC lex à ſcribentibus mirè perturbatur: ſed tamen ſi te à contextu non dimoueas plana eſt: Ait enim Scæuola, probato negotio à domino, actionem quidem eſſe domino, ſed ex capite approbationis elidi: nec enim recipiendũ eſt, vt quis reprobet, & de eo velut querelam perferat, quod ſemel approbauit: etiamſi dolus procuratoris vel geſtoris affuerit, vt hic [8]: niſi tamẽ is dolus eſſet, quem dominus non cogitarit [9]. Item ſicut nõ reprobo quod approbaui, vt hic: ita nec approbare poſſum, quod reprobaui [10]. Et cùm ratihabitio ex vnius voluntate pendeat, conſequens eſt vt facta etiam abſente parte valeat [11]. vt in aditione hæreditatis receptum eſt [12], in iuramento [13], & acceptatione [14]: quæ omnia ex abſentia partis aduerſæ non labefactantur.

Qui actus parte abſente fieri poſsint.

SED AN VLTRO. L. X.

Vtiliter cœpiſſe ſat eſt ad cõſequendam actionem.

§. IS AVTEM. Sufficit geſtori vtiliter cœpiſſe tam in bonis viuentium, quàm mortuorum [15], licet malus exitus cõſequatur, vt hic. Idem in tutore [16]. Nec obſtat quod dicitur [17], fideiuſſorem qui dominum defenderit, non recipere expenſas ſi victus eſt, quia hactenus id verũ eſt, ſi malè cœperat: quod præſumitur eo ipſo quòd victus eſt [18]. Reliqua habes in l. ſi pupilli. ſupra eod.

SI NEGOTIA. L. XI.

Lucrum cum damno an cõpenſetur.

PERTINET ad notata in l. ſi pupilli. §. vlt. ſupra eo. Et ad finem an lucrum cum dãno cõpenſetur: quod magis eſt, vt hic, niſi damnum ex culpa proficiſceretur, tunc enim compenſatio non eſt admittenda [19]. At hic ex caſu veniebat, ex quo benignè compenſatio recipitur. Si autem vterque vel in dolo eſt, vel in culpa, admittitur compenſatio doli vel culpæ [20].

SVCCESSORI. L. XII.

PERTINET ad ea quæ addidi ad l. ſed an vltrò. §. j. ſupra eodem.

DEBITOR. L. XIII.

IN hanc ſententiã vide quæ paulò ſuperius retulimus [21].

POMPONIVS II. L. XV. ET EVM ACTVM. L. XVII.

Mutata conditione domini, an mutetur actio neg. geſt.

MVTATA domini conditione, geſtori qui illius negotia gerit, ſiue ſit volũtarius [22], ſiue neceſſarius, mutatur agendimo

1 *§. ſi quocunque.*
2 *l. quod in diem. §. j. de compenſ.*
3 *l. ſi pro te. mand. & vlt. C. eo.*
4 *l. at ſi quis. §. idem Labeo. de relig. & ſumpt.*
5 *l. non tantùm. de appell.*
6 *glo. in c. prouidendum. lxxxiii. diſtinct.*
7 *l. Stichus. de pec. le. infrà. vide Decium in l. inuito. de regu. iur: & Soc. in fall. reg. 137.*
8 *l. ſi vnus. §. illud. de pac.*
9 *l. tres fratres. ſuprà de pact. l. cùm Aquiliana. de tranſact. ſuprà.*
10 *l. diſpenſatorem. ad fin. infra de ſol. ſ. vbi noto.*
11 *l. cùm pater. §. donationes. & l. miles. de leg. ij.*
12 *l. pro hærede. ad prin. de acq. hæ. l. ſi aula. de iur. delib. C. Bar.*
13 *Bar. in auth. ſacramenta. ſi aduerſ. vend.*
14 *glo. in cle. j. verb. executorem. de conceſſ. preb.*
15 *l. ſucceſſori. infra eod.*
16 *l. iij. §. ſufficit. de contra. & vtil.*
17 *l. iam tamen. §. in hac. ind. ſol. infrà.*
18 *gloſ. in l. Herennius. de euict. Bar. in d. l. iam tamen. §. in hac.*
19 *ſ. de illo. & l. & ideo. pro ſoc. l. Caius. infrà de vſur.*
20 *l. ſi ambo. de compenſ. l. viro. ſol. ma. vbi dicitur.*
21 *l. ſi pupilli. §. j. ſupra eo.*
22 *l. ſi id quod. §. ſi filiusf. infrà pro ſoc.*

di modus.quod tamen ita exaudimus, ſi geſtor in negotio ex voluntate domini perſeueret, ſin verò domini voluntas ſiue ſcientia abeſt,initium ferè ſpectari ſolet per hunc tex. Et hæc dicuntur cùm de danda actione geſtori contra dominũ quæſtio eſt.Quòd ſi de danda actione domino contra geſtorẽ ageretur,ex mutatione domini,variatur & agendi modus [1]: ſi tamen vnus actus eſt reipſa, vel deſtinatione gerentis, vt cùm acceſsit ad omnia gerenda,vt hac lege deſignatur. Nam ſi ſint plures & ſeparati actus,cuiuslibet initium ſpectamus [2]. Mutatione autem contingente ex perſona geſtoris, ſemper variatur agendi modus [3]:nec ea quæ poſt mutationem geſta ſunt, ad prius tempus referuntur:niſi cõnexam cum primùm geſtis rationem habeant,vt hic [4]. Quid ſi mutatio contingat in delictis,vide quæ not.in l.pen.ſi ex nox.

Mutatio conditionis gerẽtis an immutet actionem.

ATQVIN NATVRA. L. XVIIII

§. CVM ME ABSENTE. An ad commiſsionem ſtipulationis de euictione requiratur ſententia, alibi dicetur [5]. Item hunc §. allego in l.ſi fideiuſſor.§.quædam.infrà mand.

NAM ET SERVIVS. L. XXI.

HOC principiũ ſcitè allegatur per Bar.hic, quòd captus ex iure pignorationis ſiue Marcæ indicto ob delictum alterius,poteſt à delinquẽte repetere:nec multùm facit, quòd iniuria vni facta alterum non tenet [6]: quia habet locum niſi illi iniuriæ,is à quo repetitur,cauſam dediſſet,per hunc tex. damnum enim quod ob inimicitias tuas ſentio, culpa tua pati videor [7].

Is præſtat violentiam, qui cauſam violentiæ dedit.

SI QVIS NEGOTIA I. L. XXIII.

REFERTVR ad ea quæ not.in l.qui proprio. §. procurator.ſuprà de procur.

SI EGO HAC MENTE. L. XXIIII.

PER procuratorem mihi quæritur dominium, item liberatio [8]:modo tradens & procurator id agant, vel ſaltẽ tradens [9].Sin autem neuter id intendat,nõ quæritur niſi poſt ceſſionem [10]:quod ſuprà fuſiùs dixi [11]. Per geſtorem autem nõ mihi quæritur actio aut liberatio,vt hic.vt enim agere nõ poteſt in debitores meos,cùm actionem non habeat [12], ſic nec recipiendo acquiret domino,niſi ſecuta ratihabitione, vt hic tex.qui loquens de procuratore in geſtore explicari debet ſecundum glo.Bart.& alios.

Procurator acquirit actionẽ domino ſed non geſtor.

SI QVIS NEGOTIA II. L. XXV.

QVI expendit in rem vltra mandatum, reliquum non recipit à mandante, vt hic [13].nam fines mandati diligenter cuſtodiendi ſunt.Idem in eo qui plus expendit quàm res valeat [14]. Planè ſi cùm haberet mandatum ad emendã rẽ centum, emerit pluris,cùm minore pretio non poſſet,poterit nihilominus rem ſeruare,ſaltẽ retentione vel exceptiõe ex æquitate [15].Itẽ quod dixi de eo qui plus expendit quàm res valeat, rationem habet,cui bene adiũgitur quòd de quęſtore & tutore obtinuit: qui nõ debẽt alicuius rei nomine iudicium dictare,in qua perſequẽda maior ſumptus eſſe poſſet, quàm cõmodũ victorię [16].

Plus expendẽs in re quàm ſit digna, non repetit.

CVM ALICVI. L. XXVI.

AN plures adminiſtratores inſolidum vel pro parte teneãtur,habes in l.j.§.vl.de exercit.infrà.Et quid in mãdãtibus

An plures adminiſtratores inſolidum teneantur.

1 *l.Titia.§.vſuras.de legat.ij.*

2 *l.tutor poſt. de tut. & rat.diſt.et d.l.tutorem. & Bar hîc.*

3 *l.eum actum. hoc tit.*

4 *& l.tutorem.§.inde.de admi.tut.*

5 *l.item verberatum.§.ſi ſeruus.ĩfrà de rei vin.*

6 *l.vlt.C.de act.empt. & l.ſi per imprudentiam. de euict.*

7 *l.pe.ſol.matri. infrà l.ſi merces.§.culpa. infrà loc.*

8 *l.j.& l.viij. de adquir. poſſ.C.*

9 *l.qui mihi.de donat.infrà.l.ſi ſponſus. de don. int.vir.& vxo.l.ſi procurator.de adq.re.dom.*

10 *l.poſſeſsio.§.j.de adqui. poſſeſ.*

11 *l ſi procurator.de proc.*

12 *l.ſi pupilli.§.videamus. ſupra eod.*

13 *& l.qui aliena.§ j.infra eo.*

14 *glo.& Bar.in l.ſiue hereditaria.ſupra eo.l.qui fundum.de in rem verſ. infrà.*

15 *l.nam hoc natura. de cõd.ind.vbi Iaſ.tex.in l.planè.infrà de pet.her.*

16 *l.mediterranea.de anno.& trib.lib x.C.& ibi Barto.*

& mandatariis alibi referemus [1].

Ex dvobvs. L. xxvii.

AN qui impenſas vel neceſſarias vel vtiles aut voluptarias fecit, poſsit eas ſeruare à domino, alibi dictum eſt [2]. Et ad finem nota expenſas factas cauſa pietatis, donationem habere, nec reuocari [3]: niſi ex cauſa ingratitudinis [4]: cuius ſpecies relata eſt in l. patrem. C. de nup.

Expenſa cauſa pietatis facta non repetitur.

Si qvis mandatv. L. xxviii.

GESTOR, mandans, mandatarius, & procurator, antequam ſoluant agere poſſunt, vt hic [5]: fideiuſſor non item, etiamſi ſine mandato fideiuſsiſſet [6]: niſi certis caſibus [7]. nam mandato de fideiubendo, tacitè ineſt mandatũ de ſoluendo [8]. Hinc eſt quòd hæres grauatus fideiubere non repetit [9]. quod verius eſt, licet nonnulli improbent. Emptor autẽ conuentus euictionis nomine, licet ſit cõdemnatus, vel diu ſteterit in obligatione, non agit in venditorẽ, niſi re vera res ſit ablata [10]: quod etiam in fideiuſſore euictionis locum habet, qui antè nõ eſt obligatus [11]. Idem dicitur in vno ex pluribus ſociis qui inſolidũ pro aliquo debito ſe obligauit, neq; enim ſtatim agere poteſt aut ſummã repetere à cõſociis, donec ſoluerit aut ſit cõdẽnatus [12]: ſed ſufficiet cautionem de indemnitate petere [13].

Geſtor, procurator & fideiuſſor an antequam ſoluerint, agant.

Ex facto. L. xxx.

COLLEGAE in officio habent inuicem actionem, etiamſi non eſſent pares in poteſtate, vt hic: idem in tutoribus, etiamſi non cedatur actio [14]: at in fideiuſſoribus contrà: quia inter ſeſe non agunt, niſi habeãt ius ceſſum à creditore [15]. Cui rei ratio triplex à glo. hic affertur: tu ſecũdam proba poſt Bar. & alios. Et hæc dicuntur, cùm finito officio agunt inter ſeſe. An vero conſtante officio agere poſsint alibi diximus [16].

Collegæ, qui ſoluit an contra cæteros actio ſit, etiam ſine ceſsione.

Liberto. ad fi. L. xxxi.

PERTINET ad ea quę ſubiecimus ad l. licet. §. pe. ſuprà de proc. Igitur licet cauſę abſentię allegentur, poteſt nihilominus iudex ſententiam ferre & cognoſcere, vt hic: ſi tamen cauſæ eſſent veræ, nulla eſſet ſententia [17]. Reliqua dicuntur in l. penul. §. j. de publ. iud.

Procurator ad cauſas abſentiæ dicendas.

Nesennivs. L. xxxiiii.

GESTOR præſumitur ſemper facere ſumptus ex eo patrimonio quod gerit nõ ex ſuo. quod tã verũ eſt, vt etiã tollatur pręſumptio pietatis, vt hic [18]. Aliâs enim ſi pater & mater bona filiorũ nõ adminiſtrent, quicquid in eos impendunt, non reputant: quia cauſa pietatis feciſſe creduntur, niſi aliud docuerint [19]. Tamẽ in dote receptũ eſt, vt pater idémq; curator filiæ, filiam dotans, cenſeatur de ſuo feciſſe, nõ de filiæ patrimonio [20]: niſi pater naturalis eſſet [21]. Itẽ & hęc dicta ſint, quoties ipſi parẽtes à filiis repetere volũt: nã ſi mater in filiũ quicquã expẽderit, magis eſt vt à patre repetat [23]. Quæſitũ quoq; eſt de extraneo dotãte, an repetat; quod vix eſt: pietatis enim intuitu dotaſſe pręſumitur [23]: ſi tamẽ eſſet debitor mulieris, animo cõpenſandi ſoluiſſe præſumeretur: quod & Bart. videtur [24]. Huc pertinent quæ de collatione infrà aſcribemus [25].

Impenſæ an præſumantur factæ cauſſa pietatis.

Pater filiam dotãs an pręſumatur de ſuo dotare.

Extraneus dotans

Divortio. L. xxxv.

CVM quis accedit ad generalem adminiſtrationem, de-

bitum

1 *l. ſi mandato. §. Paulus. infrà mand.*
2 *l. in fundo. infrà de rei vind. vbi vide gloſ.*
3 *l. ſi alimenta. & l. ſi pater no. C. eo.*
4 *l. vlt. C. de reuoc. don. c. vlt. de don. ext.*
5 *& l. ſi mandato meo. infrà mand.*
6 *glo. & Bal. in l. item ſi eum. ſupra eo. Bal. in l. ſi pro ea. C. mand.*
7 *d. l. ſi pro ea. & l. Lucius. infrà mand. c. vlti. de fideiuſſ.*
8 *l. indebitam. de cond. ind. infrà.*
9 *l. tribus. de vſufr. rei. quæ vſu. infrà. Bal. in d. l. ſi pro ea. j. col.*
10 *l. habere licere. de euic. l. iij. C. de euict.*
11 *Bar. in l. facere. ſol. mat. per illum tex. in fi. vbi & Bald.*
12 *l. certum. & ibi Bal. famil. erciſ.*
13 *l. frater à fratre. & ibi Aug. Alex. & Iaſ. de condic. indeb. vbi noto.*
14 *l. j. §. nunc tractemus. de tut. & ra. diſtr. ĩfrà.*
15 *l. vt fideiuſſor. infrà de fideiuſſ.*
16 *l. qui proprio. §. vlt. ſuprà de procu.*
17 *l. quæſitum. & ibi gloſ. & Bar. de re iud. l. ij. §. ſi quis. ſuprà ſi quis cau.*
18 *l. vlt. infrà de pet. hær.*
19 *l. alimẽta. & l. ſi paterno. & l. j. C. eo. l. is qui. infra eo. l. quæ pater. famil. erciſc.*
20 *l. profectitia. §. vlti. de iur. dot. l. vlti. de dot. promiſſ. C.*
21 *l. vxorem. §. pater. de leg. iij.*
22 *l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. de lib. agno.*
23 *l. cùm is. §. ſi mulier. de cond. ind. infrà.*
24 *in l. vxorem. §. pater. de leg. iij. fac. d. l. cum is.*
25 *in l. quæ pater. ij. famil. erciſ.*

Debitum ex vna cauſſa quando in aliã deducatur.

bitum ex prima aliqua, cauſa deducitur in debitum ex cauſa quæ ex hac generali geſtione proficiſcitur: ſiue geſtio ſit neceſſaria [1], ſiue voluntaria, vt hîc. Non eſt ita ſi geſtio ſpecialis eſſet [2]. Sed neque talis deuolutio legibus permiſſa eſt, niſi vel domini intersit, vel gerens ſibi ſoluere potuerit, vt hac l. Nã ſi ei nihil imputari poteſt, ſemper prima actio ſpectatur [3].

1 *l. quoties. §. :. de admi. tut.*
2 *l. ſi remuner. d. §. apud Iulianum. infrà. mand. Bar.*
3 *l. qui id quod. de don. l. j. §. ſi quis ſub. vt leg. & fid. nom. l. ſi legati. de leg. 3.*

SI LIBER HOMO. L. XXXVI.

Solutio creditori creditoris quãdo liberet.

POSSVM ſoluere creditori creditoris mei, & liberabor ipſo iure [4], quod toties locum habet, quoties creditum meum, & creditum creditoris cui ſoluo, ex eadem cauſſa deſcendunt, vt hîc: vel ſi ſaltem res meæ erant obligatæ creditori creditoris [5]. aliâs per exceptionem [6]: ſi tamen teſtatò creditor debitorem me prohibuiſſet ſoluere, liberatio non contingit [7]. Sed quamquam, vt ſuprà dixi, poſsim ſoluere creditori creditoris mei, non tamen is habet in me actionem [8], niſi cedatur illi à creditore meo [9]: ſi tamen creditor meus nihil in bonis haberet, poſset rectà eius creditor me cõuenire, ſed ego ab expenſis abſolui debebo: vt à CVRIA Pariſienſi iudicatum eſt [10].

4 *Bar. in l. ſolutum. §. ſolutam. de pig. act.*
5 *d. §. ſolutam.*
6 *l. ſi opera. infrà. de doli. mal. excep. vbi vide Bar.*
7 *l. inuito. de ſolut. C.*
8 *l. eum cui. C. de act. & oblig.*
9 *l. vlt. Quand. fiſc. vel priuat.*
10 *Die 15. Maij ann. 1528.*

LITIS CONTESTATAE. L. XXXVII.

An ſit aliquis locupletior q̃b tempus diſpiciatur.

VVLGATA eſt illa theorica, quæ paſsim apud Bar. relata eſt, quòd cùm locupletem eſſe, eſt cauſa dandæ actionis, ſemper litis conteſtatæ tempus inſpicitur, vt hîc [11]: ſi autem cauſſa eſt moderandæ executionis, tempus rei iudicandæ [12].

11 *& l. in pupillo. infrà. de ſolut.*
12 *l. ſi à domino. §. pen. de pet. her. l. rei iud. infrà. ſol.*

SOLVENDO. L. XXXIX.

Inuito beneficium cõfertur.

SOLVITVR pro inuito, & ſic hoc caſu inuito beneficium cõfertur: quod admittendũ eſt cùm publicè intereſt [13]. vel priuati, vt hîc. Sed hoc vltimo caſu non repetet ſoluẽs [14]: licet hîc glo. aliud dicat. Faciunt ea quæ not. in l. ſi ex duobus. ſupra eodem.

13 *l. non tantùm. de appel.*
14 *l. ſi pro te. infrà. mãd. & Bar. hîc. vide Dec. l. in inuitũ. de reg. iur.*

ACTIO. L. XLVII.

Actio directa & vtilis quid.

APVD doct. quæritur quid ſit actio directa, & quid vtilis. Et melius eſt eam directam appellare, quę datur ex verbis, item & ex mente. Nam licet edictum Prætoris in interdicto Vti poſsidetis, faciat mentionem tantùm de ædibus [15]: tamen datur pro fundo directum interdictum [16]: idq; ex mente. Vtilis autem eſt quæ non venit ex verbis, vel ex mente, ſed ex interpretatione iuriſconſulti ſecundum mentem, ex analogia vel comparatione iuris [17].

15 *l. j. in prin. vti. poſſ. infrà.*
16 *l. j. C. vti poſſ.*
17 *l. pe. ſi quadr. paup. fec. vbi Bar. vide per doct. in l. j. de act. & oblig.*

SI REM. L. VLT.

HAEC lex pertinet ad ea quæ ponuntur in l. ſi pupilli. §. ſi ego. ſuprà. eod.

De calumniatoribus.

IN EVM. L. I

Corrumpens aduerſarium quando teneatur.

NON omnis qui aduerſarium corrumpit, calumniæ notatur, ſed hoc ita ſtatuendum erit, ſi in cauſsis quæ publicam vtilitatem reſpiciunt interuenerit corruptio, vt in popularibus actionibus vſuuenit [18], vel ſpiritualibus [19], vel etiam priuatis, vt in teſtamen-

18 *l. eum qui. §. in popularibus. de iur. infrà.*
19 *de colluſ. deteg. ext.*

to.[1] In criminalibus autem an liceat tranſigere, habes per tex. & glo. in l. tranſigere C. de tranſ.[2] Item titulus hic, & pœna eius, nempe amiſsio cauſſæ, habet locum tam in reo, quàm in actore [3]: per ſententiam non ipſo iure [4].

1 l. ſi ſuſpecta. infrà. de inoff. teſt.
2 & l. iij. Quib. ex cauſis ſerui. pro pr am.
3 glo. in l. j. de pœn. s iud. qui m. s. iud. Bar.
4 l. eius qui. de iur. fiſc. fac. d. l. j. de pœn. iud. q. m. al. vbi Bar.

ET GENERALITER. L. III.

§. ILLVD. Cum aliquis pœna afficitur in gratiã certæ perſonę, illa pœna lucro illius perſonæ cedit, vt hîc [5]: hoc intelligũt doctores cùm pœna apponitur à iure, non ſi ab homine. vnde bellè apud Bar.[6] quæritur, teſtator iuſsit vxorem manere in domo, & ab hærede victum recipere, ea lege vt ſi malè ab hærede habeatur, hæres hæreditate decidat, an hærede contra legem teſtamenti faciente, hæreditas ad lucrum vxoris perueniat: & reſpondet ad ſubſtitutos vel alios, qui ab inteſtato veniunt, pertinere, non ad vxorem: quia illa pœna ex diſpoſitione hominis venit.

Pœna cõmiſſa fauore vnius illi applicatur.

5 & l. pe. de lega. C. l. ij. §. pe. & ibi Bart. de coll. bon.
6 in l. vxorem. §. heres. de leg. iij.

ANNVS. L. VI.

Pertinet ad ea quæ ponuntur in l. genero. ſuprà. de his qui t. infam.

LIBER QVARTVS PANDECTARVM.

De in integrum reſtitutionibus.

SCIO ILLVD. L. IIII.

IN iis quæ ſunt ſecundum ius, etiam minimum attendi [7]: nam de re minima appellatio recipitur & damnum acceptũ in re, & ab vſufructu refectũ, agnoſci à proprietario debet, ſi minimũ ſit.[8] At in his quæ contra rationem iuris inducta ſunt: minimum negligitur, vt hîc [9], ſic in iudiciis quæ pro rebus minimis dantur, ſolennitates iure proditæ [10] negliguntur [11]. Vnde & CVRIA Pariſienſis multauit [12] iudicem, qui in cauſa quinq; ſolidorum ordinariè & ſolenniter cognouerat.

Minimũ quando attendimus.

In minimis negligitur ſolennitas iuris.

7 c. de appellationibus. ext. de appell.
8 l. ſi proprietarius. de dam. infec. infrà.
9 fac. l. ſi oleum. §. vlt. infra. de d. l.
10 c. quoniam contra. de prob. & gl. in l. prolat. ã. C. de ſent. & interl. om. iud.
11 Auth. niſi breues. de ſen. ex breuic. recit. C.
12 Anno 1544. die xxvij. Maij.

NEMO VIDETVR. L. V.

HANC legem per ſimilitudinem & fictionem intelligi voluit glo. quod magis eſt. Ex quo deſcẽdit quod dicitur, eum qui habet reſtitutionẽ ad rẽ, nõ videri rẽ poſsidere, ad id vt vel ad ſolaria grauetur, vel dicatur immobilia poſsidere: Bar. hîc. Nã non inſpicitur quòd quis poteſt reſtitutionẽ impetrare [13].

13 l. vlt. in fi. de cond. ind. l. iiij. §. j. de fideic. liber. infrà.

DIVVS. L. VII.

PRAECEPTORIBVS iuris [14] placuit hãc legẽ de ficto cõtumace intelligere: nã & hic reſtituitur ad appellationẽ, at verus minimè [15]. Verus autẽ is dicitur, qui in iudicio dixit ſe nõ venturũ [16], vel extra iudiciũ teſtatò corã nuncio [17].

Cõtumax verus qui dicatur.

14 Azo. & Bar.
15 l. & poſt edictum. §. vlt. de iud. l. ex conſenſu. §. vlt. de appell. l. ab eo. C. quo. & quãd. iud.
16 c. venerabilibus. §. ſecus. de ſent. excõ. lib. vj.
17 Bar. hîc. & glo. in verb. manifeſtè. in. cle. j. de dol. & cont. vbi vide fusè.

INTER MINORES. L. VLT.

CONSTITIT quinq; ſpecies abſentiarũ eſſe, de quibus gl. hîc. In prima quę neceſſaria & probabilis appellatur, vt militiæ, reip. cauſſa, infirmitatis: & ſecũda, quę probabilis tãtùm vocatur

Abſentia multiplex.

Abſens quādo teneatur procuratorem dimittere.

catur, non eſt neceſſe procuratorem relinquere [1]:niſi in cauſis inceptis [2],vel niſi ad agendum [3].In tertia autem quæ tantùm neceſſaria eſt, vt cùm aliquis relegatus eſt, debet ſi poteſt dimittere procuratorem,aliâs non reſtitueretur [4].Si qua tamē vel facto vel iure impeditio fuit,vt puta excommunicatio reſtitueretur [5].Sed nec quiſquam in cauſis grauibus tenetur mittere procuratorem [6].Quoties autem diximus relinquendum aut mittendum procuratorem,intellige ſi facile eſt: nam ſi arduum erat,neceſsitas talis remittenda eſt [7]:idem dicitur in viro,qui vxori ægræ medicum debet attribuere [8],quod verum eſt ſi facile eſt [9].Planè & iis caſibus in quibus diximus non teneri aliquem vt procuratorem mittat, aliud erit ſi cauſſa requireret celeritatem [10].

Procurator mitti debet ſi facile factu eſt.

Quod metus cauſſa geſtum erit.

Metvm accipiendvm. L. v.

Geſtum metu multis modis fit nullum.

VARIE quod metu geſtum eſt reſcinditur: aut ex hoc edicto,& tūc is metus requiritur qui hac lege continetur [11],vel in ſe vel in filio [12]. Aut officio iudicis,tunc ſufficit metus verecundiæ [13],aut reuerentiæ,vt ea quę à liberto, vxore, clerico, & vaſallo debetur domino,marito,& epiſcopo:nam geſta per hanc reuerentiam reſcindūtur [14]:Item ſufficit metus imminentis mali, vt in ægroto qui medico promittit [15].Item nonnulli ſunt caſus in quibus nec edicto nec officio iudicis eſt opus, ſed ipſo iure quis non tenetur:de quibus vide glo.in c.ij.ext.eod.

Sed et partvs. L. xii.

HAEC referuntur ad legem iij.de iuſt.& iur.ſuprà.

Extat. L. xiii.

Quando ius ſibi quis dicere poſsit.

NON ſine ratione dicitur,eū qui ſibi ius dixerit, & rem ſuam authoritate ſua ab alio abſtulerit, debitum amittere, vt hic [16]:niſi aliud inter partes conueniſſet [17],vel debitor de fuga eſſet ſuſpectus [18], vt gl.hic.Et hæc pœna non ipſo iure ſed per ſententiam infertur [19]. Quoties enim lex per verba de futuro loquitur(vt hic, *ius crediti non habebit*)ſententia requiritur [20]. Item licitum non eſt ſibi ius dicere, intellige ei qui non poſsidet:nam ſi poſsideret rem,& in ea aliquid fit, poſſet propria authoritate quod ponitur deſtruere [21],vel rem occupare [22].Ex quo belliſsime Panor.[23] infert, eū qui ius,dominium,prælaturam,iuriſdictionem,vſumfructum habet, quandiu poſsidet, poſſe propria authoritate reſiſtētes & ius impedientes coercere,& ſic oſtia effringere, & ſimilia facere ſine quibus non poteſt vſu rei perfrui.

Quis ius habet poteſt vi illud defendere.

Item si cvm exceptione. L. xiiii.

§. Haec avtem actio.

In arbitrarijs duplex ſententia.

VIDES hic in arbitrariis ferri duplicem ſententiam: prima enim aliquem ad rei reſtitutionem condemnat: ſecunda quia non reſtituit,in quadruplum fertur, vt hic [24]: ſufficeret tamen vna ſententia qua iudex condemnat quem ad reſtituendum,& quo caſu non reſtituet,ad quadruplum [25].Adde in bonæ fidei iudiciis duplicem ſententiam non ferri , quia iu-

1 c.ii.de proc.
2 l.necnon.ex quib.cauſ. ma.Bar.hic.
3 l 4.de diuerſ.& tempi præſ.& ibi Bar.l.ſed et ſi.§.1.infrà.ex quib.cauſſ.mai.
4 l.Papinianus.de mino. & d.l.ſed et ſi.§.4.
5 c.quia diuerſitatem.de conceſſ.præb.
6 c.ii.& ibi glo.de proc.
7 l.idemq́.& ibi Bar.& Bal.pro ſocio.
8 l.ſi ab hoſtibus §.vlti. ſol.mat.
9 l ſi ideo.de his quib.vt indig.fac.l.ſi autem in prin.de neg.geſt.
10 cap.cùm dilecti.& ibi Pan.de dol.& contu.
11 & c.dilectus.ext.eod.
12 l.iſti quidem.infrà.eo.
13 l.vlt.§.ſi fœnerator.infrà.eod.
14 glo in l.1.§.quæ onerādæ.infrà.quar.rer.act.
15 l.medicus.de var.et extraor.cog. Bart.in l.interpoſitas.de tranſ.
16 & l.ſi quis in tantam. C.vnde vi.l.non eſt ſingulis.de reg.iur.
17 l.iij.de pig.C.
18 l.ait.prætor.§.ſi debitorem.& ibi glo.quæ in fraud.cred.
19 Bar.hic.licet glo.cōtrà.
20 glo.in l.iubemus.§.ſanè.in verſ.priuentur.de ſacro.eccl.Auth.habita.Ne fil.pro pat.
21 l.quemadmodum.& ibi pono.ad l.Aquil.
22 l ſi in area.& ibi Bal. de cond.indeb.
23 c.j.de immu.eccl.& ibi Innoc.
24 & l.qui reſtituere.de rei vind.Iaſon in l.in actionibus.de in lit.iurand.infrà.
25 l.non ab re.vnde vi.C. et l.conductores.loc.Iaſ. in §.quadrupli.vij.col. de act.

vnum procuratorem litigabunt [1]: at ſi in hæredes incipiat, diuiditur actio ex lege duodecim tabularum [2], ergo poteſtas agendi & defendendi. ita procedit hic tex. [3] poteſt tamē propter commoditatem iudex iubere, vt per vnum lis intendatur [4]. Item in iudiciis diuiſoriis omnes non poſſunt per vnum procuratorem agere, idq́ue ob rationem quam text. aſsignat in l. licet. §. penult. infra eod. Si tamen dum plures familiæ erciſcundæ aut alio diuiſorio iudicio agunt, vnus eorum pluribus hæredibus relictis decedat, magis eſt vt vnum procuratorem dare debeant [5], vt dixi: plures enim pro vno habentur [6]. Sic cùm plures ſuccedunt vni ex iis qui ius patronatus habēt, pro vno habentur [7]. An verò apud vnum iudicem conſortes plures agere debeant, retulimus ſub tit. de quib. reb. ad eund. iud. eat. infrà.

Plures hæredes vnius loco.

1 d. l. iam tamen. §. pe. l. ij. §. ex his. de verb. oblig.
2 l. j. ſi cert. pet. C.
3 ſecund. Bart. in d. l. iam tamen.
4 l. quod ſi nolit. §. ſi res. de ædil. edict.
5 l. ſi familiæ. infrà fa. er.
6 l. cui fundus. in fi. infrà de cond. & demonſt.
7 cle. ij. de iure patro.

§. IVLIANVS.

CONSTITVTIONE ſecundi procuratoris primus reuocatur, vt hic: nec ſimile erit de tutore per teſtamentum creato, qui per alium codicillis datum non reuocatur [8], quia vno & eodem tempore vterque datus intelligitur, cùm teſtamento codicilli confirmentur [9], & per aditionem hæreditatis vtrunque valere incipiat [10]. Et quòd hic in procuratore admittimus, intellige niſi poſt litem à primo conteſtatam, ſecundus datus eſſet: nam nec eo caſu reuocari poſſet [11]. Sed & in iudicibus ordinariis per ſecundi conſtitutionem primus non reuocatur [12]: quod ius ad vicarios & legatos perducitur, vt illi alijs creatis non intelligantur reuocari [13].

Procurator vel tutor an alio conſtituto putetur reuocatus.

Quid in iudicibus.

Per ſecundi iudicis aut vicarij creationem an primus reuocetur.

PLVRIBVS. L. XXXII.

PERTINET ad id quòd ſupra relatum eſt [14], qui administratores dicantur habere officium inſolidum.

8 l. ij. de teſta. tut. C.
9 glo. in d. l. ij. quam ſequitur Bar. facit doct. Bar. in l. contractus. de fide inſtrumen.
10 l. ſi nemo. de teſta. tut.
11 l. poſt litem. ſupra eod. Panor. in c. pe. extra eo.
12 l. j. de of. præf. vr. C. & c. ad hæc. de bar. lib. vj.
13 c. volentes. & ibi Pan. de offic. leg.
14 l. 4. de conſul.

SERVVM. L. XXXIII.

§. PVBLICAE. An in criminibus admittatur procurator vide notata in l. pe. §. ad crimen. de pub. iud. qui §. huic obſtat.

SI QVIS IN REM. L. XXXIIII.

PROCVRATOR in rem ſuam verè nō dicitur procurator [15], ſicut nec coniuncta perſona [16]. ideo procurator in rem ſuam, ſibi libellum concipiet, & petet ſibi dari non domino [17]. nec tenebitur defendere cedentem, qui & dominus eſt, in reconuentione, vt hic tex. & gloſſ. Exceptiones tamen in rem ex perſona cedentis illi opponentur, vt exceptio compenſationis [18]: illa enim exceptio, in rem eſt; & ex perſona cedentis, ceſsionario ſiue procuratori in rem ſuam nocere debet, quod & alibi relatum eſt [19].

Exceptio compēſationis ceſſionario obſtat.

15 gl. in l. j. in prin. ſupra eo.
16 l. iij. §. j. & ibi Bart. iud. ſol. infrà.
17 Bar. hic. l. qui ſtipendia. C. eodem.
18 Dyn. in regul. ſi quis in ius. de reg. iur. lib. vj. & Bart. hic.
19 in l. verū. infrà de cōpē.

SED ET EAE. L. XXXV.

CONIVNCTAE perſonæ ſunt omnes quæ enumerantur hic, & in l. j. §. vlt. de poſtulan. ſuprà [20]. & coniunctas perſonas in infinitum dici voluit Innoc. vſque ad gradum ſucceſſorium [21]. Sed probabilior, opinor, erit Pan. ſententia [22]: qui vult rem omnē ex varietate regionis expediendam eſſe. nam apud hos pro coniunctis habentur aliqui, qui & iidem apud alios fortè non agnoſcuntur. Item ſi egit coniuncta perſona, non nocet domino, niſi ratum dominus habuerit [23]: nec ſolui ei poteſt [24]: nec enim procurator eſt [25]. Item amicus à Bar.

Qui ſint coniuncti.

20 ſecundū glo. & Bar. hic.
21 in c. a. nonnulli. §. vlt. de reſcrip.
22 in d. §. vlt.
23 l. j. & ibi Bart. quib. res iud. non noc. C.
24 l. qui hominem. §. ſi igitur. de ſol. & gl. in l. vero. eo. l. iij. ſol. mat. Bal. in l. j. quib. res iud. non. C.
25 l. iij. §. j. iud. ſol.

Amicus non eſt perſona cõiuncta.

à Bar. [1] & Cyn. [2] coniuncta perſona numeratur: nam amicitia ſanguini æquipollet [3]. Quod tamen non eſt expeditum: nã cõtrarium videtur probabilius per ea quæ not. in addi. ad Bar. in l. non ſolùm. in princip. infra eod. adde l. Pomponius. §. vlt. infrà eod. vbi etiam mentio fit de coniuncta perſona. Huc adiunge quod pono in l. patri. infrà de iniur.

Procurator an præciſè cogatur defendere.

§. PRAETER. An procurator præciſe defendere cogatur, plura hic apud Acc. relata ſunt: ſed expeditè dici poteſt, procuratorem non cogi præciſe iudicium accipere, etiamſi ſatiſdationem de defendendo impleuerit [4]: ſed ſatis eſt committi ſtipulationem [5]: quod tamen locum non habet cum dominus ſatiſdedit pro procuratore præſente & cõſentiente [6], vel pro abſente, qui poſteà ratum habuit tacitè vel expreſſè [7]. Idem placuit cum actio eſſet peritura [8]. Ex his efficitur in iudiciis obligationem præciſam eſſe ad factum: quod an in contractibus locum habeat, refert Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur. de verb. oblig.

In iudiciis ad factũ præciſè obligamur.

OMNIVM. L. XXXVII.

Actor an ad lites futuras poteſtas datur.

QVAERITVR an per plures procuratores agi poſſit in eadem cauſa: quod ex iis quæ antea dicuntur [9] reſpõſum eſt. Et ab Accur. & Bart. dicitur procuratorem datum ſimpliciter, ad lites futuras poteſtatem habere [10]: cui opinioni generalitas huius legis ſuffragatur. At actor vniuerſitatis ad lites futuras dari non poteſt [11]: ſic nec arbiter ad lites futuras poteſtatem habet [12].

NON SOLVM. L. XXXVIII.

Iuramentum calumniæ an à procuratore præſtetur.

LICET iuramentum calumniæ lege principali [13] proditum, ſine quo iudicium ſtare non poteſt, à parte non à procuratore ſit præſtandum [14]: tamen illud iuramentum veteri iure receptum, per procuratorem præſtatur [15]. Item an confeſſio procuratorum noceat dominis, habetur in l. certum. §. ſed an & ipſos. de confeſſ. infrà. & glo. hic.

Procurator an ſemper caueat.

§. QVI IN ALIENO. An procurator ſemper teneatur cauere, ſuperfluum videatur iterum recitare poſt gloſ. quam tenent omnes. & vide docto. in l. j. C. eod. Planè ſi de mandato addubitetur, admittetur cum cautione [16], etiam in iis quæ ſpeciale mandatum deſiderant, quod nota [17].

POMPONIVS. L. XL.

Caſus quibus ſpeciale mandatum exigimus.

CASVS in quibus ſpeciale mandatum requiritur habes in c. qui ad agendum. §. vlt. extra eod. Et ad fin. legis huius faciunt ea quæ paulò antè retulimus [18].

LICET. L. XLII.

Procurator & tutor an damnandi ſint.

PERTINET ad notata in l. pe. §. ad crimen. de pub. iu. Et quod hic paulò ante finem legis dicitur [19], iungitur iis quæ poſita ſunt in l. ſi quis cum. §. vnius. ſupra eodem. Et allegatur quòd indiſtinctè procurator eſt condemnandus non dominus [20], quod tenent omnes [21] & verum eſt, niſi is eſſet procurator qui allegat cauſas abſentiæ tantùm [22]: at tutore agente poteſt ſententia nomine pupilli concipi [23]. Nec enim refert in vtrum ſententia concipiatur, niſi cùm abeſt pupillus, vel fari non poteſt [25].

1 in l. non ſolum. in princi. infra eod.
2 in l. exigendi. C. eod.
3 l. iiij. de caſt. pe. li. xij. C.
4 §. vlt. infra ead. l. & l. mutus. §. vlt. infrà. eo. l. inuitus. C.
5 l. non cogendũ. infra eo.
6 l. filiusfamilias. §. vlti. ſuprà eod.
7 l. ſi defunctus. ſupra eo. & cle. j. de proc. vbi gloſ.
8 d. l. mutus.
9 l. ſi quis cum. §. vnius. ſupra eod.
10 l. iij. §. vlti. cum l. ſeq. de tut. infrà. gl. in l. damni. §. ſi is qui. de dan. infec.
11 l. item. §. ij. quod cuiuſ. vniuer.
12 l. de iis rebus. infrà de arb.
13 l. ij. de iur. cal. C.
14 auth. principales. & l. ij. §. ſin autem abſuerit. de iur. cal. C.
15 l. qui bona. §. ſi alieno. de dan. infect. & l. rem nõ nouã. de iud. C. & Pau. de Caſtr. in d. l. ij. §. ſin autem.
16 d. l. j. & per reg. glo. in c. ſi ſcit ata. de in int. reſti.
17 l. illud. §. vlt. cum l. ſeq. infrà de mi. & ibi Bar.
18 l. ſed & ex. ſupra eod.
19 §. ſi plures.
20 l. j. de ſen. & interl. om. iud. C. l. liberto. §. vltim. infrà de neg. geſt.
21 doct. in d. l. j.
22 d. l. liberto. §. vlt.
23 l. ſi ideo. de euict. & Bal. in d. l. j.
24 l. j. ſufficit. de adm. tu. Bar. in l. q. de bon. mater.

MVTVS. L. XLIII.

EDICTVM hoc prohibitorium eſt: nam qui non prohibentur eſſe procuratores, admitti debent, vt hic: idem in edicto de teſtibus [1]. Et quæritur vtrû in legibus & ſtatutis quæ nô reperiantur, prohibita videantur eſſe conceſſa, in quo ita ferè res expeditur [2]: aut enim lex affirmatiuè rogatur, & tûc omnia cenſentur conceſſa, niſi quæ ſpecialiter ſunt excepta: aut negatiuè, quo caſu omnia prohiberētur, niſi permiſſa reperiantur [3]. quod rationem habet. Reliqua huius legis pertinent ad id quod ſuprà poſuimus [4].

Edictum de procuratori-bus prohibitorium.

An omnia permiſſa dicantur niſi quæ prohibita reperiantur.

1 l. j. de teſtib. infrà.

2 ſecūd. gl. in c. j. de tranſ. epiſ. ext. in verb. non inuenitur.

3 vide Panor. in d. c. j.

4 l. ſed & ea. §. præter. ſupra eodem.

QVI PROPRIO. L. XLVI.

§. PROCVRATOR. Procurator in omnibus parem debet domino rationem adſcribere, & reficere omnia quæ occaſione officij accepit: vel ſi extrinſecus ea habuiſſet: ſed nô ea quæ alio iure acquiſierit [5]. quod vſqueadeò verum eſt, vt etiam ſi quid indebitum accepit, debeat reſtituere, vt hic: quod & intellige in negotiorum geſtore, & omni eo qui alieno nomine agit [6]. Cæteri autem non ſolent reſtituere, iis ad quos poſteà res cœpit pertinere, illa quæ non debita acceperunt: vt in venditore aut poſſeſſore hæreditatis [7]. Sic nec hæres fideicommiſſario cogitur præſtare quæ diligentia ſua, vel alterius negligentia, etiam indebitè acquiſiuit [8]. Et quòd quærit gloſ. an quæ legati dono à principibus ad quos mittuntur, capiunt, debeant dominis ſuis reſtituere? quod ferè negatur [9]: niſi ex qualitate doni aliud præſumatur. quod & Panor. probat [10]. An verò quod ex delicto ſuo pepēderunt, repetant, vide hic tex. & fuſius in l. vtrum. infra de pet. hæred.

Procurator & ſimiles an reſtituant quæ occaſione officij acceperūt.

An legati dona accepta teneantur dominis ſuis reſtituere.

5 l. ſi verò. §. item quicquid. ſol. mat. l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. de vulg. & pup. vbi vide Bart.

6 l. ſi quis negotia. de neg. geſ. infrà. & l. ſi autem. §. vlt. illo tit.

7 l. ij. §. ſolet. de hære. vel act. vendi. infrà. & l. ſi poſſeſſor. §. ſed etſi. de pet. hæred.

8 l. iij. & l. cùm pater. §. j. ad leg. Falcid.

9 l. ſocium qui. §. vlt. infrà pro ſoc. Bar. in d. l. ſi verò. §. item quicquid. & ibi Alex.

10 in c. pe. de conceſ. præb.

§. SI DVOBVS. Inter eos qui inſolidum officium habent, vnus contra collegam agit: vt in tutoribus dicitur [11]: niſi de tota geſtione agere contra collegā vellet, quod nô poteſt [12]. idem in executoribus teſtamentorum, qui & ipſi inſolidum gerunt [13], ſecundum Bart. hic. At videndum ne in procuratoribus non ſit verum: qui cùm officium pro parte habeant non inſolidum [14], vnus eorum contra alium non agit, vt l. qui duos. hic: niſi ſpecialiter mandatû ſit, vt d. l. quod ſupplendum eſt ad hunc. §. vlt. Reliqua vide in l. j. de conſul.

Procurator an contra collegam agat.

11 l. ſi plures. infrà de admi. tut. & l. ij. C. illo tit. vbi gloſſ.

12 l. actus. & l. iij. de adminiſt. tut.

13 c. ſi. de teſta. lib. vj.

14 c. ſi duo. eod. libr. vj. & doct. in l. ſi pluribus. ſupra eodem.

MINOR. L. LI.

ADVOCATVS in decimo ſeptimo anno poteſt poſtulare [15]: at cùm procurator mandati teneatur, non poteſt quis procurator eſſe, niſi poſt vigeſimum quintum annum, vt hic [16]: niſi ad negotia [17]. tamen filius pro patre abſente, licet minor, bene admittetur [18]. Sed minor quoties lege procurator eſſe poteſt, toties non reſtituetur, ſecundum gloſſ. & Bart. hic. Idem ſi cum iuramento litem ſuſcepiſſet: quia ſicut iuramentum minoris firmat contractus, & ſpem reſtitutionis tollit [19], ita & iudicia [20]. quod & Guido pap. probat [21]. Sed an minore reſtituto, fideiuſſores reſtituantur, vide gloſſ. hic [22] quam ſequuntur doct. Et hunc text. in fin. allego in l. ſciendum. ſuprà qui ſatiſd. cog. qui videtur obſtare. Item quo caſu eſſet fideiuſſor reſtituendus, an ipſo iure per reſtitutionem minoris reſtitutus intelligatur, aliàs habebis [23].

Minor an poſtulare & procurator eſſe poſſit.

Iuramentum minoris impedit reſtitutionē in iudiciis.

Minore reſtituto an reſtituatur fideiuſſor.

15 l. j. ſuprà de poſtul.

16 & l. exigendi. C. eod.

17 l. cum mandato. de min. l. ſi collactaneus. de manu. vindi. c. generaliter. §. vlt. eo. lib. vi.

18 d. l. exigendi. C. eod.

19 auth. ſacramenta. ſi aduerſ. vend. C.

20 gloſ. in d. authentica & Bart. hic.

21 q. 35. in deciſ.

22 & in l. ij. de fideiuſ. mi.

23 in l. in cauſa. infrà de mino.

Procuratore.

PROCVRATORE. L. LV.

Vtilis an directæ præferatur.

CVM vtilis & directa in idem ius ſpectant, modò vtilis directæ præfertur, ſi competit ei ad quem verè negotium pertinet, vt hic [1], modò directa vtili, ſi competit ei cuius eſt negotium re vera [2]. vide doct. in l. iij. de nouat. C.

PROCVRATOR CVI. L. LVIII.

Libera quando æquipolleat ſpeciali mandato.

Plena poteſtas & libera.

PROCVRATOR ſine libera generaliter datus non tranſigit nec vendit [3]: ea enim vel ſpecialiter mādanda ſunt: verum & cōpetunt ei qui liberam habet, vt hic dicitur. Tantùm enim efficit libera, quantum ſpecialis poteſtas [4]: quod tamen non eſt generale: nam nec in delictis libera poteſtas ſpeciali comparatur: mandato enim quantuncunque generali non continetur delictum [5]. Sic nec ad acceptilationem faciendam libera ſpeciali mandato æquipollet [6]: ſapit enim donationem, quæ nunquā generali mandato continetur [7]: item plena poteſtas liberæ æqualis eſt [8]: idem ſi permiſit dominus procuratori ſuo facere, quæcunque ipſe dominus gereret [9]: vel ſi promiſit dominus ſe ratum habiturum quicquid à procuratore geſtum erit: ſecundum Bart. hic: quod tamē ex eiuſdem ſententia [10] locum non habet, quando aliqua eſſent expreſsim nominata: ferè enim clauſula generalis ad ſpeciatim dicta referri debet [11]. Nec verò mutat quod dici poſsit liberam ſpeciatim concedi debere [12], poteſt enim dari per æquipollens, vt aliâs Panor. docet [13].

PLAVTIVS. L. LXI.

In contractibus executio in procuratorem fit.

Quid in iudicijs.

Tutor & executor an finito officio teneantur.

Procurator nō poteſt exequi.

INTER doctores cōnſtitit, in contractibus à procuratore geſtis fieri executionem in procuratorem etiam finita poteſtate [14]. Nam eſt in electione contrahentis cum magiſtro vel inſtitore, cum quo velit experiri an cum magiſtro, an cum domino ſiue exercitore [15]. Si tamen qui cum procuratore contraxit in ſolum dominum ſpectabat, ſolus dominus conuenietur, non procurator [16]. Nec obſtat ſententiæ noſtræ l. vlti. de inſtit. qua Bartol. contendit procuratorē ex eo quod contraxit non rite conueniri finito officio: ibi enim non ex contractu, ſed ex ſimplici confeſsione conueniebatur [17]. Sed in iudicialibus contra dicitur, iudicio enim accepto à procuratore, ſententia in eundem non mandatur executioni, niſi ſe liti obtulerit, vt hic [18], vel niſi aliqua ſua culpa aut contumacia damnatus eſſet [19]. Sic nec in tutorem executio fit [20], & ſi eo nomine officiò finito conuenitur, rite appellat [21]. Idem in executore dicitur, qui finito officio conueniri non poteſt [22]: contrahunt enim ij tanquam miniſtri, vt dicetur in l. ſi pignora. de euict. Et ſicut executio in procuratorem non fit, vt ſuprà dixi, ita nec ipſe procurator poteſt exequi ſententiam [23]. Et quod dixi in tutorem non fieri executionem finito officiò, nec nomine contractus capi illius bona, temperationem recipit, niſi proprio nomine cōtraxiſſet: vt CVRIAE Pariſienſis decreto cautum extat [24].

AD LEGATVM. L. LXII.

Mandatum ad antecedens & cōſequens trahitur.

QVOD dicitur hic, procuratorem habentem mandatum ad ſequentia, videri etiam mandatum habere ad præcedentia, & ex diuerſo [25], intellige cùm omnia tendunt ad eun-

1 & tot. tit. ad ſenatuſcon. Trebellia.
2 l. quaratione. §. j. de acquir. rer. do. Bar. hic.
3 l. procuratorem. C. eod. l. mandato. & l. procurator totorum. infrà eod. l. j. de offic. procu. Caſa. c. per tuas. de arb.
4 tex. in c. qui ad agendū. §. vlti. de procur. lib. vj. Bal. in l. illud. §. j. de mi.
5 l. ſi procurator. de condi. indebiti.
6 l. iij. de accept. infrà. & ibi gloſſ. & Bar.
7 l. contra. de pact. §. j.
8 l. ſi procurator. C. eo.
9 l. creditor. §. Lucius mā-da. Bar.
10 l. j. de offic. procu. Caſa.
11 l. ſi de certa. de tranſact.
12 l. quàm Tuberoni. §. alis. infrà de pecul.
13 in c. petitio. de procur.
14 l. procurator qui. infrà eod. & l. ſeruum Titij. mand. l. qua literas. mādat. C.
15 l. j. §. eſt autem. de exer.
16 l. ſi pupilli. §. j. & ibi Bar. de nego. geſt.
17 Pau. Caſtr. in d. l. vlt.
18 & l. iiij. de re ind. infrà.
19 l. nō eſt ignotum. de admi. tut. l. j. §. ſi procurator. ſi quis ius dicē. l. qui ſolidum. §. reſpublica. de leg. ij.
20 l. iiij. de re in. l. poſt mortem. quando ex facto tutoris.
21 c. ex parte. iiij. de appel. extra.
22 l. qui hæres. infrà famil. erciſ. l. ſi pignora. de eui.
23 l. ſi procurator. ſuprà eo.
24 Die 22. Martij. anno 1540.
25 in l. ad rem. ſuprà eod.

dem finem:ſin autem eſſent diuerſa,non cenſetur procurator ad ea mandatum habere,licet vnum alteri accedat [1]. Sic nec procurator à muliere conſtitutus ad petēdum diuortium, poteſt petere vt dos reſtituatur [2], quamuis delegatus iudex ad primum,ad vtrumque idoneus eſſet [3]. Huc pertinet & illa quæſtio quam multis verbis doctores tractant [4],an procurator poſitus ad mutuandum & recipiendam ſolutionem, poſſit confiteri ſe mutuum recepiſſe, quod contra omnes defendit Zaſius [5] poſſe [6]: dabitur tamen domino exceptio non numeratæ pecuniæ,ex procuratoris confeſsione, ac ſi ipſemet confeſſus fuiſſet.& hoc rationem habet.

Procurator poſitus ad mutuandum & recipiendum an poſsit confiteri receptum.

Procvrator totorvm L. LXIIII.

PERTINET ad legem procurator cui. ſuprà eod.vbi not.reliqua vide in l.ſolutum.§.vltim. cum l. ſequent. infrà de pign.act.

Si procvratorem L. LXV.

IN caſibus quibus mandatarius per reuocationem mandati non læditur,licet reuocatio non veniat ad notitiam mandatarij,actus tamen pro nihilo eſt [7].ſinautem ex reuocatione mandatarius poſſet damno affici, nihil efficit reuocatio,niſi ad notitiam procuratoris venerit [8], & eorum qui mandati proſpectu fidem procuratoris ſunt ſecuti,vt hic [9].quod etiam in ſocietate diſſoluenda valet [10].Et ſentētia cum procuratore reuocato lata,aduerſario ſciente reuocationē,nulla eſt [11]:Secus ſi ignoraſſet [12].Sic cùm reuocatur procurator qui ad reſignandum beneficium datus erat, & ignorans reuocationem cedit,valet ceſsio [13].Planè ſi qua iactura ab aliquo ex reuocatione procuratoris ſit accepta,poſſet reuocans de dolo conueniri [14]. In tacita autem reuocatione quæ fit per mortem domini,ipſo iure reuocatio fieri intelligitur,etiamſi ignoret mortem procurator [15],aut aduerſarius:neque enim culpa domino imputari debet quòd nō certiorauerit,cùm ſit mortuus: ideo non valeret iudicium [16].Sic reuocatur notio mandata, per mortē delegantis re integra,etiamſi delegatus ignoret [17].

Reuocatio mandat: non habet effectū niſi ea ſit procuratori nota.

Quid in reuocatione, quæ per mortem fit.

Si is qvi stichvm. L. LXVI.

PERTINET ad legem vltim.& l.ſi ſtipulatus fuerit. de verb. oblig.infrà vbi dicetur.

Procvrator qvi pro evictione L.LXVII

FACIT ad quæſtionem qua quæritur, an procurator ex contractu ſuo conueniri debeat,an verò dominus: quam ſuprà retulimus [18].

Qvod procvrator L. LXVIII.

VT procurator paciſcens ſuper re mea mihi quærit,vt hic [19]:ita,ſi paciſcar ſuper re mea alteri, illi acquiritur [20]: ſi tamē non durat mea,ſecus [21].Reliqua vide in l.ſi procurator. ſuprà eo.vbi not.& propiùs ad text.in l. certi.§.quoniam. infrà de reb.cred.

Alter ſuper re mea paciſcens mihi quærit.

Si revs L. LXXIII.

NOTA cautelam vt euites infamiam, nempe vt offeras te ſolutioni. Quòd ſi confitereris,ſed non offeras pecuniam, ſola confeſsio infamaret [22].Aliam cautelam habes in l. furti. §.ſi quis.ſuprà.de his q.no.infa.

Infamia euitatur.

1 c.cùm olim.de off.deleg.
2 glo.in c.pen.& ibi Pan. de maior.& obed.
3 c.iij. de don. inter. vir. & vxo.
4 l.ij.§.creditum. de reb. cred.infrà.
5 libr.j.ſing.reſp.cap.21.
6 per tex.in l. Lucius. §. tutela.de admin.tut.
7 l.iij.de manu.vind. infrà & ibi Bar.c. dudū. §.& quia decretum. de præb.lib.6.
8 l.ſi mandaſſem.mand.
9 l.qui hominem.§.ſi Titium.& l.ſi quis ſeruo. & l.ſi ſeruus.de ſol. l.verò.§.j.eo.l.ſed & ſi.§.j. infrà de inſtit.
10 l.ſed & ſocius.§.j.cum ſeq.l.infrà pro ſoc.
11 c.iij.ext.eo.
12 c.mandato.eo.l.j.de ſatiſd.C.& ibi vide gl.& hic.
13 Cle.j.de renunt.
14 l.antepe. infrà de dol. & ibi Bart.
15 l.eius.in verb.quas verò ſi cert.pet.& ibi Iaſ.
16 l.de quare.§. cùm abſentem. de iud.& l. pe. quæ ſent.ſine appel.
17 glo.in d.l.eius. & Bar. in l.more.de iuriſd.omn iud.
18 in l. Plautius.ſuprà eo.
19 l ſi cùm venderem. infrà de pig.act.& l. pen. ad exhib.
20 l.publia.depoſ.
21 l. cùm patrem. de iur. dot.C.
22 gloſ.in l.ictus.ſuprà de his q.not.inf.Bar.hic.vide Bar in l.infamen. de pub.iud.

Tit-

TITIVS L. LXXVI.

Procurator an paupere domino effecto iuſtè recuſet defendere.

INOPIA rei non excuſat fideiuſſorem vel procuratorem à defendendo[1]: quod locum habet in procuratore qui ſine mandato ſe obtulit liti, in quem aliâs debet fieri ſententiæ executio [2]. At ſi mandatum habuiſſet, iuſta cauſſa defenſionẽ recuſabit, paupere effecto domino [3]: neque enim in eum iudicati executio fit [4]. ita ſoluit Bar. hic, & mea ſententia, bellißimè. vt enim procuratore effecto non ſoluendo cenſetur reuocatum mandatum [5], & facultas ſoluendi adiecto, ſi adiectus conditionem mutauerit [6]: idem certè è diuerſo dici poterit, vt paupere domino effecto, à defendendo liberetur procurator [7].

1 *Per hunc tex.*
2 *l. Plantius. ſuprà eo. & l. iiij. de re iud. in pr. inf.*
3 *l. mutus. ad fi. ſuprà eo.*
4 *d. l. Plantius. & ibi not.*
5 *l. liberto. §. largius. infrà de annu. leg.*
6 *l. cùm quis. de ſol. infrà.*
7 *d. l. mutus.*

Quod cuiuſcunque vniuerſitatis nomine, vel contra eam agatur.

NEQVE SOCIETATEM L. I.

Plures ſimul viuentes non efficiũt collegium.

VIDES non omnibus ius eſſe ſtatuẽdi collegij, ſed iis tantùm, quibus expreſsim lege ciuili permiſſum eſt [8], vel iuregentium [9]. Hinc eſt quòd clerici & ſingulares aliç perſonæ, quæ ſimul in aliquo loco viuunt, non dicuntur efficere collegium: nec enim poſſunt habere ſigillum commune, aut collegij more conuenire [10]. niſi id vel longo tẽpore, aut priuilegio acquiſiiſſent [11]. Et hic eſt caſus in quo vniuerſitas nõ eſt ſimilis pupillo, quia patitur venditionem: quod in pupillo non vtique ſit dicendũ, idque propter ſpem aduenientis maioris ætatis [12]. Alium caſum vide in l. j. de ſer. reip. man. C. aliâs minori cõparatur [13].

Vniuerſitas quando poſsit tributum ſibi imperare.

Et not. glo [14]. quæ exiſtimat vniuerſitatem pro rebus neceſſariis, poſſe ſibi ipſi nummos imperare, vt pro diſſoluendis nominibus, litium impenſis, & rebus ſimilibus: & id maior pars, reliqua nolente exequi poterit [15], imo & ſine conſenſu domini [16]. Sed dubitatum eſt, ſi qui ex ſingulis eſſent quorum nihil intereſſet, putà imperat vniuerſitas tributum pro lite qua cõtendit ius non eſſe domino quoddam vectigal prædiis impoſitum, habere: an qui nullum habent prædium ad collectam teneãtur: & placuit teneri: & ſi enim hodie prædia non habent, poſſunt tamen habere, quod CVRIA Pariſienſis cenſuit [17].

An dominus inconſulto principe tributum indicat.

At extra neceſſarias cauſſas, nec dominus rectè imperat collectam inconſulto principe, nec incolæ ipſi [18]: cuius rei & decretum CVRIAE Pariſienſis extat [19]. Dãtur tamen nonnulli caſus, quibus dominus ſine licentia principis id poteſt, quos ponit Bart. in l. placet. de exc. mun. lib. x. C. qui tamen opinor moribus noſtris exploſi ſunt.

8 *l. j. & ij. de col. illic.*
9 *l. ex hoc iure. de inſt. & iur. ſuprà. Pan. in c. cum dilect. de exceßib. prael.*
10 *d. c. cum dilecta. & ibi Panor.*
11 *Innoc. in c. poſtulaſti. de iur. patr.*
12 *l. iij. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.*
13 *l. rempub. de iur. reipu. C. l. reſpublica. ex quib. cauſ. maior.*
14 *in verſ. proconſul.*
15 *c. vlt. de his quæ fiunt à maio. parte cap. & ib. Innocen. & Panor.*
16 *Bar. in l. 4. de mulierib. & in quo loc. muner. nu. 24. Guid. Pap. quæſ. lxiij. & quæſ. cccxxiiij. Pan. poſt. Inno. in c. cùm omnes. col. iij. de conſt.*
17 *xviij. Cal. Iulij anno 1548.*
18 *l. placet. de exc. mun. C. c. innouamus. de cenſib.*
19 *Die xv. April. anno 1550.*

SI MVNICIPES L. II.

IN hanc ſententiam nonnulla ſuperius annotauimus [20].

20 *l. in tantùm. §. vniuerſitatis. de rer. diuiſ.*

NVLLI L. III.

Vniuerſitas contrahit ſine ſuperioris authoritate.

EX HOC text. impletur ſatis, actorem vel ſyndicum conſtitutum ab ordine, decreto ſuperioris non indige-

re[1],niſi cùm ad id crearetur,in quo alienatio eſſet facienda[2]. at citra alienationem tranſigere & cõtrahere collegium ſine conſenſu ſuperioris poteſt[3]. Iam verò quoties conuentus habentur à corpore,omnes citari debent[4]:tamen vt valeat decreti perſcriptio,ſufficit maior pars[5], hoc eſt ex duabus partibus ibi præſentibus,pars maior,gloſ. & Bart.hic. Si autem plura corpora conuenirent,maior cuiuſlibet corporis adeſſe debet:nec ſufficeret maior pars totius[6]. Et vt valeat quod agitur,non ſufficit cõſentire maiorem partẽ comparatione aliarum,ſed comparatione totius[7]. Adde quod noto in l. item ſi vnius.§.j.infrà de arb.

Omnes vocari debent, ſed maior pars ſi adſit ſatis eſt.

Maior pars dicitur comparatione totius.

1 glo. in l. actor.rem rat. hab. vbi vide Bar.
2 l.j.& ij.C.de ſeru. reip. manum. Bar.hic.
3 Bar. in l.4.§.ſi autẽ. ad Treb.
4 l.ij.de decur.lib.x.C.& l.de vno quoque.de re iud.
5 l.quod maior. ad muni.
6 Pan.in c.paſtoralis.ad ſi.de reſcr.
7 c.eccleſi.1.de elect.ext.

PLANE VT DVAE PARTES. L. IIII.

NEMO ſeipſum poteſt eligere, quod & ſuperius attigi[8]:poterit tamen adiuuare eligentes,& illius vox inter reliquorum vota numerabitur & augebit numerum,vt hic[9].Cui ſimile eſt quod dicitur epiſcopum conferre poſſe beneficium patronatum ipſi patrono: quia accipiendo patronus videtur conſentire[10].

Qui eligitur adiuuat numerum.

8 l.v.de off.præſ.
9 & c.cùm in iure.de off. deleg.ext.
10 Pan. in c.per veſtras. de iur.patro.

ILLVD. L. V.

SVFFRAGIVM & vox patris filio patrocinari dicitur, & ediuerſo:licet aliàs ſeipſum eligere poſsit nemo, vt dictum eſt l.proxima.Nam vſurpatum eſt in publicis negotiis patriam poteſtatem non attendi[11]: maximè verò in ſpiritalibus[12].Cui cõſequens eſt,vt in omnibus iis caſibus qui ad publicum ius pertinent,pater & filius diuerſo iure cenſeantur: in domeſticis autem & priuatis negotiis,contrà[13].Ex quo efficitur,quod aliâs Pan. probat,vt pater filium in beneficio renunciare & præſentare poſsit[14].

Patris vox filio prodeſt.

Pater filium eligere poteſt.

11 l.nam quod.ad Treb.
12 ſi annum.adſi. de iud. lib.vj.
13 l.vlt.de impub.& alijs ſub.C.
14 in c.fin. de inſt. & gl. in c.quia.de iure patr. & Panor. in c. conſuluit.illo tit.

ITEM EORVM. L. VI.

PERTINET ad legem vnum ex familia.in prin.infrà de leg.ij.Et §.ſecundo annectuntur ea quæ not.in l. omnium, ſuprà de proc.

SICVT §. I. L. VII.

COLLEGIVM incipit à tribus[15],& decem homines populum faciunt[16],& turbam[17]:Sic quatuor aut quinque porci,& decem oues gregem faciunt.[18]. Tamẽ ius collegij per vnum ſolum retinetur,vt hic[19]. Ideo qui ſolus remanſit,eligere poterit,non tamen ſeipſum eliget[20]. Addit Bar. hic iura retineri ipſi collegio per parietes,ſi deſtructum eſt: quod verum eſt,niſi ſuperioris autoritate deſtrueretur, tunc enim iura & priuilegia occidunt[21].

Collegium, Populus,Grex ex quot capitibus fiant.

Ius collegij an remaneat deſtructo collegio.

15 l.Neratius.de verb.ſig. infrà.
16 c.vnio.x.q.iij.
17 l.iiij.§.turbã. de vi bo. rapt.
18 l.vlt.de abig.infrà.
19 l.ſi grege.de leg.j.
20 gl.in c.ij.de poſtul.præl. & ibi Panor.l.planè.ſupra eod.
21 l.ſi vſu.qui.mod.vſu.amit.infrà & gl.in c. priuilegium.de reg.iur.lib. vj.vide Bart. in l. inter ſtipulantem §. ſacram. de verb. oblig.

De negotiis geſtis.

HOC EDICTVM L. I.

MAGNA vtilitas eſt geſtorum, qui pro abſentibus interueniunt: vt ſæpe vel pœnæ commiſsionem abſentis, vel bonorũ venditionem impediant. Hæc enim ſine dubio poterit geſtor expedire , ſi extra iudicium gerenda ſunt, Soluendo enim rectè impediet pœnam committi. At in iudicio non poteſt actiones dictare,nec eo modo inchoatam præſcriptionẽ interpellare cùm

Geſtor non interrumpit præſcriptionem.

cùm nullas actiones habeat [1]. Petet igitur curatorem, qui præſcriptionem interrumpat [2]. Curator enim bonis datus, actiones omnes perituras tempore exercet [3]. Sic procurator interrumpit præſcriptionem [4]. At geſtor minimè [5]. quæ ſententia ad omnes qui actionem non habent, generalis eſt, vt in prædone dicitur [6].

Curator autem & procurator ſic.

Ait praetor. L. III.

Maſculinum concipit fœmininum.

QVAERITVR an maſculinũ concipiat fœmininum: quod perpetuò verum eſt, cùm profertur à lege maſculinum, vt hic: ſed hęc regula comprehendi non poſſunt. vide tamen Decium in l.ij. de reg. iur. infrà.

§. Haec verba. Hic §. omnibus in ore eſt ad id, vt verba ſtatuti loquentia in caſu vero nõ extendantur ad caſum fictum: quod aptè intelligatur cùm ſtatutũ eſt contra ius [7]: ſi autẽ ſecundum ius, vel præter ius, extenditur ad fictum caſum [8].

Si pupilli. L. VI.

Negotiorum geſtor quando inſolidũ agat.

NEGOTIORVM geſtor pro re ſolida habet actionem [9]: niſi animo depredandi ad geſtionem acceſsiſſet [10]: vel niſi pupilli negotia geſsiſſet, vel eccleſiæ, aut ciuitatis: nam illis caſibus non agit, niſi quatenus in rem dominorum verſum fuerit [11]. At geſtor neceſſarius vt tutor, inſolidum contra pupillum agit [12]. Quòd autem pertinet ad id quod ſequitur [13], vide nounulla in l. Plautius. ſuprà de proc. Reliqua habes hic in gloſſa quam vide.

An non meo nomine geſtũ ratũ habeam.

§. Sed si ego. Quantùm ad iuris ſui iacturam, poteſt quis ratum habere nõ ſuo nomine geſtum [14], ſi modò ex certa ſciẽtia, nõ per errorẽ cõſentiat [15]. At quãtùm ad natiuitatẽ actionis de neg. geſt. minimè, vt hic [16]: niſi aliud ęquitas poſtulet, vt quia res eſt præſcripta, aut perẽpta: tũc enim poſſum habere ratum in ſubſidium ad id, vt qui rẽ meã vendidit, pretium mihi reſtituat [17]. Idẽ eſt ſi is qui rẽ geſsit nõ meo nomine, cõſentiat tacitè vel expreſſè, vt negotium geſtum proſit mihi [18]. De his dixi explicatiùs in l. Iulianus. infrà de rei vind.

Negotium meũ quatuor modis dicitur.

§. Item qvaeritvr. Communiter quatuor negotiorum genera ſtatuuntur [19]. nã aut negotium noſtrum eſt ipſo geſtu vt hic verſ. *idem*. aut reipſa, quæ duo in vnum mihi vidẽtur recidere: aut cura & ſolicitudine, vt in prin. huius legis, aut ratihabitiõe, vt hoc §. quibus tria addit Bar. hic forſan minime neceſſaria. Et de ſingulis vide gl. & Bar. Itẽ hoc vltimo caſu actio dicitur naſci ex negotio geſto, nõ ex ratihabitiõe, per hũc tex. [20] vnde euenit vt metiamur forum ex loco negotij, nõ ratihabitiõis [21]. ſic licet ratihabitio mãdato cõparetur [22], nõ tamen ex mandato, ſed ex negotio geſto actio naſcitur, vt dixi.

Actio ex negotio non ex ratihabitione naſcitur.

Geſtor de neglectis tenetur.

§. Videamvs. Negotiorum geſtor tenetur de negligẽtia, vt hic [23], quę eoipſo videbitur geſtori imputãda, cùm incœpit & nõ perfecit [24]: vel ſi quædã geſsit nõnullis omiſsis, ad quæ alius eius cõtẽplatiõe nõ acceſsit, vt hic: vel ſi quaſi omnia geſturus acceſsit, tamẽ partẽ geſsit, licet alius non acceſsiſſet [25]. Et nota neminem ſine actione agere: ex quo & illud proficiſcitur quod ſuprà l. j. dictum eſt. Itẽ quis à ſeipſo debet exigere [26], & in ſe pręſtare quod in alio præſtare debuiſſet [27].

Si avtem. L. VIII.

§. Item si. Pertinet ad l. qui proprio. §. procurator. ſuprà

1 *l. ſi pupilli. §. videamus. infra eo.*
2 *l. j. §. illud. de mun. & hon. glo & Bal. hic.*
3 *l. creditore. de bon. aut. iud. infrà.*
4 *l. vlt. rem rat. hab.*
5 *d. §. videamus.*
6 *l. ſi quid poſſeſſor. §. pe. infra de pet. hær.*
7 *l. præcipimus. de appellat. C.*
8 *l. Gallus. §. & quid ſi. de lib. & poſth. & ibi Bal. & Imo.*
9 *l. quæ vtiliter. infra eo.*
10 *vt infra ea. l. §. ſed etſi quis.*
11 *vt hic. & l. ciuitas. de reb. cred. auth. hoc iure. de ſacroſ. eccleſ. gloſ. in c. ſine exceptione. xij. q. ij.*
12 *l. iij. §. ſufficit. de contr. & vti. act.*
13 *§. item ſi procuratori.*
14 *l. ſi fundus. §. j. de pig. infrà.*
15 *l. ſi per errorem. de iuriſd. om. iud.*
16 *& l. ſi ſeruus. de precar.*
17 *l. vlt. infra eod. l. ſi eum ſeruum. de reb. cred. l. vl. de eo per quem fact. l. mater. & ibi Bald. de rei vind.*
18 *l. ſi quid poſſeſſor. de pet. hær. infrà.*
19 *glo. hic. & in l. ſi pecuniam. C. eo. vbi Bald.*
20 *Bar. hic. & Bal. in l. ſi pecuniam. C. eo.*
21 *Cyn. in l. ſi pecuniam. vide Bar. in l. ſi vt proponitur. de fideiuſ.*
22 *l. vlt ad Maced. C.*
23 *l. debitor. infra eo. & in l. tutori. C. eo.*
24 *l. in commodato. §. ſicut. infra com.*
25 *l. Pomponius ij. infra eo. vide Bal. in d. l. tutori. & Bar. hic.*
26 *l. quoties. de adm. tut. l. tutor. de fideiuſſ.*
27 *l. cùm in eo. ſuprà de pact. l. cùm hæreditas. de admi. tut.*

de procur. vbi not. Quòd verò hic quæritur [1], an id quod repulſum eſt per formam exceptionis, iterum per actionis modum poſsit intendi, alibi retulimus [2].

§. IVLIANVS LIBRO TERTIO. Prohibitio facta à domino, impedit ne gerẽs adminiſtratione prohibitus, habeat actionẽ [3]: idem ſi vnus ex ſocijs prohiberet quẽ gerere, quia ſe eximit, & alius ſolus tenebitur, vt hic. planè hæc prohibitio nihil efficit in caſibus, quos geri publicè intereſt [4]. Hinc aliquis inuitus defendi poteſt [5]: & qui fecit expenſas in curando aliquo, etiam inuito & prohibente, poteſt repetere [6]. Ex quo profectum eſt quod Bart. [7] poſt tex. & gloſ. voluit, eum qui ſoluit pro aliquo pecuniam quantumcunque grandem, ſine qua ille in periculum vitæ vel famæ vocabatur, poſſe repetere, nec quicquam proficiet reus, ſi alleget ſibi antiquius fuiſſe in corpore aut fama puniri, quàm ſoluere tantam pœnam.

Prohibitio impedit actionem negotiorum geſtorum.

Nolenti beneficium fit.

POMPONIVS I. L. VIIII.

HAEC lex à ſcribentibus mirè perturbatur: ſed tamen ſi te à contexiu non dimoueas plana eſt: Ait enim Scæuola, probato negotio à domino, actionem quidem eſſe domino, ſed ex capite approbationis elidi: nec enim recipiendũ eſt, vt quis reprobet, & de eo velut querelam perferat, quod ſemel approbauit: etiamſi dolus procuratoris vel geſtoris affuerit, vt hic [8]: niſi tamẽ is dolus eſſet, quem dominus non cogitarit [9]. Item ſicut nõ reprobo quod approbaui, vt hic: ita nec approbare poſſum, quod reprobaui [10]. Et cùm ratihabitio ex vnius voluntate pendeat, conſequens eſt vt facta etiam abſente parte valeat [11]. vt in aditione hæreditatis receptum eſt [12], in iuramento [13], & acceptatione [14]: quæ omnia ex abſentia partis aduerſæ non labefactantur.

Probatum non poteſt reprobari.

Qui actus parte abſente fieri poſsint.

SED AN VLTRO. L. X.

§. IS AVTEM. Sufficit geſtori vtiliter cœpiſſe tam in bonis viuentium, quàm mortuorum [15], licet malus exitus cõſequatur, vt hic. Idem in tutore [16]. Nec obſtat quod dicitur [17], fideiuſſorem qui dominum defenderit, non recipere expenſas ſi victus eſt, quia hactenus id verũ eſt, ſi malè cœperat: quod præſumitur eoipſo quòd victus eſt [18]. Reliqua habes in l. ſi pupilli. ſupra eod.

Vtiliter cœpiſſe ſat eſt ad cõſequendam actionem.

SI NEGOTIA. L. XI.

PERTINET ad notata in l. ſi pupilli. §. vlt. ſupra eo. Et ad finem an lucrum cum dãno cõpenſetur: quod magis eſt, vt hic, niſi damnum ex culpa proficiſceretur, tunc enim compenſatio non eſt admittenda [19]. At hic ex caſu veniebat, ex quo benignè compenſatio recipitur. Si autem vterque vel in dolo eſt, vel in culpa, admittitur compenſatio doli vel culpæ [20].

Lucrum cum damno an cõpenſetur.

SVCCESSORI. L. XII.

PERTINET ad ea quæ addidi ad l. ſed an vltrò. §. j. ſupra eodem.

DEBITOR. L. XIII.

IN hanc ſententiã vide quæ paulò ſuperius retulimus [21].

POMPONIVS II. L. XV. ET EVM ACTVM. L. XVII.

MVTATA domini conditione, geſtori qui illius negotia gerit, ſiue ſit volũtarius [22], ſiue neceſſarius, mutatur agen-

Mutata conditione domini, an mutetur actio neg. geſt.

dimo

1 §. ſi quocunque.
2 l. quod in diem. §. j. de compenſ.
3 l. ſi pro te. mand. & vlt. C. eo.
4 l. at ſi quis. §. idem Labeo. de relig. & ſumpt.
5 l. non tantùm. de appell.
6 glo. in c. prouidendum. lxxxiij. diſtinct.
7 l. Stichus. de pec. le. infrà. vide Decium in l. inuito. de regu. iur. & Soc. in fall. reg. 137.
8 l. ſi vnus. §. illud. de pac.
9 l. tres fratres. ſuprà de pact. l. cùm Aquiliana. de tranſact. ſuprà.
10 l. diſpenſatorem. ad fin. infra de ſol. j. vbi noto.
11 l. cùm pater. §. donationis. & l. miles. de leg. ij.
12 l. pro hærede. ad prin. de acq. hæ. l. ſi aniа. de iur. delib. C. Bar.
13 Bar. in auth. ſacramenta. ſi aduerſ. vend.
14 glo. in cle. j. verb. executorem. de conceſſ. preb.
15 l. ſucceſſori. infra eod.
16 l. iij. §. ſufficit. de contra. & vtil.
17 l. iam tamen. §. in hac. ind. ſol. infrà.
18 gloſ. in l. Herennius. de euict. Bar. in d. l. iam tamen. §. in hac.
19 ſ. de illo. & l. & ideo. pro ſoc. l. Caius. infrà de vſur.
20 l. ſi ambo. de compenſ. l. viro. ſol. ma. vbi dicitur.
21 l. ſi pupilli. §. j. ſupra eo.
22 l. ſi id quod. §. ſi filiusf. infrà pro ſoc.

di modus.quod tamen ita exaudimus, ſi geſtor in negotio ex voluntate domini perſeueret, ſin verò domini voluntas ſiue ſcientia abeſt,initium ferè ſpectari ſolet per hunc tex. Et hæc dicuntur cùm de danda actione geſtori contra dominũ quæſtio eſt.Quòd ſi de danda actione domino contra geſtorẽ agetur,ex mutatione domini,variatur & agendi modus [1]: ſi tamen vnus actus eſt reipſa, vel deſtinatione gerentis, vt cùm acceſsit ad omnia gerenda,vt hac lege deſignatur. Nam ſi ſint plures & ſeparati actus,cuius libet initium ſpectamus [2].Mutatione autem contingente ex perſona geſtoris, ſemper variatur agendi modus [3]:nec ea quæ poſt mutationem geſta ſunt, ad prius tempus referuntur:niſi cõnexam cum primùm geſtis rationem habeant,vt hic [4]. Quid ſi mutatio contingat in delictis,vide quæ not.in l.pen.ſi ex nox.

Mutatio conditionis gerẽtis an immutet actionem.

Atqvin natvra. L. XVIII

§.Cvm me absente. An ad commiſsionem ſtipulationis de euictione requiratur ſententia, alibi dicetur [5].Item hunc §.allego in l.ſi fideiuſſor.§.quædam.infrà mand.

Nam et Servivs. L. XXI.

HOC principiũ ſcitè allegatur per Bar.hic, quòd captus ex iure pignorationis ſiue Marcæ indicto ob delictum alterius,poteſt à delinquẽte repetere:nec multùm facit, quòd iniuria vni facta alterum non tenet [6]: quia habet locum niſi illi iniuriæ,is à quo repetitur,cauſam dediſſet,per hunc tex. damnum enim quod ob inimicitias tuas ſentio, culpa tua pati videor [7].

Is præſtat violentiam, qui cauſam violentiæ dedit.

Si qvis negotia I. L.XXIII.

REFERTVR ad ea quæ not.in l.qui proprio. §. procurator.ſuprà de procur.

Si ego hac mente. L. XXIIII.

PER procuratorem mihi quæritur dominium, item liberatio [8]:modo tradens & procurator id agant, vel ſaltẽ tradens [9].Sinautem neuter id intendat,nõ quæritur niſi poſt ceſsionem [10]:quod ſuprà fuſiùs dixi [11]. Per geſtorem autem nõ mihi quæritur actio aut liberatio,vt hic.vt enim agere nõ poteſt in debitores meos,cùm actionem non habeat [12], ſic nec recipiendo acquiret domino,niſi ſecuta ratihabitione, vt hic tex.qui loquens de procuratore in geſtore explicari debet ſecundum glo.Bart. & alios.

Procurator acquirit actionẽ domino ſed non geſtor.

Si qvis negotia II. L. XXV.

QVI expendit in rem vltra mandatum, reliquum non recipit à mandante,vt hic [13].nam fines mandati diligenter cuſtodiendi ſunt.Idem in eo qui plus expendit quàm res valeat [14]. Planè ſi cùm haberet mandatum ad emendã rẽ centum, emerit pluris,cùm minore pretio non poſſet,poterit nihilominus rem ſeruare,ſaltẽ retentione vel exceptiõe ex æquitate [15].Itẽ quod dixi de eo qui plus expendit quàm res valeat, rationem habet,cui bene adiũgitur quòd de quęſtore & tutore obtinuit: qui nõ debet alicuius rei nomine iudicium dictare,in qua perſequẽda maior ſumptus eſſe poſſet,quàm cõmodũ victorię [16].

Plus expendẽs in re quàm ſit digna, non repetit.

Cvm alicvi. L. XXVI.

AN plures adminiſtratores inſolidum vel pro parte teneãtur,habes in l.j.§.vl.de exercit.infrà.Et quid in mãdatibus

An plures adminiſtratores inſolidum teneantur.

1 *l.Titia.§.vſuras.de legat.ij.*
2 *l.tutor poſt. de tut. & rat.diſt.et d.l.tutorem. & Bar hic.*
3 *l.cum actum. hoc tit.*
4 *& l.tutorem.§.inde.de admi.tut.*
5 *l.item verberatum.§.ſi ſeruus.ĩfrà de rei vin.*
6 *l.vlt.C.de act.empt. & l.ſi per imprudentiam. de euict.*
7 *l.pe.ſol.matri. infrà l.ſi merces.§.culpa. infrà loc.*
8 *l.j.& l.viij. de adquir. poſſ.C.*
9 *l.qui mihi.de donat.infrà.l.ſi ſponſus. de don. int.vir. & vxo.l.ſi procurator.de adq.re.dom.*
10 *l.poſſeſſio.§.j.de adqui. poſſeſ.*
11 *l ſi procurator.de proc.*
12 *l.ſi pupilli.§.videamus. ſupra eod.*
13 *& l.qui aliena.§ j.infra eo.*
14 *glo.& Bar.in l.ſi ne hæreditaria.ſup.a eo.l.qui fundum.de in rem verſ. infrà.*
15 *l.nam hoc natura. de cõdi.ind.vbi Iaſ.tex.in l. planè.infrà de pet.hær.*
16 *l.mediterranea.de anno.& trib.lib x. C. & ibi Barto.*

& mandatariis alibi referemus [1].

Ex dvobvs. L. xxvii.

AN qui impenſas vel neceſſarias vel vtiles aut voluptarias fecit, poſsit eas ſeruare à domino, alibi dictum eſt [2]. Et ad finem nota expenſas factas cauſa pietatis, donationem habere, nec reuocari [3]: niſi ex cauſa ingratitudinis [4]: cuius ſpecies relata eſt in l. patrem. C. de nup.

Expenſa cauſa pietatis facta non repetitur.

Si qvis mandatv. L. xxviii.

GESTOR, mandans, mandatarius, & procurator, antequam ſoluant agere poſſunt, vt hic [5]: fideiuſſor non item, etiamſi ſine mandato fideiuſsiſſet [6]: niſi certis caſibus [7]. nam mandato de fideiubendo, tacitè ineſt mandatũ de ſoluendo [8]. Hinc eſt quòd hæres grauatus fideiubere non repetit [9]. quod verius eſt, licet nonnulli improbent. Emptor autẽ conuentus euictionis nomine, licet ſit cõdemnatus, vel diu ſteterit in obligatione, non agit in venditorẽ, niſi re vera res ſit ablata [10]: quod etiam in fideiuſſore euictionis locum habet, qui antè nõ eſt obligatus [11]. Idem dicitur in vno ex pluribus ſociis qui in ſolidũ pro aliquo debito ſe obligauit, neq; enim ſtatim agere poteſt aut ſummã repetere à cõſociis, donec ſoluerit aut ſit cõdẽnatus [12]: ſed ſufficiet cautionem de indemnitate petere [13].

Geſtor, procurator & fideiuſſor an antequam ſoluerint, agant.

Ex facto. L. xxx.

COLLEGAE in officio habent inuicem actionem, etiamſi non eſſent pares in poteſtate, vt hic: idem in tutoribus, etiamſi non cedatur actio [14]: at in fideiuſſoribus contrà: quia inter ſeſe non agunt, niſi habeãt ius ceſſum à creditore [15]. Cui rei ratio triplex à glo. hic affertur: tu ſecũdam proba poſt Bar. & alios. Et hæc dicuntur, cùm finito officio agunt inter ſeſe. An vero conſtante officio agere poſsint alibi diximus [16].

Collegæ, qui ſoluit an contra cæteros actio ſit, etiam ſine ceſſione.

Liberto. ad fi. L. xxxi.

PERTINET ad ea quę ſubiecimus ad l. licet. §. pe. ſuprà de proc. Igitur licet cauſę abſentię allegentur, poteſt nihilominus iudex ſententiam ferre & cognoſcere, vt hic: ſi tamen cauſæ eſſent veræ, nulla eſſet ſententia [17]. Reliqua dicontur in l. penul. §. j. de publ. iud.

Procurator ad cauſas abſentiæ dicendas.

Nesennivs. L. xxxiiii.

GESTOR præſumitur ſemper facere ſumptus ex eo patrimonio quod gerit nõ ex ſuo. quod tã verũ eſt, vt etiã tollatur pręſumptio pietatis, vt hic [18]. Aliâs enim ſi pater & mater bona filiorũ nõ adminiſtrent, quicquid in eos impendunt, non reputant: quia cauſa pietatis feciſſe creduntur, niſi aliud docuerint [19]. Tamẽ in dote receptũ eſt, vt pater idémq; curator filiæ, filiam dotans, cenſeatur de ſuo feciſſe, nõ de filiæ patrimonio [20]: niſi pater naturalis eſſet [21]. Itẽ & hęc dicta ſint, quoties ipſi parẽtes à filiis repetere volũt: nã ſi mater in filiũ quicquã expẽderit, magis eſt vt à patre repetat [23]. Quæſitũ quoq; eſt de extraneo dotãte, an repetat: quod vix eſt: pietatis enim intuitu dotaſſe pręſumitur [23]: ſi tamẽ eſſet debitor mulieris, animo cõpenſandi ſoluiſſe præſumeretur: quod & Bart. videtur [24]. Huc pertinent quæ de collatione infrà aſcribemus [25].

Impenſæ an præſumantur factæ cauſſa pietatis.

Pater filiam dotãs an pręſumatur de ſuo dotare.

Extraneus dotans

Divortio. L, xxxv.

CVM quis accedit ad generalem adminiſtrationem, debitum

1 l. ſi mandato. §. Paulus. infrà mand.
2 l. in fundo. infrà de rei vind. vbi vide gloſ.
3 l. ſi alimenta. & l. ſi pater no. C. eo.
4 l. vlt. C. de reuoc. don. c. vlt. de don. ext.
5 & l. ſi mandato meo. infrà mand.
6 glo. & Bal. in l. item ſi cum. ſupra eo. Bal. in l. ſi pro ea. C. mand.
7 d. l. ſi pro ea. & l. Lucius. infrà mand. c. vlti. de fideiuſſ.
8 l. indebitam. de cond. ind. infrà.
9 l. tribus. de vſufr. rei. que vſu. infrà. Bal. in d. l. ſi pro ea. j. col.
10 l. habere licere. de euic. l. iij. C. de euict.
11 Bar. in l. facere. ſol. mat. per illum tex. in fi. vbi & Bald.
12 l. certum. & ibi Bal. famil. ercis.
13 l. frater à fratre. & ibi Ang. Alex. & Iaſ. de condic. indeb. vbi noto.
14 l. j. §. nunc tractemus. de tut. & ra. diſtr. ĩfrà.
15 l. vt fideiuſſor. infrà de fideiuſſ.
16 l. qui proprio. §. vlt. ſuprà de procu.
17 l. quæſitum. & ibi gloſ. & Bar. de re iud. l. ij. §. ſi quis. ſuprà ſi quis cau.
18 l. vlt. infrà de pet. hær.
19 l. alimẽta. & l. ſi paterno. & l. j. C. eo. l. is qui. infra eo. l. quæ pater. famil. ercisc.
20 l. profectitia. §. vlti. de iur. dot. l. vlti. de dot. promiſſ. C.
21 l. vxorem. §. pater. de leg. iij.
22 l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. de lib. agno.
23 l. cùm is. §. ſi mulier. de cond. ind. infrà.
24 in l. vxorem. §. pater. de leg. iij. fac. d. l. cùm is.
25 in l. quæ pater. ij. famil. ercis.

Debitum ex vna cauſſa quando in altã deducatur.

bitum ex prima aliqua, cauſa deducitur in debitum ex cauſa quæ ex hac generali geſtione proficiſcitur: ſiue geſtio ſit neceſſaria [1], ſiue voluntaria, vt hîc. Non eſt ita ſi geſtio ſpecialis eſſet [2]. Sed neque talis deuolutio legibus permiſſa eſt, niſi vel domini interſit, vel gerens ſibi ſoluere potuerit, vt hac l. Nã ſi ei nihil imputari poteſt, ſemper prima actio ſpectatur [3].

1 *l. quoties. §. :. de admi. tut.*
2 *l. ſi remuner. d. §. apud Iulianum. infrà. mand. Bar.*
3 *l. qui id quod. de don. l. j. §. ſi quis ſub. vt leg. & fid. nom. l. ſi legati. de leg. 1.*

Si liber homo. L. XXXVI.

Solutio creditori creditoris quãdo liberet.

POSSVM ſoluere creditori creditoris mei, & liberabor ipſo iure [4], quod toties locum habet, quoties creditum meum, & creditum creditoris cui ſoluo, ex eadem cauſſã deſcendunt, vt hîc: vel ſi ſaltem res meæ erant obligatæ creditori creditoris [5]. aliâs per exceptionem [6]: ſi tamen teſtatò creditor debitorem me prohibuiſſet ſoluere, liberatio non contingit [7]. Sed quamquam, vt ſuprà dixi, poſsim ſoluere creditori creditoris mei, non tamen is habet in me actionem [8], niſi cedatur illi à creditore meo [9]: ſi tamen creditor meus nihil in bonis haberet, poſset rectà eius creditor me cõuenire, ſed ego ab expenſis abſolui debebo: vt à CVRIA Pariſienſi iudicatum eſt [10].

4 *Bar. in l. ſolutum. §. ſolutam. de pig. act.*
5 *d. §. ſolutam.*
6 *l. ſi opera. infrà. de doli. mal. excep. vbi vide Bar.*
7 *l. inuito. de ſolut. C.*
8 *l. eum cui. C. de act. & oblig.*
9 *l. vlt. Quand. ſiſc. vel priuat.*
10 *Die 15. Maij ann. 1528.*

Litis contestatae. L. XXXVII.

An ſit aliquis locupletior qd tempus diſpiciatur.

VVLGATA eſt illa theorica, quæ paſsim apud Bar. relata eſt, quòd cùm locupletem eſſe, eſt cauſa dandæ actionis, ſemper litis conteſtatæ tempus inſpicitur, vt hîc [11]: ſi autem cauſſà eſt moderandæ executionis, tempus rei iudicandæ [12].

11 *& l. in pupillo. infrà. de ſolut.*
12 *l. ſi à domino. §. pen. de pet. hær. l. rei iud. infrà. ſol.*

Solvendo. L. XXXIX.

Inuito beneficium cõfertur.

SOLVITVR pro inuito, & ſic hoc caſu inuito beneficium cõfertur: quod admittendũ eſt cùm publicè intereſt [13]. vel priuati, vt hîc. Sed hoc vltimo caſu non repetet ſolués [14]: licet hîc glo. aliud dicat. Et faciunt ea quæ not. in l. ſi ex duobus. ſupra eodem.

13 *l. non tantùm. de appel.*
14 *l. ſi pro te. infrà. mãd. & Bar. hîc. vide Dec. l. in inuitũ. de reg. iur.*

Actio. L. XLVII.

Actio directa & vtilis quid.

APVD doct. quæritur quid ſit actio directa, & quid vtilis. Et melius eſt eam directam appellare, quę datur ex verbis, item & ex mente. Nam licet edictum Prætoris in interdicto Vti poſsidetis, faciat mentionem tantùm de ædibus [15]: tamen datur pro fundo directum interdictum [16]: idq; ex mente. Vtilis autem eſt quæ non venit ex verbis, vel ex mente, ſed ex interpretatione iuriſconſulti ſecundum mentem, ex analogia vel comparatione iuris [17].

15 *l. 1. in prin. vti. poſſ. infrà.*
16 *l. 1. C. vti poſſ.*
17 *l. pe. ſi quadr. paup. fec. vbi Bar. vide per doct. in l. 1. de act. & oblig.*

Si rem. L. vlt.

HAEC lex pertinet ad ea quæ ponuntur in l. ſi pupilli. §. ſi ego. ſuprà. eod.

De calumniatoribus.

In evm. L. I

Corrumpens aduerſarium quando teneatur.

NON omnis qui aduerſarium corrumpit, calumniæ notatur, ſed hoc ita ſtatuendum erit, ſi in cauſsis quæ publicam vtilitatem reſpiciunt interuenerit corruptio, vt in popularibus actionibus vſuuenit [18], vel ſpiritualibus [19], vel etiam priuatis, vt in teſtamen-

18 *l. eum qui. §. in popularibus. de iur. infrà.*
19 *de colluſ. deteg. ext.*

to.[1] In criminalibus autem an liceat tranſigere, habes per tex. & glo. in l. tranſigere C. de tranſ.[2] Item titulus hic, & pœna eius, nempe amiſſio cauſſæ, habet locum tam in reo, quàm in actore [3]: per ſententiam non ipſo iure [4].

1 *l. ſi ſuſpecta. infrà. de inoff. teſt.*
2 *& l. iij. Quib. ex cauſis ſerui. pro præm.*
3 *glo. in l. j. de pœna iud. qui ma. iud. Bar.*
4 *l. eius qui. de iur. fiſc. fac. d. l. j. de pœn. iud. q. m. d. vbi Bar.*
5 *& l. pe. de lega. C. l. ij. §. pe. & ibi Bart. de coll. bon.*
6 *in l. vxorem. §. hæres. de leg. iij.*

ET GENERALITER. L. III.

Pœna cõmiſſa fauore vnius illi applicatur.

§. ILLVD. Cum aliquis pœna afficitur in gratiã certæ perſonę, illa pœna lucro illius perſonæ cedit, vt hîc [5]: hoc intelligũt doctores cùm pœna apponitur à iure, non ſi ab homine. vnde bellè apud Bar.[6] quæritur, teſtator iuſsit vxorem manere in domo, & ab hærede victum recipere, ea lege vt ſi malè ab hærede habeatur, hæres hæreditate decidat, an hærede contra legem teſtamenti faciente, hæreditas ad lucrum vxoris perueniat: & reſpondet ad ſubſtitutos vel alios, qui ab inteſtato veniunt, pertinere, non ad vxorem: quia illa pœna ex diſpoſitione hominis venit.

ANNVS. L. VI.

Pertinet ad ea quæ ponuntur in l. genero. ſuprà. de his qui t. infam.

LIBER QVARTVS PANDECTARVM.

De in integrum reſtitutionibus.

SCIO ILLVD. L. IIII.

Minimũ quando attenditur.

IN iis quæ ſunt ſecundum ius, etiam minimum attendi [illegible]: nam de re minima appellatio recipitur [illegible] damnum acceptũ in re, & ab vſufructu[illegible] refectũ, agnoſci à proprietario debet [illegible] ſi minimũ ſit.[8] At in his quæ contra rati[illegible] iuris inducta ſunt: minimum negligitur, vt hîc [9], ſic in iudiciis quæ pro rebus minimis dantur, ſolennitates iure proditæ [10] negliguntur [11]. Vnde & CVRIA Pariſienſis multauit [12] iudicem, qui in cauſa quinq; ſolidorum ordinariè & ſolenniter cognouerat.

In minimis negligitur ſolennitas iuris.

7 *c. de appellationibus. ext. de appell.*
8 *l. ſi proprietarius. de dam. infec. infrà.*
9 *fac. l. ſi oleum. §. vlt. infra. de dol.*
10 *c. quoniam contra. de prob. & gl. in l. prolatã. C. de ſent. & interl. om. iud.*
11 *Auth. niſi breues. de ſent. ex breuic. recit. C.*
12 *Anno 1544. die xxvij. Maij.*

NEMO VIDETVR. L. V.

HANC legem per ſimilitudinem & fictionem intelligi voluit glo. quod magis eſt. Ex quo deſcẽdit quod dicitur, eum qui habet reſtitutionẽ ad rẽ, nõ videri rẽ poſsidere, ad id vt vel ad ſolaria grauetur, vel dicatur immobilia poſsidere: Bar. hîc. Nã non inſpicitur quòd quis poteſt reſtitutionẽ impetrare [13].

13 *l. vlt. in fi. de cond. ind. l. iiij. §. 4. de fideic. liber. infra.*

DIVVS. L. VII.

Cõtumax verus qui dicatur.

PRAECEPTORIBVS iuris [14] placuit hãc legẽ de ficto cõtumace intelligere: nã & hic reſtituitur ad appellationẽ, at verus minimè [15]. Verus autẽ is dicitur, qui in iudicio dixit ſe nõ venturũ [16], vel extra iudiciũ teſtatò corã nuncio [17].

14 *Azo. & Bar.*
15 *l. & poſt edictum. §. vlt. de iud. l. ex conſenſu. §. vlt. de appell. l. ab eo. C. quo. & quãd. iud.*
16 *c. venerabilibus. §. ſecus. de ſent. excõ. lib. vj.*
17 *Bar. hîc. & glo. in verb. manifeſtè. in. cle. j. de dol. & cont. vbi vide ſuſè.*

INTER MINORES. L. VLT.

Abſentia multiplex.

CONSTITIT quinq; ſpecies abſentiarũ eſſe, de quibus gl. hîc. In prima quę neceſſaria & probabilis appellatur, vt militiæ, reip. cauſſa, infirmitatis: & ſecũda, quę probabilis tãtùm vo

catur

Abſens quãdo teneatur procuratorem dimittere.

catur, non eſt neceſſe procuratorem relinquere [1]:niſi in cauſis inceptis [2],vel niſi ad agendum [3].In tertia autem quæ tantùm neceſſaria eſt, vt cùm aliquis relegatus eſt, debet ſi poteſt dimittere procuratorem,aliâs non reſtitueretur [4].Si qua tamẽ vel facto vel iure impeditio fuit,vt putà excommunicatio reſtitueretur [5].Sed nec quiſquam in cauſis grauibus tenetur mittere procuratorem [6].Quoties autem diximus relinquendum aut mittendum procuratorem,intellige ſi facile eſt: nam ſi arduum erat,neceſsitas talis remittenda eſt [7]:idem dicitur in viro,qui vxori ægræ medicum debet attribuere [8], quod verum eſt ſi facile eſt [9].Planè & iis caſibus in quibus diximus non teneri aliquem vt procuratorem mittat, aliud erit ſi cauſſa requireret celeritatem [10].

Procurator mitti debet ſi facile factu eſt.

Quod metus cauſſa geſtum erit.

METVM ACCIPIENDVM. L. V.

Geſtum metu multis modis fit nullum.

VARIE quod metu geſtum eſt reſcinditur: aut ex hoc edicto,& tũc is metus requiritur qui hac lege continetur [11],vel in ſe vel in filio [12]. Aut officio iudicis,tunc ſufficit metus verecundiæ [13],aut reuerentiæ,vt ea quę à liberto, vxore, clerico, & vaſallo debetur domino,marito,& epiſcopo:nam geſta per hanc reuerentiam reſcindũtur [14]: Item ſufficit metus imminentis mali, vt in ægroto qui medico promittit [15]. Item nonnulli ſunt caſus in quibus nec edicto nec officio iudicis eſt opus, ſed ipſo iure quis non tenetur:de quibus vide glo.in c.ij.ext.eod.

SED ET PARTVS. L. XII.

HAEC referuntur ad legem iij.de iuſt.& iur.ſuprà.

EXTAT. L. XIII.

Quando ius ſibi quis dicere poſsit.

NON ſine ratione dicitur,eũ qui ſibi ius dixerit, & rem ſuam authoritate ſua ab alio abſtulerit, debitum amittere, vt hic [16]:niſi aliud inter partes conueniſſet [17],vel debitor de fuga eſſet ſuſpectus [18], vt gl.hic. Et hæc pœna non ipſo iure ſed per ſententiam infertur [19]. Quoties enim lex per verba de futuro loquitur(vt hic , *ius crediti non habebit*)ſententia requiritur [20]. Item licitum non eſt ſibi ius dicere , intellige ei qui non poſsidet:nam ſi poſsideret rem,& in ea aliquid fit , poſſèt propria authoritate quod ponitur deſtruere [21],vel rem occupare [22].Ex quo belliſsimè Panor. [23] infert, eũ qui ius,dominium,prælaturam,iuriſdictionem,vſumfructum habet, quandiu poſsidet, poſſe propria authoritate reſiſtẽtes & ius impedientes coercere,& ſic oſtia effringere, & ſimilia facere ſine quibus non poteſt vſu rei perfrui.

Quis ius habet poteſt vi illud defendere.

ITEM SI CVM EXCEPTIONE. L. XIIII.

§. HAEC AVTEM ACTIO.

In arbitrarijs duplex ſententia.

VIDES hic in arbitrariis ferri duplicem ſententiam: prima enim aliquem ad rei reſtitutionem condemnat : ſecunda quia non reſtituit,in quadruplum fertur, vt hic [24]: ſufficeret tamen vna ſententia qua iudex condemnat quem ad reſtituendum,& quo caſu non reſtituet,ad quadruplum [25].Adde in bonæ fidei iudiciis duplicem ſententiam non ferri , quia iu-

1 *c.ij.de proc.*
2 *l.nec non.ex quib.cauſ. ma. Bar.hîc.*
3 *l j.de diuerſ. & temp. præſ.& ibi Bar.l.ſed et ſi.§.j.infrà.ex quib. cauſſ.maio.*
4 *l.Papinianus.de mino. & d.l.ſed et ſi.§.j.*
5 *c.quia diuerſitatem.de conceſſ.præb.*
6 *c.ij.& ibi glo.de proc.*
7 *l.idemq́ & ibi Bar.& Bal.pro ſocio.*
8 *l.ſi ab hoſtibus §.vlti. ſol.mat.*
9 *l ſi ideo.de his quib.vt indig.&l.ſi autem in prin.de neg.geſt.*
10 *cap.cùm dilecti.& ibi Pan.de dol.& contu.*
11 *& c.dilectus.ext.eod.*
12 *l.iſti quidem.infrà.eo.*
13 *l.vlt.§.ſi fœnerator.infrà.eod.*
14 *glo in l.j.§.quæ onerãdæ.infrà.quar.rer.act.*
15 *l.medicus.de var.et extraor.cog. Bart. in l.interpoſitas.de tranſ.*
16 *& l.ſi quis in tantam. C.vnde vi.l.non eſt ſingulis.de reg.iur.*
17 *l.iij.de pig.C.*
18 *l.ait.prætor.§.ſi debitorem.& ibi glo.quæ in fraud.cred.*
19 *Bar.hîc.licet glo.cõtrà.*
20 *glo.in l.iubemus.§.ſanè.in verſ. priuentur. de ſacro.eccl. Auth.habita.Nẽ fil.pro pat.*
21 *l.quemadmodum.& ibi pono.ad l.Aquil.*
22 *l ſi in area.& ibi Bal. de cond.indeb.*
23 *c.j.de immu.eccl.& ibi Innoc.*
24 *& l.qui reſtituere.de rei vind. Iaſon in l.in actionibus.de in lit.iurand.infrà.*
25 *l.non ab re.vnde vi.C. et l.conductores.loc.Iaſ. in §.quadrupli.vij.col. de act.*

dicis officium poſt ſententiam latam conquieſcit [1]. Item nunquam actio bonæ fidei arbitraria fit: ſunt enim illa duo pugnantia [2].

§. QVATENVS. Nota in duplo vel quadruplo ineſſe ſimplum [3]: quod valet ad multa. Et ad §. hunc adde, quòd licet qui moram aut vim fecit, teneatur de caſu rei [4] ſine diſtinctione, an etiam res periiſſet apud dominum [5], tamen benignè hîc admittitur illa diſtinctio propter pœnam tripli. Sed de his infrà fuſiùs pertractabitur [6].

In duplo ſimplum contineatur.

QVOD DIXIMVS. L. XVI.

§. IN HAEREDEM. Paſsim in Pandectis relatum eſt, turpia lucra ab hæredibus extorquenda [7], & ſæpe delictorum quæſtionem in hæredes tranſire, propter malè quæſita [8], hæredémque in id quod ad eum peruenit teneri [9]. Tu verò ex hac lege [10] nota, ſufficere ſemel ad primũ hęredem perueniſſe licet in eius perſona non duret, & perpetuò nota. Nec omittendum eſt iure Canonico ex maleficio defuncti actionem in hæredem dari ſine diſtinctione, licet ad eum nihil peruenerit [11]. Sic hæredes ad reſtituendas vſuras quas defunctus exegit iure conueniuntur [12].

Hæredibus turpia lucra extorquentur.

Hæredes ob defuncti maleficiũ an teneantur.

SI IPSA RES. L. XVIII.

CVM vterque de damno certat, liberatur qui rem habere deſinit, nec tenetur niſi factus locupletior [13]: cùm autem qui conuenitur de damno certat, & actor de lucro, non ſufficit perueniſſe, niſi duret in eadem re, vel ſurrogata illi [14]: ſed ſi qui agit, de damno certat, ipſa re perempta non agit, vt hîc prin. legis, ſed re ſurrogata perempta, actio efficax illi accommodabitur [15].

Rei interitus.

QVI IN CARCEREM. L. XXII.

QVOD dicitur promiſsionem in carcere factam non valere, habet locum, ſi ei qui promiſſorem in carceribus detinet, expoſita eſt: aliâs alteri facta valet [16]. Item valeret ſi iuſtè detineretur, & in carcere publico [17]. Cùm enim conditio eius qui in vinculis publicis eſt non mutetur, cur non poſsit contrahere nulla lege cauetur [18].

Promiſsio in carcere facta.

NON EST VERISIMILE. L. XXIII.

HANC præſumptionem, de qua tex. loquitur, appellant doctores præſumptionem iuris contra quam licet contraria probatio recipiatur, fortior tamen illa eſſe debet, vt hîc [19]: aliam appellant iuris & de iure, quæ probationem contrariã non recipit: cui tamen locus non eſt, niſi quoties id lege expreſſum eſt [20]. de reliquis vide Pano. ad ſatietatem [21].

Præſumptio.

§. SI FOENERATOR. Pertinet ad not. in l. metũ. ſuprà. eo.

De dolo malo.

HOC EDICTO. L. I.

SVMMA æquitate de dolo Prætor actionem dedit, ad reſcindenda ea quæ dolo geſta eſſe probabuntur. Sed tamen is dolus eſſe debet, quo etiam ſapientiſsimus quiſque caperetur [22]: non enim quælibet deceptio in dolo numeratur, cùm contrahentibus ſit permiſ

Dolus malus.

1 l. iiij. de po. C. l. qui per colluſionem. §. j. de act. emp. Bar.
2 l. in bonæ fidei. infrà. de eo quod cer. loc. & Iaſ. in l. in actio. de in lit. iur. in prin.
3 l. hoc edicto. §. j. de publie. & ibi. Bart.
4 l. quod te. infrà. ſi certũ pet. & l. ij. §. rectiſsimè. & l. merito. de vi & vi arm.
5 glo. & doct. in l. quod te mihi. ſi cert. pet.
6 d. l. quod te mihi.
7 vt hîc. & l. in hæredem. ſuprà. de calum.
8 l. i ncius. de iur. fiſc.
9 l. in hæredẽ. infrà. de dol.
10 l. videamus. infrà. eod.
11 c. vlt. & ibi gl. & Pan. de ſepul.
12 c. Michael. de vſur. Bar. in l. 4. de priu. del.
13 l. ſi eum ſeruum. infrà. de reb. cred.
14 l. ſed etſi. §. j. infrà. de pet. hær.
15 vt hîc. ver. ſi verò.
16 l. metum. §. licet. ſuprà. eo. c. quod locum. et ibi Pan. de ſponſ. et Bal. in l. j. vj. col. de cõfeſſ.
17 l. ſi mulier. ſupra eo.
18 ſecund. Pan. in c. accedens. de procur.
19 l. trãſactione. C. de trãſ. cap. quia verisimile. de præſum. c. ſuper hoc. de renunt.
20 c. is qui. de ſponſ. & c. filij. de hæret. lib. vj.
21 in d. c. quia verisimile.
22 c. pe. de his quæ vi metuſ. cauſ. ext. & ibi Panor. & Bal. in Rub. de reſcind. vend. C.

Dolus bonus. Fides hoſti an ſeruanda.

permiſſum ſe mutuò decipere [1].Item pro dolo bono Prætor actionem non pollicetur,vt pro dolo qui in hoſtem fit : quod intelligit Bar.ſi à priuato fit : nam dux debet hoſti fidem ſeruare [2].Eſt & exemplum de dolo bono,cùm aliquis promittit Iudęis aut Saracenis ſe ad illorum religionē cōuolaturum, vt ab eis diſcat linguam & ſcientiā,qua percepta eos refellat [3].

ET ELEGANTER. L. VII.

Dolus dans cauſam contractui an inutilem contractum faciat.

FERME obtinuit dolum qui contractui bonæ fidei cauſam dedit inutilē efficere contractū per hunc tex. [4] non idem dicitur,ſi non dat cauſam,ſed efficit vt pluris vel minoris res ematur:nā perſtabit cōtractus, ſed agetur quāti pluris vel minoris [5].Si autē dat cauſam contractui ſtricti iuris, cōtractus iure ſubſiſtit,ſed per actionē ex cōtractu purgatur dolus [6], vna trāſactione excepta [7].Nā dolus repugnat cōtractibus bonæ fidei,& æquitati quæ in illis ſummè deſyderatur [8]:at in ſtricti iuris cōtractibus,ſimilis æquitas non ſpectatur [9],ſecūdū Bal. [10]:

Quid in metu.

Planè metus dans cauſam contractui,nō reddit eū nullum [11]: qui enim metu agit,ſciēs & prudēs agit [12],quod in dolo nō euenit:ideóq; dolus,contractū ipſo iure nullum reddit,ſi tamē voluerit deceptus [13] gl. hîc.cùm enim actus ſit inutilis fauore publico, tūc cōſenſus decepti nō facit valere cōtractum [14]: nec enim talis nullitas à partibus remitti poteſt [15]. Item quoties deceptus contractum dolo initum vellet valere, toties deceptor etiam ex eodem contractu iuuabitur [16]; nam conſenſu decepti,vitium purgatur [17].Item ſicut diximus contractū bonæ fidei per dolū dantē ipſi cauſam,infirmari: idē in diſtractu

Quid in diſtractu.

iudicādū erit [18].Quod autē pertinet ad id quod infra ſequitur in §. *Non ſolum*.in quo quęritur ſi res deterior facta ſit,de dolo, an verò ex contractu actio cōpetat,vide hîc gl.quæ ab omnibus ferè commendatur.

§.SERVVS.Citatur ſuperius in l.Iuriſgēt.ad fi.prin.de pact.

Dolus procuratoris.

§.SI DOLO MALO. Procurator maioris dolum cōmittens,domino reficere debet id,in quo damnū ex dolo dominus accepit.Quòd ſi procurator ſoluendo non eſt, reſtituitur actio in debitorem veterē,vt hîc [19]:hoc enim generale eſt,vt anteà annotauimus [20].

Culpa procuratoris.

Sed ſi procurator culpā cōmiſiſſet , ex qua dominus damnum cepit,licet procurator non ſit ſoluēdo non tamen dominus in veterem debitorem reſtituitur:habet enim quod ſibi imputet,qui negligētem elegit [21]. Benignè tamē in minore dicitur,vt quoties vel dolum,vel culpam commiſerit procurator ſuus,agat vel in procuratorem, vel in debitorem veterem impetrata reſtitutione [22], quod beneficium etiam eccleſiæ competit [23].

§.IDEM POMPONIVS. CVM L.SEQ. Qui affirmat quē eſſe idoneum,nō cenſetur iubere fide ſua eſſe,niſi ex eo men-

Certificatores qui teneantur.

dacio aliquid compendij ſibi accederet,vt hîc: vel niſi affirmauerit idoneum,& voluerit ſuo periculo rē eſſe [14]:vel niſi cùm dominus procuratori vel alteri geſtori ſuo affirmat aliquos eſſe idoneos:videtur enim permittere vt cū eis cōtrahāt [25]. Sic in creatione tutorum,qui affirmāt tutores ſoluēdo eſſe,videntur fideiubere [26].Iis autē caſibus quibus tenētur, cōueniri nō poterunt,niſi principalis ſit excuſſus, & non ſoluendo [27]: vt & CVRIAE Pariſienſis decreto continetur.[28].

1 *l.itē ſi.l.§.vlt.loc.in caſa.ij.§. idem.de mino.*
2 *l.conuentionum.ſuprà.de pact.*
3 *Geminia.in c.nos in quēquam ij.q.1. Iaſ.in l.ſi mora.1.col.ſol.matr.*
4 *& l.iij.pro ſol. & l. in cauſa.ij infrà. de min.*
5 *l.Iulianus.§.ſi venditor.infra.de act.emp.*
6 *l.ſi dolo.de inut.ſtip.l.ſi quis cùm aliter.de ver.oblig.*
7 *per l.in ſumma.infrà: de cond.indeb. in prin. vbi vide.*
8 *l.bona fides.dep.infrà.*
9 *l.quicquid. de verb. oblig.l.quia. tantundē. ſuprà.de neg.geſt.*
10 *in l.non dubiū.viij.col. de legib.C.*
11 *l.metum.§.volenti. & l.iij.ſupra.quod met. cauſ.*
12 *l.ſi mulier. §.pe. quod met.cauſ.*
13 *l.tranſactione.de tranſ. l.Iulian.§.ſi quis à colludēte de act.emp.infrà.*
14 *glo in l.à Diuo Pio. de rit.nup.*
15 *vide Iaſ.in l.iuriſ. §. Prætor.ſuprà.de pact.*
16 *Bar.in l.in cauſa.ij. in prin.de min.*
17 *l.ij.de eo. quod met.C.*
18 *glo.& doct.in l. de tutela. de reſt.in integrū Bar.in l.et ideo.de cōd. fur.*
19 *fac.l.arbitrio.§.pe.infrà.eo.*
20 *l.iij.de eo per quē fac. erit.*
21 *l.enim mādato. de min.*
22 *l.iij.& l.vlt.ſi tut. vel cur.interu. C. l.in cauſa.1.§.vlt.infrà.de min.*
23 *gl.pe.in c.ij. & ibi Pan. iiij.col.de reſt.in integ.*
24 *l.ſi verò.§.ſi quis mandauerat.infrà.mand.*
25 *l.cuicunque.§.ſed & cùm fullo.infrà.mand.*
26 *l.cùm oſtendimus. ad fi.de fid.tuto.*
27 *Bal.in l.generaliter.1 de epiſ.& cler.*
28 *Die xj. Auguſti. anno 1534.*

SI QVIS ADFIRMAVERIT. L. IX.

§. LABEO. Quando res poſsit ſequeſtrari habes à nobis in l. ſi fideiuſſor. §. vlt. ſupra Qui ſatiſd. cog. Et nota id quod penes ſequeſtrem depoſitum eſt reddi nõ debere, niſi cauſa cognita, & lite finita, vt hic [1]: quod verum eſt, ſi ex conuentione partium aditus eſt ſequeſter: aliâs ſi iudex in exequendo iuſſiſſet aliqua bona capta penes aliquem deponi, poſſet reſtituere ſequeſter ille iuſſu iudicis ſolo [2]. Quid autem in depoſito, an qui ſuſcipit poſsit illud ante tempus reddere, pono in l. licet. infrà. dep. Nec omittendum eſt clericum, qui ſequeſter electus eſt, etiam ad iuſſum iudicis ſæcularis debere rem depoſitam reſtituere [3]: quod idem & in depoſito dici poteſt [4]. *Sequeſter quãdo reddere rẽ debeat.*

SED ET EX DOLO. L. XV.

QVI in aliqua dignitate degũt, ſi dolo quid commiſerint tenentur ipſi, non dignitas [5]: quò bene annectitur quod dicitur de clerico qui beneficiũ habet & cõmiſit aliquid, vt feudo priuari debeat, perdit enim is feudum quamdiu viuet, ſed eo mortuo ad eccleſiam redibit [6]. Quòd autẽ hic videtur dici vniuerſitatem & municipes dolum non poſſe committere, non eſt perpetuum: nam & dolum & metum inferunt [7] per eos qui præſunt regimentis [8]. Et ſi qui præſunt, vel maior pars populi delictum cõmiſerint, pœna authores ſuos tenebit, qui autem non peccauerint non punientur [9]: vt & CVRIAE Pariſienſis placito continetur [10]. *Clericus ob cõmiſſum an feudo priue-tur.* *Vniuerſitas an delinquat.*

ARBITRIO. L. XVIII.

PERTINET ad notata in l. ſi cum exceptione. §. hæc autẽ. ſuprà quod met. cau. Item actio hæc arbitraria eſt: in qua actor optare poteſt, vel vt iuret in litẽ, quod affectionis eſt: vel vt quanti ea res eſt condẽnatio procedat, quod eſt veritatis [11]. Quibus autẽ menſuris menſuratio debeat fieri, & ſi menſuris falſis ſit admenſum, quo remedio decepto cautum eſſe poſſit, vide hic apud Accurſium [12]. Reliqua eius generis ponimus in l. Imperatores. infrà. de contr. emp. Quòd autem pertinet ad §. dolo. nota cùm cauſa aut inſtantia perit facto iudicis, reſtitutionem indulgeri [13], idem ſi facto partis [14]: ſed non eſt ita ſi facto tertij, quia tunc doli actioni locus eſt, vt hic [15]. *Menſura.* *Inſtantia per-empta quo remedio caueatur.*

CVM A TE. L. XXV.

SENTENTIA abſolutoria non tollit actionẽ ipſo iure [16]: hinc eſt, quod qui dolo ſe abſolui curauit, prima actione conuenitur, vt hic, nõ de dolo. Si tamẽ nõ ſponte ad litẽ acceſſiſſet, tenetur quidẽ ad verum debitum actione prima, ſed expenſæ de dolo actione ſeruabuntur ab actore [17]. Reliqua ponuntur in l. Iulianus verum. de condict. indeb. *Abſolutus dolo iterum conuenitur.*

FILIVS LEGATVM. L. XXXII.

CONTRA eum qui impedit quominus teſtes in iudicium veniant, aut deponãt, actio de dolo eſt, vt apparet ex hoc tex. ad fi. Et adde quod eius, qui geſsit calendarium vel rationes poteſt ab eo cuius intereſt, progreſſus impediri, ne ad ordines ſacros [18], aut libertatem deueniat [19], vel ad pœnam depoſcatur, niſi rationibus redditis [20]. *Qui recipit rẽ deteriorem factam an remittat id quod intereſt.*

QVOD VENDITOR. L. XXXVII.

AN quæ à vẽditore, vt rem ſuam commendet, proferuntur, ab

1 & l. propter. cum l. ſeq. C. depo. l. ei qui. §. vlti. cum l. ſeq. infrà. dep.
2 Bal. in l. vlt. de bon. author. iud. poſſ. col. vlt. C.
3 tex. in l. vlt. §. pe. ibi per ſuam interlocutoriã. de bo. auth. ind. Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. §. vlt. qui ſatiſd. cog. ſuprà.
4 Bal. in l. acceptam. C. de vſur.
5 vt hic. §. de dolo.
6 c. 1. §. vlt. de capit. Cor. in vſib. feud.
7 l. metum. §. animaduertendum. ſuprà. quod met. cauſ.
8 l. municipes. ad munic. infrà. l. municipibus. de eòdit. & demon.
9 vidè fusè Bar. in l. aut facta. §. vlt. infra de pœn.
10 xviii. cal. Iulij. anno 1548.
11 l. inter hæc verba. de verb. ſig. infrà. glo. in l. qui reſtituere. infrà. de rei vindic. Bar. hic.
12 in §. de eo. in verb. tradentur.
13 l. ſed etſi per prætorem. in prin. ex quib. cau. ma. infrà. Auth. ſed & lis. cum ſeq. de tẽp. app. C.
14 l. ait prætor. §. vlti. ex quib. cauſ. ma. infrà.
15 & l. pe. infrà eo. tit.
16 l. Iulianus. infrà. de cõd. ind. vbi vide Bar. fusè & omnes.
17 l. & eleganter. §. ſi dolo. & ibi Bar. & omnes. ſupra. eod.
18 c. 1. de oblig. ad ratio. non ord. & ibi Pano.
19 l. vlt. in prin. de public. infrà. & l. ſeruus vni. de leg. 3.
20 Bar. in d. l. vlt.

Qui recipit rẽ deteriorem factam an remittat id quod intereſt

tur, ab illo præſtari debeant, habes hîc optimam glo. Et huc pertinet quæſtio, an qui recipit rem damno affectam videatur remittere id quod intereſt: nec amplius agere poſsit: & melius eſt toties remiſſum videri, quoties damnum in oculis eſt [1]: ſinautem latet, minimè [2], Quibus annecte quod dixi in l. j. infrà: de ędil. edic.

De minoribus viginti quinque annis.

Hoc edictvm. L. i.

Minor in re mobili reſtituitur.

Lex ij. de reſcindẽda veditione an locum habeat in re mobili.

HOC edictum generaliter proponitur, vt id quod cũ minore geſtũ erit, ex cauſa reſcindatur, vnde & de re mobili minor rectè reſtitui poteſt, quod etiam CVRIA Pariſienſis iudicauit [3]. At reſciſsio quę datur ex capite legis ij. de reſcin. vẽd. C. decepto vltra dimidium pretij, non ſolet concedi pro re mobili [4]: niſi res mobilis pretioſa eſſet [5]. Itaque cùm quidam lapidem adamantis quatuor millibus librarum emiſſet, & vltra dimidium pretii deceptus eſſet, inutilem contractum eadem CVRIA cenſuit [6].

Deniqve. L. iii.

Princeps minoribus concedit rerũ ſuarũ geſtionem.

VT ſolus Princeps famæ reſtituit [7], ita ſolus cõcedit minoribus rerum ſuarum geſtionem generalem, vt hîc [8]. At in vno actu vel pluribus ſingularibus iudex in defectum tutoris authoritatem interponere poterit [9].

Si actus à minore cœpit & cõtra maiorẽ perfectus eſt, an reſtitutioni ſit locus.

§. Si qvis cvm minore. Cùm lis contra minorem incœpit, & eo iá maiore ſentẽtia reddita eſt, denegatur reſtitutio, ſi de ipſa ſentẽtia ſolùm quæreretur: niſi quis dolus aduerſarij coargui poteſt, vt hîc. Sinautem contendit ſententiam reſcindi ob defectum libelli, aut actorum, cognitionẽ impetrare poteſt [10]. Imò & cùm minor contrahit, & maior tradit, nihilominus reſtituitur [11]: cùm ex neceſsitate actus prioris eum tradidiſſe appareat, neq; hoc poſsit non facere niſi reſtitutione impetrata, quæ impetratu difficilima iudicatur [12], nec mutat l. iiij. §. vlt. Ad Maced. vbi paterfamilias factus, recipiens quod ſibi filiofamilias adhuc promiſſum erat, non iuuatur Macedoniano: quia creditor poterat non ſoluere, & filiusfamilias refutando pecuniam non obligari.

Receptio ſpõtanea purgat meritum aut vitium pręcedẽs.

Sic receptio vel ſolutio ſpõtanea in legitima ætate facta, purgat defectum minoris ętatis [13]: niſi poſt legitimam ætatẽ recepiſſet, ne in maiore damno verſaretur. Ideo mulieri quæ ad fundum ſuum à marito, ſe non conſentiente, permutatũ reſtitui poſtulabat, nihil obfuit quòd illa ex re permutata fructus mortuo marito perceperat: vt CVR. Pariſi. ſtatuit, hos enim magis ne omnia perderet quam quòd vt cõtractum approbaret recepiſſe dicenda eſt: quod ſi nihil tale proponitur, receptio pretij aut illationis in dubio contractus approbationem habet [14].

Dies cœptus pro completo.

§. Minorem. An dies cœptus pro cõpleto habeatur habes hîc in glo. Ex qua infertur, quòd cùm fauorabile eſt diẽ cœptum haberi pro completo, toties id admitti, vt hic [15]: ſi autem fauorabile eſſet de momento ad momentum computari, dies cœptus non æſtimabatur completus, vt hic [16]. Et vtrum annus habeatur completus qui tantùm cœptus eſt, alibi dicemus [17]. De Biſſexto habebis in l. ij. de diuer. & temp.

Filiusfa. minor quando reſtituatur.

§. Sed vtrvm. Filiusfamilias ex omni cauſa obligatur, exce pto mutuo [18], & voto [19]. Item poteſt capi, & in carcere duci [20]. Ideo reſtituetur læſus ſi ætas ſuffragatur, niſi hæc reſtitutio patri

1 l. quæritur. §. vlt. & l. j. infra. de ædil. edic. l. ea quæ. infra. de cont. emp. l. vlt infra de eo quod cer. loc.
2 Bar. in l. qui ſibi. §. j. infrà. de ſol. & in l. in executione. §. pe. de verb. oblig. infra. vbi glo.
3 anno 1522. in Martio. et die x. decẽb. anno 1528.
4 doct. in l. ij. de reſc. vẽd.
5 arg. l. lex quæ tutores. de admi. tut. C. glo. in c. tua. de reb. eccl. non ali.
6 die xxj. Iunij. ann. 1510.
7 l. j. ad fi. ſuprà. de poſtul.
8 & l. iij. de his. qui ven. æt. imp. C.
9 l. honorum. Qui admit. ad bo. poſſ. vide Bar. in l. ſi curatorem. de in integ. reſt. C.
10 l. qui cùm maior. §. j. de bon. lib. Bar.
11 l. v. §. ſi filiusfa. de iur. dot.
12 l. vlt. §. vlt. de cond. ind. l. iiii. §. j. de fideic. lib. doct. in l. continuus. §. cũ quis. de verb. oblig.
13 l. ii. quod met. cauſ. C. & l. pe. infrà. de cond. ob. turp. cauſ. Bar.
14 l. quidam. de euictionib. infrà
15 l. qua ætate. de teſtam. l. j. de manum.
16 & l. in omnibus. de act. & obl. infrà.
17 l. ad remp. de mun. & hon.
18 tot. tit. ad maced. infrà.
19 l. ſi quis rem. §. voto. de pollic.
20 l. pe. & ibi doct. qui bo. ced. poſſ. C.

vel alteri patrocinaretur, vt hac lege. Idem ſi minor alicuius procurator vel inſtitor fuiſſet, quia imputent ſibi domini qui talem præfecerunt [1], ex quo euenit, vt ſi minor ſponte ſine mandato, ſe offerat negotiis maioris, debeat cedere reſtitutionem maiori: neque enim maior tunc in culpa eſt [2]. Item non obſtat lex, cùm quidam. de acquir. hær. quia ibi pater ex capite abſentiæ reſtituitur, non ex beneficio filij minoris. Si tamen pater conueniretur vt procurator filij, poterit petere reſtitutionem, etiam inuito filio [3]: idem eſt ſi vt filij hæres iudicium ſuſciperet [4]. Et ſcitum eſt quod colligitur ex hac lege publicatis bonis patris, non publicari peculiũ filij: quod in profectitio Bart. affirmat, ego etiam in aduentitio maiori ratione idem dicendum putem, vt eius proprietas non publicetur [5]. Sic nec damnato filio, & eius bonis pupublicatis publicabitur proprietas quã habet pater in aduentitio filij peculio: ſicut enim cõtrahẽdo patre inuito non poterat eam alienare [6], ſic nec delinquẽdo [7]. An autem cõdemnato filio executio fiat in peculio aduentitio, habes in lege iij. §. idem ſcribit. infrà de pec.

Minor ad cõmodum maioris non reſtituitur.

Damnato patre an publicetur peculiũ filij: & contrà.

AIT PRAETOR. L. VII.

IN omni læſione prætor minori pollicetur in integrum reſtitutionem, vt hîc. vnde apposité quærit glo. [8] num in ſpiritalibus poſsit quis reſtitui: & certè ab omnibus canoniſtis eo concurſum eſt, dari reſtitutionem: pone forſitan minorem beneficium eluraſſe, & ſanè eum reſtitui æquum eſt, niſi iam alij eſſet collatum beneficium. Nam minor ita demum reſtituitur ad lucrum, ſi res eſt integra [9]. Et vide hîc glo. quæ diſtinguit an debitor ſoluens minori liberetur, & nota. Et habes toties non dari reſtitutionem, quoties ſolutio minori facta eſt cum authoritate iudicis: Sed hoc in venditionibus non vtique eſt: poteſt enim reſtitui ex venditione minor ſi quid damni iuſtè queritur, licet res ex decreto iudicis ſit vendita [10]: niſi pro fiſcali & publico debito eſſet diſtracta [11], & niſi cum decreto ſententia quoque lata eſt de ætate, quia tunc non reſtituitur minor, niſi contra ſcientes tutores [12]. Extra hos caſus minor non prohibetur reſtitutionem eius nomine poſtulare, quod iudice decernente & authorante fecit: & ita decreto CVRIAE Pariſienſis decretũ eſt [13].

In ſpiritalibus an detur reſtitutio.

Decretum iudicis cõtractui interueniens nõ inhibet reſtitutionem.

§. HODIE. In lucro reſtitutio datur, vt hîc [14]: quòd verum eſt re integra, aliàs nun [15]: & hoc ad eccleſiam etiam perducitur [16]. Ex quo deſcendit quod diximus in prin. huius legis. maioribus autem, ita ad lucrum reſtitutio datur, ſi ſine cuiuſquam iniuria hoc procedat [17]: ſic maiori, cuius fundus quem vſucapiebat, inundatione amiſſus eſt, reſtitutio non datur, vt lucrum cum alterius iniuria recipiat [18]: ſecus ſi fundus erat illi proprius [19]. Et ex hac lege Bart. infert venditionem rerum pupillarium per auctionem & haſtam fieri debere: quod verum eſt, niſi eſſent res venales ad forum [20]: idem in executione ſententiæ [21], & teſtamenti [22]. Et quod attinet ad §. reſtitutus. incunctabile eſt, reſtitutum ad vnum, poſſe iterum contra illud reſtitui: ſed & animaduerſum eſt filium iam reſtitutum cõtra aditionem à patre factam, nunquàm in poſterum reſtitui [23]: ſed ſi denegata eſſet reſtitutio, ſententiæ parendum eſt [24]: nec amplius reſtitutionis nomine minor in auditorium principis induci poteſt

An ad lucrum reſtitutio detur minoribus.

Quid in maioribus.

Subhaſtatio in rebus minorũ.

§. SED QVOD. Dici ſolet ſubſtitutionẽ vulgarem adita hæreditate expirare [25]: quod verũ eſt niſi inſtituto daretur reſtitutio con

Subſtitutio vulgaris quando expiret adita hæreditas.

1 l. cum mãdato. infrà. eo. l. ſed & ſi quis. §. vlti. infrà. de inſt.
2 l. quòd ſi minor. in prin.
3 l. patri. in prin. infrà. eo. Bar. hîc.
4 l. non ſolum. ſupra. de in integ. reſt. & infrà. ea. l. §. pe.
5 vide Bar. in l. ſi poſtulauerit. §. iubet. ad l. Iul. de adul. & Alex. in l. lex vectigali. de pign.
6 l. cùm non ſolum §. filius. de bo q. lib. C.
7 Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de dam. inf. pe. col.
8 in c. ex parte. vbi vide gl. Pan. & alios. ext. de veſti. ſpol.
9 l. quod ſi minor. §. Sceuola. infrà. eo.
10 l. ſi quidem. de præd. & aliis reb. min.
11 l. quicunque de ſid. inſtru. lib. x. C.
12 l. minor xxv. annis adi to. infrà. eod.
13 xiij. cal. Martij. anno 1552.
14 l. ſi verò. §. vlt. de fidei liber.
15 l. quod ſi minor. §. Sceuola. infrà. eod.
16 c. cõſtitutus. & ibi Panor. vj. not. de reſt. in integ.
17 l. & ſi ne quid. & l. ſciẽdũ. infrà. ex quib. cauſ. ma. l. cùm quidam. de acq. hær.
18 glo. in l. iij. §. Labeo. de acq. poſſ. & ibi doct.
19 l. j. § ſi quis. de iti. actũque priu. l. & Attilicinus. de ſeru. vrb. præd.
20 Bal. in l. j. C. ſi prop pub. penſ.
21 l. iij. de exec. rei iud. C. l. ij. de iure haſt. fiſc. lib. x. C.
22 Bar. in l. alio. vlt. col. de alim. & cib.
23 l. vlt. §. vbi autem pue rilis. de bon. quæ lib. C.
24 c. vlt. de in int. reſt. & l. j. ſi ſæpius in integr.
25 l. poſt aditam. de impub. & aliis. C.

tio cōtra aditionē:nā tunc ſubſtitutus admittetur iure ciuili,vt hic[1]:at iure prętorio minimè:ita ſolue l.vlt.infrà de ſucc.edic. Et nota hic dari reſtitutionem contra ſubſtitutum,& ſic cōtra voluntatē teſtatoris.Ex quo apud Bal.[2] relatum eſt:Quidam inſtituit eccleſiam ſancti Petri ea lege vt ædificaret ædem intra annum,& ſi nō ędificet intra illum diē, adiecit vt ad aliud monaſterium deueniat hæreditas:quæritur ſi non ædificauerit intra tempus an poſsit reſtitui,& reſpondet reſtitutionem dari,per hunc textum [3].

MINOR ETIAM. L. VIII.

Minor contra dolum non reſtituitur.

LICET contumacia vera priuet aliquē appellādi beneficio[4],nō tamē beneficio reſtitutiōis,vt hic:nā minor ex cōtumacia reſtituitur,& ſic cōtra dolum præſumptum:at nō daretur reſtitutio cōtra dolum verū[5].Eodē modo dicit Bal.[6] minorē nō reſtitui cōtra morā ſi ex dolo venit:ſi ex culpa ſecus: nam etiā cōtra alium minorem reſtitueretur [7].Adde quod dicitur pueros delicta committere & puniri poſſe [8].

SI EX CAVSA. L.IX.

Minor an reſtituatur in his quę à maiore ſunt incœpta.

QVANDO minor cōtra vēditionē pignorum reſtituatur,tā in cōuētionalibus,iudicialibus quàm prętoriis,habes hic in gl.quā ſequuntur omnes.Sed quid ſi pignus à maiori incœpit,& cōtra minorē vēditio facta eſt?& ferè eſt, vt ſi vēditio facta ſit ex lege pacti cum defuncto initi, reſtitutio non detur [9]:ſin autem aliquid geſtum eſſet cum minore,reſtitutio erit[10].Item licet reſtitutio ſit contra ius[11],tamen ad acceſſoria extēditur,vt hic:nā reſtitutio data aduerſus ſentētiā,etiā ad executionē et vēditionē extēditur.Sic diſpēſatio quę cōtra ius eſt[12],extēditur ad cōſequētia[13].vnde diſpēſatus ſuper pluribus beneficiis retinēdis,videtur diſpēſari vt reſidere nō teneatur[14].Vide tamen quod ponitur in l.vlti.§.vlti.de cond.ind.

Reſtitutio ad acceſſoria trahitur.

Diſpenſatio ad acceſſoria.

Dotis promiſſio vltra patrimonij vires non valet.

§.IN DOTIS. Si dotē mulier promiſerit vltra patrimoniū, ipſo iure promiſsio nulla eſt [15]:ſi autem vltra vires patrimonij(quod differt à primo, vt per Bal.[16]) vel vltra qualitatem viri & vxoris,reſtitutio eſt neceſſaria,vt hic [17].Et nota contra pacta illa de lucrifacienda dote, impetrari reſtitutionem, vt hic:ſi tamen lucrum veniret ex lege vel ſtatuto,contra legem vel ſtatutum non daretur reſtitutio [18].

§.NVNC VIDENDVM. Hunc allego in l. minor etiam. ſupra eod.vbi vide.

Pręſcriptiones legu & ſtatutorum nō currunt minori.

§.SI IN COMMISSVM. Inter omnes conſtitit hunc tex.hodie corrigi ex noua conſtitutione Iuſtiniani [19]:per quam ferè dicitur præſcriptiones minoribus non currere, ſiue ex lege,ſiue ex conſuetudine, ſiue ex ſtatuto deſcendant. quod tamen intellige ex ſententia Abbatis [20], cùm minores non de præda,ſed de vitando damno ſolliciti ſunt: ſi enim de lucro captando certarent,currit præſcriptio,ſed reſtitutio nō inhibetur:vt cum moribus ciuitatis permiſſum eſt conſanguineis intra annum & diem rem à propinquo vēdita redimere: currit enim annus ille minori,ſed reſtituitur [21].Sed quòd dixi præſcriptiones non currere pupillis, verum eſt niſi a maiore cœptæ eſſent & contra minorem completæ: hic enim reſtitutio eſſet neceſſaria [22]. Sic nec præſcriptiones conuentionales currunt minoribus, niſi à maiore cœptæ, contra minorem completæ eſſent [23]. Iudiciales autem præ-

Iudiciales pręſcriptiones.

1 & l. ex contractu.infrà de re iud.& ibi gl.a.l. ij. §.ergo.de vulg.infrà.
2 in l. pupill.rum. de rep. her.C.
3 & l. quòd ſi maior.§. Scæuola.infra eo.
4 l.ex conſenſu.§. vlti.de app.l.ad peremptorium. §.vl.infrà de iud.
5 l.ſeq.§. nunc vidēdum. & l.auxilium.§.in delictis.infra eo. Bar.
6 in l. in minorum. in fi. in quib.cauſ.in int.reſt. non eſt nec.C.
7 l.verum.§.pe.infra eo. l.1.ſi aduer. dol.C.
8 c.1.& ij.de delic. puer.
9 l. Aemilius.infra eo.l. ij.ſi aduerſ.vend. pign. C.l.apud Iulianum. §. 1.quib. ex cauſ in poſſ. eat.
10 l.cùm filiusfa.§.pe. infrà de verb.oblig.Bart. & Bal.in l. ij.ſi aduerſ. vend pig.C.
11 not.in l.ſeio.de in integ. reſt.
12 c.1.& ij. de fil. presby. lib.vj.
13 glo.in c.quia intantùm. de præb.
14 Panor.in d.c.& in c.at ſi clerici.§.de adult. de iud.
15 l. ſiue generalis. infrà de iur.dot.
16 in l.1.ſi aduer. dot.C.
17 & d.l.1.ſi adu.dot. & ibi Bal.
18 l.ſi ſine.§.Lucius.de adm.tut.
19 l.vl.in quib.cauſ.in integ.reſt.non eſt nec.
20 in c.cōſtitutus.de in integ.reſt.
21 d.c.conſtitutus. & ibi Panor.& Inno.Bal.in l.vlt.in quib.cau.in integ.reſt.
22 l.etiam.vbi vide Bart. infra eo.
23 l.Aemilius.infra eo. l. ij.C.ſi adu. vend.

ſcriptiones currunt minoribus,ſed reſtituuntur [1]:ſic decẽ dies ad appellandum dati,currunt minoribus [2].Idẽ in tẽpore ad cõficiendum inuentarium dato [3]: quãquam illud præſcriptionibus legalibus annumerari debeat. In feudis etiam tractatum eſt an minori currat annus ad inueſtituram: ſed conſtat impuberi ipſo iure nõ currere [4]:at puberi curret [5],ſed ex omnium ſententia reſtituetur [6].hoc enim ipſo læſus eſt,quòd labi tempus paſſus eſt [7].

Annus inueſtituræ.

VERVM. L. XI.

§. SCIENDVM. Quòd legibus [8] dicitur,minorem aduerſus ſolutionẽ reſtitui,intellige niſi caſu perdidiſſet pecuniã ſolutã,nõ autẽ facilitate,vt hic ſecund.Bart. [9] Planè læſio reſtitutionem adfert,eam tamen probare minor debet, vt hic [10], niſi contra vſurarium creditorẽ [11],vel niſi minor alleget nullam venditionẽ ex defectu decreti:nã emptor dicens pretium in rem minoris verſum eſſe,probare debet:ita intellige l.prędiorum.de præd.& aliis reb.mino.C.ex Bal. [12] Et opinor nõ abſurdè diceretur ſemper in mutuo facto minori debere creditorem probare in rẽ minoris verſum,ſicut in ciuitate [13], & eccleſia [14].Et ex §.*ſi locupleti*.ſingulare eſt quod dicitur,in reſtitutione concedenda ex beneficio ætatis lęſionẽ æſtimari ſecundum tempus contractus,vt hic.Idem eſt ſi daretur maiori propter deceptionẽ vltra dimidiã,ex beneficio legis ij.de reſcind.vendi.C. [15] Itaque ſi poſteà res creuerit aut decreuerit, non continuò minor læſus dicetur.

Læſio probari debet à minore.

Læſio ex contractus tẽpore iudicatur.

§.ITEM QVAERITVR.An priuilegiarius contra priuilegiarium reſtitutionẽ aut priuilegium exercere poſsit,ſubſiſtimus:ſi enim ambo ſint priuilegiarij in genere,at nõ in ea cauſa qua de agitur,ſed vnus tantùm,is vtetur priuilegio cõtra aliũ: vt in duobus abſentibus & ſic priuilegiariis, dicitur: quorum vnus cõtra aliũ reſtituitur [16],quia in ſpecie habet priuilegiũ, nempe vt læſus. Cùm verò ambo in ſpeciẽ priuilegiarij ſunt, vnus cõtra alium nõ reſtituitur [17]:niſi vna cauſa aliam dignitate priuilegij ſuperaret: ideóq; minor contra filiumfamiliâs Macedonianum allegantẽ,& mulierẽ ex Velleiano excipientem,reſtituetur,vt hic & l.ſeq. At eccleſia cõtra eccleſiã nõ reſtituitur, per id qđ primo loco diximus,niſi læſa eſſet:de quo tamen vide Bar.& alios in auth.quas actiões.de ſacroſ.ecc.C.

Priuilegiarius priuilegio non vtitur contra priuilegiariũ.

Eccleſia cõtra eccleſiam.

IN CAVSAE I. L. XIII.

IN quęſtione,an reſtitutio minori data ad fideiuſſores trahatur,confer te ad gloſ. in l.minor.de proc.Item quo caſu reſtituendus eſſet fideiuſſor, vt cùm dolus aduerſarij interuenit [18]:non tamen ex reſtitutione minori data reſtitutus intelligitur,ſed noua reſtitutio eſt impetranda [19]: ideo nec acta facta in lite reſtitutionis minoris,fideiuſſori ꝓderunt [20]. Similis quæſtio eſt,an reſtituto minore cõtra creditorem,creditor ex eadem inſtãtia reſtitui intelligatur in veterem debitorem: quod magis eſt,ſi vocatus fuit debitor vetus [21].Si autem non fuit vocatus,alia reſtitutio petenda eſt [22].

Reſtitutio minori data an ad fideiuſſorẽ trahatur.

IN CAVSAE II. L. XVI.

HVC pertinẽt ea quę notantur in l.quædam.ſuprà de edẽ. Et adde quòd cùm remediũ ordinariũ cõtra vnũ, & extraordinarium cõtra alium datur,poſſe ſimul concurrere,& eſſe electionem

Remedium ordinariũ cum extraordinario an concurrat.

1 *l.venerandum. §. vlti. de ind*
2 *in auth.de appel.& int. quæ temp.*
3 *in § pupillus. in auth. de bar.& falc.*
4 *c.j.§.ſi minor i.ſi de feu. fuer.contr.*
5 *de probib. feud. alien. per Fed. §.præterea.*
6 *ſecund.Bal.in d.§.præterea.*
7 *l. interdum. infra eod.*
8 *l.j.ſi aduerſ. ſol. C. & l.ait prætor. §. permittitur.ſupra eod.*
9 *fac.l.vlt. de in inte. reſtit. C.*
10 *l.nam poſteà. §. ſi minor.infrà de inreiur.*
11 *l.j.ſi aduerſ.cred.C.& ibi Bar.& Bal.*
12 *in d.l.4.ſi aduerſ cre.C.*
13 *l.ciuitas infrà ſi cer.pe.*
14 *auth. hoc ius. C. de ſacroſ. eccle. per Bar.& Iaſ.in d.l. ciuitas.*
15 *l.ſi voluntate.C. de reſcin.vend.l.ex mille. §. j.infrà de euict.gloſ. in c.ij.de empt.& vendi.*
16 *l.vl.infrà ex quib.cau. maio.*
17 *vt hic.& l.ſi minor ij. infra eo. Panor.in c. in præſentia. de prob. nume. 38.*
18 *l.ij. de fideiuſ.mino.C.*
19 *glo.in d.l.ij.*
20 *Bal. in d.l.ij.*
21 *tex.in l.ij.ſi aduer.trãſ. C & ibi Bal.*
22 *l.ſi deſerta.ad fin. ſi ob public.penſ.C. & Bald. in l. j. de repet. quæ fiunt.C.*

ctionem minori vtro potius agat [1]: niſi in iudiciis læſio fuerit accepta, tunc enim minor prius tutorem, cuius negligentia lis expirauit, conuenire debet, quàm eum cum quo ſibi res erat [2]. Et ex §. *idem Pomponius.* vulgo omnibus in ore eſt, & iure ciuili [3], & Pontificio [4] permiſſum eſſe contrahentibus ſe inuicem decipere: quod tamen à bono viro alienum eſt [5]. Planè ſi deceptio ex dolo veniat, de dolo actio erit, & contractus reſcindetur [6]. Idem ſi dolus in re ipſa eſt, nempe quia deceptio vltra dimidiam iuſti pretij interceſſit: tunc enim reuocari poteſt [7]. Quòd autem hic ad fi. [8] datur poteſtas quibuſdam iudicibus reſtitutiones dandi, quibuſdam adimitur, hodie non eſt in vſu: Iure enim Codicis etiam inferioribus magiſtratibus hoc competit [9]: quod Bar. hic probat.

Decipere ſe inuicem contrahentibus an liceat.

Qui iudices reſtituant.

PAPINIANVS. L. XX.

PERTINET ad notata in l. vlt. ſuprà de in integ. reſt. An abſens procuratorem debeat dimittere, vbi vide.

IN INTEGRVM. L. XXII.

Geſta à prælato poſt remoto valent.

VIDE hic glo. quæ vera eſt. Et præclarum eſt geſta facta à prælato, qui poſtea remotus eſt, valere [10]. Quid autē ſi poſteà declaretur eum non fuiſſe prælatum, vide quod notatur in l. Barbarius. de off. præt. Et an ſoluens prędoni, vel intruſo liberetur, not. in l. ſi vrbana familia. infrà de condi. ind. vbi vide Iaſo. de quæſtionibus huc pertinentibus.

CVM MANDATV. L. XXIII.

HABES à nobis in l. iij. §. ſed vtrum. ſuprà eo.

QVOD SI MINOR. L. XXIIII.

§. SCAEVOLA. An in lucris reſtitutio minori procedat, ſuprà annotauimus [11]. Et quod dicit bonis iam venditis minorem nō impetrare cognitionem, locum habet cùm bona ſunt vendita à ſubſtituto, ſecus ſi à creditoribus [12].

Dans conſumpturo an recipiat.

§. RESTITVTIO. Qui dat minori, quem ſcit perditè conſumpturum, omnino non recipit, vt hic [13]: ſin autem maiori, idem, ſi ſcit quem in vſum ille ſit perditè profuſurus [14]: ſecus ſi cauſam verè perſpectam non habet [15]. & ita ferè temperari ſolent quæ in hoc genere dicuntur. Præterea quod hic dicitur, reſtituto minore, emptorem ſua ſeruare: intellige niſi reſtitutus fuerit minor ex dolo emptoris, non ſui facilitate [16]: quòd ſi emptor in bona fide eſſet, etiam à pupillo expēſas rei melioris factæ reciperet [17], & à venditore rem repetente ex capite læſionis vltra dimidiam pretij [18]. An autem in hac ſpecie, ex inſtantia reſtitutionis minoris, creditor vel emptor intelligantur reſtituti ſine nouo iudicio, noto in l. in cauſę. ſupra eo. quibus adiunge quod dicitur in l. cùm minor. infrà eo.

Reſtitutio ponit omnia in ſtatu primo.

ILLVD. L. XXV.

Speciale mandatum in reſtitutione.

HABES hic caſum in quo ſpeciale mandatum requiritur. alios vide in glo. in c. qui ad agendum. de proc. lib. vj. Planè ſi reſtitutio incidenter in iudicium veniret, non requireretur ſpecialis iuſſus, cùm generali mandato cōtineatur id quod conſequens eſt [19].

PATRI PRO FILIO. L. XXVII.

VVLGATVM eſt quod notari ex hac lege ſolet, coniunctas perſonas non admitti ſine mandato agentes, quoties

1 *l. iii. & vlt. ſi tut. vel cur. int. C.*

2 *l. properandum. §. vlt. C. de iud. vt not. Bal. in d. l. vl. ſi tut. vel cur. inter. & Bar. in l. etiā eo. §. Imperator. infra eo.*

3 *vt hic, & l. item ſi pretio. §. vlt infrà loc.*

4 *c. iij. & pe. de empt. & vend. & ibi glo. & doc.*

5 *glo. in l. ſemper. de reg. iur. infrà.*

6 *l. & ideò. loc.*

7 *l. ſi quis cùm aliter. de verb. oblig. l. ij. de reſc. vend.*

8 *§. nunc videndum.*

9 *l. vlt. vbi & apud quos in int. reſt.*

10 *facit l. quoties. & ibi Bar. de acq. her. l. ſi non expedierit. § i. infrà de bo. aut. iud. l. ſi mulier. infra eod. l. tutores. de cond. ind.*

11 *l. ait prætor. §. vlt. eo.*

12 *l. vlt. de repu. her. C. ad fin. Bar.*

13 *& l. ſi verò nō. §. ſi adoleſcens. infrà mand.*

14 *l. ſi quis cùm ſciret. in fi. pro empt.*

15 *d. l. ſi quis. ad princ. & ibi Bart.*

16 *l. qui res. §. huic applicatur. de ſol. l. ſi per impreſſionem. quod me. cau. C. Bal. in l. ij. de repu. quæ fiunt.*

17 *l. iuxta vtile. §. vlt. infra eo.*

18 *Bal. in l. ij. de reſc. vēd. C. xix. q.*

19 *l. ad rem. & l. ad legatum. ſuprà de proc. Bal. in l. vlt. per illum text. C. vbi & apud quem cognit. in integ. & Bar. hic.*

requiritur ſpeciale mandatum. Ego tamen nihil tale colligi poſſe exiſtimem:nam verum eſt coniunctas perſonas pro inuitis & repugnantibus non agere,tam in iis in quibus ſpeciale mandatum requiritur,vt hic.quàm in aliis [1]:ſi tamen cõtraria voluntas domini non appareret,puto admitti eas poſſe [2]:quæ ſi legitimam adminiſtrationem habeant,vt pater,tutor,curaror admittentur etiam iis inuitis ad quos ea res ſpectat, vt hic. Cætera require ex his quæ ante poſuimus [3].

Coniũctæ perſonę admittũtur etiã quando ſpecialiter mãdari debet.

CVM MINOR. L. XXVIII.

IN vna & eadem cauſa,reſtitutio minori data,facit vt aduerſarius in priſtinum ſtatum reponatur [4]: in diuerſis cauſis, non item.Sic intellige hanc legem ex Barr. Reliqua vide in l. in cauſæ.j.ſupra eo.vbi noto.

Reſtitutio minore reponitur & aduerſarius.

ETIAM. L. XXIX.

RESTITVTIO non denegatur,licet tutoris aut patris authoritas interuenerit, vt hic, vel etiam decretum iudicis [5]:vt & ſuprà dictum eſt,l.ait prætor.ſupra eo. Sed & illud obſeruatur, vt nunquam reſtitutio detur filio ad patris commodum [6].Item ex hac lege ad finẽ nõ ineleganter infert Iaſ.[7] procedere iudicium in eum qui præſens eſt, licet non ſit euocatus.Item adde quòd ſi quidem eſſent citati,quidam non,ſententia ſiue reſtitutio non nocet non citatis.ſed citatis tantùm: ſæpe enim euenit rem iudicatam proſpectu vnius valere,alterius non [8].Reliqua require ex his quæ ponuntur in l. non idcirco.infrà de iud.

Reſtitutio nõ inhibetur,licet patris aut iudicis authoritas affuerit.

Iudicium valet in præſentem licet non citatum.

SI MVLIER. L. XXXII.

PERTINET ad l.in integrum.ſupra eo.vbi vide nonnulla à nobis.

MINOR XXV.ANNIS ADITO. L. XXXIII.

HIC iudex ex aſpectu iudicat:& vide quæ not. in l.illicitas.§.veritas.ſuprà de off.præſ.Et propriè iſta probatio ætatis ex aſpectu,per iudicẽ fieri debet:tamen poſſet fieri per teſtes: nam licet debeant deponere de eo quod ſenſu perceperint [9]: tamen poſſunt & de his deponere,quæ ſimul ſenſu & in intellectu continentur [10].Item hic minor agit contra tutorẽ ſcientem,& ſi excipiat tutor de dolo illius, quòd falſo perſuaſerit iudici perfectam ætatem,replicabit pupillus de ſcientia tutoris:nõ enim nouum eſt vt contra excipientẽ de dolo, admittatur replicatio doli,ab eo qui certat de damno [11].Item hic caſus eſt in quo minor contra decretum non reſtituitur:noto in l.ait prætor.in prin.ſupra eo.

Probatio ætatis ex aſpectu.

SI MINOR XXV.AN.FILIO. L. XXXIIII.

PERTINET ad l.verùm.§.vlti.ſupra eo.

MINOR XXV.AN.OMISSAM. L.XXXVI.

HAEC lex habet locum,niſi cum iuramento procuratorem ad litem creaſſet minor:quia ſicut iuramẽtũ à minore in cõtractu pręſtitũ,reſtitutionẽ tollit [12], ita & in iudicio, Bar. hic [13]: qđ & Guido papa in CVR. Delphinate iudicatũ ait [14].

Iuramentum tollit reſtitutionẽ in iudiciis & contractibus.

AVXILIVM. L. XXXVII.

PERTINET ad ea quæ dicuntur in l.minor etiam.ſupra eo.Et nota accuratè,minorem non audiri contra confeſſionem

Minor contra confeſſionem an reſtituatur.

1 vt l. Pomponius.§.vlti. ſuprà de proc.
2 tex.eſt in c.nonnulli. §. j.de reſcri.
3 l.iij.§.ſed vtrum.eo.ti.
4 l.quid ſi minor.§.reſtitutio.ſupra eo.l.j.de reput.quæ fiunt.l.j. & ij. ſi adu.tranſ.C.
5 l.ſi quidem.C. de præd. & aliis reb.
6 l.cùm mãdato.ſupra eo.
7 in l.j.de in ius voc. fac. l. de vno quoque. de re iud.& Bal. in auth. ſi omnes. vt minor ſe ab har.in princ.
8 l.ij.de fid.inſtr.C.l. Iu cius.de his quæ no.infa. Bal.in d.auth.ſi omnes. in fine.
9 l.qui teſtamento.§.vlt. infrà de teſtam. c. cùm cauſam. & ibi doct. de teſtibus.
10 l.pediculis.§. Neratius.infrà de aur.& ar. leg. Bart. in l. de ætate. infra eo.vbi noto.
11 l.cùm mulier.ſolu. mat. & ibi Bar.noto in l.viro.illo tit.
12 auth.ſacramenta.ſi aduerſ.vend.C.
13 glo. & doct.in d. auth.
14 q.xxxv. in Deciſ.

ſionem delicti, ex hoc tex. in ciuilibus aliud eſt [1]. Item contra executionem pœnæ non eſt reſtitutio. Ex quo dicitur, quòd ſi lege municipali ſit inductum, vt teſtamentum poſt menſem inſinuetur, & poſt inſinuationem non poſſit nullum aut irritũ dici: ſi hæres fecerit inſinuari, minor contra illud tempus non reſtituetur, ſecundum Bar. hic [2].

Contra executionem pœnæ nõ eſt reſtitutio.

1 vt l. certum. ad fi. infrà de confeſſ.

2 & Bal. in l. cùm quidã. §. ſi pupillo. per illũ text. de vſur.

AEMILIVS. L. XXXVIII.

NON præter rem dici poteſt, hanc pupillam iure communi ſeſe potuiſſe tutari, cùm enim venditor denuntiando illi vt ſolueret, à legis cõmiſſoriæ beneficio receſſerit [3], conſequẽs eſt contractum remanere, & pupillam offerendo pretij reſiduum, rem emptam ſibi habere. Quia tamen reſtitutione in integrum ſibi plenius cautum erat, permittitur illi reſtitutionem petere omiſſo remedio ordinario [4]: huc pertinet quod habes in l. quædam. ſupra de edend. Quòd autem ex hoc tex. Bar. effici voluit, per nouam denuntiationem remitti moram præcedentem, non ſatis cum ratione dicitur: potiùs enim creditor denuntiãdo, moram aggrauat, quàm leuat: ne quæſita ad diminutionem augmẽtum pariant: quod non recipitur [5]. Huc adiungitur quòd geminata inter pellatio facit vt mora nõ poſſit purgari [6]. neque huic ſententiæ refragatur lex iſta: nam in lege commiſſoria ſimile non eſt, in qua ſi vẽditor pretium petit, ab illa recedit, vt dixi [7]: quod ſecundum Iaſonem [8] rectius dicitur. Et hanc legem allego in l. ſi ex cauſa. §. ſi in commiſſum. ſupra eod.

Denuntiando non remittit creditor morã aut pœnam.

Duplex interpellatio.

3 vt hic. & l. ſi fundus. §. eleganter. & l. penul. de leg. commiſſ. infrà.

4 per ea quæ not. in l. vlt. ſi aduer. rem indic. & not. Bart. in l. in prouinciali. de oper. no.

5 l. legata inutiliter. de lega. 1. l. pe. quand. de pec. act.

6 l. traiectitiæ. §. de illo. ſecundum vnam intellec. de act. & oblig. infrà.

7 l. poſt dic. infrà de leg. commiſ.

8 in l. ſi ex legati. pe. col. de verb. oblig.

INTRA VTILE. L. XXXIX.

QVOD dicitur ab interlocutoria non appellari [9], ſic res temperanda eſt, vt illud non procedat cùm poſt definitiuã ſententiam profertur interlocutoria [10], vel ſi aliàs nulla definitiuæ ſpes eſſet [11], aut cùm grauamen in definitiua non poſſet ſarciri [12], vel ſi interlocutoria totum negotium perimeret, vt hic. ita Bart. in l. pe. quor. app. non rec. Quòd autem hic extrema lege dicitur [13], pertinet ad ea quæ ponuntur in l. quædam. de edẽ. quibus adde quod notatur paulò ſuperius [14].

Ab interlocutoria an appelletur.

9 l. pe. C. quor. app. nõ reci. & l. 9. de epiſ. aud. C.

10 l. ab executione. C. quor. app. non rec.

11 l. ſi t prætor. §. permittitur. ſupra eod.

12 l. arbitrio. qui ſatiſd. cog.

13 §. vendentibus.

14 l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. ſupra eod.

MINOR ANNIS. L. XL.

SENTENTIA paratam executionem habet, niſi ſit nouata [15]: vnde ſibi debet diligenter proſpicere is qui aduerſarium iudicatum fecit, ne ab illo recipiat promiſſionem ſoluendæ condemnationis: quia ex eiuſmodi promiſſione poſſet præſumi nouatio, quæ celeritatem exequendæ ſententiæ peruelleret [16]: ex quo deſcendit vt minor contra talem promiſſionem ſibi à iudicato factam reſtituatur, vt hic.

Sententia paratam executionem habet.

15 vt hic. & l. 9. de execu. rei indic. C. & l. iiij. §. ſi ex conuentione. infrà de re iud.

16 Pau. de Caſtr. in d. l. iiij. §. ſi ex conuentione.

SI IVDEX. L. XLI.

BENEFICIO mihi cõpetente ex perſona tua, te nolẽte cõtra te vti nõ poſſum, vt hic [17]: at cõtra aliũ, ſic [18]. hinc fortaſſe ꝓficiſcitur, & illud qđ Bal, poſt glo. voluit [19]. quòd ſi minor reſtitui recuſaret, nihilominus fideiuſſor eius petet reſtitutionẽ quibus caſibus id illi cõceditur. Itẽ hęc in reſtitutione dicta ſint, quæ propriè ſententia condẽnatoria nõ eſt, nec ex ea in factum actio deſcendit: in reliquis autẽ ſententiis, is contra quem ſentẽtia lata eſt, etiam inuitum victorem per ſententiã diſtringit: ideo venditor condemnatus redhibitoria ad rem recipiendam, rectè agit in emptorem etiam nolentem vti ſententia [20].

Minore reſti tui nolente, fideiuſſor an reſtituatur.

17 fac. l. amiciſſimos. de exenſ. tut. infrà.

18 l. ſi poſt mortẽ. §. bi qui. de bo. poſſ. contra tab.

19 in l. 9. de fideiuſſ. mi.

20 Bald. in l. ſi prædiorũ. de adil. act. C. col. 9. facit d. l. ſi poſt. in fi. ibi, ſi ũ enim.

De aetate. L. xliii.

Sententia de ætate facit ius.

HABES aliqua in l.minor vigintiquinque annis adito.ſupra eo.Itē hæc lex nō habet locum, ſi ætas per ſacramētum eius qui maiorem ſe prædicat,iudici probata eſſet [1] .Idem in alijs rebus ab ætate, vt ſi quis pronuntietur inteſtabilis. neque enim in alijs iudicijs hoc pro impleto habebitur [2], niſi iuſto contradictore, & eo cuius potiſsimùm intereſt agēte res fuiſſet deciſa [3]. mihi autem iuſtus contradictor in propoſita quæſtione appellaretur apud nos procurator Regis,in teſtamentis hæres [4].

1 *l.eum qui.in prin.de iureiur. Bar.in authen.ſacramenta.ſi aduer. ven.*
2 *l.cùm non iuſto.de collu. deteg.l.j.de exe.rei iud. Bart.hic.*
3 *l. Papinianus. §. ſi ex cauſa.infra de inoſ.teſt.*
4 *d.§.ſi ex cauſa.*

Etiam ei. L. xlv.

HABES aliqua in ſententiam huius reſponſi. in l.ſi ex cauſa.§.ſi in commiſſum.ſupra eod.

§. IMPERATOR. Eſt in electione minoris vel contra veterem debitorem reſtitui, vel in tutorem agere:& ſic remedium extraordinarium & ordinarium cōtra diuerſos cōpetunt eidē, vt hic [5] .noto in l.quædam.de eden. ſuprà.tamen in iudicio erit ſpeciale, quia tutor qui culpa minoris inſtantiam tempore excludi permiſit,prius conueniendus eſt [6].

5 *& l.iij.& vlt.ſi tut.inter.C.& l.ſi minoris.de admi.tut.*
6 *l.properandum.§.vl.de iud.C.Bar.hic,& Bald. in d.l.vlt.ſi tut.intern.*

Tvtor. L. xlvii.

Proteſtatio nō habētis ius nō conſtituit in mala fide.

CONSTITIT proteſtationem eius qui ius nō habet in re,non officere cōtractui : nec interpellatum ex ea in mala fide conſtitui,vt hic [7] :ſecus eſt ſi ius haberet [8]:niſi fieret poſt rē geſtam [9] . Planè cum denuntiatio fit tantùm ad notitiam faciēdā, non refert à quo fiat,licet non habeat ius [10]. Et ad §.j. huius legis vide quòd pono in l.quòd ſi vno.infrà de in diem add.

7 *& l.qui maior.C.de reſcin.vend.*
8 *l.ſi fundū.C.de rei vin. l. aut prætor. §. ſi particeps.infra quæ in fraud. cred.*
9 *l.pen.infrà pro emp.*
10 *l.item veniunt. §.petitam.infrà de pet.hæred. vbi pono.*

De capite minutis.

Pertinet. L. ii.

Deportati eti muntur a debitis præteritis.

QVI ciuitatem amittunt, vt deportati & relegati, amplius cōueniri nō poſſunt de iis quæ antè ſunt geſta,vt hic [11]:ſed de pòſt geſtis eos cōueniri,nihil prohibet [12], Reliqua vide in l.ſi conſtante.§.vlt.ſol.matri.

11 *l.ſi debitori.ad ſi.de duo.reis.noto in l.ſi verò.qui ſatiſd.cog.*
12 *glo.& Bar.in l. tutelas. §.vlt.infra eod.*

Eas obligationes. L. viii.

Deportati nō amittunt iura naturalia.

HVNC lex.non in minima tantùm, ſed etiā in maxima capitis minutione intelligere melius eſt.quamquam enim deportati,& qui vulgo banniti aut exules dicuntur, amittāt ea quæ iuris ciuilis ſunt,nō tamē quæ ſunt naturalis iuris aut gentium [13] : quod & aliâs annotabimus [14] .vnde fit vt quæ naturalem cauſam habeant,deportati nō amittant, percipiunt igitur legata alimentorum [15] : quod in damnatis ad metallum etiam rectè dicitur [16], & in mendicantibus [17], quibus ſi domus, aut aliquid quod ſolo continetur ſit legatum,debebit vendi aut commutari, & pecunia illis aſsignabitur [18].

13 *l.quidam.infrà de pœn,*
14 *l.ſi mandauero.§.is cuius.infrà mand,*
15 *l.legatum.infra eod.*
16 *l.ſi in metallum. de his quæ pro non ſcript. hab.*
17 *cle.exiui.de ver.ſig.*
18 *c.recolentes.in ver.commutatis.& ibi Pan.de ſtat.monach. Barto.in l. apud Iulianum.in fi.de leg.j.*

Ex quibus cauſis maiores in integ. reſtituātur.

Legatis. L. viii.

Municipia reſtituuntur.

LEGATI municipiorum dicuntur abeſſe cauſa reipub.ideóque beneficium reſtitutionis habēt [19],ſic ciuitates reſtituuntur [20],minoris inſtar & eccleſiæ cui comparantur [21].quæ ſententia etiam ad parua caſtra & municipia perducitur:nam & illa appellatione reipublic. veniunt.

19 *per hunc text.*
20 *l.reſpublica.C.eod.l.rēp. de iure reip.lib.xj.C.*
21 *arg.l.vlt.de ſacroſac.C.*

An ciuitates habeant fiſcũ.

niunt [1]. Et tractatum eſt an ciuitates habeant fiſcum, quod nõ admittimus: ideóque nec bona damnatorum, ciuitati applicari debent, ſed principi [2]. tamen impropriè dicuntur ciuitates, & inferiores domini fiſcum habere. vnde & vſurpatum eſt conſuetudine, vt bona damnati applicentur ei domino, in cuius territorio bona ſunt ſita: licet ille dominus ſit inferior: quod Guido pap. refert [3]: quo etiam iure vtimur. Et hoc caſu illi fiſcum dicuntur habere: in cæteris autem ſi habeant, habebunt certè, ſed non priuilegiarium: vnde nec ciuitates, nec inferiores domini habent priuilegium & hypothecã in bonis eius cum quo cõtrahunt [4]. Sed an epiſcopus habeat fiſcũ, & an ei bona clerici dãnati applicẽtur, qđ Pan. ꝓbat [5]. & hoc in bonis mobilibus per magnũ cõſiliũ regis iudicatũ fuiſſe Io. Galli refert [6]. In immobilibus opinor ſeruãda erit opi. Bar. [7] qui bona dãnati epiſcopo applicari negat, qđ & Bal. probat [8]: cuius rei argumẽtũ eſt quod alibi retulimus [9], epiſcopũ territorium nõ habere. Et hoc ex cõſuetudine generali Frãciæ ſeruatur [10].

Bona clerici an fiſco epiſcopi applicẽtur.

1 *l. ſed & ij. ī prin. de pub. Bal. in d. l. respublica.*
2 *l. j. de bo. vac. li. x. C.*
3 *q. lxxvj. in dec. tex. in c. cum ſecundum leges. §. vlt. de hæret.*
4 *l. ſimile. ad muni. gl. in l. ij. in quib. cau. pigno. vel hyp. tac. C.*
5 *c. ij. de ſuc. ab inteſt. per tex. in d. c. ſecũdũ leges.*
6 *q. cix. in quæſt. per areſ. deciſ.*
7 *in l. j. de bo. vac. lib. x. C.*
8 *auth. bona damnatorũ. de bo. dam. C.*
9 *l. ſi cuius rei. §. ſed ſi inter. de vſufruct.*
10 *vide Oldr. conſi. 27.*

AB HOSTIBVS. L. XV.

Non plus affert reſtitutio quàm læſio abſtulit.

QVI cum ante abſentiam perdidiſſet poſſeſsionem, dominium in abſentia per vſucapionem amiſit, habet reſtitutionem ad tempus tantùm, & ſic ad rei vindicationem [11]: non enim plus reſtitutio affert, quàm læſio abſtulerat [12]. ſin autem per abſentiam cecidit quis à poſſeſsione & dominio recipiet vtrunque, & ſic rem ipſam beneficio reſtitutionis [13]. Ex quibus efficitur, in hac lege ſolùm dari reſtitutionem temporis, non rei cùm rem ante abſentiam perdidiſſet ſecundum Io. Bulg. & Bar. hic. Et ex hac lege habes modicum tẽpus poſt abſentiam quo mox reuerſus in componendis rebus ſuis neceſsitate diſtinetur, haberi pro abſentia, & reſtitutionem conſerre.

11 *l. ſi quis ſtipulatus. infra eodem.*
12 *cle. vnica. de reſt. in inte. l. vlt. ſupra de min. l. ſed etſi. §. quoties. infrà eod. l. ſi quis. de eo quod met. cauſa.*
13 *l. ait prætor. §. item ei. infra eod.*

SCIENDVM. L. XVIII.

AN in lucris maior aut minor reſtituatur, habes in l. ait prætor. §. hodie. ſuprà de mino.

ITEM AIT PRAETOR. L. XXI.

Citatio & iudicium an à procuratore incipiunt.

NOTA ex hac lege, in verb. *hæc autem*. poſſe iudicium incipere à procuratore, eúmque recta via euocari poſſe [14]: quòd verum eſt, cùm dominus non inuenitur [15]. Quibus annectuntur quæ diximus in l. plerique. de in ius voc.

14 *fac. l. eum. de procur. C.*
15 *Pan. in c. aij. de dolo & contu. & Bart. in d. l. eũ. & in l. iiij. de dã. infect.*

ERGO SCIENDVM. L. XXII.

An amici ſint euocandi cùm aliquis non inuenitur.

CVM quis ad iudicium euocatur non ſunt citandi amici, ſi is non inueniatur: neque enim hoc iure cautum eſt [16]. Sed contra eſt cùm aliquid contra ius petitur, vt hic: fallit iterum fauore pupilli [17]: citabuntur autem amici nõ nominatim, ſed per præconem, neque enim eorum principaliter intereſt [18].

16 *Pan. & gl. in c. iij. de do. & contu.*
17 *l. hac autem. infrà ex quib. cau. in poſſ. eat. vbi vide in add. ad Bar.*
18 *l. ſi eo tempore. de remiſ. pig. vbi Bar. & in auth. ſi omnes. ſi min. ab hæ. ſe abſt.*

AIT PRAETOR. L. XXIII.

Fructus in reſtitutione veniunt.

NEMO eſt qui neſciat nõ tãtùm reſtitutione quæ minoribus datur, fructus cõtineri [19]: ſed & in reſtitutione maiorũ: per hunc tex. Idẽ putat Dec. [20] in reſtitutione quam princeps deportato aut alteri dãnato concedit [21]. Sed vidẽdũ ne id non ſit verũ in reſtit. hæreticorum quorum odio receptum eſt, vt ſi ad fidẽ redeãt & ſic bona amiſſa recipiant, nõ tamẽ fructus præteriti illa reſtitut. cõtineri intelligãtur [22]. Præterea quòd extrema lege dicitur dilationẽ dari ad quærendũ aduocatum,

Dilatio datur quærendo aduocato.

19 *l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ſuprà de mino.*
20 *in l. in condemnatione. §. j. de reg. iur.*
21 *l. j. de ſen. paſſ. C.*
22 *auth. idem eſt de Neſtorianis. de hær. & ma. C.*

rationem habet ante litem cœptam [1], poſt litem autem incœptam non ſolet dari dilatio niſi ex cauſa: puta cùm aduocatus primus mortuus eſt, vel abſens [2]: & hic text. pertinet ad id quod pono in l.arbitrio.§.dolo.de dolo.

SED ET SI PER PRAETOREM. L. XXVI.

§.ADVERSVS. Quæſitum eſt vtrum abſens debeat relinquere procuratorem, quod alibi retulimus [3].

§.SI FERIAE. Feriæ repentinæ reſtitutionem conferunt. neque enim de illis prudentiſſimus cogitauiſſet, vt hic. Et adde quòd huiuſmodi feriis non poteſt renuntiari in contractibus [4]: quod forſan temperandum erit, niſi eſſent in fauorem hominum inductæ [5]. Sed & vetus quæſtio eſt, an cum quis læditur in lapſu modici temporis, habeat ille quadriennium totum ad reſtitutionem ſuam: quod ſi admittimus, plus videatur afferre reſtitutio, quàm non abſtulerat læſio, contra hanc legem [6]: & ferè obtinuit ſatis eſſe reſtituto, cauſam reſtitutionis intra quadriennium perorare: ſed erit inchoanda cauſa intra tantum tempus quo læſus eſt [7]. ſi autem reſtitutio petitur ad tempus maius quadriennio, vel contra ſententiam, aut contractum, ſemper quadriennium datur [8]. Item in reſtitutionibus petendis, à iure quadriennium inducitur: at moribus & conſtitutionibus Gallorum decem anni à vigeſimoquinto anno reputatione facta: ſi tamen allegaretur nullus contractus, triginta anni obſeruabuntur [9]: quod & CVRIA Pariſienſis decreto cautum extat [10].

Feriæ repētinę.

Læſus in modico tempore an quadriennium habeat.

Nullitas xxx. annos habet.

QVI REIPVBLICAE. L. VLT.

VTRVM abſens contra abſentem, & priuilegiarius contra priuilegiarium reſtituatur, vide quæ notãtur in l.verum.§.item quæritur.ſuprà de mino.

Priuilegiarius contra priuilegiarium.

1 vt hic.& l. ab hoſtibus. §.vlt.ſupra eodem.
2 l.necnon.in princi. infra eod. Cy.in l. velamento. de poſtul.C.
3 l.vlt.ſupra de in integr. reſtit.
4 eard.in cle.ſæpe.de verb. ſign.xxviij.q.& Alex. in l.j.de fer.
5 ex glo.in c.vlt.de fer.& ibi Panor.
6 & l.interdum.& l.vlt. ſuprà de mino. l.ſi quis. de eo quod met.cau.
7 eard.in cle.j.de in integ. reſt.poſt glo. vbi vide ſuſè.glo.in l.necnon. infra eo.Bart.in l.ab hoſtibus. §.vlt.ſupra eod.pen.col.
8 l.vlt.de tempo.in integr. reſt.C.cle.j.de in integr. reſtitu.
9 glo.in l.ſicut.de præſcri. 30.vel 40. ann.C.
10 Die 19. Martij, anno 1534.

De alienatione iudicij mutandi cauſa facta.

OMNIBVS MODIS. L. I.

HOC edictum non infauorabiliter inductum eſt contra alienantem. Item contra eum qui re vera non alienat, ſed fraude de poſſeſsione diſcedit, vt alius potentior intret [11]: ſi tamen talis mens non eſſet, ceſſat edictum [12]. Item hoc beneficium datur tam contra reum, vt toto hoc tit. quàm contra actorem [13]. Et licet qui dolo deſiit poſsidere vt poſſeſſor conueniatur, [14] nõ tamen ideo vis huius edicti concidit, quo petitur res, quam habere magis intereſt noſtra, quàm æſtimationem, Barto. Si qua tamen mutandi fori voluntas appareret, nõ valeret ceſsio [15]. Item alienatio quæ fit ex hoc edicto, quia fraudẽ habet, prohibetur tam in re, quàm actione [16]. At prohibitio quæ fit ex rubrica, *ne liceat potentioribus &c.* habet locum tantùm cùm fit ceſsio actionis: nam ſi cederetur res valeret ceſsio, vt Pariſienſis CVRIAE decreto cautum extat [17]: niſi procuratori cederetur: is enim ceſsionem de re quæ cõtrouerſa eſt ſuſcipere nequit, nec de ea paciſci [18]: quod & eadẽ CVRIA cenſuit [19], vel niſi iam res eſſet litigioſa [20]. Nam poſt litem conteſtatam ceſsiones factas eadem CVRIA irritas fecit [21].

Hoc edictum ad vtrumque litigatorẽ pertinet.

In quo differt hoc edictum à tit. ne liceat. potentioribus. &c. C.

11 c.j.& ibi Pan.in princi. extra eod.
12 l.iiij.§.j.infrà eod.
13 l.pe.infra eo.c.vlt.extra eod.Pan.in c.j.eod.
14 l.ſin autem. §.& ſi is. & l. is qui dolo. de rei vind.infrà.
15 c.ij.extrà eod. vbi vide fusè Panor.
16 ſecundum Azo.in ſumma.C.eod.
17 Die 18.Februarij, anno 1543.
18 l.ſi remunerandi.§.vlt. mand. vbi noto.l.ſi contra.C.manda.l.litem.de procur.
19 Die 4.Decẽ. anno 1542.
20 auth.litigioſa.de liti.C.
21 Die 3.Iunij anno 1529.

Quia

QVIA ETIAM L. III.

Ceſsio in clericum facta an cenſeatur fraudem habere.

APVD Magiſtros quæritur, an perpetuò ceſsio à laico in clericum facta, dicatur in potentiorẽ facta: quod Inn. Hoſt. Pan. & cæteris [1] non placet. Sed tunc dicetur potentior, ſi aliqua ei dignitas acceſſerit.

§. OPVS QVOQVE. Cùm opus factum eſt ab eo, cui nunciatio noui operis facta eſt, quilibet ſucceſſor ad patientiam tenetur, vt hic [2]: facto autem opere à ſucceſſore, ſi nuntiatio fuit in perſonam, ſucceſſor non tenetur: & ita poteſt intelligi hic textus. Cùm autem in rem nunciatio concepta eſt, ſi ſciens emptor ædificet, tenetur inſolidum: ſi ignorans, ad patientiam tãtùm [3]. Huc bene applicatur quæſtio quæ apud Accurſium relata eſt: an cùm promiſi tibi non ædificare in hoc fundo, ſi poſteà vendo, & emptor ædificet, teneatur emptor: quod non eſt admittendum, quia promiſsio perſonalis emptorem non ſequitur [4]: tamen ex facto emptoris venditor teneretur, ſecund. Bar. [5] quod mihi egrè perſuaſerim propter hunc textum qui in ſpeciem aduerſatur. ſi qua tamen venditoris aut mora, aut dolus præceſſerit, teneretur [6]. At cùm in rem promiſsio eſt, vt *Promitto tibi non ædificare ne luminibus tuis officiatur*, emptor tenebitur [7].

An ſucceſſor incidat an pœnam propter pactum anteceſſoris.

EX HOC EDICTO L. VIII.

§. ALIENARE. An alienatione prohibita, prohibeatur hæredis inſtitutio, habes per Bar. in l. ſi quis prioris. §. certũ. de nupt [8].

CVM MILES. L XI.

ALLEG. in l. j. ſupra eo. vbi habes in actorem hoc edictum etiam competere.

De receptis qui arbitrium receperunt vt ſententiam dicant.

EX COMPROMISSIS. L. II.

Quando ex compromiſſo actio oritur.

RECEPTVM Eſt in arbitriis actionem non oriri [9]. contrà euenit cùm partes & arbiter iurauerunt, nam iuramentum præciſè obligat [10]: idem cùm iurauerunt partes tantùm, vel cùm arbiter ſolus de partium conſenſu. Idem eſt ſi laudum iam latum homologatione cõfirmauerint. qui quatuor caſus lege principali [11] continentur. Sed & ferè obtinuit ex compromiſſo actionem oriri iure canonico [12]. Item vides hic non oriri exceptionem rei iudicatæ, ſed ex pacto dabitur [13].

LABEO. L. III.

Par in parem non habet notionem.

NOTA Ex compromiſſo nullo pœnam peti non poſſe [14]: idem ſi irritum fieri deberet, quia in effectu pœna non exigetur, vt hic. Et ad fi. l. pulchrum eſt quod dicitur, Parem in parem, aut maiorem in maiorem imperium nõ habere [15]. Ideo in duobus collegis, quos inſolidum iuriſdictionem habere diximus [16], dicitur ligatum & damnatum ab vno, ab alio

1 *in c. ij. ext. eo.*
2 *& l. competit. §. vltim. Quod vi aut clam.*
3 *l. vlti. de ope. no. nunt. vbi vide Bart. diſtinct.*
4 *l. vlt. de con. emp. infrà. l. j. §. ſi hæres. infrà ad Treb. & hac lege.*
5 *Bar. in d. l. vltim. de op. no. nun. per l. fluminum. §. adijcitur. de dam. inf.*
6 *l. Iulianus. de rei vind. infrà.*
7 *l. pe. de ſer. expor. infrà.*
8 *not. in l. pe. §. pe. §. infrà de leg. ij.*
9 *l. j. C. eo. tit.*
10 *glo. in l. ſi pecuniam. de cond. cauſ. dat. infrà.*
11 *l. ne in arbitris. C. eod. vbi vide Bal.*
12 *per tex. in c. per tuas. & ibi Innoc. de arb. Alex. in l. ait prætor. de re iu.*
13 *l. litigatores. §. interdũ. infra eod. glo. & Bart.*
14 *l. iij. §. ſi ſeruus & ibi Bar. de pecu. infrà.*
15 *fa. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. infrà ad Treb.*
16 *l. j. de off. conſ.*

collega ſolui non poſſe [1]: & ſi vnus ex collegis delinquit, ab alio multari aut puniri non poterit [2]. Sic numerus epiſcopum ſuum priuare nequit, aut alium eligere etiam ex cauſſa, ſed à ſuperiore priuandus eſt [3].

QVINETIAM. L. VI.

AN pater poſsit ius dicere inter ſubditas perſonas aut domeſticas, & è diuerſo, vide quæ ponuntur in l. qui iuriſdictioni. ſupra de iuriſd. omn. iud.

PEDIVS. L. VII.

§. IN SERVVM. Ad hunc §. vide quæ not. in l. j. §. j. Quod fal. tut. auth. & nota ad fi. formam reſcripti accuratè obſeruandam eſſe: omiſſa enim actum conuellit [4]. Idem in decreto prætoris obſeruatur, vt illius formam nec in melius liceat commutare [5].

Forma reſcri-pti & decreti.

POMPONIVS AIT. L. XIII.

§. IDEM. Cùm pœna ab vna parte tantùm interponitur, neque arbiter ſententiam fere cogitur, vt hic [6], neque valet ſententia, ſi quam protulerit [7]. Huc pertinet quod quæritur, cùm inter cõpromittentes eſt inæqualitas pœnæ, vt alter promittit centum, alter ducenta: & dicitur non hoc nomine inutilem effici ſtipulationem pœnæ, ſed reductionem fieri per diminutionem, non per augmentum: vt ſcilicet maior pœna ad minorem reuocetur [8]. hoc enim neutri litigatorum oneroſum erit: quod & ſpeculato. placet [9]. Finis autem huius legis pertinet ad ea quæ dicuntur in l. j. de ferijs,

Inæqualitas pœnæ inter compromittẽtes exæquatur.

ITEM SI VNVS. L. XVII.

NOTA Cedentem bonis non poſſe in poſterum agere, quod intelligo de cauſsis quæ ceſsionem præceſſerunt: nam de ſubſequentibus poterit agere [10]. Sic in publicatione bonorum veniunt tantùm bona præſentia, non futura [11].

Cedens bonis non agit amplius.

§. ITEM SI PLVRES. In iis quæ committuntur pluribus, vt collegio, ſufficit maioris partis decretum [12]: ſecus ſi vt ſingularibus, quia omnes debent adeſſe, vt hic [13]. tamen iure canonico maior pars in arbitris rectè ſententiam fert, licet reliqui non adſint, modò tamen ſint vocati [14]. Idem eſt in arbitris iuris etiam iure ciuili: nam maior pars bene cognoſcit, vocata alia parte licet abſente, Bart. hic. Adde tamẽ quòd in eo genere quæſtionis ſumus, in quo ius vtrumque in ſuo foro ſeruari debeat, ciuile in ciuili, canonicum in canonico, cùm talia ſalutem animæ non contingant [15]. Item quemadmodum iure ciuili requirimus, vt omnes arbitri ſententiæ ferendæ adſint [16]: idem fere dicitur in actis quæ ad inſtruendam litem fiunt, vt ea expediri non poſsint, niſi præſentibus omnibus arbitris [17]: ideo ex tribus arbitris acceptis duo non poſſunt recipere teſtes & interrogare, vt CVRIA Pariſienſis cenſuit [18].

Maior pars arbitrorum an ſententiã ferre poſsit.

Toti litio omnes arbitri adeſſe debent.

§. IDEM POMPONIVS. Compromiſſum ita factum vt arbiter cum conſilio tertij iudicet, valet: nec enim illud tenetur ſequi [19]: ſin autem ea lex compromiſſo eſſet adiecta, vt illius ſenſu iudicaret, compromiſſum iure non ſubſiſtit: quòd eo modo infringatur iudicandi libertas, vt hic [20]. Et huc pertin

Cõpromiſſum cum arbitrio tertij an valeat.

Qui aliquem in conſilio debet adhibere,

1 gl. in c. nõ autem. vij. q. j.
2 Bart. in l. j. §. j. ad fin. ſi quis ius dic. & l. vlt. de rer. diuiſ.
3 c. qualiter. & ibi Pano. de cler. non reſid.
4 vt hic. & c. cùm dilecta. de reſcrip. & c. xui de non. de præb. lib. vj.
5 l. ſi pupillorum. §. ſi prætor. de bon. eor. qui ſub.
6 & l. litigatores. §. idem. ſupra eod.
7 l. pen. §. altera. C. eod. & Bart. hic.
8 l. legẽ; Leonis. de pact. conu. C. ſac. l. ſed & interpellatur. §. vlt. infra eodem.
9 in tit. de arb. §. ſequitur. verb. hoc quoque.
10 arg. l. qui bonis ſuis. infrà de ceſſ. bon.
11 c. Felicis. de pœn. lib. vj. l. ſi mandauero. §. is cuius. infrà. mand. not. in l. vlt. quæ res pig. obl. C.
12 ſecund. ea quæ not. in l. nulli. ſuprà. quod cuiuſ. vniuer.
13 & Bar. in d. l. nulli.
14 c. ij. eo. lib. vj.
15 per ea quæ not. in d. c. ij. & Bart. in l. priuilegia. de ſacroſ. eccleſ.
16 §. ſi in tres. infra eo.
17 Alex. conſ. cxxiiij. volu. ij.
18 Die ix. Iulij. anno 1543.
19 c. olim. ext. eo. l. qualem. infra eo.
20 & c. innotuit. ext. eod.

An illius cõſilium ſequi debeat.

tinet quæſtio vulgata, an qui tenetur lege vel ſtatuto adhibere aliquos in conſilium, teneatur eos ſequi: quod verum eſt ſi ea neceſsitas illi imponitur à lege, ob infirmitatem conſilij, valetudinem, dilapidationem, vel ætatem [1]: ſin autem alia cauſſa eſſet, tunc illo conſiliario debet vti, ſed tamen poteſt conſilium eius ſpernere [2]: niſi particeps eſſet officij [3].

QVALEM. L. XVIIII

Arbiter an reuocet, vel declaret ſententiam ſuam.

§. DICERE. Definitiua ſententia ab arbitro mutari aut corrigi non poteſt, at interlocutoria ſic: niſi totam cauſſam definiret, vt accidit in ea ſententia qua quis ſi non iudicē pronuntiat, per hunc tex. [4] Sic nec arbiter poteſt ſententiā ſuam declarare [5]: ſi tamen arbiter ſententiam tulerit quæ nulla eſt, poterit corrigere [6], ſi illud vitium ex forma non ſeruata deſcendit [7]. in iudicibus dicetur aliâs [8].

QVID TAMEN. L. XXI.

Sententia per verbum videtur, ferri poteſt.

§. SI ARBITER. Sententia per verbum *videtur* vel *credit* poteſt ferri, vt hic [9]. Huc adiungitur quòd confeſsio de credulitate tātùm operatur, atque ſi eſſet de veritate [10], quod in partibus admittitur: ſed non in teſtibus, qui de ſenſu corporis, & ſcientia vera debent deponere [11], non autem quòd ita credunt: niſi cùm quæritur de ijs rebus quæ certò ſciri nequeunt [12]: vt in adulterio [13], filiatione & ſimilibus [14]. Præterea nota ex tex. [15] incertam ſententiam non valere, vt cùm iudex dicit, *Quantum ei debes redde*, aut ſimilia verba [16]: ſi tamen iudex ſe retuliſſet ad aliqua acta, quibus certa ſumma continebatur, valet incunctanter [17]. Planè ſi ſe ad certa acta non retuliſſet, nihilominus vtilis eſt, ſi ex actis probatoriis certa ſumma oſtenditur [18]: nec enim ſufficeret in actis aſſertoriis certam ſummam deſignatam eſſe: cùm in obſcuris potius reo ſit fauendum, quàm actori [19]: & hoc Bar. Alex. & ferè omnes tenent [20]. Quod autem ad §. *Papinianus*. pertinet,

Sententia incerta.

Locus iudicādi.

vulgatum eſt in iudiciis ſententiam ferendam eſſe in loco maiorum [21]. In arbitriis locus attenditur ex conuentione litigantium: aliâs in poteſtate arbitri erit locum definire, dummodo honeſtum vtrique parti, vt hic [22]: nec enim ſatis eſt vni parti honeſtum eſſe. & huc pertinent quæ de æqualitate iudiciorum dicta ſunt in l. j. quod quiſ. iur. reliqua eius generis vide in l. pe. de iuſt. & iur.

Purgatio moræ.

§. INTRA. de purgatione moræ vide quæ ſuperius breuiter poſuimus [23].

CELSVS L. XXIII.

Qui ſe obligat ad tempus, obligat ſe ad duo.

§. IDEM. Nota diligenter, cùm aliquis intra diem iubetur ſoluere, duo eſſe præcepta: vnum, vt intra diem: alterum, vt ſoluat [24]. Hinc dicitur, quòd cùm aliquis iubetur in triduo facere monumentum, reiici quidem tridui ſpatium tanquam impoſsibile, ſed tamen debet facere monumentum, quia duo ſunt præcepta [25].

LABEO L. XXV.

Prorogatio diei nō liberat fideiuſſorem.

§. SED SI PER. reſpicit ea quæ not. in l. iij. §. ſi is. ſuprà. ſi quis caut. Et huc pertinet quæſtio, an cùm creditor debitori, laxius ſoluendi tempus prorogat ignorante fideiuſſore, libe-

1 *c. venerabili. ext. de off. deleg. l. impuberibus. de ſuſ. tut. infrà.*
2 *d. c. cùm olim. ext. eod. l. quidam decedens. de adm. tut.*
3 *l. Titium. de adm. tut. in prin. vide Panor. in d. c. cùm olim.*
4 *fa. l. quod iuſſit. de re ind. Bar.*
5 *c. cùm olim. & ibi Panor. ext. eo.*
6 *vt l. quid tamen. infra eod.*
7 *Bar. in l. ii. per illū text. de opt. leg.*
8 *in l. quid iuſſit. de re iu.*
9 *fa. l. diui. §. vlti. de lib. cauſ.*
10 *gl. ſing. in c. ex literis. de iureiur. ext.*
11 *l. qui teſtamento. §. vlt. de teſtam. l. ij. §. vlt. de aqua plu. arc. gl. in l. teſtium. de teſtib. C.*
12 *l. j. §. 4. de vent. inſpi.*
13 *c. ex literis. de præſump.*
14 *vide Bar. in l. ii. §. vlti. de aq. plu. arc. & Iaſ. in l. j. in princip. de iuſt. & iur.*
15 *§. Pomponius.*
16 *l. in ſumma. de re ind.*
17 *l. ait Prætor. §. 4. de re ind.*
18 *l. iij. de ſent. quæ ſine cert. quant. C.*
19 *c. cùm ſunt. de reg. iur. lib. vj.*
20 *d. l. ait prætor.*
21 *l. pe. de iuſt. & iur. ſuprà. l. ſi locus. de ind.*
22 *c. cùm locum de ſponſ.*
23 *l. & ſi poſt tres. Si quis caut. iuditio ſiſtend.*
24 *c. cùm dilecti. de dolo & contu.*
25 *Bart. & glo. in l. ſi quis ita inſtitutus. de cond. inſt.*

reiur fideiuſſor,& reſpôdetur non liberari : nam prorogatio iſta non tollit obligationem,ſed differt diem,& morã proro gat:ſi autem vſque ad certum iẽpus fideiuſſor eſſei acceptus, nihil agit prorogatio quin tempore ipſo libereiur fideiuſſor: poteſt enim in prorogaiione non obligari,vt hoc iext.[1]

DIEM L. XXVII.

Sententia per alium an recitetur.

DEFINITIVAE Sentẽtiæ per alium non recitãtur[2], niſi in caſibus lege contentis[3]:item nec abſente parte[4]: idem in interlocutoriis quæ cognitionem cauſſæ deſyderant[5]:at ſi cognitionem non deſyderent,cõtrà,vt hoc tex. Quòd autem diciiur hic[6],ſtandum eſſe ſeniẽtiæ arbitri etiamſi minus probabilis ſit,nõ eſt verum,quoties ſententia eſſet cõtra ius legis aut conſtitutionis[7]:nam eo caſu ſententia arbitri nulla eſt[8]. Reliqua vide in l.ſocietatem. §. arbitrorum. infrà pro Soc. Cæterum ad §.*Si plures*.applicatur.c.j.de arb.lib. vj. Et quòd hæc gl.aſſerit,magis credi duobus teſtibus affirmantibus, quã mille negantibus:didici nõ habere locum ſi negaiiua eſſet arctata tẽpore & loco[9]. Iiem in criminalibus, ad deſenſionem relati inter reos magis creditor duobus negãtibus,quàm pluribus affirmantibus[10]:qui enim accuſatur tali die feciſſe homicidium,poteſt teſtibus probare ſe alibi fuiſſe[11].

Sententiæ arbitri ſtandum eſt.

Duobus teſtibus affirmantibus plus credi quàm mille negantibus.

SI QVIS REM. L. XXX.

NOTA quòd cùm pœna loco contemptus adiicitur,vnà põt peti cum principali,vt hic:ſecus ſi loco rei,vel eius qđ intereſt[12].Sed hęc fuſiùs infrà annotauimus in d.l.ſiquis à ſocio

NON DISTINGVEMVS. L. XXXII.

§.SACERDOTIO. Ex adueniente dignitaie excuſatur quis ab arbitrio ſuſcepto,vt hic:item à procuratione[13], & libertus ab operarum præſtatione,ſi tales ſint quas cum dignitate dare non poteſt[14].ſed in his caſibus quæritur an teneatur exemptus acceſsione dignitatis,ſeruire per ſubſtitutum:& apud Bar.relatum eſt[15] teneri[16]:ſi tamen aliquo caſu eximerentur,aliud dicitur[17].

Impeditus ob dignitatem,an per ſubſtitutũ ſeruire debeat.

§.CVM QVIDAM. Ex cauſſà ſuſpicionis arbiter à iudicando remouetur,vt hic,& delegatus[18],vel etiam poſt litem conteſtatam[19]: ſi tamen cauſſa anteà non vigebat:nam ius recuſandi ex cauſſà ſuſpicionis etiã à principe tolli nõ poteſt[20]: belléque apud Bal.[21] relatum eſt,contra ſententiam latã ab inimico reſtitutionem dari, forſitan ex illa clauſula,*ſi qua mihi iuſta cauſſa viſa fuerit*[22].

Ex ſuſpitione remouetur iudex.

SI DVO. L. XXXIIII.

HANC legem allego ad l. ſi vnus,ad prin.de pact.Item ex lege extrema illud præclarè diciiur,pœnã ſemel ex ſtipulatione commiſſam amplius non committi,ſi vera pœna eſt, vt hic.Sin aũtem quæritur,vtrum ſtipulatio ſemel commiſſa ad id quod principale eſt iterum cõmittatur,idem erit ſeruandum[23]:ſed ſi cõmittitur ad id quod intereſt,& factũ eius generis eſt vt ſæpius repetatur,toties cõmittetur[24].Planè ſi factum non eſt replicabile,ſemel tanùm cõmittitur[25]:niſi primùm fuiſſet cõmiſſa ſtipulatio ad id quod particulariter intereſt,tunc enim & iterum committi poterit[26].

Pœna ſemel cõmiſſa quando iterum cõmittatur.

SI PVPILLVS. L. XXXV.

AN reſtitutio minoris fideiuſſori detur,habes ex his quæ bel

1 *l.vlt.de pac.ſuprà l.eùm hermes.C.loc.l.itẽ.quæritur.§.impleto.infrà loc.Hoſt.& Pano.in c.cõſtitutus.de fidein.& Iaſ.in l.lecta.vj.col.infrà ſi cert.pet.*

2 *l.j.de ſentẽt.ex breui.C.*

3 *l.ij.de ſent.ex breu.*

4 *l.de vno quoque.de re iud.infrà.*

5 *l.à procedente.de dilat. Bar.in d.l.ij.*

6 *§.ſtari.*

7 *l.ij.quando prouo.non eſt nec.C.*

8 *Per text.in l.apud Celſum.§.itẽ quæritur infrà de exce.dol. Imo.in l.filiusſa.de don.*

9 *per ea quæ ponit. Bar. in l.actor.de prob.& doc.in c.bona memoria, j.de elect.*

10 *glo.in c.clerici.lxxxj.diſtinct.& Iaſ.in l.vt vim.ij.col.de iuſt.& iur.*

11 *c.ex tenore.de teſtib.gl.in c.clerici diſt in.lxxxj. Panor.in c.ad noſtrã.de prob.*

12 *l.apud Celsũ.§.1 abeo.de excep.dol.l.prædia de act.emp.& l.ſiquis à ſocio.pro ſoc.*

13 *l.filiusf.§.vlt.de proc. ſuprà.*

14 *l.eius.& l.interdũ.infra de oper.lib.*

15 *in l.j.§.diuus.ad fin.de var.& extr.cog.*

16 *per tex.in l.nullus.iij.de decur.lib.x.C.*

17 *l.matriculam.de agent.in reb.lib.xij.C.*

18 *c.inj.vt lit.non cont.*

19 *c.inſinuante.de off.deleg.extr.*

20 *gl.& Pano.in c.adhæc.de reſcr.& ſa.quod not. Bart.in l.in quæſtionibus.ad.l.Iul.maieſt.*

21 *in l.venales.quãd.prou.non eſt nec.*

22 *l.j.ſupra ex quib.cauſ.maio.*

23 *l.ſi ita quis ſtipuletur.de verb.oblig.infrà l.vẽditor.de hær.vend.*

24 *l.ſi ſic.de verb.oblig.*

25 *l.iam tamẽ.§.in hac.& l.xiij.ind.ſol.*

6 *l.ſi procuratorẽ.rẽ rat.*

belliſsimè apud Accurſium relata ſunt [1]. Et vtrum ex eadem inſtantia, qua minor reſtitutus eſt, reſtitutus putetur fideiuſſor, habes in l.in cauſæ j.ſuprà de mino.

NON EX OMNIBVS. L.XXXVIIII.

Arbiter an multet partes.

EX hoc tex.videtur effici, arbitrum multandi, aut pœnam infligendi poteſtatem habere. Sed dubitationem auget quod ſcriptum eſt, iis tantùm dari multæ dicendę poteſtatem quibus publicum iudicium eſt [2]: ex quo dici poſsit, arbitrum cùm publicum iudicium & imperium non habeat, multandi ius non habere: quod vſqueadeò verum eſſe puto, vt nec partibus concedentibus id facere poſsit. Nam etiamſi forma compromiſsi patiatur, iubere non poterit fiſco pœnam inferri ob contumaciam [3]: quanquam omnes diſſentiant. Vnde nec teſtes qui coram ſe falſum dixerint, punire poterit [4]. Quòd in delegato perinde dicitur, vt anteà monuimus [5]. Planè licet arbiter verè pœnam infligere non poſsit, poterit tamen ad id quod intereſt cæteráſque omnes acceſsiones & fructus condemnare [6]: & hoc modo puto intelligi debere hunc tex. quod & Abbas videtur aſſentiri [7]. Aliàs non puto eum multæ dicendæ ius habere: cùm nec abſente parte vna ſententiam dicere poſsit, ſed ſit ſatis pœnam ex abſentia committi, quaſi per eum qui defuit factum ſit, quominus ſit iudicatum [8].

Arbiter abſente parte non dicit ſentẽtiã.

ARBITER CALENDIS. L. XL.

Qui non venit eo tẽpore quo nõ expediebat, non eſt contumax.

REVS qui non venit die conſtituta, ſi venire non expediebat, vt quia iudices erant impediti, non dicitur contumax, vt hic [9]: at actor in alia cauſa eſt, ideóque in expenſis condemnabitur, nec amplius euocabitur eo petente reus, niſi cautionem de veniendo exponat [10]. Planè ſi neuter comparuerit, fit compenſatio moræ [11], niſi eſſet cauſa talis in qua officium iudicis abundat, & procedi poſsit parte abſente: tunc enim iudex poterit reum cõdemnare & multare nomine contumacię [12]. Et quod dixi reum non venientem tempore quo nihil actum eſt, non eſſe contumacem, intellige modò ille poſtea comparuerit legitimo tempore [13]: nam in omni edicto duo ſunt, vt reus intra diem veniat, & vt veniat [14].

ARBITER INTRA. L. XLII.

EX contractibus priuatorum non quæritur fiſco, vt hic: niſi publica perſona ſtipularetur [15]. Faciunt quæ notantur in lege ſi procurator. de procur. ſuprà.

DE HIS REBVS. L. XLVI.

ALLEGO in l.omnium. ſuprà de procur. vbi vide.

Nautæ, caupones, ſtabularij vt recepta reſtituant.

AIT PRAETOR. L. I.

In quo hic titulus differt à titulo, Furti ad uerſ. naut.

HIC Titulus diſcrepat ab eo qui poſteà ſequitur, *Furti aduerſus nautas, caupones, ſtabularios, &c.* hac ratione, quòd hic præſens datur ex cõtractu, ſcilicet ex recepto, vel quaſi maleficio: at ille ex delicto tantùm [16]. Vnde fit ex illo titulo non teneatur caupo ob

1 *l.minor. de procu. ſuprà.*
2 *l.ij.§.vl. infrà de iudi.*
3 *l.arbiter intra. infra eo.*
4 *Spec. tit. de teſte. §.j. verſ. quid de arbitro. vide doct. in l.nullum. C. de teſtib.*
5 *l.ij. de iuriſd. om. iudi. ſuprà.*
6 *l.non diſtinguemus. §: non eſt rogandus. ſupra eodem.*
7 *c.cùm dilectus. iij. col. de arbit.*
8 *l.diem. §. ſi quis litigatorum. ſupra eo.*
9 *fac. l.j. ne quis eũm qui in ius voc. l. non videtur. de iud. l. vir bonus. ind. ſol.*
10 *c.j. de dol. & cõt. lib. vj. & gloſ. & Panor. in c. vlt. de dolo & contu. in antiq.*
11 *l.ſi duo. de dolo. gloſſ. in verb. venienti. in d.c.j. de dolo & cont. lib. vj.*
12 *c.conſtitutus. de appell. c. cupientes. §. quod ſi per xx. de elect. lib. vj. Panor. in d. c. vlti. de dolo.*
13 *l.Celſus. §. Labeo. ſupra eo. & Iaſ. in l.ij. ſi quis in ius voc. tex. in l.ij. de temp. app. vbi Bar.*
14 *c.cùm dilecti. de dolo et contu. & d. §. Labeo.*
15 *l.non aliter. & ibi Bar. de adop. & l.ij. infrà rem pup. ſal. for. gloſ. in c.quanquam. de vſur. lib. vj.*
16 *Bar. in rub. fur. aduer. naut. caup.*

factum viatorum [1]: ex hoc autem titulo tenetur, vt hîc ad finem legis dicitur. Quod mirum videri non debet: ferè enim eſt vt maleficia teneant authores ſuos, non alios [2]: adeo vt nec ex familiæ ſuæ delicto conueniri poſsit dominus [3]. At ſæpe accidit vt ex eo quod cum alio contractum geſtúmve eſt, obligetur alius [4]. Nec probari poteſt ratio Bartoli [5], qua ille contendit potius in hoc edicto obligari dominos ex viatorum facto, quàm in alio, quòd hîc domini & caupones res à viatore receperint, ibi non. Hoc enim ipſo videtur caupo res recepiſſe, quòd in domum ex illatæ ſunt [6]: & ſic vtroque edicto res recepiſſe dicendus eſt. Et huc pertinet quod aliâs quęritur an aliquis ex facto familiæ ſuæ teneatur: quod ferè admitti non ſolet [7], niſi præfecerit ſeruos dominus ei muneri cui ipſe prępoſitus erat [8]: vel niſi qua eius culpa redargui poſsit, quòd malos ſeruos elegerit [9], vel niſi delictum cauſam ſucceſsiuam & longi temporis tractum habeat: tunc enim patientia eius pro aſſenſu habebitur [10].

De facto familiæ an aliquis teneatur.

1 l.j. ad fin. fur. aduerſ. naut.
2 l. reſcriptum. de his qui. vt indig.
3 l.j. §. familiæ. & ibi Barto. de publica.
4 tot. tit. de inſti. & de exerc. infrà.
5 in d. l. j. infrà furt. aduer. naut.
6 §. recepit. infra ea. l.
7 l. quoties. de nox. l. ſi vendita. de peric. & comm. rei vend.
8 vt hîc tot. tit. & l. j. in princ. & §. familiæ. de pub. & ibi Bar. & doct. in c. cùm ad ſedem. de reſt. ſpol.
9 l. videamus. infrà loc.
10 Iaſ. in l. ciuitas. infrà ſi cer. pet. ij. col. fac. l. ij. de nox. infrà.

DEBET. L. VLTI.

EIVS generis ſunt ea quæ dicuntur in lege, ſi fideiuſſor. qui ſatiſd. cog. Et ex gloſſa belliſsimè notatur cauponem vel nautam qui clauem tradiderit viatori aut vectori res inuehenti, non ideo ſe periculo rerum eximere: quod Bartolus hîc probat, licet aliud Baldus [11] dixerit. Quid autem ſi cuſtodem viator apponat, an à caupone aut nauta periculum auertatur inferius relatum eſt, in lege, ſi vt certo. §. ſi de me. commodati, infrà.

Traditio clauium an cauponem eximat periculo.

11 in rub. depo. C. & in l. ex Diui. C. loc.

ADVERSARIORVM EX PANDECTIS IVSTINIANI IMPERATORIS

PARS SECVNDA.

LIBER QVINTVS PANDECTARVM.

De iudiciis, & vbi quis agere vel conueniri debeat.

SI SE SVBIICIANT. LEX I.

Prorogatio non fit in priuatum.

CONSTITIT IN EVM TANtùm qui notionem & iuriſdictionem habet, prorogationem fieri à partibus poſſe, vt hîc: nec enim priuatorum cõſenſus eum iudicem facit, qui non eſt [1]: niſi in collegio [2], & vniuerſitate [3], ex quorum conſenſu iuriſdictionem priuatus habet. Item valet prorogatio in iudicem facta tanquam in iudicem, non tanquam in arbitrum [4]: at tanquam in arbitratorem facta, valeret [5]. Præſumetur autem vt arbiter aditus, ſi pœna reperiatur adiecta, ſecundum glo. hîc. Iam verò non ſoli clerici alterius notionem inconſulto epiſcopo ſuo prorogare non poſſunt [6]: ſed hoc etiam in laicis recipit co[illegible]tudo, vt illi eius, quem habent ordinarium iudicem, trib[illegible] non poſſint defugere [7]: ſicut dicitur in vaſallo, qui apud [illegible]ini forum litigare comp[illegible] [8]. quod à Gallis ſine dubitatione eſt admiſſum, apud [illegible]nnes iuriſdictiones ſunt patrimoniales, neque poſſunt [illegible]es alterius imperium prorogare non conſentiente iudice ſuo. quæ ſententia etiam iure canonico videtur comprobari, vt ei qui ſuperiorem habet, non ſit licitum prorogare alterius notionem [9]. ſed contrahendo & delinquendo tam clerici, quàm laici alterius iuriſdictionem prorogant: vt puta ſi in alterius foro peccarint, aut contraxerint [10]. Plane in cauſa appellationis prorogationem locum non habere, manifeſtum eſt [11].

Prorogatio neq; à clericis, neque à laicis fieri poteſt niſi cõſentiente iudice illorũ.

Laici non prorogant.

1 *l. pen[illegible] titu. & l. priuatorum. C. de iuriſd. om. iud.*
2 *l. vlt. C. illo tit. de iuriſdi. omn. iud.*
3 *auth. de defenſ. ciuit. poſt princ.*
4 *l. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis. de recep. arb.*
5 *c. cum tempore. & ibi Panor. de arbit.*
6 *c. ſi diligenti. de for. compet. ext.*
7 *vide Bar. hîc, & in l. ſi. §. & poſt operis. de ope. no. nunt. & ibi fusè Alexand.*
8 *conſtit. Imperialem. §. vlt. de prob. feud. alien. per Fed. c. ex tráſmiſſa. de for. compet.*
9 *c. per venerabilem. §. inſuper. qui fil. ſint leg.*
10 *c. dilecti. de for. comp. c. j. de priuil. lib. vj. Paul. hîc.*
11 *l. Imperatores. de appell. Bald. in tit. de pac. conſtant. in verb. ſecundum mores.*

CONSENSISSE. L. II.

In prorogatione conſenſus iudicis & partium an requiratur.

IN prorogatione conſenſus partium adeò neceſſarius eſt, vt non valeat iuriſdictio ſi vel per errorem, vel metum ſit prorogata: nec opus eſſet reſtitutione ex edicto, *quod metus cauſa*, vt hîc. Ideo eius geſta qui metu tyranni ad magiſtratum eſt allectus, iure non ſubſiſtunt [1]. Et quod dicitur ignorantis iudicis iuriſdictionem prorogari, rationem habet, niſi ea ignoratio in ſubſtantialibus iuriſdictionis verſaretur: vt cùm neſcit ſe iudicem eſſe: nam tunc quod gerit non habet effectum [2]. Et ideo in prorogatione de tempore ad tempus, requiritur iudicis ſcientia: nam ſi ignoraret, neſciret quoque ſe iudicem eſſe, & ſic acta corruerẽt, vt dixi [3]. Item cùm prorogatio fit de loco ad locum, nempe vt iudex huius territorij alibi iudicet, debet adeſſe conſenſus iudicis illius in cuius territorio cauſa iudicanda prorogatur [4].

Prorogatio de loco ad locum.

Legati & omnes qui abſunt reip. cauſa ius reuocandi domũ habent.

§. LEGATIS. Allego in l. eum qui. §. j. de conſti. pec. infrà. Et adde non tantùm legatos, ſed etiam eos qui ex cauſa neceſſaria vel probabili peregrè proficiſcuntur, habere ius reuocandi domũ: vt qui abſunt cauſa ſtudiorum, cùm nunquam ibi domicilium contrahant [5], vel cauſa religionis, vt hîc glo. [6] neque verò iis qui domum reuocant onus imponitur præſtandæ cautionis, ſed ſufficit repromittere ſe ad diem loco idoneo venturos [7]. Item cùm Roma ſit omnium communis patria, & eccleſiarum mater, ibi conuentus forum non declinat [8]: ſed tamen ex prædictis cauſis ius reuocandi domum habet, niſi ibi voluntate degeret [9], per hunc tex. Sed & in legatis, iiſque qui belli aut alia qua reipub. cauſa abſunt, cum ratione dicitur, vt non gaudeant aliquo priuilegio quod ad differendas lites datur, poſtquam iam lis inſtructa eſt, & in iure concluſa: ideóque nec literæ ſtatus, quæ à principe legatis ſolent dari in Gallia, ad has cauſas pertinent, VT CVRIA Pariſienſis ſtatuit [10].

Romæ conuẽtus an cogatur reſpondere.

§. SED SI AOANT. Qui reuocandi domum ius habent, ſi ibi agunt vnde reuocant, ibi & ſe coguntur defendere: niſi iniuriam ſuam proſequantur, quòd ideo ſtatutum eſt, ne impunè contumelia afficiantur. quod facit contra reos qui eos quos contra ſe teſtes futuros reformidant, iniurioſè accipiunt: ſed hoc illis non proficit [11]. Item ſi legati ibi contraxerint [12], vel quaſi contraxerint [13], coguntur ibi ſe defendere: niſi eſſet quaſi contractus qui fit ſolo animo, vt aditio hæreditatis [14]. Ideo ſi aliquis ex his qui ſunt exempti à iuriſdictione epiſcopi, officium executoris aſſumeret, poſſet ab epiſcopo ratione muneris diſtringi [15]. Item adde ratione aditæ hæreditatis legatum cogi ſe defendere quoad lites incœptas [16]. At aduena quamuis contrahat hîc, non tamen ex eo cogitur ibi ſe defendere [17]. Et ex §. *his datur.* præclatum eſt quod dicitur, delegatum multare non poſſe [18]: niſi in caſu, nempe cùm executor negligentius in officio fuerit [19]: poterunt autem in vincula coniicere, ſed ex continenti remittere debebunt [20]: nam & hoc priuatis licet [21]. De arbitris ſuprà retulimus in lege, non ex omnibus. ſuprà de arbit.

Quando legati defendere tenentur.

Delegati an multare poſſint.

NON VIDETVR. L. III.

PERTINET ad ea quæ ponuntur in l. eo tempore. de pecul. infrà

Lis

1 glo. vlti. & ibi Panor. ij. col. in c. ij. de eo quod met. cauſ.
2 l. quæro. de eo qui pro tut. neg. geſ. Bar. in l. multum. de cond. & demon.
3 per hunc text. & c. de cauſis. de offi. deleg.
4 c. vt litigantes. & gloſ. ibi de off. ordin. lib. vj. Panor. in c. p. & g. de offic. deleg.
5 l. lex Cornelia. & ibi Bar. de iniur.
6 & c. dilectus. & ibi Panor. de reſcrip.
7 vt hîc in tex. §. ſeq. Panor. col. pe. in c. vlti. de foro c[...]
8 d. c. v[...] fac. lex R[...]
9 Panor. & doct. in d. c. vlti.
10 xvj. Calen. April. anno 1456.
11 Bar. in l. j. §. ſi ſeruus. per illum tex. de quæſt.
12 l. non alias. infra eod.
13 l. interdum. §. vlt. infra eodem.
14 l. de eo. & ibi Bar. infra eod.
15 Bart. in l. interdum. §. vlt. infra eo.
16 l. ſi is qui. infra eo.
17 l. hæres. §. proinde. infra eo. vbi noto.
18 fac. c. dilectus. de pœn. vbi vide Panor.
19 l. ij. de ſport. C. Guid. P. q. q. lx. ut decis. Bar. in l. ſi qua pœna. de verbo. ſign. noto in l. j. ſi quis ius dic. ſuprà.
20 Bar. in l. magiſtratibus. de iuriſd. om. iud. per l. ij. de ſportul. C.
21 l. capite quinto. ad leg. Iul. de adul.

LIS NVLLA. L. IIII.

Iudiciũ quãdo inter patre & filiũ conſiſtat.

Dignitas quæ liberet à patria poteſtate.

NOTA caſus ex glo. in quibus poteſt iudicium conſiſtere inter patrem & filium quẽ in poteſtate habet. Et adde quòd toties iudicium inter patrem & filium accipi poteſt, quoties exemptus eſt filius à poteſtate patris. Cùm ergo quo ad ſpiritalia, clericatus à patria poteſtate liberet, conſequens eſt iudicium his caſibus inter vtrunque eſſe poſſe [1]: quod in profanis minimè admittimus, in quibus nec clericatus, nec canonicatus à patria poteſtate eximit [2]. Epiſcopalis autem dignitas filio accedens eum omnino eximit [3], & monachatus [4]: ſi tamen poſt pubertatem monaſterium ſit ingreſſus: nam ante pubertatem à patre poſsit reuocari [5].

SI QVIS EX ALIENA. L. V.

Iudicis eſt cognoſcere an ſua ſit notio.

Cõtumax pòſt comparens nõ reuocat domũ.

IVDICIS eſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, ſiue ſit ordinarius, vt hîc, ſiue delegatus [6]: quod tamen non habet locum in domino, qui non poteſt cognoſcere an ipſe notionẽ habeat in vaſallum [7]. Plus & generalius ſtatuitur vt nõ habeat locum, quoties de iuriſdictione vt de proprietate quæſtio eſt [8]. Item ex quorundam ſententia non habet locum, quoties iudici ex munere iudicandi aliquid compendij accederet [9]: ne quodammodo in ſua cauſa iudicet: ſed hoc opinor, neque verum eſt, neque conſuetudine probatum, vt antea ex Iaſone explicauimus [10]. Quis enim noſtrorũ iudicum niſi mercede iudicauit vnquam? & tamen hoc nomine, poteſtatem an ſua ſit iuriſdictio cognoſcendi, ſublatam eſſe nemo dixit. Sed nec lex iſta procedit in caſibus, qui ab Accurſio relati ſunt in l. ij. Si quis in ius voc. non ier. Addit Imol. [11] eum qui vocatus cõtempſerit venire, perdere ius reuocandi domum: quod verè dicitur, niſi certum eſſet & manifeſtum vocatum non debere venire [12]. Sed quæſitum eſt apud Pontificios [13], de malefactore qui à iudice profano captus ſe ad iudicem eccleſiaſticum ex priuilegio fori quod clericis indultum eſt [14] remitti petit, an ſit poteſtas iudici profano cognoſcendi ſuáne ſit iuriſdictio: quod ferè placuit, ſi is eſt malefactor, qui antea opinione omnium laicus habebatur, licet in veſte clerici ſit prehenſus [15]: aliâs, ſi nulla tali ſuſpicione laboraret, remittetur ad epiſcopum qui cognoſcat de foro [16], quamquam apud nos ſine diſtinctione laici cognoſcant de huiuſmodi cauſa.

SI QVIS POSTEA. L. VII.

Priuilegium pendente iudicio accedẽs nõ prodeſt.

Præuentio quã fiat.

Laicus qui poſt delictum factus eſt clericus an à iudice ſeculari puniatur.

PRIVILEGIVM fori poſt præuentionem accedens, non proficit præuento, vt imperium iudicantis declinet, vt hîc [17]. Intelligitur autem quis præueniri per citationem verbalem, vt hîc: ſi tamen legitimè ſit facta: nam ex vocatione quæ non valet, non præuenitur citatus [18]. Item præuenitur per citationẽ realem, puta per carcerem [19], vel per iuſſum iudicis, qui peremptorij edicti vim habet [20]. ſufficeret autem vna citatio [21]. Planè qui excõmunicatus eſt, niſi intra menſem ſatisfaciat, ſi pendẽte mẽſe fiat alterius fori, nihilominus præuentus dicitur, & lapſo die in excommunicationem cadit [22]. Huc pertinet quod & à Bartolo [23], & cæteris [24] relatum eſt.

1 c. ſi annum. ad ſi. de iud. lib. vi.
2 c. conſtitutus. & ibi Pan. de in integr. reſtit. & in rub. de pecul. cler.
3 Auth. ſed epiſcopalis. de epiſc. & cler.
4 glo. in l. ſi ex cauſa. §. Pomponius. de minor. glo. in c. j. xx q. ij.
5 c. ij. & ibi Pan. de regn.
6 c. paſtoralis. et ibi Pan. de reſcrip. c. præterea. de dilat.
7 glo. in c. vno. de inueſt. in mar. fac. in vſib. fend.
8 Pan. in c. cæterùm. de iud. col. vlt.
9 l. de iure. & ibi glo. ad munic. Bar. in l. ij lect. j. col. ij. ſi quis in ius voca.
10 l. ij. § ſi ſuorâ. de iuriſ. [illegible]
11 in c. præterea. de dilat.
12 l. vlt. de iuriſd. om. iudi. vbi noto.
13 c. ſi iudex laicus. de ſent. excom. lib vj.
14 Auth. ſtatuimus. de epiſc. & cler. C.
15 d. c. ſi iudex laicus. ad ſi.
16 d. c. ſi iudex.
17 & l. cùm quædam. ſupra. de iuriſd. om. iud.
18 c. propoſuiſti. et ibi Pan. de for. comp. & glo. ſi. in c. eum plures. de off. deleg. lib. vj.
19 Bal. in l. officiales. de epiſc. & cler. C.
20 l. ij. & ibi glo. & doct. quom. & quand. iudex.
21 glo. ad prin. in clem. j. de iud. & ex. in l. Titia. § vſuras. de leg. ij.
22 Pan. in c. propoſuiſti. de for. comp.
23 in l. j. de pœn.
24 Bal. in l. officiales. de epiſc. & cleri. Pan. in c. j. de oblig. ad ratio. non ord.

An laicus delinquens, ſi pòſt clericus efficiatur, à iudice profano pœna coerceri poſsit: in quo vera eſt ſententia exiſtimantium [1], clericum nunquam poſſe à ſæculari iudici puniri, niſi ſit præuentus per citationem: vel niſi ſit degradatus, vel niſi in fraudem iuriſdictionis ſæcularis ad clericatum acceſſerit [2]. Sed in illis caſibus hæc cautio ſemper erit adhibenda, vt non poſsit puniri ille clericus à ſæculari iudice ea pœna, quam is non poſsit ſuſtinere propter ordinem: & ſic non puniretur corporaliter, ſed pœna commutabitur [3]: niſi eſſet ordine motus, quia ab omni clericatus priuilegio decidit [4]. Itaque eum qui cùm profanus crimen commiſiſſet, & poſteà clericus factus caput raſiſſet, non antè CVRIA Pariſienſis damnandum putauit [5], quàm eraſus veſtem mutauiſſet

Degradatio.

1 Bal. in d. l. officiales.
2 d. l. officiales. & l. hos accuſare. poſt prin. de accuſ.
3 d. l. hos accuſare. §. vlt.
4 c. degradatio. de pœn. lib. vj. vide Bal. in d. l. officiales.
5 Idib. Iunij anno 1371.

Si qvis in legatione. L. viii.

VIDE quæ habentur in l. eum qui. §. j. de conſt. pec. quæ huic reſponſo videntur aduerſari.

Cvm praetor. L. xii.

§. Is qvoqve cvi. An cui mandata eſt iuriſdictio is eam delegare poſsit, habes in l. j. ſuprà de off. eius cui mand. eſt iuriſd. Item habes in hac lege ea quæ impediunt, ne quis poſsit eſſe iudex. quibus probè adiungitur iudicem etiam delegatum, hoc nomine non poſſe repelli aut eiurari, quòd homicida ſit, alióue quo crimine notatus. nec enim reperitur iure cautum [6]. At teſtis prætextu criminis repellitur cùm in eo maius periculum verſetur, quàm in iudice [7]: nam à iudice ſuperior appellari poteſt, quod in teſte non vtique dicitur.

Iudex propter homicidiū nō eiuratur, ſecus in teſte.

6 Secūd. Innoc. & Pan. in c. ſciſcitatus. de reſcr. ad fi. e. cod.
7 c. teſtimoniū. de teſtib. & ibi Pano.

Filivsfamilias. L. xv.

PERTINET ad ea quæ habentur in lege iij. §. idem ſcribit. de pecul.

Ivlianvs avtem. L. xvi.

EX hac lege habes non tantùm actiones ex delicto non tranſire in hæredes [8], ſed nec actiones ex quaſi delicto [9]. Quamquam & hoc iùris canonici æquitas refutauit, qua perfectum eſt vt etiam in hæredes, licet ad eos nihil ex delicto defuncti peruenerit, actio detur propter maleficium anteceſſoris [10].

Ex anteceſſoris maleficio in hæredem actio eſt.

8 l. j. de priua. delic. vbi fuſè, Bart.
9 §. vlt. de oblig. quæ ex quaſi del. Inſt.
10 c. vlt. & ibi glo. et Pan. de ſepultur.

Si longivs. L. xvii.

§. Si filivsfamilias. An patre abſente filius poſſit agere: item quid in monachis infrà retulimus [11].

Haeres absens. L. xix.

SIC hunc textum intellige, vt hæres abſens poſsit conueniri vbi defunctus debuit quoad negotia cœpta [12]: & hoc adeò verum & indubitatū eſt, vt etiā clericus ſuccedens in inſtantia laico, teneatur litem perorare coram iudice profano [13]: nam vbi lis cœpta eſt, ibi & peragi debet [14]. Quòd autē ad nōdum incœpta attinet, hæres in teſtatoris foro non cōuenietur, niſi ibi inueniatur, & ſit præſens: quo caſu nullo priuilegio poterit ſe tueri quominus actionē ſuſcipiat, vt hîc in tex. niſi ſit clauſum in corpore iuris. Ideo legati [15], ſcholares [16], clerici [17], & ſi qui

Hæres vbi defendendus.

11 l. eum filiusfa. infrà. ſi cert. pet.
12 l. ſi is qui. infrà. eod.
13 Imol. in l. ſi eum. infrà. de fideiuſ. ſa. tex. in l. ſi is qui. infrà. eo.
14 l. vbi. infrà. eo.
15 l. ij. §. legatis. & ibi gl. & Bar. ſuprà. eod.
16 Auth. habita. ne filius pro pat. C.
17 Auth. ſtatuimus. de epiſco. & cleri. gloſ. in Auth. qua in prouincia. vbi de criminib.

& ſi qui ſunt ſimiles poterunt priuilegia ſua allegare. Quoties enim lege vel ſtatuto priuilegium tollitur hoc modo, *non obſtante*, intelligitur niſi ſit iure conſignatum [1]. Item licet defunctus potuiſſet conueniri coram clerico iudice ſi iurauerit [2], vel vouerit [3], non tamen hæres: & hoc caſu iſta lex temperatur: nam iuramentum ex parte iurantis perſonale eſt [4]. Si tamen non actione, ſed officio iudicis generali ageretur, quod in exoneranda defuncti conſcientia plurimùm dominatur, ad hoc hæres compelletur per eccleſiaſticum iudicem [5]: idque (vt inquit Iuriſconſultus) pontificiali authoritate [6], etiamſi actio deficiat.

Iuramentum efficit iuratem de foro epiſcopi.

§. Si qvis tvtelam. Vt ratione contractus aut delicti quis forum ſortitur, hîc [7], ita & quaſi contractus: cui conſequens eſt vt qui aliquo in loco ſoluit indebitum, ibi & illud poſsit repetere, licet non ſit forum rei [8]. Sed hæc omnes intelligunt ſi reus ibi inueniatur. Nam licet in delictis quis adeò ſortiatur forum, vt debeat ad locum delicti remitti [9]: in contractibus tamen contra eſt, in quibus remiſsioni locus non eſt [10]: niſi priuilegio fori renuntiaſſet reus [11], vel niſi certo loco ſe ſoluturum recepiſſet cum iuramento [12], aut niſi iam incœpta eſſet cauſa, quia ad locum iudicij cœpti ſit remiſsio [13]: nam vbi cœptum eſt iudicium, ibi & finiri oportet [14]. Adde ad hunc textum neminem ratione diſtractus ſortiri forum [15]. Item ſi conſuetudine aut priuilegio ſit inductum, vt qui contrahit in aliqua ciuitate per inſtrumentum (quod *guarantigiæ* vocant) poſsit ibi conueniri, an hoc priuilegium in tertios rerum poſſeſſores accommodabitur, vt poſsint etiam ad illud forum trahi: & certè Senatuſconſulto Cvriae Pariſienſis [16] continetur, non nocere hoc priuilegium tertiis detentoribus. Iam in actionibus realibus & hypotecariis, ibi aliquis ſe debet defendere, vbi res eſt, etiamſi non ſit de regno aut principatu: at ſuper perſonalibus actionibus, ad terram ſuam remittetur: quod in perſona Marchionis Saluſsiorum Cvriam Pariſienſem iudicaſſe Io. Gallus refert [17].

Contractus & delictum forum tribuunt.

Remiſsio an in delictis & contractibus.

Diſtractus ratione, forum non contrahitur.

§. Proinde. Qui contrahit cum aliquo qui habet vel domicilium, vel tabernam, ibidem eum conuenire poteſt: non idem dicitur, ſi cum aduena cõtrahat, vt hîc: quod certè æquitatem habet, vt eo loco aduenam conueniri non poſsit, de iis quæ poſt contractum facienda ſunt: at ſi qua in ipſo contractu eſſent implenda, ibi aduena cogi poſſet. finge enim me equum peregrino vendidiſſe: nam niſi extemplò pecuniam ſoluat, poſſum cum eo lege agere, ne detur illi fugæ occaſio cum re aliena [18]; quod Bartolus [19]: & Baldus [20] probant. Item ſcholaſticus ratione ſtudij non contrahit forum [21], niſi ibi contraheret: ſicut in legatis dicitur [22]. Item nec ſolum beneficium quod quis habet, efficit vt eo loco videatur domicilium & forum ſortiri [23]: quod tamen intellige niſi beneficium præſentiam requireret [24]: ibi enim etiam circa res minimè beneficio annexas, poteſt conueniri [25]. Sic vocatio in ius fieri poteſt in loco beneficij, in quo aliquis reſidet pacificè [26]: ſi autem beneficium eſſet in controuerſia, ſecus [27]: quod & Cvria Pariſienſis cenſuit [28].

Contrahens cũ aduena, an eum cõueniat ibi.

Ratione dignitatis aut beneficij an forum contrahatur.

1 *Bar. in d. l. ij. § legatis.*
2 *c. vlt. de for. comp. li. vj.*
3 *c. licet. & ibi Panor. de voto.*
4 *c. veritatis. de iureiur. Guido pap. q. cccc xiij.*
5 *Pan. in c. vlt. de ſepult.*
6 *l. hæreditas. ad fin. de pet. hæred.*
7 *& Auth. qua in prouincia. vbi de crimib. C.*
8 *l. qui certo. & ibi gloſ. & Iaſ. ſuprà. de cond. indeb. l. j. & ij. vbi de ratio. agi. C.*
9 *Auth. vt nulli iud. § ſi verò quis comprehẽſorum. clem. paſtoralis. § quia ſi punitio. de re iud.*
10 *c. Romana. § contrahentes. de. for. comp.*
11 *Bar. & glo. in l. vna. ſupra. ſi quis ius dicen. nõ obtemp.*
12 *tex. in auth. de exhib. reis. § ſi verò & quidam iurent.*
13 *l. conſentaneum. & ibi Bal. C. quom. & quan. iud.*
14 *l. vbi. infrà. eod. vide Iaſ. in l. j. de eo. quod cer. loc.*
15 *l. ij. vbi & apud quos. C.*
16 *Die xiij. Martij anno 1549.*
17 *q. cxlviij. in quæſt. per areſta deciſ.*
18 *l. ſi longius. § j. ſuprà. eo.*
19 *Bar. hîc.*
20 *in Rub. de reuoc. iis quæ in fraud. cred. C. pe. col. ibi. Sed vlterius.*
21 *l. lex cornelia. & ibi Bar. infrà. de iniur.*
22 *l. ij. § ſed & ſi agant. ſupra. eo. l. qui non cogitur. infrà. eo.*
23 *l. libertus. § ſola. ad munic.*
24 *Pan. in c. j. de for. comp. ad fi. & Bar. in l. iij. ad munic.*
25 *vt Pano. ibid. & in c. dilectus. ij. de reſcrip.*
26 *c. ex. tuæ. de cler. non reſid.*
27 *Rom. Conſ. 362.*
28 *die ix. Febru. anno 1513*

Si debitor. L xxi.

Cautio dari debet in reſcriptis moratorijs ſolutionum.

QVOTIES miſerationis gratia tempus iudicato vel confeſſo datur, vt hoc textu [1]: non aliter ei dilatio patrocinatur, quàm ſi cautelam competẽtem impleat: ideóq; interim poſſet in carcerem coniici, niſi bonis cederet [2]. Idem obſeruatur in his qui obtinent à Principe literas quinquennales, vel alia reſcripta moratoria ſolutionum [3]: quod tamen ita temperat Panormitanus [4], niſi poſſiderent immobilia [5].

Non potest videri. L. xxiii.

HANC legem explica per ea quæ habẽtur in l. quæſitum. infrà. de pecul.

Sed et si restitvatvr. L. xxxviii.

Legati ſuſcipere litem cogũtur cùm dies exijt.

§. Ex qvibvs. Iuramentum habet vim litis conteſtatæ, vt hîc, imò & iudicii [6]. de quo vide quod ponitur in l. nam poſteaquã. §. ſi is qui. infrà. de iureiur. Et ex §. ſed & ſi dies. dicitur, cùm dies exitura eſt etiam hoc caſu contra legatum actionem eſſe. cui iunge quod anteà retulimus [7]. Sic in Gallia ſolet diplomate & beneficio Regis concedi iis qui reip. cauſa abſunt, vt eorũ lites quandiu abſunt, differantur, ſed ſi per eas literas ius aduerſæ parti periturum eſt, cogentur illi iudicium ſuſcipere: quod & cvria Pariſienſis iudicauit [8].

Vbi acceptvm est. L. xxx.

Contumax nõ excipit de iudicio in quo fuit contumax.

VBI cœpit iudiciũ, ibi & perſtare debet, vt hîc: nec emergente priuilegio, aliò euocari aut deduci negotiũ, de quo agitur, poteſt [9]. Non tamẽ præter rẽ dicitur, eum qui excipit de lite pendẽte corã alio iudice, nõ adiuuari exceptione illa, ſi in illo iudicio, de quo excipit, fuerit cõtumax: quod adeo verũ putat Bart. [10] vt nec refuſis impenſis exceptio de cauſa alibi cœpta ſit admittẽda: ne cõtumacia ſua ſibi proficiat [11]: præſertim cùm illud edictũ circunductũ ſit [12]: Sic licet nõ poſſim eundẽ euocare per plura reſcripta ad iudices diuerſos [13]: eũ tamẽ qui fuerit cõtumax in primo iudicio, potero trahere ad aliud tribunal: cùm de primo iudicio nõ poſſit excipere, qui illud non approbauit [14]. Eiuſdẽ generis ſunt ea quæ ponuntur in l. quoties. infra. de pecul. vbi rẽperatur ille textus. Ite cùm iudex cauſam à ſe incœptam delegat, vel principum, medium, aut finem (quod poteſt [15]) non tamen in alio tribunali lis finiri dicenda eſt, cùm ſit idem tribunal delegantis & delegati [16].

Si petitor. L. xxxi.

PERTINET ad l. ſi cum vno. ſuprà. ſi ex nox. cauſ. ag. vbi habentur aliqua.

Non videtvr. L. xxxiii.

VIDE quæ ponuntur in l. libertus ij. ſuprà. de in ius. voc.

Non qvemadmodvm. L. xxxv.

Ius futurũ an in iudiciũ veniat.

CVM ius merè futurum eſt, de eo iudex adiri non poteſt, per hunc textum. Si autem non omnino futurum eſt, ſed à iure præſenti pẽdet, verè dicitur illud in iudicium deduci poſſe [17]. Ex quo fit vt vſuræ per ſtipulationẽ debitæ etiã futuræ, in iudiciũ veniant [18]: idem in fructibus [19]: ſin autem vſuræ officio iudicis deberentur, cùm illud lata ſentẽtia expiret [20], ad iudicẽ nihil pertinent [21]: idq; ex ſententia Baldi [22], licet Bartolus aliter ſoluat. Placuitq; id quod intereſt etiãſi à futuro pẽdeat

Vſuræ. *Fructus.* *Id quod intereſt.*

in

1. & in l. ſi domus. §. ij. infrà. de leg. j.
2. l. j. Qui bo. ced poſſ. C.
3. l. vniuerſa. de precib. imp. offer. Guid. pap. q. cix. in deciſ.
4. in c. quo ad conſultationem. nu. 23. de ſent. & re iud.
5. l. ſciendum. Qui ſatiſd. cog.
6. l. qui iuraſſe. ad fi. infra. de iureiur.
7. l. ſenatuſconſulto. de off. præſ.
8. xix. cal. Febru. ann. 1552.
9. l. ſi quis poſteà. ſuprà. eo. & l. pe. de iuriſ. om. iud. c. propoſuiſti. de for. comp.
10. in l. quamuis. ij. col. ibi vltimo. de dam. infec.
11. l. euidenter. de excep. rei iud.
12. l. & poſt edictum. infra. eo.
13. c. ex tenore. & c. vlt. de reſcrip.
14. Pano. in d. c. ex tenore. ad fin.
15. c. ſuper quæſtionum. in prin. de offic. deleg. l. pe. de peda. iud. C. Bart. hîc.
16. c. ſanè. ij. de off. deleg.
17. l. j. de ſent. quæ ſine cert. quant. C.
18. d. l. j. & ibi. Bal. & l. j. C. de iud.
19. l. vtique. de rei vind.
20. l. iiij. de poſ. C. l. qui per colluſionem. §. j. de act. emp.
21. l. j. de vſur. infrà.
22. in d. l. j. quæ ſen. ſine cert. quant.

in condemnationem venire: ſiue ob dolum veniat [1], ſiue ob culpam [2]. Item perpetuum eſt, vt pro iure futuro cautiones iubeantur per ſententiam dari [3]: ſi tamen cauſa ſubſit, de quo vide quod pono in l.ij. infrà de cond. cauſ. dat. Ex his igitur liquet pro debito annuo agi poſſe hodie, & pro ſequentibus annis condemnationem fieri, ne quotannis actor lege agere, vel proteſtari cogatur [4]: habet enim futura illa præbitio cauſam ex præſente iure. Quòd ſi nihil tale pponeretur, condẽnatio non valeret. Sic condemnationem factam pro expẽſis factis & quæ pòſt fient, irritamq́ CVRIA Pariſienſis fecit [5].

INTERDVM. L. XXXVI.

§. SENATOR. Pertinet ad l.ij.§. ſed & ſi agant. ſuprà eo. Et ex hoc textu probari poteſt, quod multis CVRIAE Pariſienſis authoritatibus deciſum extat, ſacerdores & clericos qui profanis rebus ſe miſcuerint, à iudice laico diſtringi poſſe [6]. Itaque ſacerdotem qui publicanus eſſet, eius negotiationis nomine conuentum coram iudice ſæculari, iudicium accipere debere, placito ſtatutum eſt [7]. Et quanquam vt aliquis priuilegio ſuo priuetur, monitione ſit opus: idque ex canoniſtarum interpretatione [8]: tamen eum qui ſe actionibus, clericorum dignitati parum conſentaneis miſcuiſſet, ipſo iure & ſine monitione priuatum eſſe CVRIA Pariſienſis cenſuit: & hoc in lanionis perſona iudicatum eſt [9].

SI DE VI. L. XXXVII.

Petitorium & poſſeſſoriũ an cumulentur.

INTER omnes conſtat petitorium & poſſeſſorium recuperandæ aut adipiſcendæ eodem libello proponi poſſe [10]: licet ex ſententia Panor. [11] iudex ex officio poſſit iubere, vt ſeparatim cauſſę tractentur. At poſſeſſorium retinendæ cum petitorio cumulari nõ poteſt: neque enim conſentaneum eſt vt qui dicit ſe poſſidere, interdicto vti poſſidetis rem vindicet: cùm vindicatio reum poſſidentem fateatur [12]. Quoties autem cumulabuntur petitorium & poſſeſſorium, prius poſſeſſionis cauſa decidi debet, vt hic [13]. Verius autẽ eſt in interdictis retinendæ & adipiſcendæ poſſeſſionis admitti dominij exceptionem, ſi excipiens ex continenti probaturus eſt ſe dominum eſſe [14]: item admittitur exceptio delicti [15], tamen in pœnam mendacij iure receptum eſt, vt à mendace transferatur poſſeſſio in actorem: licet mendax ex continenti dominij probationes implere ſit paratus [16]. In poſſeſſorio verò recuperandæ non admittuntur exceptiones dominij: nã ſpoliatus illico reſtituitur [17]: nec exceptio, dolo facis, agenti obeſt [18], nec delicti [19]. Itaque ſi te beneficio ſpoliauerim, tibi reſtitutionem petenti non ſit impeditio, licet te intruſum ex continenti probem [20]: quæ locum habent ſi contra verè violentum iudicium dicetur, ſecus ſi tantum eſſet clandeſtinus, & quaſi violentus, puta qui vacantem fundum intrauit: nam talis poteſt de dominio & præſcriptione opponere [21]. Ex quo contra Dinũ [22] & Alexandrum [23], defenditur Baldus, qui voluit clãdeſtinũ poſſeſſorẽ poſſe excipere de dominio ſuo [24].

An poſſeſſorijs opponi poſſint exceptiones.

Exceptio doli & delicti.

Clandeſtinus poſſeſſor.

QVOD LEGATVR. L.XXXVIII.

VBI legatum ſolui debeat, habes hic per gl. explicatè, quam ſequitur Bartolus hic, & Baldus [25].

IN OMNIBVS. L. XLI.

In debito ad diem an inte-

AN In bonæfidei, aut ſtricti iuris iudiciis cautio ſit præ-

1 *l.locum.§.condemnatũ. ad tab.exh.infrà.*
2 *l.in lege. Aquilia.infrà ad l.aqu.*
3 *l.inter omnes.qui ſatiſ. cog.l.quòd ſi in diem. de pet.hær.l.pro ſocio.infrà pro ſoc.*
4 *l.ij.& ibi.Bar.de præſc. xxx.vel xl.& in l.ij.de fideic.C.*
5 *Anno 1510.*
6 *fac.c.in audientia de ſen ten.excom. c. perpendimus.illo tit.*
7 *iiij. Idus Ianu.an. 1425.*
8 *c.vlt.de vit.& hon. cle. in antiq.& c.j.in cle.*
9 *die ij.Octob.anno 1532.*
10 *per l.cùm fundũ.§.vlt. de vi arm.c. paſtoralis. de cauſ.poſſ.ſecund.communem opinionem.gloſ. Bar.Pauli.*
11 *in c.ij.de cauſ.poſ.& prop.*
12 *l.officiũ.de rei.vind.infrà.*
13 *& l.ordinarij. C.de rei vind.*
14 *l.iij.§.cauſa.de carbo. ed.l.ij.de edic.diui Adria.*
15 *c.accedens.de accuſ.*
16 *l.vlt.& ibi glo.& Bar. infrà de rei vind.glo.in auth.item poſſeſſor.quia potio.per illum text.& ibi Bar.*
17 *l.ſi quis ad ſe.C.ad l. Iul.de vi pub.*
18 *gl.in l.dolo.de doli exce.*
19 *c.in literis.de reſt ſpol.*
20 *d.c.in literis, vbi vide Pano.fac.lex.j.§.qui à me.de vi & vi armat.*
21 *l.vlt.& ibi.Bart. vnde vi C.& hîc.*
22 *in c.qui ad agẽdum. de reg.iur.lib.vj.*
23 *in l.naturaliter.§.nihil. commune.col.viij.nu.15. de acq.poſſ.*
24 *in l.ſi quis emptionis.§. ſed hæc ſuper.C.de præſcrip.xxx.*
25 *in l.j.vbi fid.ſol.oper.C.*

ſtanda, habes in l.ij. infrà de cond.cauſ.dat. Et huius legis argumento defenditur, eum qui chirographo ſe debitorem ſcripſit ad diem, etiam ante diem conueniri poſſe, vt chirographum ſuum agnoſcat: poteſt enim intereà mori, aut fugere: quod & CVRIA Pariſienſis admiſit [1]. ſed interim ſubſtinebitur executio donec dies aduenerit [2].

rim cautio petatur.

SI VXOR. L. XLII.

RATIONE quaſi contractus quis ſortitur forum: quod an ſit verum ſuprà relatum eſt [3].

EVM QVI. L. XLIII.

TRACTATVR In l.j. infrà de eo quod cert.loc.

NON IDCIRCO. L. XLIIII.

QVOD Dicitur iudicium acceptum cum pluribus minimè differri, licet quidam eorum abſint: cùm ratione præſentium poſſit procedi, at abſentiũ proſpectu cauſa diffindi, adeò verum eſt, vt etiam ſententia lata ſimpliciter, tantùm præſentium damno aut compendio ſit, nullo autem modo abſentes teneat [4]. Sic confectio inuentarij creditoribus euocatis nocet, cæteris autem abſentibus & minimè vocatis non officit [5]. Nam manifeſtum eſt ſententiam pro parte ferri poſſe, ſi libellus plura capitula contineat [6]: idem ſi vnum capitulum haberet, ſed plures ſunt in lite, per hunc textum [7]: niſi in indiuiduis [8]. Quòd ſi vnum eſſet capitulum in libello, & vna perſona, tunc verè admittitur, rem iudicatam pro parte valere non poſſe [9]. Reliqua vide in d.l. ſi cum vno. ſuprà ſi ex nox.cauſ.

Sentẽtia quando pro parte valeat.

Confectio inuentarij.

ARGENTARIVM. L. XLV.

§. NOMINE. An vnus iudex exequi poſſit ſententiam alterius iudicis, ſubſiſto. nam in arbitris recipitur, vt quia ſententias ſuas non poſſunt exequi, ideo alij iudices eorum ſententias exequantur, ſine arbitrorum iuſſu [10]: delegati autem iudices ſi à principe dati ſunt, exequentur ſentẽtias ſuas etiam iure ciuili [11], intra annũ [12]. Si verò de reliquis iudicibus quæritur, primùm ſciendum eſt quoties à lege ſit executio ſententiæ, toties illam ſententiam apud omnia tribunalia valere, & executioni poſſe mandari. vnde ex ſententia infamante condamnatus hic, apud reliquos iudices infamis erit [13]. Sin autem executio à iudice facienda eſt, propius eſt vt ſentẽtiam latam ab vno iudice, alius iudex exequi non poſſit, etiamſi eſſet collega [14]: niſi ad poſtulationem & mandatum iudicis qui ſententiam tulit [15]: & hoc caſu ſupple hanc legem. Ex quo efficitur, vt licet iudex eius loci vbi contractus eſt factus, poſſit decernere miſsionem in bona etiam in alterius territorio ſita: realis tamẽ poſſeſsio & executio facieñda eſt à iudice, vbi ſunt bona [16]. Sic clericus, ratione delicti, ab aliquo iudice priuari poteſt beneficio alibi ſito, tamen executio à iudice territorij, vbi beneficium eſt, fieri debet [17]. Sic aliquis capi in alieno territorio non poteſt [18], nec perſonaliter citari [19], idque ex communi omnium ſententia ſine diſtinctione admittitur, quanuis Bartolus diſtinguendum putet [20].

Vnus iudex ſententiã alterius quidò exequatur. Arbitri. Delegati. Ordinarij.

Infamis ex vnius ſententia apud omnes infamis eſt.

Clericus an priuetur beneficio alibi ſito.

Citari extra territoriũ ne mo poteſt.

PARS LITERARVM. L. XLVIII.

AN magiſtatus in ius vocari poſsint, habes in l.ij. ſuprà de in iud voc.

Vend

---

1 Die xvij. Apr. an. 1516.
2 l.in lege aquilia. infrà ad l. Aqu. vbi pono.
3 l.ij.§.ſed etſi.ſuprà eo.
4 l.etiam.§.ij.& ibi noto. ſuprà de minor.
5 Bal. in auth. Si omnes. vt minor ab hær.ſe abſt. l. vlt.§.j.de iure delib.
6 l.ſi ex falſis. C.de tranſ. l.etiam.§.j.ſuprà de minor.
7 & l.ij.C.de fid.inſt.
8 l.ſi cum vno. Si ex nox. cauſ. l.j.C.ſi in commu. eadémque cauſ.
9 l.in hoc iudicio.fam.erc. l.qualẽ.§.j.de arb. Bar. in l.j.C.ſi aduer.rẽ iud.
10 l.cùm anteà.poſt princ. ibi,quatenus.de arb.C.
11 l.vlti.C.de iud. ad fin. Bar.in l.à Diuo.in principio.de re iud.c.ſignificaſti.de off.deleg.
12 c.quærenti.de off.deleg.
13 l.ex. ea cauſa. vbi not. de poſtul.
14 l.j.de conſ. ſuprà l.properandum.§.ſin autem. C.de iud.
15 l.à diuo Pio.§.j. & ibi Bar.de re iud.
16 c.Romana.§.cõtrahẽtes.de for.cõp. Bar. in l. j.de bon.auth.iud.poſ.
17 c.poſtulaſti.de for.
18 arg.l.ſerui.§.Ariſt.& ibi Paul. ſi ſeru. vind. text.iuncta.glo. in. l.ſi quis fugitiuus.§.idem. Caliuo.de ad.edic.
19 Clem. paſtoralis. de re iud.& ibi docto.
20 l.j.de req.reis.

VENDITOR. L. XLIX.

QVI ad alium defendendum euocatur, priuilegio fori ex capite ſuo ſe iuuare nō poteſt, ſed ibi defendit, vbi is cuius defenſionem ſuſcipit, per hunc textum: quod & multis CVRIAE Pariſienſis authoritatibus ſcimus comprobatum[1]: & hoc eouſque perducendum eſt, vt laudatus author ſi alleget ſe non teneri ad authoritatem, coram eo iudice cogatur cauſas dicere & probare, vt eidem CVRIAE viſum eſt[2]. habet quoque rationē vt hæc lex in iudice delegato locum habeat, quod Barbatias probat 3. cur enim delegato iudici poteſtatē hanc non concedamus, coram quo reconuētio fieri poteſt?4 Cui applicatur vetus quæſtio, an clericus venditor alicuius rei teneatur defendere emptorem in foro ſæculari: an verò prærogatiua ſua reuocet cauſſam ad epiſcopum, in quo placet Panormitani 5 ſententia: cùm enim clericus venit ad defenſionem alterius, & ſic iudicium principale in eo quem defenſurus venit, verſatur: tunc tenetur ibi defendere, nec allegat priuilegium ſuum[6]: cui cōſentaneum eſt quod apud Baldū 7 relatum eſt, clericum ritè euocari à ſæculari iudice, vt ſe alicui rei opponat. Si verò potiſsimùm iudicium in clerico conſidit, puta nominatus eſt à colono vt veniat defenſurus, ſicut nonnullis decretis cōtinetur[8] (cùm is ſolus verè dicatur reus, at colonus eum nominans de iudicio eximatur) poteſt ex ſuo capite vti priuilegio fori. Sic eum qui pro alio ſe ſoluturum recepit & promiſit, in foro ſuo conueniendum eſſe, CVRIA Pariſienſis ſtatuit 9: etiamſi pro re in alio foro iudicata interueniat. Sed & apud noſtros quæſitum eſt, quidam conuentus in Brabantia extra Regnum, egit Pariſiis cōtra me vt ſe defenderem, cùm ad id aut contractu aut alia quæ ratione eſſem obligatus: vtrum iudex Pariſienſis poſsit iubere vt illò proficiſcar ad eum defendendum: quod CVRIA Pariſienſis minimè admiſit[10]: ſufficit enim iudici dānare me ad indemnitatē exteri: iubere autē vt illum extra regnum defendam, non poteſt. Item licet qui peccat coram iudice, poſsit ab eodē iudice coërceri, ceſſante fori priuilegio[11]: nō tamen hoc præ textu clericus à iudice laico punietur[12]: licet glo. iuris ciuilis aliud ſentiat[13]. Adde clericum in realibus actionibus debere in foro laicorum litigare: quo iure nos in Gallia vti Ioan. Faber author eſt[14]. quod an iure canonico obtineat apud Archidiaconum habes,[15]. Ideóque & Io. Galli refert canonicos & numerum ſancti Maxentij pœna ducentarū librarum multatos eſſe, quòd ratione iuriſdictionis ſpiritalis, de actione reali cognouiſſent[16]. non enim epiſcopus & cæteri iudices eccleſiaſtici territorium habere dicuntur: vt fuſius infrà relatum eſt[17]. In perſonalibus autem, coram epiſcopo clericus conuenietur: ſi tamen perſonali actioni hypothecaria adiuncta eſſet, etiam coram ſæculari cogetur ſe defendere. Itaque clericum conuentum coram ſeæculari iudice, vt ex chirographo ſuo à ſe cognito pecuniam ſolueret, vel hypothecas auctioni permitteret, ibi ſe defendere debere CVRIA Pariſienſis ex appellatione cenſuit[18].

Qui alium defendit, nō vtitur priuilegio fori ex capite ſuo.

Clericus vendēs an emptorem defendat coram ſæculari iudice.

Iudex non poteſt iubere parti vt extra regnum quem defendat.

Peccans in tribunali efficitur de foro iudicis.

Clericus in realibus, laicū iudicem habet, non in perſonalibus.

1 Die j. Feb. anno 1547. & aliâs.
2 Die vij. Auguſti anno 1543.
3 c.p. & g. de off. deleg.
4 c.j. & ij. de mut. pet.
5 in c. vlti. ad fi. de empt. ext.
6 per hunc text. glo. in c. clericum. x. q. j.
7 in l. teſtamenta. Qui teſta. fac. C.
8 l. ij. vbi in rem act. & auth. qua in prouincia. vbi de criminib. C.
9 Die 7. Auguſti. anno 1543.
10 die 14. Maij anno 1431.
11 l. nullum. de teſtib. C.
12 Pau. de Caſt. in d. l. nullum. & Pan. in c. eccleſia ſancta. de conſt. in prin. Inno. in c. verū. de for. comp.
13 in d. l. nullum.
14 in §. ſi verò reus. ij. col. de ſatiſd. inſt.
15 in c. j. de cle. coniu. li. vj.
16 q. cccl xxxiij. in quæſt. per areſt. deciſ.
17 l. ſi cuius rei. §. ſed ſi inter. infrà de vſuf.
18 Die 12. Ianua. an. 1545.
19 § tractatum.

SI FIDEICOMMISSVM. L. L.

DIGNVM notatu eſt quod hic dicitur[19], æs alienum

totum patrimonium reſpicere, non autem eum locum vbi vel ſint debitores, vel calendarium, aut nomina ſiue ſcriptutæ. Itaque hoc generali legato, *quicquid Gadibus habeo, lego*, non veniunt nomina quorum ſyngraphæ Gadibus aſſeruabātur [1]. Et facit ad id quod alibi diximus [2], qualiter fiat æris alieni diuiſio inter hæredes, quorum vnus in mobilibus, alter in immobilibus inſtitutus eſt.

Aes alienum totū patrimonium reſpicit.

1 l. vxorem. §. legauer it. infrà de leg. iij. l. Caius. de leg. ij.
2 l. ij. fam. erc.

§. Qvoties. Belliſsimè dicitur, hæredem qui conueniri non poteſt, niſi vbi eſt maior pars hæreditatis, amittere hoc priuilegium ſi alibi ſoluere incipiat, per hunc textum. Nec abſimile eſt de patre, qui ſi ſoluere incipiat qđ mutuatū erat filio ſuo contra Macedonianū: perdere Macedoniani beneficiū etiā in reſiduo [3]. Ex quo cōſequēs eſt, eū qui reſcripto habet beneficium ne ſoluat creditoribus intra quinquēnium, ſi vni incipiat ſoluere, teneri eidē ad reſiduum: cęteris autē minimè teneretur, cùm ſint ſeparatæ dationes [4]. ſicut dicitur in eo qui cùm ſe excuſare poſſet à muneribus, aliquod munus ſuſcepit, non ſibi nocere in aliis [5]: ſed in eo quod ſuſcipit [6], & in cæteris quæ cum ſuſcepto rationem coniunctam habent, ſibi præiudicat [7]. Sed quod dixi de debitore incipiente ſoluere, vt amittat priuilegium reſcripti, intellectum habet cùm ſoluere incœpit ex cauſa quæ ſaltem natura debita eſt: qui autem gratis & nullo antecedente debito ſoluere incipit, in reſiduo tutus nihilominus remanet [8].

Per ſolutionē partis agnoſcitur debitum, & in reſiduo non eſt exceptio.

Suſceptio muneris vnius an deroget priuilegiis.

3 l. ſed & Iulianus. §. vl. & ibi gl. infrà ad Mac.
4 l. voluntaria. de excuſ. tut.
5 l. ij. de priui. veter. infrà.
6 l. vlt. de priuil. veter.
7 l. ij. in fi. de mune. & honor. l. pe. in fi. de iur. immun.
8 l. vlt. ne vxor promar. C. l. creditor. de vſu. pertinet ad nota. in l. cum de in rem verſ. de vſur.

Edictvm L. lv.

NOTA citationem decretam ab anteceſſore non tenere citatum in id vt cogatur ſe ſiſtere coram ſucceſſore, imò etiamſi ſit contumax debebit iterum à ſucceſſore euocari, per hunc textum [9]: ſiue enim à præcedente iudice vniuerſus edictorum numerus ſit completus, debebit & ſucceſſor vnum addere: ſinautem erat incœptus, ſufficit complere [10]. Tamen in Romano Pontifice iure ſpeciali obtinuit, vt citatio arctet euocatum ad ſe ſiſtendum coram ſucceſſore [11]. Item licet hic textus loquatur in dilationibus quæ ad ſe ſiſtendum in iudicio dari ſolent, habet tamen & locum in dilationibus quæ dantur ad probationes, niſi tempore anteceſſoris dies ad probādum dictus, iam eſſet elapſus, & concluſum in cauſa [12].

Edictū mortui iudicis an liget euocatum.

Hęc lex etiam ad dilationes probatorias perducitur.

9 Bal. in l. conſentaneum. vj. not. C. quom. & quādo iud.
10 Vide Pano. & alios in c. licet. de accuſ.
11 Clem. ij. §. vlt. de elect.
12 Dyn. in c. qui in ius. de reg. iur. lib. vj.

Licet vervm. L. lvi.

IVDICIVM Per falſum procuratorem acceptum, confirmatur ſi dominus ratum habuerit, vt hic: niſi falſum interceſſiſſet coram Principe: nam reſcriptum ad lites impetratum à falſo procuratore non valet, [13] nec ratum haberi à domino poteſt [14]. Item ratihabitio domini confirmat etiam id quod illi fauet, ſecundū omnes [15]: nā perpetuū eſt, negotium ſemper per accedentem voluntatem confirmari, ſi tātùm deficiebat ob defectum voluntatis, per hunc textum. Sinautem iudicium ex alio capite inutiliter accipitur, per ſequentem voluntatem non confirmatur. Ideo cùm ſententia in furioſum vel abſentem non citatum reddita non valeat, non magis tamen ſubſiſteret, ſi pro eis eſſet data [16]. Speciali tamen iure indulgetur minoribus, vt pro eis ſententiæ redditæ valeant: licet contra eos eſſent inutiles [17]: quod priuilegium etiam

Acta à falſo procuratore geſta, voluntate domini cōfirmantur.

Iudicium nullum an voluntate partium conualeſcat.

13 c. nonnulli. §. j. de reſcri.
14 glo. mag. ibid. ſecund. comm. opin.
15 Bar. hic. & in l. ſi tutor. in quib. cauſ. in integ. reſt. & alios.
16 glo. in l. ea quæ. & ibi Bart. quomo. & quand. iud. C. gl. & Bar. in l. furioſo. de re iudic.
17 l. non eò minus. C. de proc.

etiam ad eccleſiam pertinet [1]. Et quod dicitur, ratihabitionem domini confirmare iudicium, intellige quoad partes: an autem idem in fideiuſſorum perſona ſit ſtatuẽdum, diſtinctio erit admittenda, quam noto poſt glo. & alios in l. Iulianus. ſuprà qui ſatiſd. cog. An autem delegatio ſuperueniens confirmet ea quæ ſunt geſta à iudice, qui antè non habebat poteſtatem, alibi relatum eſt [2].

TAM EX CONTRACTIBVS. L. LVII.

PERTINET ad ea quæ infrà ponuntur [3]. An autem inſtantia ad hæredem tranſeat, habes in l. ſi eum. infrà de fideiuſſoribus.

IVDICIVM. L. LVIII.

PERTINET ad ea quæ ponuntur in l. more. ſuprà de iuriſdict. omnium iudicum. vbi habes de reuocatione iuriſdictionis expreſſa & tacita. & hunc text. intellige ſecundum diſtinctionem quam paulò pòſt adſcribimus [4].

SI LOCVS. L. LIX.

QVO loco in iudicando iudex ſedere debeat, anteà dictum eſt [5].

MORTVO. L. LX.

Mortuo iudice non expirat inſtantia.

NOTA inſtantiam tranſire in ſucceſſorem in imperio & iuriſdictione: quod adeò verum eſt, vt is ex eiſdem actis debeat iudicium perorare, per hunc textum [6]. Ex quo fit vt licet prohibente ſuperiore, inferior iudex deponat iuriſdictionem, & iudicium ſolui dicatur [7]: non tamen ſoluitur quod ad partes attinet: nam inſtantia ad alium tranſit, per hunc textum [8].

SOLEMVS. L. LXI.

Libellus generalis.

VERVM eſt, tam in arbitriis [9], quàm in iudiciis tantum in iudicium venire, quantum poteſt generali libello comprehendi, per hunc textum: in quam ſententiam faciunt ea quæ alibi dicta ſunt [10]. An verò ad firmandam iuriſdictionem iudicantis, diſpiciatur quod petitur, vel quod debetur, relatum eſt in l. pe. §. vlti. ſuprà de iuriſd. om. iud.

§. LATRVNCVLATOR. Latrunculator, hoc eſt maleficiorum iudex, de re pecuniaria & cauſa bonorum nõ iudicat, vt hic, ne ex partium conſenſu & prorogatione quidem: nam expeditum eſt prorogationem fieri non poſſe in rebus diuerſi generis: vnde iudex ad certas merces, ad aliud genus prorogari non poteſt [11]: at in eodem genere fiet prorogatio [12]. Planè hic textus locum non habet cùm crimini incidit quæſtio bonorum [13]. Sic è diuerſo iudex ciuilis dat curatorẽ pupillo ad litem criminis [14]. Plus dicitur abſente iudice cauſarum ciuilium, latrunculatorem de pecuniaria lite cognoſcere [15]. Sic epiſcopus qui iudicat inter clericos tantùm, tamen ex negligentia vel abſentia iudicis profani, poteſt inter laicos iudicare [16]. At è diuerſo iudex profanus non fit competens, ſi quæſtioni ciuili, de qua acceptus eſt, incidit quæſtio eccleſiaſtica [17]: ideóque ad eccleſiaſticum iudicem quæſtio remittenda erit [18]. Quòd ſi quæſtio non eſſet eccleſiaſtica, ſed laica, & ea incidenter veniſſet in profanum iudicium cum clerico acceptum, rectè clericus à laico iudice dãnaretur: vnde ſi in lite

Prorogatio fit de cauſa euſdem generis.

Iudex aliàs incompetens fit competens ſi incidat.

1 Pan. in c. a. cauſam quæ. vlt. col. de iud.
2 l. obſeruare. §. vlt. ſuprà de offic. procon.
3 in l. iij. §. idem ſcribit. infrà de pecul.
4 l. mortuo. infrà eod.
5 l. pe. de inſt. & iure.
6 glo. hic & Bald. in l. pen. per illum text. de ped. iud. C.
7 l. iudicium. ſupra eo.
8 Bald. in l. properandum. §. ſin autem vtraque. in fin. C. de iud.
9 in l. de rebus. de arb. ſuprà.
10 in l. ex diuerſo. §. vbi. infrà de rei vind.
11 glo. in l. inter conuenientes. ad mun. infrà. Pan. in c. P. & G. de offi. dele.
12 d. l. inter. l. de quare. §. j. infra eod.
13 l. iiij. §. ſed etſi dicatur. fini. regund. l. quoties. C. de iud.
14 l. clarum. de auth. præſt. & ibi Bal. & hic.
15 Ange. in l. vacantia. de bo. vac.
16 c. licet. de for. compe.
17 c. lator. & ibi glo. & Inno. ad ſi. qui fil. ſint legi.
18 c. cauſam. ij. qui fil. ſint leg. c. tuam. de ord. cogni. extrà.

contra clericum accepta, incidenter ab eo peto, vt chirographum ſuum confiteatur aut abneget, ſi confeſſus ſit ritè ad repræſentandam pecuniam eodem iudicio damnabitur, vt in placitis CVRIAE Pariſienſis eſt [1].

1 die vlt. Iunij, anno 1541.

NON AB IVDICE. L. LXIIII.

AN id quod intereſt probetur per iuramentum, tam contra eum qui doloſè eſt verſatus, quàm contra eum cuius culpa arguitur, alibi relatum eſt [2]. Quòd autem ad finem legis attinet, diximus in l. in cauſæ. §. ſi ex parte. ſuprà de procur.

2 l. j. de in lit. iur.

EXIGERE DOTEM. L. LXV.

Locus contractus an diſpici debeat.

VVLGATVM eſt quod dicitur, in his quæ ad deciſionem litis ſpectant, locum contractus perpendi [3]: item vt quis ſortiatur forum, locus contractus inſpicitur [4]. ſpecialiter tamen in dote receptum eſt, vt mulier illius nomine litem viro intendere non poſsit, in loco contractus matrimonij: ſed in loco domicilij viri actio datur, per hunc textum. quod tamen limitat Baldus [5], vt tantùm habeat locum in muliere repetente dotem, ſi diuertat, vel in hæredibus illius, ea mortua: nam extraneus ſtipulans dotem nō domicilium mariti, ſed locum contractus ſequitur. Igitur quod ad mulierem ſpectat, ſemper domicilium mariti inſpicitur: ex quo euenire Bartolus [6] ait, vt ſi in loco domicilij ſit ſtatutum, vt vir dimidium dotis lucrifaciat, quod non perinde ſit in loco contractus, nihilominus ex beneficio ſtatuti domicilij ſui, ad dimidium dotis vocabitur [7]. Huc applicatur quod aliquando in CVRIA Pariſienſi iudicatum eſt [8], vir & vxor degebant Lugduni (quæ ciuitas iure ſcripto regitur) vir prædium comparauit conſtante matrimonio Lutetiæ (qua in vrbe cōſuetudo eſt [9] vt quæſita à cōiugibus durante matrimonio communicentur) diſceptabatur, an mortuo viro vxor poſsit intendere deberi ſibi dimidium in prædio illo ex conſuetudine Lutetiæ: & placuit non poſſe: domicilium enim, non contractus locus attenditur [10]. His adde quod inferiùs dicitur in eandem fere ſententiam [11].

Locus domicilij mariti in dote ſpectatur.

3 l. ſi fundus. infrà de eui. vbi dixi.
4 l. hæres. §. j. ſuprà eo.
5 in l. j. ibi, ſed ſtatim quæro. de pri. dot. C. in ij. col.
6 hic. & in l. cunctos populos. j. q. C. de ſum. tri.
7 Bal. in c. j. §. j. de inueſt. rei alie. fac. in vſib. feud.
8 In menſe Martio, anno 1549.
9 de qua eſt text. in c. ij. de donat. inter vir. & vxo.
10 vide Io. Lucium in placitis Cur. art. iij. titul. de commiſſ. inter coniug. cō.
11 in l. ſi fundus. de euict.

SI QVIS INTENTIONE. L. LXVI.

VIDES permitti partibus interpretari libellum, & dicta ſua: quod an fieri debeat ante litem conteſtatam, vel poſt infrà annotabitur [12]. Erit verò actoris interpretatio in principio litis, cùm ei faueatur eo tempore: de quo vide quæ habentur in l. de die. ſuprà qui ſatiſd. cog. In cōtractibus autem quid ſit ſtatuendum ſuperiùs monuimus [13].

Interpretari libellum partibus licet, & quando.

12 l. in delictis. §. vlt. infrà de nox.
13 in l. veteribus. ſuprà de pactis.

AD PEREMPTORIVM. L. LXVIII.

Vocatio an ſit peremptoria.

CVM loquimur de iis quæ extra iudicium expediuntur, magis eſt vt qualibet denuntiatio iudicetur eſſe peremptoria [14], licet non adiiciatur *peremptoriè*: idem eſt ſi iudex ipſemet imperat partibus vt aliquid faciāt [15]. At in iudiciis res expeditur tribus denuntiationibus, per hūc textū, vel ſaltem vno peremptorio: & tunc debebit exprimi hæc vox, peremptorium [16], vel æquipollens, nempe iudex edicat ſe aliàs proceſſurum, niſi pars ad diem conſtitutum veniat [17]. Planè hoc neceſſe non erit in caſibus quibus poteſt iudex de plano negotium terminare [18]. aliàs ſi res expediatur in forma iudicij, tres denuntiationes

Peremptoriū.

14 l. Titia. §. vſuras. de lega. ij. Bar. in extrauag. ad reprimend. in verb. in termino.
15 l. ij. quem. & quan. iu. & ibi glo. & Bart. & Pan. in c. ex literis. de conſt.
16 l. & tertium. infra eod.
17 l. in peremptorio. infra eod. & Bart. hic. & in l. ſi finita. §. Iulianus. de dam. infect.
18 cle. ſæpe. §. ſententiam verò. & ibi gloſſ. not. de verb. ſignific.

denuntiationes vel ſaltem peremptorium, requirentur [1]: niſi apertè dixiſſet prima vocatione, ſe non venturum: quia amplius non euocatur [2]. Itē quoad expenſas, vna citatio etiam minimè peremptoria ſufficit [3]. Sic terminus ad proponendas exceptiones, peremptorius eſt, licet non exprimatur [4]. Sed quod dicitur, vnum peremptorium poſſe à iudice pro omnibus dilationibus interponi, non habet locum in pœnalibus: ideo per trinam denuntiationem perdit clericus priuilegium ſuum [5], cùm ſe negotiationi dedit: non tamen vna peremptoria ſufficeret [6]: quod æquitatem habet.

Ad exceptiones termini ſunt peremptorij.

ET POST EDICTVM. L. LXXIII.

AN abſens tam actor quàm reus poſsit damnari, in ciuili aut criminali, vide quæ ſunt relata in l. abſentem. de pœnis. infrà. Item attende hic, eum qui peremptorio non venit nō debere iterum in ius vocari, ſed citari, hoc eſt, in ipſo iudicio & tribunali euocari per præconem, an deſit: quod contra veterum opinionem Duarenus multis exemplis & argumentis comprobat [7]. Præterea ex fine legis habes, verum contumacem non appellare, ſed præſumptum ſic [8]. Quis autem verus contumax dicatur relatum eſt in l. pe. ſuprà de in integ. reſt. Et de toto hoc genere vide gloſſ. magiſtram in clemen. j. de dol. & contumac.

In ius vocari & citari differūt.

Verus contumax & fictus.

1 per hunc text. & l. tres. quemo. & quand. iu. & ibi Bal. ad fin.
2 glo. Bar. & Bal. in dicta l. tres.
3 glo. in c. ij. de procur. extrà. Panor. in ca. vlti. de dol. & contu. vlt. col. noto in l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. infrà de pign.
4 c. paſtoralis. & ibi Panor. de except. glo. in cle. vnic. de excep.
5 c. vlti. de cler. non reſid. ca. in audientia. de ſent. excom.
6 glo. in cle. j. de vi. & ho. cleric. Panor. in c. vlt. de vit. & hone. cler. j. col. gl. ij. de mili. vaſ. qui contr. in feud.
7 lib. ij. anniuer. diſp. c. vij. noto in l. j. de in ius voc.
8 l. ab eo. C. quomodo & quand. iud.

DE QVA RE. L. LXXIIII.

Notatur in l. ſolemus. §. latrunculator. ſuprà eod.

§. CVM ABSENTEM. Iudicium acceptum à procuratore pro defuncto, nullum eſt, vt hic [9], etiam ſi pro eo ſententia eſſet lata [10]: quod etiam locum habebit, licet aduerſarius aut iudex ignorent mortem: neque enim culpa aliqua in domino argui poteſt, quòd non denuntiauerit aduerſario mortem ſuam [11]: ſin autem reuocatum eſſet mandatum expreſsè à domino, an debeat aduerſarius certior fieri, habes in l. ſi pro curatorem. ſuprà de procur.

Iudicium cum mortuo redditum inutile eſt.

9 & l. pe. quæ ſen. ſine ap.
10 per ea quæ ponuntur in l. licet. ſupra eod.
11 tex. in l. eius. §. quas verò. infrà ſicer. pet. & ibi Iaſ.

SI PRAETOR. L. LXXV.

TRACTATVM eſt à conſultis vtriuſque iuris, an qui executor ſententiæ vel alicui rei datur, poſsit cognoſcere de viribus ſententiæ, aut iis quæſtionibus quæ in executionibus vſuueniūt. Bene verò tribus caſibus tota quæſtio ſtatuitur [12]: aut enim executio committitur ante omne negotium, & cognitionem, quo caſu propius eſt vt talis executor nomine iudicis dignetur, & poſsit cognoſcere de quæſtionibus quæ in diſceptationem cadere poſſunt: vt cùm mandatur alicui beneficium conferri: admittuntur enim exceptiones contra reſcriptum, impetrantem, & executorem [13]: vel cùm mandatur, *Reſtituas Titium ſpoliatum, ſi ita eſt*: nam videntur omnia mandari quæ ad explicandum negotium pertinent [14]. Hæc autem intelligenda erunt, cùm mandatur exequendum aliquid quod iuris eſt: ſi autem nudum miniſterium & factum, nulla executori cognoſcendi poteſtas eſt [15]. Altera pars eſt, cùm mandatur executio poſt ſententiam ante executionem diſcuſſam: & iſte executor etiam iudicis appellatione venit [16], & aſſumit cognitionem ſuper rebus, quæ in executionem veniunt [17], at ſuper exceptionibus quæ contra ſententiam opponuntur, &

Executor an cognoſcat de exceptionibus.

Executor initio negotij datus.

Executor poſt ſententiam ante executionē.

12 ſecund. Panor. & cæteros in c. de cætero. de re iudica.
13 c. ad aures. c. cùm adeò. c. poſtulaſti. de reſcript. gloſſ. in ca. paſtoralis. §. quia verò. de off. delega. Panor. in c. vlti. de præſumpt.
14 l. ij. ſuprà de iuriſd. omn. iudi. c. præterea. de offic. deleg.
15 c. vlt. de offi. deleg. §. vl. l. executorem. de execut. rei iudic. C.
16 l. à diuo. §. ſi ſuper. de re iu. l. & ſi nō cognitio. & ibi Bal. ſi contra ius vel vti. c. cū ſuper. de re iu.
17 d. §. ſi ſuper.

directè ſententiæ aduerſantur, non cognoſcit, per hunc textum [1]: debebit verò eo caſu remittere negotium ad ſuperiorem [2]. Et ita intellige hic textum in §. *Marcellus.* vt iudex admittat querelam, non cognoſcendo, ſed remittendo. Cùm verò non omnino & directè exceptiones ſententiæ repugnant, ſed eam temperant, executor eas admittit, & ſuper illis iudicat, vt euenit in exceptione, vt quatenus facere quis poteſt, cõdemnetur [3]. Planè exceptiones quæ opponuntur ad merita cauſæ, à tali executore non admittuntur, ſed negotium rẽmittere debebit [4]. Datur & tertius caſus, cùm executio ſentẽtiæ committitur poſt ſententiam latam, & diſcuſsionem executionis: & magis eſt vt is nudus executor appelletur, qui de nulla re cognoſcit, ſed nudum factum exequitur [5]: & talis executor poſſet deiicere partem vi de poſſeſsione, ſi lata ſententia eſt [6]. Nec omittendum eſt eos qui exequendis ſententiis præficiuntur, quòd ij qui ſententias tulerunt, eas exequi non poſſint, habere omnem cognitionem [7]. An autem ſententia ex falſis argumentis lata, ſit inutilis & nulla, habes in l. ſcire. §. cõſequens. de exc. tut.

Executor poſt executionis diſcuſsionẽ datus.

Sententia ex falſis allegationibus lata.

1 & ca. paſtoralis. §. quia verò. de off. deleg. & ibi gloſſ.
2 c. de cætero. de re iud.
3 l. pe. de confeſſ. infrà.
4 d. l. penul.
5 l. ſi vt proponis. & l. executorem. de exec. rei iu. l. vlt. §. vlt. de off. deleg.
6 l. qui reſtituere. de rei vindi. infrà l. prohibitũ. de iur. fiſci. lib. x. C. vide Panor. fuſè in d. c. de cætero. & Bart. in l. a diuo. in princ. de re iud.
7 d. l. a diuo Pio. in princ. & ibi Bar.

PROPONEBATVR. L. LXXVI.

SCITVM eſt dignitatem non mori [8], nec mutari, vt hic: licet moriatur vel mutetur perſona quæ dignitatem gerit: & ſic idẽ erit iudicium ab anteceſſore cœptum, licet perficiatur à ſucceſſore: quia ſucceſſor ſuccedit inſtantiæ [9]: & ſic fideiuſſores accepti coram anteceſſore, tenerentur ex iudicio & ſententia ſucceſſoris: aliud ſtatuitur ſi ad iudicem diuerſi fori itum eſſet [10]. Ex his efficitur vt quamuis iudicium iniuriarum ad hæredes non pertineat, tranſit tamen ad ſucceſſorem in dignitate: nam pro iniuria illata prælato vt prælato, poteſt ſucceſſor iniuriæ diſceptare, etiam lite non conteſtata: neque enim moritur dignitas [11]. Sic licet declaratio voluntatis ad hæredes non tranſeat [12]: ſucceſſor tamen anteceſſoris ſententiam declarat: item expenſas æſtimat, quarum reputationem anteceſſor ſibi reſeruarat, per hunc textum [13].

Dignitas non moritur.

Prælatus ſucceſſor tenetur de iniuria facta ſucceſſori.

8 cap. quoniam Abbas. de off. deleg. c. ſi gratioſè. de reſcrip. libr. vj.
9 l. mortuo. infra eod. vide Guid. pap. q. cclxxix. in deciſ.
10 l. iij. & pe. iud. ſol.
11 Panor. in ca. quod ſicut. de elect. iij. col.
12 per tex. & glo. in l. Pomponius. §. vlt. de rei vin.
13 Barto. in l. ab executore. pe. col. infra de app.

IN PRIVATIS. L. LXXVII.

HABES in l. qui iuriſdictioni. ſuprà de iuriſdictione omnium iudicum.

EVM QVEM. L. LXXIX.

NON omnis qui vincitur, ſed qui temerè aduerſario litem intendit, damno expenſarum afficitur, vt hic in text. cum gloſſ. Ex quo fortaſſe retinenda eſt Hoſtienſis [14] ſententia, qui exiſtimat virum probatæ vitæ, qui cauſa cecidit, non debere expenſas aduerſario reficere, propter opinionem boni nominis. Sed & qui tribus edictis per diuerſa temporum interualla eſt euocatus, ſi comparet in vltimo, damnatur in expenſis pro duobus primis [15]: perpetuúmque eſt vt de æſtimatione expenſarum quas fecit victor, deducatur id quòd aliâs domi fuiſſet expenſurus: Bartolus hic [16]. Nec eſt omittendum, quòd victor reputat victo in expenſarum ratione, etiam ea quæ gratis habuit: quod Pariſiis à CVRIA iudicatum

Litigator bonus non reficit expenſas.

In expenſis reputatur qđ gratis factum eſt.

14 in c. finem litibus. de do. & contu. pe. col.
15 authen. qui ſemel. & ibi Bar. quomod. & quand. iud. & gloſſ. in verb. rationabili. in c. ij. de procu.
16 per l. ij. de in rem verſo. vbi pono.

eſt [1] in perſona cuiuſdam qui obtinuerat literas, pro quarum ſigillo ex prærogatiua officij nihil dependerat: placuit enim eas reputari aduerſario victo poſſe. idem eſt ſi ei qui vicit, aduocatus gratuitam operam præſtitit, ſi tamen animo remunerandi id fecit: nam ſi donandi cauſa, non repeteret in expenſarum taxatione: quod mihi ad iuris mētem videtur pertinere [2]. & hoc Speculator tenet [3]. Huc adde quod & CVRIAE Pariſienſis decreto continetur [4], eum qui litigantium alieri ſurrogatus eſt, ſi cadat cauſa, etiam anterioris temporis expenſas debere: cum ſua enim cauſa iudicium ſuſcepiſſe videtur, ab eodémque ordine cautum & iudicatum eſt [5], eas expenſas litis non eſſe reputandas, quæ ante litem inſtitutam factæ eſſent, licet propter litem.

1 die x. Februar. an. 1512
2 in l. idēque. §. vlt. cum l. ſequ. & l. ſi vero non mand. & ibi Bal.
3 tit. de expenſ. §. vlt.
4 vij. Id. April. ann. 1517.
5 cal. Martijs ann. 1507.

De inofficioſo teſtamento.

SCIENDVM EST. L. I.

Querela datur parentibus, liberis & fratribus.

IVRE expeditum eſt inofficioſi teſtamenti querelam parentibus & liberis dari, item fratribus cōſanguineis, hoc eſt, ex eodem patre, licet mater ſit alia. Quod tamen beneficiū hactenus in fratribus admittitur [6], ſi turpis perſona eſt inſtituta [7]: vterinis autem minimè datur [8]. Nec mutat quod dicitur, ſublatam eſſe differentiam agnationis & cognationis [9]: illud enim in ſucceſſionibus ab inteſtato admittitur, non in iure rumpendi teſtamentū [10]. Planè ſi teſtator vnā turpē perſonā, aliam idoneam inſtituat, non datur querela, niſi pro parte turpis [11]. Item querela infringit teſtamentum, non tantùm pro legitima, ſed pro totis bonis [12]: ideóque is qui querela experitur, vniuerſum patrimonium auocat: ſi tamen alier ei in eodem patrimonio par tem non facit, quia pro illius parte agere non poteſt [13]. Ac beneficium querelæ quod ex hac lege fratribus datur, procedit ſiue ſint exhæredati, ſiue præteriti: nam fratrum prçteritio exhæredationem ſapit [14].

Querela totū patrimonium auocat.

6 per hunc tex.
7 l. fratres. C. eo. tit.
8 d. l. fratres.
9 Auth. ceſſante. de legit. hær. C.
10 d. l. fratres. & ibi Bal. in j. col.
11 l. cùm duobus. C. de inoff. teſt. l. ſi Titio. de leg. ij. Bar. & Bal. in d. l. fratres.
12 l. Pantonius. ſi quis à par. fue. manum.
13 l. mater. infrà. eod. & ibi glo. in verb. ſemiſſem.
14 l. maximum vitium. in medio. C. de liber. præt. Bal. in d. l. fratres j. col.

NAM ET HIS. L. V.

An hodie querelę inofficioſi ſit locus.

VETVS fuit quæſtio, an hodie habeat locum querela inofficioſi teſtamenti, propter iura noua. In quo vtimur opinione glo. hîc [15], quæ voluit non dari querelam, ſi non adiiciatur cauſa exhæredationis [16]: quod & idem ſtatuitur cùm apponitur & vera oſtenditur [17]: ſin autem falſa detegitur, datur querela: nam teſtamentum valet, vt authoritate Principali manifeſtè contenditur [18]: ſed quia cauſæ ab hærede nō probantur contra exhæredatum, reſcinditur teſtamentum, & ſic per querelam: quod enim nullum eſt reſciſione non eget [19].

15 & Bar. in l. j. de teſta. & Bal. in Auth. ex cauſa. de lib præteritis. C.
16 per Auth. non licet. de lib. præt. C.
17 l. liberi. C. de inoff. teſt.
18 in Auth. vt cùm de appel. cogn. in §. ſi tales igitur. ibi, reſciſſo. & ibi gl.
19 vide Bar. in d. l. j. de teſtam. infrà.

POSTHVMVS. L. VI.

Res inter alios acta quando alijs prodeſt.

§. SI QVIS EX HIS. Hic §. [20] eleganter tēperat quod dici ſolet, res inter alios actas aliis non obeſſe, vt non habeat locum, quoties aliquis nō petit quid ſibi dari, ſed petit aliquid fieri: nam eo modo lata ſententia pro vno, ad omnes ſpectat: vnde cùm petitur reſcindi teſtamentum, victoria omnibus proficiet [21]: etiamſi is qui egit, nullum omnino ius habebat,

20 & l. filio §. vlt. ibi. nā priore. & l. ſi non mortis. §. vlt. inf. eo.
21 per hunc tex. & Bar. hîc. & Innoc. in c. in noſtra. vlt. col. de procur.

nec poſſet eo nomine in iudicio conſiſtere, modò non ſit error ille expreſſus in libello [1]. Itaque quamquam ſententia etiam ad libellum, qua quid fieri petebatur, lata non præiudicet aliis, ſi cum eo lata eſt, qui eo qui nomine ſiue qualitate agebat, vt principaliter eius non intereſſet [2]: ſi tamen lata eſt cum eo cuius potiſsimum intereſt [3], vel ſaltem cum eo qui ſe pro tali gerebat, ſententia valet quoad omnes, per hunc textum, niſi colluſio arguatur [4]. vel niſi pro parte ſua tantùm egit [5]. ſed ne agente eo qui principalis eſt, aliis præiudicium fiat, poſſunt iſti adeſſe cauſæ, & appellare [6].

§. SI QVIS INSTITVTA.

HOC iure querela nõ tranſmittitur ad hæredes niſi præparata: ſed ad præparationem habitus requiritur, nempe vt querela ſit nata, & ſic poſt aditam à ſcripto hæreditatem: quia ante aditam hæreditatem querela non naſcitur [7]: requiritur & actus, nempe vt præparatio aliqua præceſſerit, quod hîc [8] explicatur per Iuriſconſultum. Quòd ſi iam erat acceptum iudicium, & ab eo receſſum per repudiationem querelæ, extinguitur omnino querela etiamſi is cum quo tranſactum eſt, pactis non ſtaret [9]: & ſic nõ tranſibit ad hæredes [10], ſin autem à querela receſſum eſt per liberationem, ſiue pactum nudum, vt & Alciato viſum eſt [11], ſi non ſeruentur ab aduerſario cõuentta, ex integro querela agi poteſt, & tráſibit ad hæredes [12], & ita quæ mirabiliter aduerſantur, conciliari ſolent. Item iure ſpeciali in liberis admittitur, vt querela etiam non præparata ad eos tranſeat [13]: niſi pater fuerit ingratus, vel repudiauerit, vel quinquennium tacuerit, aut legatum habuerit: quibus caſibus rectius dicitur, non fieri tranſmiſsionem ad hæredem filium [14]: quam ſententiam ſic exaudimus, ſi ex perſona patris agat: nam ſi ex ſua perſona queritur, ſibi nec ingratitudo, nec repudiatio, nec quinquennale ſilentium patris oberit. In querela enim perpetuum eſt, vt primo excluſo repudiatione, ſententia, vel tempore, ſequẽs admittatur [15]: quod & Baldus [16], Azo [17], & Dynus [18] probant. Quibus annecte quod annotauimus in l. ſi qua pœna. ſuprà. de his qui ſunt ſui vel alie.

PAPINIANVS. L. VIII.

PERTINET ad l. ſed etſi vnius. §. filioſa. infra. de inoff. teſt.

§. SI QVIS POST. Deſiſtenti amplius querela nõ datur, vt hîc, at hæredi eius ex perſona ſua nempe hæredis, rectè accommodabitur, vt fuſe noto in l. poſthumus. §. vlt. ſupra eod. nam in querela ſucceſſorium edictum locum habet [19]: at ex perſona deſiſtentis minimè [20].

§. SI IMPERATOR. Licet inſtitutio ſit collata in piã cauſam, vt cùm eccleſia vel pauperes inſtituti ſunt [21], item ſi Imperator, aut Rex, nihilominus magis filiorum cauſæ fauetur: ideoq; eis ſemper querela applicatur, per hũc textum. Ex quo habes propter legitimã, legata pia minui, quod nõ vtiq; in falcidiæ quarta dicitur, quę de legatis piis non deducitur [22]. Item ſicut teſtamenta pia liberorum gratia reuocantur, ita & donationes inter viuos [23], benignéq; dicitur, tales reuocationes donationum ad hæredes migrare, cùm ipſo iure fiant per natiuitatem liberorum [24]. Et adde legitimæ tantum fauorem eſſe, vt etiam nõn confecto inuentario debeatur [25].

§. Sed

Sententia cum eo lata cuius potiſsimũ intereſt, alios tenet.

Querela non competit niſi adita hæreditate.

Querela præparata hæredibus datur.

Ad filios tráſmittitur querela etiam non præparata.

Primo excluſo alij admittuntur.

In querela ſucceſſorio edicto locus eſt.

Legitima detrahitur de cauſa pia, non Falcidia.

1 l. ſi expreſsim. de appel. cum ſimil. & Bal. in l. ij. de re iud. ad fi.
2 l. j. de excep. rei iud. infrà. l. cũ non iuſto. de col luſ. deteg.
3 l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. infrà. eo.
4 l. ſi ſeruus plurium. §. j. de leg. j.
5 l. filio. in prin. infrà. eo.
6 l. ſi ſuſpecta. infrà. eo.
7 l. pe. §. illud. C. eo.
8 & in l. ſeq.
9 l. cùm mota. de trãſ. C.
10 l. ſi quis filium. ad fin. de offi. teſta.
11 lib. v. parado. cap. vj.
12 l. ſi inſtituta. infrà. eod. in prin. Bal. in d. l. cùm mota. j. col.
13 l. ſi quis filium. C. eo.
14 vt d. l. ſi quis filium. & l. nam etſi. §. j. infrà. eo.
15 l. pater filium. & l. ſi is qui. infra. eo. l. j. de bo. poſſ. cont. tab.
16 in d. l. ſi quis filium. ij. col. & l. ſi is qui. infra. eod.
17 in ſumma. C. eod.
18 in c. non debet alteri. de reg. iur. lib. vj.
19 l. ſi is qui. infra eo
20 l. nam etſi. §. j. infra eo.
21 l. j. §. ad municipium. ad l. Falc.
22 Auth. ſimiliter. ad l. Falc. C.
23 l. ſi vnquam. de reuoc. donat.
24 Guid. pap. q. ccxiiij. in decis. Grat.
25 doct. in Auth. hoc amplius. de fideicom. Bald. in Auth. ſed cùm teſtator. ad l. Falc.

Contra vulgarem & pupillare ſubſtitutionem querela non eſt.

§. Sed nec impuberis. Ex hoc §. infertur, contra ſubſtitutionem pupillarem querelam non admitti, tam ex parte eorum qui pupillo ſuccedunt, quàm ex parte ipſius pupilli [1]: quod etiam locum habet in fideicommiſſaria ſubſtitutione: tunc enim querela non datur, ſed ex Trebelliano quarta deducitur [2]. At contra exemplarem aut (vt Duarenus loquitur [3]) quaſi pupillarem ſubſtitutionem querela competit [4]. Igitur directa ſubſtitutio fit ipſi pupillo in ſua legitima, & ſic

De ſubſtitutione pupillari nõ ſubducitur quarta.

eo modo in ſua legitima oneratur [5]: nec eã omnino ab onere ſubſtitutionis poteſt eximere [6], ſi tamen in pupillari ætate decedat: ſin autem ſubſtitutio illa fit puberi, non admittitur ſubſtitutio in legitima [7], ſed illa de ſubſtitutione ſubducetur, vt curiam Pariſienſem iudicaſſe Lucius Pariſienſis refert [8]: fideicommiſſaria autem ſubſtitutio verius eſt, vt in legitima fieri non poſſit: quod & placito curiae Pariſienſis cõtinetur [9]. & ita intellige leges omnes, quæ tolluntonus de legitima [10]: nam eo caſu habent locum quartarum deductiones [11], nec querela admitti ſolet per hunc textum. Item qui ſubſtitutus eſt filio impuberi, grauatur, idque lege permittente [12].

At de fideicõmiſſaria detrahitur.

1 per hunc text. & §. ſi quis impuberi. infra ea. l. ſac. l. ex tribus. C. eod.
2 c. j. de teſta. libr. vj.
3 c. vij. lib. ij. diſp. anniuer.
4 Bal. in l. humanitatis. in iiij. col. ibi, tertio oppono ſi gl. de impu. & alijs. C.
5 vt hic. & d. l. ex tribus.
6 c. j. de teſta. lib. vj.
7 l. coheredi. §. cum filio. infrà de vulg. & pup.
8 de fideicom. her. lib. viij.
9 die vij. Martij, anno 1548.
10 l. quoniam in prioribus. de inoff. teſt. C.
11 d. c. j. de teſta. lib. vj.
12 l. ſi Titio. §. vlti. de leg. j.

§. Si quis impuberi. Hunc textum allegaui ſupra ead. l. §. ſed nec impuberis. Quod autem infrà ſequitur [13], alibi tractatum eſt [14].

13 §. quoniam.
14 l. qui repudiantis. infra eodem.

Legitima non deducitur, niſi ſatisfactum ſit æri alieno.

§. Quartae. Quamquam ex ſententia Baldi [15], legitima vt æs alienum reputetur, tamen obtinuit non detrahi legitimam, niſi priùs æs alienum verum, & funeris impenſa ſit ſubducta, per hunc textum: nam ſi ære alieno patrimonium abſorberetur, non haberet legitima in quo poſſet conſiſtere [16]. placuit tamen ante legitimam detrahi, quàm libertates aut legata etiam ad pias cauſas [17], vel remuneratoria: niſi vſque ad eam quantitatem quæ exigi poſſet: ea enim vt æs alienum verum ante legitimam præcipua capitur [18]: & ſic hoc caſu corrigitur hic §. [19]. at Falcidiæ quarta non deducitur de libertatibus: ſed libertates eum minuunt, & hoc caſu remanet hic textus [20]. Quem, quia difficilis iudicatur, ſic potes explicare: euenit vt pater filio hæreditatem relinqueret, item ſeruis libertates legaret: in reputatione quartæ ineunda quæſtio eſt, an de vniuerſo patrimonio quarta ſit deducenda, an verò prius libertates præſtandæ, vt ſic minuant legitimam: cui reſpondetur, magis eſſe vt libertates & quartam legitimæ & quartam Falcidiæ minuant. Sed iſta forſan olei ſunt & paleſtræ.

Legitima præcedit legata.

Species textus

15 in l. ij. de lib. & poſth. ad fin. C.
16 l. vlt. §. in computatione. & ibi Bal. de iur. delibe.
17 ſupra ea. l. §. ſi Imperator. vbi noto.
18 l. qui vxori. de auro & arg. leg.
19 auth. de trien. & ſemiſ. §. prohibemus.
20 & l. ſi ſeruus. ad legem Falcid.

Datum conditionis cauſa, in quarta naturæ cõputatur.

§. Si conditioni. Datum cauſa conditionis implendæ in legitimam iure naturæ debitam imputatur, vt hic: nec mutat quod hodie iure inſtitutionis legitima debetur [21]: quia ſufficit aliquid iure inſtitutionis capi, reliquum quoquo capiatur titulo, nihil intereſt [22]. Item quod dicitur fructus in legitimam imputari, locum hodie non habet: nam hodie legitima quæ ex natura venit, debetur in vniuerſa ſubſtantia, ſcilicet in vſufructu & proprietate [23]. Item ipſo iure capitur [24]; cùm ergo iam ipſo iure ſit deducta, in fructibus compenſationem non admittet [25]. In cæteris quartis iura vetera remanent.

Fructus in legitima non reputantur.

21 §. aliud quoque. in authen. vt cum de app. cog.
22 Bart. hic. & Bal. in l. omnimodo. j. colũ. de inoffic. teſtamen.
23 auth. nouiſſima. de inoff. teſt. C. & l. ſcimus. §. repletionem. illo tit.
24 l. ſcimus. in princ. C. eo.
25 Bal. in d. l. ſcimus.

§. SI FILIVS. Querela intenditur per modum actionis, item per modum exceptionis & contradictionis, vt hic: in vtraque via rectius dicitur, excludi querelam quinquennio [1]. Nec aduerſatur quòd quæ ſunt ad agendum temporalia, perpetua ſint in excipiendo [2]: quia illud locum habet, cùm ius excipiendi materiam ſibi ſubiectam diuerſam habet à iure agendi: vt in exceptione doli dicimus, quæ ad indemnitatem conſeruandam accommodari ſolet, at actio de dolo ad pœnam doli intenditur. Cùm autem ius excipiendi non habet cauſam diſtinctam à iure agendi etiam tempore excluditur inſtar iuris agendi, vt hoc caſu [3].

Querela finitur quinquẽnio.

Quando quæ tẽporalia ſunt agendo perpetua ſint excipiendo.

1 l. ſcimus. §. illud. C. eod.

2 l. pure. §. vltim. infrà de dol. excep.

3 Pan. in c. ſi autem. ad fi. de reſcrip. & Bart. in l. querelam. de fal. C.

§. MEMINISSE. Eleganter dicitur aliud eſſe ab indigno quid auferri, hoc enim fiſco applicatur, vt hic: aliud ab incapace, iſtud enim apud hæredem permanet: vt cùm legatur ſpurio [4], vel deportato [5], & ſic reprehenditur gloſſ. in l. j. de hær inſt. C. quæ voluit relicta deportato in fiſcum cõmitti [6]. Itẽ quod dicimus ab indigno ablatum, fiſcum ſequi, toties habet locũ, quoties qua culpa in eo à quo aufertur argui poteſt: nam ſi nulla illius culpa detegitur, non applicatur fiſco, ſed hæredi competet [7]. Itidem ſi indignitas fauorem alicuius reſpicit, illi applicatur commiſſum non fiſco [8].

Ablatũ ab indigno, datur fiſco.

Ablatum ab incapace hæredi debetur.

4 l. j. de nat. lib. C. Bart. in l. j. de delato. lib. x. C.

5 l. ſi in metallum. de his quæ pro non ſcript. hab.

6 Bar. in d. l. j. de hær.

7 per text. in l. ſi pater. C. de hær. inſt. & ibi Bart. poſt gloſſ.

8 l. pen. C. de lega.

§. SI EX CAVSA. Habes in l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ſupra eod. Quod autem dicitur hic reſciſſo teſtamento, & reſcindi libertates & legata, corrigitur iure nouo [9].

9 auth. ex cauſa. de liber. præter. C.

TITIA. L. XIII.

CVM dicitur nullum teſtamentum ex alia cauſa quàm per querelam, ex vi repetitionis ab inteſtato debentur legata [10]: ſi autem per querelam, repetitio iſto iure nihil proficit legatariis, per hunc textum: tamen iure nouo [11] legata debentur.

Repetitio ab inteſtato.

10 l. eam quam. de fideicõ. vbi vide alios caſus in gloſſ.

11 auth. ex cauſa. de liber. præter. C. & ibi Bar. ad fin. & hic.

PATER FILIVM. L. XIIII.

FILIO à querela excluſo per ſententiam pater admittitur: ſic & nepos ex beneficio edicti ſucceſſorij, quod in querela locum habet [12]. nec multum facit quod dici ſolet, non debere inſtitui vel exhæredari eum quem alter præcedebat [13]: quia verè dicitur talem non admitti ad querelam ex perſona eius qui præcedebat, ſed ex perſona ſua admittetur [14]. & hæc fuit opinio Bulgari, quam tenet Bartolus hic [15]. Item hic eſt caſus, quòd excluſus per ſententiam à querela, repellitur à ſucceſſione: licet teſtamẽtum pòſt ad cauſam inteſtati deueniat: idem in eo qui excluditur per repudiationem [16].

Filio excluſo à querela admittitur aut pater aut nepos.

12 l. ſi is qui. infrà eod. nota in l. poſthumus. §. vlt. ſupra eodem.

13 l. ſi quis filio. in princ. de iniuſt. rupt. & irrit.

14 l. iij. §. ſi emancipatus. de bo. poſſ. contra tab.

15 & Dy. in d. l. iij. & Cyn. in l. ſi quis filium. C. eo.

16 l. qui repudiantis. infrà eodem.

NAM, ET SI PARENTIBVS. L. XV.

LICET prior ſit cauſa filiorum quàm parentum in ſucceſſione [17], tamen non minus piè parentibus quàm liberis relinqui debet, vt hic. Ex quo efficitur ſecundum omnes [18], vt quemadmodum filiorum quarta aucta eſt ad trientem & ſemiſſem [19], ita & parentum. Quod non idem admittit in fratribus Baldus [20]. Huc annectitur & quæſtio, an ſicut filijs debet relinqui iure inſtitutionis [21], ita & parẽtibus: quod magis eſt. nã ex decreto principali [22], eadẽ obſeruatio eſt in liberorum

Legitima parentum aucta eſt ſicut filiorum, ſed non fratrum.

Iure inſtitutionis relinquitur parentibus.

17 l. pater. ſupra eod.

18 Bar. hic, & Bal. in l. Titia. ſupra eo. & in auth. nouiſſima. C. eo.

19 d. auth. nouiſſima.

20 in l. fratres. ij. col. ibi, ſed nunquid. C. eod.

21 §. aliud quoque. in authen. vt cum de app. cog.

22 §. & hæc quidem. vt cũ de app. cog. in auth.

rum

rum & parentum teſtamentis:quod Baldo placet[1].Reliquum quod in hac lege [2] de præparatione querelæ dicitur, pertinet ad id quod diximus in l.poſthumus.§.vlt.& l.Papinianus.§.ſi quis pòſt.ſupra eod.

Rupto teſtaméto ex parte, tabulæ pupillares & legata an valeant.

§. FILIVS. Aliquis ex interuallo & caſu poſt aditionem contingente,poteſt ex parte teſtatus,& ex parte inteſtatus fieri:vt cùm legitimus vnum ex hæredibus in querela vincit, alium autem non [3]. Ideóque debita pro parte præſtabuntur per hunc textum. At rupto teſtamento ex parte,tabulæ pupillares non rumpuntur, ſed omnino valebunt [4].

FILIO. L. XVI

HAEC lex videtur obſtare l.poſthumus.§. ſi quis ex his. ſuprà eod.& ibi relatum eſt.

QVI REPVDIANTIS L.XVII.

Qui nõ admittuntur non faciunt cæteris partem.

QVI repudiatione vel ſententia excluditur à querela, partem non facit alijs quibus ius integrum eſt,vt hic [5] : ſic in legatis & hæreditatum petitionibus, qui penitus ab eis ſummouentur,partem cæteris non faciunt [6]. quod non vtique verum eſt,ſi admitti eos ſpes eſſet [7].Hic etiam aptè & loco quæritur, an quia per auth. nouiſsima.C.eo. variatur reputatio trientis & ſemiſsis ſecundum liberorum numerum, debeant numerari qui ſunt iuſtè exhæredati, vel deportati, in hoc vt dicantur eſſe plures quàm quatuor,& ita ſit locus ſemiſsi: quod non eſt dicendum,per hunc textum. Nam exhæredati pro mortuis habentur,quantùm attinet ad ſucceſsionem eius à quo ſunt exhæredes facti [8]. Ideóque ſtante ſtatuto vt non extantibus maſculis fœminæ ſuccedant, erit ſtatuto locus,ſi maſculus ſit,ſed exhæredatus:nam pro mortuo putatur [9].

Exhæres pro mortuo habetur.

§.CVM CONTRA.Hic textus bellè temperat eas leges, quæ aliquibus caſibus ſententiam inter alios redditam, alijs nocere voluerunt [10], vt non habeant locum ſi ſententia in abſentem ſit data [11]: nam præſumptio eſt potius ob contumaciam, quàm quòd mala eſſet cauſa, condemnationem ſecutam. Ideo licet victus in querela, qui vſque ad ſentẽtiam perſtitit,amittat relictum ſibi in eodem teſtamento [12]:non ſic in eo qui victus eſt per contumaciam & abſens [13].Nam,vt dixi, ſententia contra abſentem lata,creditur non ob malam cauſam,ſed abſentiam data : quæ tamen præſumptio elidetur,ſi fuiſſet abſens ex cauſa probabili, vel ſi ex actis manifeſtè doceretur mala cauſa [14], vel ſi legitimè abſens fuiſſet defenſus [15].Nec tamen curioſè requirimus, vt omni parte iudicij adſit,ſed ſufficit tunc affuiſſe,cùm abſentia potuiſſet ei nocere,eo ſcilicet tempore quo probationes fiunt:nam ſi affuiſſet cauſa continuæ,defuit autem cùm res iudicaretur, abſentia nihil nocet [16].

Sententia contra abſente dicta nunquam nocet alijs.

Abſens qui dicatur.

MATER DECEDENS. L. XVIII.

Explicatio textus.

MATER Ex duabus filiabus vnam præterijt,aliam inſtituit in quadrante,& extraneam ex dodrante hæredem fecit:in quæſtione propoſita dubitari poteſt,qua ex parte præterita cum extranea queri poſsit:& magis eſt:vt pro ea parte tantùm querelam perferat, ex qua inteſtatæ matri erat ſuc-

1 *in l. omnimodo.de inoff. teſta.C.j eod.*
2 *§.hæredi.*
3 *fa.l.circa.infra eod.*
4 *l.in ſubſtitutione.infrà de vulg.& pup.l.Papinianus.§.ſed neque impuberis.ſupra eod.*
5 *& l.pater.ſupra eo.vbi noto.l.ij.infrà.ſi pars hared.pet.*
6 *l.ſi duobus.de leg. j.*
7 *l. Papinianus . § . quoniam.ſupra eo.*
8 *l.j.§.ſed & ſi patronus. infrà de coniung.cum eman.*
9 *Bar.in d.l.j.& l.j.quãdo & quib.quar.pars deb. lib.x.C.*
10 *vt l. ſæpe.de re iud.l. poſthumus.§.ſi quis ex his.ſupra eo.& ſimiles.*
11 *fa.l.ideo.infra de euict.*
12 *l. alia. de his quib. vt ind.C.*
13 *l. Papinianus.§.meminiſſe.ſupra eod.*
14 *l.ij.de contr.iud.tut.& ibi gl.ſingul.ponit vtrũque caſum.& Bal. in l. ij.pen.col.quib . res iud. non noc.*
15 *l.ſi ideo.infrà de euict.*
16 *Bar.in l.ſi ſuperatus.de pigno.*

ceſſura:nec enim incognitum eſt ex interuallo quem poſſe decedere pro parte inteſtatum,& pro parte teſtatum [1]. Vindicabit igitur, perlata querela ſemiſſem filia præterita,vt hîc in textu. Nam quod dicitur querelam totum patrimonium auocare [2], intellectum habet, niſi aliquis eodem eſſet gradu qui querenti partem faceret [3]: qui ſi repudiet vel tempore à querela excludatur, alter per ius accreſcendi totum petet [4]. Si tamen præterita quia nullus eam repellebat, pro toto patrimonio conſtiterit iudicio cum extraneo, etiam inſtitutæ ſorori prodeſt [5]:& ſic teſtamento reſciſſo per querelam præteritæ, vindicabit inſtituta,non id tantùm in quo inſtituta eſt, ſed virilem, vt hîc in fine,ſecundum opinionem Irnerij: quæ eouſque opinor perducenda eſt,vt habeat locum etiam ſi inſtituta adijſſet:nec enim prohibenda eſt ab inteſtato adire, licet anteà ex teſtamento adiiſſet:cùm ignorans, aut dubitans reſciſſum iri teſtamentum, adierit [6]. Et hæc in querela, qua ipſo iure teſtamentum fit irritum: at in contra tabulas poſſeſſione, admittenda eſſet diſtinctio gloſ.hîc[7], quam vidè.Et hæc forſitan ſatis ex hac lege probantur, licet multis non ſatis conſtet.

Errans, ignorans & dubius iure ſuo non excluduntur.

Qui de inofficioso. L. xx.

IN Dubiis,& donec aliter conſtet,ea opinio accipienda eſt, quæ teſtamento fauet [8]. Ideo qui contra teſtamentum queritur, intereà Carbonianam poſſeſsionem nõ habet:item nec actiones mouere poteſt, præter vnam petitionem hæreditatis,quam eodem libello cum querela cumulare poterit [9], nec enim admittendum eſt, vt ſub querela, petitio hæreditatis comprehendatur: poteſt enim quis vincere querela, & petitione hæreditatis cadere [10].

Querela & petitio hæreditatis cumulãtur.

Filius. L. xxii.

SICVT Pater expreſſè non poteſt edicere filio, quin querelam de inofficioſo perferat [11], ita nec tacitè filio nocet: vt ſi legatum in eo teſtamento ſibi factum, agnoſceret. Et nota verſum *Multomagis*. vbi hæres liti de inofficioſo à defuncto inſtitutæ ſuccedens, ſi vincitur, non perdit legatum ex ſua perſona veniens. Sic nec tutores alieno nomine querentes, aut aduocati, aut ſyndici perdunt ſibi relicta [12]:nam per eiuſmodi actus non videntur improbare teſtamentum. Diuerſa ratio obtinuit in approbatione, quę induci creditа eſt, ſi quis hæredi ſciens patrocinium vel aduocationem præſtiterit [13]: quod in ignorante non eſt recipiendum [14]. & hæc diſtinctio in teſtamento probatur, quod per conſenſum confirmari poteſt [15]. At ſi ego aduocatus aſſuerim alteri rem meam petenti, etiam ſciens, non perdo dominium [16], illud enim nudo conſenſu non admittitur [17].

Heres ſuccedens liti à defuncto inſtitutæ non amittit legatum.

Qui patrocinium hæredi pręſtat an approbet teſtamentum.

Si ponas. L. xxiii.

§.SI HAEREDITATEM. Hic §.eſt nobilis,vt per contractum initum cum hærede, approbatio teſtamenti inducatur. Sic per receptionem partis pretij rei ſuæ, inducitur approbatio venditionis, de re ſua ab alio factæ [18].Et hoc aliâs fuſius annotatum eſt [19].

1 l.nam & ſi.§.vlt.ſuprà eo. & l.circa.infra eod.
2 l.Pantonius.ſi quis à paren.ſue.manu.noto in l. j.ſuprà eo.
3 per hunc text. & gloſ.in verb.ſemiſſem.
4 l.ſi ponas.§.vlt.infra eo.
5 vt hîc.& l.poſthumus. §.ſi quis ex iis.ſupra eo.
6 per hunc tex.in verſ.cæterùm. & l.vlti.ad fin. prin.& ibi Bar. de ſuc. l.legitim.infra tit.j.
7 in verb.adeunda.
8 c.vlt.de re iud.l.ſi pars. ſuprà.eod.
9 gl.& Bar.hîc.
10 l.poſthumus.§.ſi quis ex iis.ſupra eo.Bar.
11 l. Papinianus. in prin. ſupra eod.
12 l.iij.§.aduocatum. & l. tutorem.& ibi Bart. de his quib. vt ind.l. aduerſus.§.j.infra eo.
13 l.ſi exhæredatus. infra eod.
14 l.qui cùm maior.§.ſi patroni.de bon.lib.
15 l.filio.de iniuſt.rup.& irrit.
16 l.inter.infrà de rei vin. l.nec petẽtem.de præſc. long.temp.
17 l.ſi quis vi.§. differentia.de acqu.poſſ.Bart.in d.l.inter.
18 l.quidã.infrà de emƈt.
19 l. Caius.infrà.de pig. act.

Si non mortis. L. xxv.

VIDETVR ex hac lege ius agendi ad ſupplementum etiam veteri iure cognitum fuiſſe: quod non admittunt doctores, ſed volunt mutari caſum. Verùm hæc nihil ad hanc ſcriptionem. Aptè autem quærere poſsis, ſi aliquid ſit relictum ea lege, vt is cui relictum eſt, hoc modico ſit contentus, poſsítne ille ad ſupplementum agere ex hac lege [1]: & rectius eſt nihil ei nocere prohibitionem petendæ ſuppletionis à teſtatore factam, per hunc textum [2]. Item filius ad repletionem legitimæ agit contra hæredem & legatarios ſimul pro rata [3]: quod intellige ſi legatariis corpus hæreditarium eſt legatum, hoc enim, ipſo iure reſecatur per legitimam [4]: ſin autem legata eſt quantitas in genere, tunc ab hæredibus tantùm petetur repletio [5]; quia quantitas non dicitur eſſe in ſubſtantia bonorum: at legitima ex ſubſtantia petitur [6]. Et ita intellige textum in authent. vt cùm de appellatio. cog. in §. cæterùm. vbi dicitur ab hæredibus peti repletionem.

An etiam contra legatarios ſuppletio legitimæ petatur.

1 & l. omnimodo. C. eod.
2 & §. cæterùm. in auth. vt cùm de appell. cog.
3 l. ſi libertus ſub conditione. §. j. de bo. lib.
4 l. linea. ad Treb. l. ſcimus. in princ. C. eo.
5 fac. l. cùm pater. in prin. de leg. ij.
6 l. ſcimus. §. repletionem. C. eo. Bal. in l. omnimodo. ad fi. prin. C. eo.

Si institvta. L. xxvii.

HVIC reſponſo aduerſatur lex, cum mota. C. de tranſaction. Sed placet opinio Alciati [7], quamquam diuinatione non careat, hîc ideo querelam ex integro perſerri poſſe, quòd nudo pacto eſſet renuntiata, & ſic non erat extincta: at in reſponſo Alexandri [8] à querela receſſum erat per renuntiationem, quæ ipſo iure tollit querelam: vnde ſi fides non ſeruetur, non querelæ, quæ extincta eſt, locus erit, ſed præſcriptis verbis erit agẽdum, quod & ſuprà dictum eſt [9]. Quòd autem hîc dicitur [10], aſſertionem vel negationem patris, qua vel negat, vel affirmat quẽ filiũ, nõ mutare veritatẽ, nec nocere filio [11]: vide quę dicuntur in l. filiũ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ſuprà.

Fortis ἀπορία.

7 lib. v. parad. c. vj.
8 l. cùm mota. de tranſactio. C.
9 l. poſthumus. §. vlti. ſupra eod.
10 §. ei qui ſe.
11 fac. l. etiam matris. de prob.

Cvm mater. L. xxviii.

IVRE iſto reſciſſo teſtamento per querelam ex cauſa exhæredationis [12], item nullo facto ex cauſa præteritionis [13], legata & cætera infirmantur. At iure nouiſsimo legata ſeruantur, quoties ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis reſciſſum eſt teſtamentum [14]. In præterito tamen filio admittitur diſtinctio Bartoli [15], vt legata & cætera remaneant reiecta inſtitutione, quando filius præteritus eſt à ſciente patre: ſin autem pręteritus eſſet ab ignorãte, omnia reſcinduntur [16], & ius vetus remanet. Et hanc opinionem Bartoli, Alexander & cæteri communem volunt. Cui non obſtat l. vlti. de hæred. inſt. infrà, vbi ſi putans teſtator deceſsiſſe eum, quem priùs inſtituerat, alium inſtituit, rupta hac ſecunda inſtitutione legata remanent: quia ibi erat præteritus is, cuius præteritio non facit nullum teſtamentum. Sic nec obſtat hæc lex: quia pòſt ad finem corrigitur per Iuriſconſultum ſecundum Barto. hîc [17]: quod rationem habet.

Reſciſſo teſtamento quando legata ſeruentur.

12 l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. ſupra eo.
13 l. filio præterito. de inoff. rup. & irr. teſta.
14 auth. ex cauſa. de lib. præt. & exhær. C.
15 in d. auth. ex cauſa.
16 fac. optimè tex. in l. vxorem. de manumiſ. teſta. l. ſicut. & l. ſeq. de mil. teſt. C.
17 & in auth. ex cauſa. iij. col. de lib. præt.

Si is qvi. L. xxxi.

NOTA hunc tex. & vide quæ habentur in l. poſthumus. §. vlti. ſupra eod.

Si exhaeredatvs. L. xxxii.

IN hanc ſententiam vide quæ ſuperius relata ſunt [18]. Et ad finẽ habes, eum qui vel ſuo nomine legatũ ſibi factũ petit,

18 l. filius. ſupra eod.

vel eius nomine cui eſt hæres, teſtamentum approbare, & eo modo querelæ videri obnuntiare, vt hîc: quod tamen non eſt expeditum in querela inofficioſæ donationis, quam non prohibetur intendere, qui legatum recepit, vel legati nomine egit: nec enim talis querela teſtamentum impugnat, ſed ad repletionem datur [1].

Legatum qui petit approbat teſtamentum.

1 *l. ſi quando. §. vlt. C. eo. Bar. in l. cùm donationibus. de inoff. donat. C.*

De hæreditatis petitione.

Si haereditatem. L. IIII.

AN ea quæ poſt litis conteſtationem reus cœpit poſsidere, in iudicium veniant, habes in l. quæſitum. infrà de pecu. Item an dominium ſuperueniens authori meo, mihi proficiat, pono in l. ſi quis alienam. infrà de act. emp. Hîc autem probè annectitur alia quæſtio, an titulus accedens alicui poſſeſſori poſt litem conteſtatam, proſit, & excludat agentem: quod ſine dubitatione dicendum eſt, ſi à vero domino acquiſierim titulum, aut ab eo qui agentem eſſet ſuperaturus [2]: at non idem ſi emiſſem ab eo qui nullum ius haberet [3]: quam diſtinctionem Bartolus & Baldus probant [4]. Nec aduerſatur, quòd res litigioſa non poteſt alienari à poſſeſſore lite pendente [5]: nam ipſi poſſeſſori valebit alienatio facta, & poterit ius illi confirmari [6]. Planè quoties reus ex culpa ſua acquirit pendente iudicio, vt cùm poſt acceptum iudicium rem vſucapit, non tamen hoc illi patrocinatur, ſed condemnatio fit acſi non vſu cœpiſſet [7].

An titulus poſſeſſori accedẽs poſt iudicium acceptũ proſit.

2 *l. ſi rem quam. infrà de euict. l. fundo. ad l. Fal.*
3 *l. ij. de pet. hær. C. l. ſumma. de pecul.*
4 *in l. cogi. de pet. hær. C.*
5 *l. ſequen.*
6 *l. per diuerſas. §. exceptis. C. mand.*
7 *l. ſi poſt acceptum. & ibi Bar. & Bald. infrà de rei vind.*

Divvs Pivs. L. V.

HODIE poſtquam controuerſia eſt mota, licet nondum lis conteſtata ſit, dicitur res litigioſa [8], & lis pendere [9]: ideóque alienatio inhibetur. Et valet ad quæſtionem de eo qui ſub pœna promiſit non mouere controuerſiam, vt ſola interpellatione extra iudicium facta, in pœnam incidat, per hunc textum [10]. Et quòd attinet ad aliud caput legis, habes in hac actione & in petitoriis ſuſtineri cognitionem propter obiectum falſi, quod in poſſeſſoriis nòn recipitur, quæ non ideo differuntur, licet teſtamentum falſum dicatur [11]. Sed & apud nos ſine diſtinctione id obſeruatur, vt quantumcunque teſtamentum falſum aut nullum arguatur, interea tamen dato repromiſſore legata & cætera impleantur, quod CVRIA Pariſienſis cenſuit [12].

Lis aut cõtrouerſia dicitur eſſe & pẽdere ante litẽ conteſtatam.

8 *auth. litigioſa. de litig.*
9 *clem. vlt. vt lit. pend.*
10 *Bar. in l. amplius. infrà rem rat. hab.*
11 *l. ij. de edi. diui Adria. toll. C. glo. & Bar. hîc.*
12 *xiij. Calen. Martij anno 1552.*

Si qvis libertatem. L. VII.

SECVNDVM vltimum intellectum gloſ. primæ [13], quam ſequuntur Bartolus, Paul. & alij, ſic res explicatur, vt ſeruo in teſtamento ſit relicta libertas: & in eodem teſtamento filius exhæres factus, extraneo inſtituto: nunc ſi ſeruus ab extraneo ſcripto libertatem petat, poterit ſcriptus opponere iudicium ſibi à filio præterito intendi, teſtamenti nomine [14]. Item & exceptionem eandem opponet filius, qui ad iudicium accedit, ne futuro iudicio præiudicium fiat. Ex quo euenit vt tertia perſona, in iudicium tranſuerſa poſsit incurrere, & impetrare vt differatur iudicium [15], impedireque execu

Species textus.

Tertia perſona iudicio incurrens impedit executionem.

13 *ibi, vel dic quòd ſimpliciter.*
14 *l. ij de excep. rei iud. & l. vlt. C. eo.*
15 *fac. l. ſi ſuſpecta. ſuprà tit. j. & l. Titia. Sol. matrim. vbi noto.*

executionem [1]. Addit Bartolus hanc exceptionem etiam à iudice poſſe opponi, quòd ſuæ iuriſdictioni quodammodo præiudicium afferri poſsit:& ſic hoc faciet etiam non requiſitus:quod ſatis ex hoc textu impleri videtur [2]. de quo vide in l. illicitas. §. veritas. de offic. præſ. ſuprà. Habes autem ex hac lege in vniuerſalibus iudiciis,quæ nunc mouentur,vel ſtatim mouebuntur, differri particularia: ne illis præiudicium creetur.Sic in iudicio de feudo aut prębenda accepto,interim ſilebunt particularium rerum lites, Bartolus hîc [3]:quod rationem habet,ſi vtrunque iudicium inuicem ſibi pręiudiciale eſt, vt hîc accidit:nam libertas querelæ inoſſicioſi præiudicium afferebat, & querela libertati: vnde præfertur querela tanquam maior.ſinautem libertas accuſationi aut querelæ præiudicialis erat,non accuſatio libertati,cauſa libertatis priùs eſt exequenda [4].

Particularia iudicia differuntur côſtante vniuerſali.

LEGITIMAM. L. VIII.

Nemo ignorans ius ſuum abnegat.

VIDES neminem eiurare ius quod ſibi ignorat competere [5]. & qui ignorans iudicium defuncti ſequitur, non eſt prohibendus à legitima hæreditate vindicanda, ſi modo fuit in ignorantia facti [6]:ſecus ſi in iure erraret [7].

PRO HAEREDE. L. XI.

Titulus pro hęrede & poſſeſſore

VIDES hîc titulos pro hærede & pro poſſeſſore, non haberi pro titulis:ideo non conferunt ad præſcriptionem decem annorum: ſed tantùm longiſsimo tempore poſſeſſores tuti fiunt [8]. An autem ſi poſt iudicium acceptum in petitione hæreditatis,poſſeſſori ſuperueniret titulus, is debeat vincere,noto in lege,ſi hæreditatem.ſupra eod. Item nota hanc legem, *qui interrogatus*. contra teſtes qui rogati rationem dicti debent reddere [9], vt non videantur reddidiſſe, ſi rationem reddiderint,quæ nihil addit ad dictum.Bartolus.

Teſtis rationē debet promere.

NEC VLLAM. L. XIII.

Poſſeſſor ſe liti offerēs liberat eum qui dolo deſijt poſſidere.

§. ITEM SI QVIS DOLO. Licet qui dolo deſiit poſſidere,pro poſſeſſore conueniatur, ſi tamen is qui nactus eſt poſſeſsionem ſe liti offerat,& ſit paratus rem reſtituere, liberat eum qui deſiit poſsidere. Si autem is qui deſiit poſsidere æſtimationem ſoluerit, non liberat eum qui rem tenet [10]. Et ad hũc textum rectè accommodatur quæſtio,an vnius ſolutio alios liberet:in quo res ita explicari poteſt, vt in ciuilibus debitis cùm ſunt plures debitores etiam inſolidum, vnius ſolutio aliis liberationem afferat: cùm iam amplius non interſit [11]:nam fere eſt vt reſtitutio rei non dupletur [12]. Sed hoc locum habebit cùm res ſoluta eſt [13]:nam æſtimatio ſoluta ab vno non prodeſt poſſeſſori ad liberationem, per hunc textum [14]:niſi poſſeſſor eſſet habiturus regreſſum & authoritatem contra eum qui ſoluit [15]:Item niſi dolus non argueretur:tunc enim ſolutio æſtimationis poſsidentem liberat [16]. Quid autem in delictis & pœna, habes in l.item Mela. §. ſi plures.infrà ad legem Aquil.

Vnius ſolutio an alios liberet.

ITEM VIDENDVM. L. XVIII.

§. SI QVIS. An poſſeſsio ſuperueniens lite pendente actori proſit,pono in l.quæſitum.de pecul.infrà.

1 *c. veniens. de teſtib. & Bart. hîc.*
2 *facit tex. in l. quos prohibet. ſuprà de poſtul.*
3 *& Innoc. in c. j. de conceſ. præb. lib. vj.*
4 *l. quoniã Alexandrum. ad leg. Iul. de adult. C. l. lite ordinata. C. de lib. cauſ. Bar. hîc.*
5 *facit l. mater. vbi pono. ſuprà tit. j.*
6 *l. Paulus. de bon. liber.*
7 *l. iij. ſi quid in frau. pat.*
8 *l. hæreditatē. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. l. hæreditatis. de pet. hære. C.*
9 *l. ſolam. & ibi gloſſ. & doct. C. de teſtib.*
10 *fac. l. ſiis qui. infrà de rei vind. l. locum. §. condemnatio. de tab. exh.*
11 *l. ſi plures. de dolo. l. de illo. ad fin. infrà de nox.*
12 *l. Lucius. §. impuberem. de leg. ij. l. bona fides. de reg. iur.*
13 *l. ſi quis dolo. de re iud.*
14 *& l. Stichum. §. dolo. de ſolut.*
15 *l. quoties. §. planè. infrà ſi fam. fur. fec. l. ſed etſi lege. §. certè. infra eod.*
16 *l. illicite. de reb. eor. qui.*

Feuda non veniūt in petitionē hęreditatis.

§. NVNC VIDEAMVS. Ad quæſtionem gloſſæ qua quæritur, an feuda veniant in petitionem hęreditatis: ferè obtinuit non venire, cùm iure hæreditario non habeantur [1]. Et licet filius repudians hæreditatem non poſsit ad feudum peruenire [2]: potiùs tamen tanquam filius hoc feudum habet, quàm tanquam hæres [3]. Ideo qui hæreditatem paternam fratri remiſit, non cenſetur remittere feudalia: quia non veniunt appellatione hæreditatis [4]: ſed bonis remiſsis, intelligitur & feudalium facta remiſsio [5]. Sed hæc fortaſſe Gallorum moribus repudiata ſunt, apud quos feudalia inſtar reliqui patrimonij habent [6], nec præceptis à cæteris rebus ſeparantur.

Remittens hęreditatem, feudalia non cenſetur remittere

ITEM VENIVNT. L. XX.

§. CVM PRAEDIXERIMVS. Nota actiones ſurrogatas aſſumere eam naturam quam habent eæ quibus ſufficiuntur: quod intellige in natura quæ ad ſubſtantiam pertinet: contra eſt in natura accidentali, per hunc textum. Reliqua habes in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ſi quis caut. ſuprà.

Facultas ſoluēdi aliud quàm quod in obligatione eſt quādo pereat.

§. IDEM RECTE. Cùm vnum eſt in obligatione, & aliud in ſolutione ex diſpoſitione legis, rectè dicitur, perire debitori facultatem ſoluendi, id quod in ſolutione eſt, poſt litem conteſtatam ſuper actione iudicati [7]. Idem admititur cùm illud venit ex cautione & deſtinatione hominis: perit enim illa facultas per litem conteſtatam [8]: quod & CVRIAE Pariſienſi viſum eſſe Lucius refert [9]. At cùm illud beneficium competit ex teſtatoris deciſione, per litem conteſtatam non adimitur beneficium ſoluendi id quod tantùm in ſolutione eſt [10]: niſi in pœnam hæredis, aut eius qui dare debet hoc ſit adiectum à teſtatore [11].

Ciuitas an habeat fiſcum.

§. AIT SENATVS. Vides hîc committi bona in fiſcum ciuitatis: quod intellige ſi id ex priuilegio habeat, vel ſuperiori non ſubſit: aliâs ciuitates non habent bona publicata [12]: & licet habeant fiſcum, quem etiam dicuntur impropriè habere minuti domini, non tamen habent priuilegiarium [13]: noto in l. legatis. ex quib. cauſ. maio.

Denuntiatio etiam ſcienti interdum fit.

§. PETITAM. Cùm denuntiatio fit ſolùm ad certiorem aliquem faciendum, tantùm operatur ſimplex ſcientia, atque denuntiatio, per hunc textum [14]: ſi autem ad aliquid faciendum denuntiatio procederet, non ſufficit ſcientia niſi denuntiatio adiiciatur [15]. Sic emptor conuentus debet denuntiare litem motam venditori, etiam ſcienti [16]: ſic canonicus abſens licet ſciat mortem epiſcopi, debet vocari [17]. Planè quoties ſufficit ſola ſcientia, non refert à quo fiat denuntiatio, ſed denuntiare poterit etiam qui ius non habet [18]. Sic cùm ſemeſtre ad conferenda beneficia datum, procedat à tempore ſcientiæ [19], non refert à quo quis habuerit notitiam [20]: quod tamen interpretor ſi denuntiatio facta eſſet ab iis, qui fide ſunt digni [21]. Si autem denuntiatio fieret ad aliquid agendum, non nocet, niſi fiat ab eo cuius intereſt [22].

An à quocūque fieri poſsit denuntiatio.

SI ET REM ET PRETIVM. L. XXII.

Pretium an loco rei ſit.

CVM loquimur de præſtatione facienda, pretium non ſuccedit loco rei, niſi res ipſa non poſsit præſtari [23]: ſi in petitione,

1 c. j. de ſucceſſ. feud. in vſib. feud.
2 c. j. an agnat. vel filius repu. bar.
3 fac. l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. de iur. patr. vbi vide Bart.
4 Bar. hîc. & Bal. in authē. ſi quis. de ſacroſan. eccle. C.
5 Iaſ. in rub. de feud. j. col.
6 Io. Fab. inſtit. de empt. & vendit. ad princ. & Guido pap. q. lix.
7 per hunc tex. & l. Titia. cum glo. de aur. & arg. leg.
8 l. ſi quis ſtipulatus decem. de ſol. & Bar. in l. miles. §. j. de re iud. infrà.
9 lib. x. Placit. tit. de ſol.
10 l. ſi quando. & ibi Bar. de leg. j
11 l. j. de penn leg. & ibi Bar.
12 l. j. de bon. vac. lib. x. C. & ibi Bar.
13 l ſimile. ad munic. Guid. Pa. q. lxxvi. in deciſ. Bal. in rub. de priuileg. fiſ. C.
14 & l. 4. in fi. de act. emp.
15 l. denuntiaſſe. in princ. de adul.
16 doct. in l j. ad fi. de act. emp. infrà.
17 fac. glo. pe. in c. penul. de proc. in antiq. glo. in §. ſtatuit. in verb. exhibere. de coll. in prag. ſanct.
18 vt hoc tex. ad fi.
19 c. licet. de ſup. pral. neg.
20 Panor. in d. c. licet. per hunc text.
21 Bar. in l. quidam decedens. §. j. de admi. tut.
22 l. ſi mater. de reſc. vend. C. & l. tutor. de mino. ſuprà vbi noto.
23 l. vinum. & ibi noto poſt doct. infrà ſi cert. pet. l. item ſi verberatum. §. j. infrà de rei vind.

In vniuerſalibus. *In particularibus.*

tione,ego didici in vniuerſalibus pretium loco rei ſuccedere, tam in perſonalibus [1],quàm in realibus,per hunc textum [2]:at in particularibus minimè [3], niſi in ſubſidium: vt cùm ego ei qui anteà rem meam ſuo nomine vendiderat,conſenſum pręſtiti,& ratum negotium habui:rationem habet vt ſi res à venditore præſcripta ſit vel perempta, actio negotiorum geſtorum mihi quoque accommodetur,ídque in ſubſidium ad pretium,contra venditorem [4]:nam ſi aliâs poſſet eſſe mihi cautum contra emptorem,non haberem actionem negotiorum geſtorum: quia quod meo nomine geſtum non eſt, ad commodum meum ratum non habeo [5]: quod & paulò inferius dicetur [6].Et quod dico in particularibus pretium loco rei non defungi,intellige cùm ex contractu agitur:ſinautem ageretur propter dolum,ſuccedit pretium loco rei [7]. An autem in hypothecaria pretium ſuccedit loco rei?& vix eſt:ideóque ſi creditor ſecundus vendiderit pignus, primus creditor non poterit agere ad pretium, contra ſecundum creditorem: ſed emptor pignoris erit conueniendus [8]. Addit Baldus [9] ſingulariter,pretium mercium illatarum,quæ venditæ ſunt, eſſe in cauſa pignoris,ſicut erant merces ipſæ.

In hypothecaria an pretium ſit loco rei.

VTRVM AVTEM. L. XXIII.

NOTA ex hac lege,in princ.poſſeſſorem bonæ fidei teneri ad pretium,non quod percepit,ſed quod in rem ſuam verſum eſt:quod & infrà attingemus [10].Quòd autem extrema lege quæritur,an pœna quæ occaſione rei meæ venit, ſit mihi cum re mea reddenda:ſic potes dicere, vt toties pœna ex re mea veniens, debeat mihi reſtitui, quoties ex prouiſione mea proficiſcitur [11]: ſinautem non venit ex cautione mea, magis eſt vt mihi reſtituenda non ſit [12],niſi loco rei ſuccederet [13].Planè pœna illata ex legis cautione ob damnum datum in rem meam,mihi cum re reſtituenda eſt. Aliud dicitur ſi ob damnum aut iniuriam factam ei qui rem meam poſsidebat:vtrunque probatur in l.*at vbi vi*.infra eod. Quòd ſi delictum ſiue iniuria circa vſum rei verſaretur,non fiet illius pœnæ à poſſeſſore reſtitutio, ſi vſum rei habebat, vt accidit in commodatario [14],& cõductore [15], qui pœnam,quam nomine rei furto ablatæ, à fure abſtulerint, non reſtituunt. Diuerſum in iis qui vſum rei non habent,obtinuit:vt in creditore pignoratitio [16].Item in hoc quæſtionis genere perpetuum eſt, vt pœnam quam quis à me habuerit,nõ teneatur cum re mea mihi reficere [17].

Pœna depenſa occaſione rei meæ, an mihi ſit reſtituenda.

Commodatarius pœnã quã à fure rei abſtulit,an commodanti reſtituat.

SED ET SI LEGE. L. XXV.

Pretiũ,rei loco eſt,nõ res empta.

LICET pretium in vniuerſalibus loco rei fungatur [18],nõ tamen res ex pretio empta,per hunc tex. [19] quod tamen alibi relatum eſt [20].

Mala fides per litem cõteſtatam incidens quando obſit.

§. DE EO AVTEM. Quòd ad interitum rei attinet mala fides per litem conteſtatã intercedẽs,non nocet [21]: nec quòd ad vſucapionem ſpectat [22]:at quoad fructus,nocet,vt hîc [23].

Culpa lata comparetur dolo.

§. SCIRE. Nota caſum in quo culpa lata non comparatur dolo:nam ex dolo fit mala fides,at nõ ex culpa, per hunc textum.& de hoc theoremate vide quæ habentur in l.quod Nerua.infrà depoſ.Item licet error iuris vſucapionẽ impediat [24],

1 *l.venditor ex hæreditate.de hær.vel act.vẽd.*
2 *& l. Imperator. in fin. cum l.ſeq.de leg.ij.*
3 *l.ſi ſeruum. §.vlti.de verb.oblig.l.qui vas.§.vlti.de furt.*
4 *l.mater.de rei vind.l.ſi eum ſeruũ.de reb.cred.*
5 *l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.de neg.geſt.*
6 *l.Iulianus. infrà de rei vind.*
7 *tex.& glo.vlt.in l.qui à debitore.quæ in fraud.cred.& ibi Bar.*
8 *l.j.& ibi Bar. de diſtr.pig.infrà.Bal.in l. vlti.§.et ſi præfatam.iiij.not.de iur.delib.*
9 *in l.cùm tabernam. de pigno.*
10 *l.ſed et ſi.§.conſuluit.infra eod.*
11 *tex.in l.prætor.§.j.de bon.auth.ind.poſ.infrà.*
12 *l.at vbi.infra eod.*
13 *l.ſed & ſi lege.in princ.infra eod.*
14 *l.vlt.C.de furt.*
15 *l.is qui rem.infrà loc.*
16 *l.ſi pignore.infrà de pigno.act. vide Bart.in l.prætor.§.j.de bon.auth.ind.poſſ.*
17 *d.l.ſi pignore. vbi noto.infrà de pig.act.*
18 *vt noto in l.ſi & rem.ſupra eod.*
19 *verſi.item ſi rem.*
20 *l.Imperator.§.vlti.infrà de legat.ij.vbi vide Bartol.*
21 *l.illud.infra eo.*
22 *l.j.de vſuc.transfor. C.*
23 *& l. certum. C. de rei vind.*
24 *l.nunquam.& l.ſi fur.§.j.de vſuc.*

non obſtat tamen fructuum acquiſitioni [1]: nec teneretur qui eos errans cepit, reſtituere, niſi quatenus bonæ-fidei poſſeſſor teneri poſſet: ſic hoc caſu non nocebit quod dici ſolet, errorem iuris non patrocinari ad acquirendum [2].

Error iuris impedit vſucapionem, ſed non fructuũ acquiſitionem.

§. PERINDE. In hac actione non tantùm tenetur qui dolo deſiit poſsidere, ſed & is qui dolo noluit acquirere: quod vtique eſt perpetuum cùm quis in ea cauſa eſt, vt ex contractu vel quaſi contractu teneatur acquirere, vt hoc caſu: nã in iſtis poſſeſſoribus obſeruatur, vt de fructibus & cæteris quæ quærere potuerunt, teneantur [3]. Cùm autem aliquis nec ex contractu, nec quaſi contractu, acquirendo alligatur, ſi deſiit acquirere, non tenetur [4].

Quado aliquis teneatur de nõ acquiſitis.

§. CONSVLVIT. Clauſula, vt aliquis non teneatur niſi quatenus eſt factus locupletior, talem interpretationem recipit, vt non ſufficiat quid ad eum perueniſſe, niſi durarit verſum [5]. Vnde & illud & proficiſcitur, vt non dicatur ad eum perueniſſe pecunia, aut ex ea locupletior factus, ſi eam poſtquam recepiſſet, perdiderit [6]: vel ſi dum re ſua abuti ſe putat, eam profundat, nec ſi ad εὐεργέτημα ſiue remunerationem alium ſibi naturaliter obligauit, locupletior ex eo videtur eſſe, niſi aliquid eo nomine accepiſſet, per hunc textum. Ex quo dicitur, eum qui ſoluit propter illam obligationem ad ἀντίδωρον, potius donaſſe, quàm debitum impleuiſſe videri: at alia naturalis obligatio impedit donationem, hoc eſt, facit vt ex illa ſolutum, potius vt debitum, quàm vt donatum videatur [7], & ſic repetitionem ſoluti impedit [8]: ſolutum autem ex obligatione ἀντιδώρου, repeti poteſt [9]: quod tamen temperationem recipit, vt noto in l. naturaliter. infrà de cond. indebi.

Nõ dicitur qs locupletior ex eo quod non durat.

Obligatio ad ἀντίδωρα.

§. QVOD AVTEM. Nota hunc textum, quòd in eo videtur locupletior aliquis factus, ſi ſumptum fecit in aliquam cauſam, in quam de ſuo tantùm expendiſſet. Et facit ad ea quæ inferiùs in eandem ſententiam retulimus [10].

§. ITEM SI RÈM. Hunc textum difficilem reddiderunt gloſſà & doctores: quamuis ex Pauli Caſtrenſis teſtimonio ſit facilimus. Agitur verò de bonæ fidei poſſeſſore, qui res vendidit, nec pretio earum locupletior eſt: quod cùm ita cecidiſſet, quæſtio eſt, an petitor contra emptorem vindicationem rerum habeat: quęſtionem mouet, quòd ea vindicatione videatur quodammodo præiudicium petitioni hæreditatis fieri, quæ poſſet ab eo qui vindicat, contra bonæ fidei poſſeſſorem qui vendidit, moueri. Sed cùm bonæ-fidei poſſeſſor ex pretio non ſit factus locupletior, & ſic petitione hæreditatis conueniri non poſsit [11], conſequens eſt non fieri præiudicium petitioni hæreditatis, quæ moueri non poteſt. Poterit igitur hæres verus res vindicare, vt hîc dicitur. quod tamen ita verum eſt, niſi emptor ſit habiturus regreſſum in venditorem, qui quidem venditor non ſit locupletior ex pretio. Excipiet igitur emptor ex venditoris perſona, ne ſcilicet teneatur venditor vltra, quàm locupletior eſt factus. Neque enim nouum eſt, vt emptor defenſionibus venditoris vtatur [12]. Eſt & alter caſus quo emptor ſe tueri poteſt, nempe cùm venditor ſe liti offert [13].

Species textus.

Ex perſona vẽditoris emptor defenſionibus vtitur.

§. CER

1 Bart. hîc & Dyn. in c. poſſeſſor. de reg. iur. lib. vj.
2 l. error iuris. de iur. & fac. igno. Bar.
3 l. dominum. C. de rei vin. l. nauis. infrà de rei vindi. l. apud Iulianum. §. j. infrà de leg. j.
4 l. qui autem. infrà quæ in fraud. cred. & glo. in prin. l. j. de tab. exhib. vbi Dyn. & Bar.
5 l. ſi à patre. §. verſum. infrà de in rem verſ. l. vtrum. ſupra eo.
6 l. vtrum. ſupra eo.
7 l. hoc iure. §. ſeruo. de donat. Dec. in l. donari. infrà de reg. iur.
8 l. naturales. de act. & oblig.
9 glo. in l. ex hoc iure. de iuſt. & iure.
10 l. iij. §. j. de in rem ver.
11 ſupra ea. l. §. conſuluit.
12 fac. l. emptori. de euic. C.
13 vt hîc, ibi, quod tamen. facit l. nec vllam. §. itẽ ſi quis dolo. ſupra eo.

§. CERTE. Hic §. obſtat iis quæ ſuprà monuimus [1], ſolutionem æſtimationis factam ab vno, non liberare poſſeſſorem rei: ſed vide quæ ibi habentur: nam illud demum locum habet, niſi poſſeſſor rei cum quo agitur, eſſet habiturus regreſſum in eum qui ſoluit ęſtimationem, per hunc textum [2]. Nam ſemper hæc exceptio obeſt etiam vero domino, *non potes agere, quia recepiſti pretium à venditore.*

IVLIANVS. L. XXX.

Pecunia eſt de rebus quæ nõ ſeruantur ſeruando.

SOLET hîc notari forſan minus appoſitè ad textum, ſed tamen verè, pecuniam eſſe de rebus quæ vſu conſumũtur, & ſeruando non ſeruantur: quod apertius alibi demonſtratur [3]. Ex quo & illud proficiſcitur, adultum poſſe pecuniam alienare ſine decreto, [4] quod nõ admitteretur ſi ſeruando ſeruari poſſet. Sic & prælatus poteſt pecunias ſuas expendere ſine ea ſolennitate quæ à canone [5] in immobilibus eſt inducta [6], ſi tamen inter viuos res ageretur: aliâs in morte & teſtamento, prælati etiam de fructibus & mobilibus teſtari non poſſunt [7].

SI QVID POSSESSOR. L. XXXI.

Qui ſoluit debitum alterius, an illi paret exceptionem.

SI poſſeſſor hæreditatis ſuo nomine, non tanquam hæres, ſoluit debitum hæreditarium, non liberat debitorem, hoc eſt hæredem, vt hîc [8]: ſi autem ſoluit hæredis nomine, paratur hæredi liberatio [9]. idem ſtatuitur ſi debitum eſſet ſolutum à poſſeſſore ſuo nomine, qui poſt conſentit vt nomine hæredis ſolutum reputetur, per hunc textum [10]. Et hęc intelligẽda ſunt in certis: ſin autem aliqua dubitatio eſſe poteſt, quo nomine videatur eſſe ſolutum, rectius dicitur, vt videatur eſſe ſolutum debentis nomine, non ſoluentis [11]: quod intelligit glo. hîc [12], ſi poſt motam controuerſiam ſoluat: nam ſi antè, ſuo nomine videtur ſoluiſſe [13]: quam glo. mirabiliter extollit Bartolus hîc. Summa autem huius reſponſi & ſententiæ eſt, quòd ſoluens pecuniam ab alio debitam, licet liberationem debitori nõ pepererit ipſo iure (quod diſtingue vt ſuperius dixi) ſi tamen ex interuallo reputat ipſi debitori, vel alio ſimili actu contentus videtur eſſe, vt ſolutio proſit debenti, verè dicatur acquirere exceptionem debitori contra creditores, quod notandũ eſt: nam ex eo temperatur, quod dici ſolet, non poſſe ratum habere me, quod non meo nomine eſt geſtum [14] vt nõ habeat locum, quando is qui geſsit, ex interuallo contentus eſt, vt mihi geſtum proſit.

Quod nõ meo nomine geſtũ eſt ratum habeo aliquãdo.

Prædoni non imputatur q̃ nomina non exegerit.

§. ILLVD. Prædo & iniuſtus poſſeſſor cùm actionem non habeat, ei non imputatur ſi non exegit debitores, vt hîc. nec enim ſine actione quis experitur [15], quia tamen euenire poteſt vt habeat actionem, nempe ex contractibus per eum initis [16], eo caſu & ſimilibus, imputaretur ei quòd non egerit [17]. Sic & ei qui ius habet & actionem, ſolet pro culpa poni, quòd debitores ſit paſſus liberari [18], vel non interpellarit præſcriptionem [19]. Et nota glo. hîc, quòd ſicut prædoni non imputatur ſi non egit: ſic nec in culpa eſt, ſi non petiit curatorem bonis: nam in eo à ſeipſo diſcrepaſſet, quod nota.

1 *l. nec vllam. §. item ſi dolo. ſupra eo.*
2 *& l. quoties. §. plan. ſi fam. furt. fec. dic.*
3 *in §. conſtituitur. inſt. de vſufruct.*
4 *glo. in §. ij. quib. mod. alien. lic. vel non. inſtit. Bar. in l. ſi ex legati. de verb. oblig.*
5 *c. ſine exceptione xij. q. xj.*
6 *Panor. in c. nulli. ad fi. de reb. eccl. non alie.*
7 *c. adhæc. de teſta. fac. tex. in l. vinus. quæ in fraud. patro.*
8 *& l. ſi pœna. §. j. de condi. indeb.*
9 *l. repetitio. infrà de condi. indeb.*
10 *Cyn. in l. ſi à patre. in fi. de cond. ind.*
11 *l. cùm pòſt. §. j. de admi. tut. per Bar. & alios in l. ſi pœna. §. j. de condi. indeb. vbi noto.*
12 *in verb. ſuo nomine.*
13 *l. & magis. de ſolut.*
14 *l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. de neg. geſt. vbi pono.*
15 *d. l. ſi pupilli. §. videamus.*
16 *per tex. in l. ſi vrbana. infrà de cond. ind. vbi noto.*
17 *l. ſed et ſi lege. §. ij. ſupra eo.*
18 *l. qui negotia. infrà mãda. & l. quoties. §. item ſi temporali. de adm. tu.*
19 *l. mulier. cum glo. in §. ſed enim. ad fi. ad Trebel. infrà.*

SI A DOMINO VEL A PATRE. L. XXXVI.

ALLEGO in l.ex facto.de pecul. Et vide quæ ibi dicuntur. Quòd autem pertinet ad §. Si prædo. vide glo. quæ bellè rem explicat,& eam tenet Bartolus hîc.

§. QVO TEMPORE. An litis conteſtatæ, an verò rei iudicandæ tempus diſpiciatur, cùm quærimus an aliquis ſit factus locupletior, alibi tentauimus [1].

§. FRVCTVS. Impenſæ quæ in quærendis fructibus fieri ſolent, onus rei ſunt: ideóq; nullus caſus euenire poteſt, qui earum deductionē inhibeat [2]: humaniúſq; receptū eſt, vt etiam malæfidei poſſeſſores, tales impenſas primùm deducant de fructibus, per hūc textū: niſi eas donationis animo feciſſent. quod præſumitur in modicis expenſis [3], niſi forſan tibi magis placet quod diximus in l.in fundo. infrà. de rei vind. ad fin. Sed hoc non admittitur in impenſis rerum cæterarum: ſed ea accommodabitur diſtinctio quam paulò inferius Paulus refert. [4]. *Prædo repetit expenſas.*

PLANE. L. XXXVIII.

SECVNDVM opinionem Dyni ſuccurritur malæfidei poſſeſſori, qui expēſas quas fecit vult ſeruare per officium iudicis, non per doli exceptionem: idq; ex æquitate illius capituli, quo continetur, *ne quis ex aliena iactura damnum ſentiat* [5]. Ex quo & illud deſcendit, aliud eſſe officium iudicis, & aliud exceptionem [6]. Vnde ſi contra inſtrumentum ex lege ſtatuti non poteſt opponi exceptio, non repellitur officium iudicis [7]: & qui prohibetur accuſare, bene tamen admittitur ſi excitet officium iudicis ad inquirendum [8]: & licet epiſcopus vel alius, non poſſit accuſatorem repellere nomine criminis, ſi anteà cum eo familiariter viuebat [9], tamen iudex ex officio tam infamatum accuſatorem poterit foro ſummouere [10]. *Officium iudicis & actio differunt.*

ILLVD. L. XL.

PERTINET ad id quod paulò ſuperius in eodem genere dictum eſt [11].

SI QVO TEMPORE. L. XLI.

HVIVS generis ſunt ea quæ habes in l.quæſitū.de pecul.

LVCIVS. L. XLVII.

QVI inſtitutus non eſt in teſtamento,& inofficioſum teſtamentum queritur, ſi vincatur, pòſt non prohibetur dicere falſum, vel econtrario, vt hîc [12]: nec enim illa iura electione tolluntur, cùm ſimul nō ſubſiſtant,& (vt dicit Salycetus [13]) non ſint ſimul ad eſſe producta. At ſi electio fieret in his quæ ſimul ſubſiſtunt, electio vnius in altero obeſt [14]: quod & alibi fuſius demonſtratum eſt [15]. Item qui eſt inſtitutus in teſtamento, ſi falſum teſtamentum arguit, non poteſt victus ad contra tabulas poſſeſsionem venire [16]. Sic qui contra teſtamentum queritur, perdit quod teſtamento ſibi relictum eſt [17]. *Victus in querela inofficioſi, de falſo agere poteſt.*

IN AESTIMATIONIBVS. L XLVIII.

CONTRA hanc legem opponit glo.& eam vide:& vt nihil obſtet dic ex Bartoli ſententia, per hunc textum induci ius particulare in eo, qui cùm bonæfidei poſſeſſor eſſet, malæfidei

1 *l.litis.de neg.geſt.ſuprà.*
2 *l.fundus.in prin. infrà. fam.erc. l. quod in fructus.infrà.de vſur.*
3 *l.ſi ſeruus. §. ſi olinam. infra.ad l.Aquil.*
4 *l.planè.infra eod.*
5 *l.n.im hoc natura.infrà. de condict.indeb. ſimile vide in l.ſi quis negotia. de neg.geſt.*
6 *l.ij.§.nomiſsimè. naut. caup.ſtabul.*
7 *Bar.in l.j. §. & parui. Quod vi aut clam.*
8 *per tex.in l.j. ſi tut. vel cur.non geſſ.C.*
9 *c.v.de accuſ.*
10 *vt glo. & Pano. in d.c. v.de accuſ.*
11 *l.ſed & ſi lege. §. de eo. ſupra eo.*
12 *& l.eum qui.C. de inoffi.teſta.*
13 *in d.l.eum qui.*
14 *l.j.de ſur. Bald. in d.l. eum qui.*
15 *l.quod in hæredem. §. eligere.de trib.infrà.*
16 *l.ſi patronus ex minore. de bon.lib.infrà.*
17 *l. alia. de his quib. vt indig.C.l. Papinianus. §.meminiſſe. ſuprà. de inoff.teſt.*

fidei poſſeſſor per litem conteſtatam eſt effectus: at leges aduerſæ in his loquuntur qui purè, vel bonæfidei, vel malefidei poſſeſſores ſunt.

Cvm idem. L. lvii.

HANC legem require ex iis quæ poſteà in eandem ſententiam dicuntur [1].

1 *l. is à quo fundus. de rei vind. infrà.*

Filivs a patre. L. vlt.

Expenſæ à patre in filium factæ an prætextu pietatis dicantur factę.

HABES in l. Neſennius. ſuprà de neg. geſt. vbi quæritur an expenſas quas pater in filium fecit, proſpectu pietatis feciſſe iudicandus ſit, an de bonis ad filium pertinenttbus.

Si pars hæreditatis petetur.

Post actionem. L. i. §. si ego.

Obligatio generis numero diuiditur.

OBLIGATIO generis aut quantitatis diuiditur numero [2]: ideo in quæſtione quæ proponitur, ſi pecuniam mihi & tibi communem, tu & Titius poſsideatis, agam in Titium tantùm [3]. diſsimilis ratio eſt, ſi hæreditatem aut ſpeciem mihi & tibi debitam tu & Titius poſsideatis pro diuiſo: nam tunc pro mea parte, quæ toto hæreditatis corpore fuſa eſt, agam & in te & in illum, vt hîc [4]: ſi verò pro indiuiſo, agam tantùm in Titium iniuſtum poſſeſſorem [5].

2 *l. cùm Stichus. de ſol. infrà.*
3 *l. ſi Titius. infra. pro ſoc.*
4 *l. ſi conſenſit. §. vlt. quib. mod. pig. vel hyp. infrà.*
5 *l. Pomponius. infrà. de rei vind.*

An ſucceſsio ſit in capita vel in ſtirpes. Deſcendentes. Aſcendentes. Tranſuerſales. Filij fratrum cũ patruis ſuccedentes.

§. Interdvm praetor. In hunc textum incidit quæſtio, de qua non ſatis conuenit inter magiſtros iuris, an ſuccedatur in ſtirpes, an in capita. In quo ſic res expedienda eſt: nam in ſucceſsione aſcendentium quæ deſcendentibus competit, inter omnes conſtitit, in ſtirpes ſuccedi [6]. ſin autem de ſucceſsione deſcendentium per aſcendentes quærenda dubitatur, in capita ſucceſsio datur, ſeruata forma iuris nouiſsimi [7]. In ſucceſsione verò eorum qui ex tranſuerſa linea veniunt, vt cùm habeo duos fratres, quorum alter reliquit duos filios, alter vnum, diſceptatum eſt, an illi fratrum meorum filij ad meam hæreditatem admittantur in ſtirpes, an in capita: & certè ſecundum Azonem Io. Butrig. Salicet. [8] & Zaſ. in intellectibus [9], æquius eſt ita rem conſtitui, vt ſucceſsio mea per capita diſtribuatur [10]: & hæc opinio Senatuſconſulto cvriae Pariſienſis confirmata eſt [11]: & ita ferunt Carolum quintum Imperatorem in comitiis Spiræ, anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono habitis, edixiſſe. Licet Guid. pap. [12] referat cõtrà in cvria Delphinate iudicatum eſſe, idque ex ſententia Accurſij. Bar. Cyn. Din. & Ang. [13]. Planè ſi Azonis opinio tibi probatur magis, eam tamen debebis temperare, vt locum habeat, cùm ſoli ſunt filij fratrum: quòd ſi illi veniant ad ſucceſsionem patrui cum aliquibus ex patruis ſuis, qui & demortuo fratres ſunt, in ſtirpes ſucceſsio diuidetur [14]: quod & omnes probant, & placito cvriae Pariſienſis continetur [15]. Et hanc Azonis opinionem multis verbis Zaſius comprobauit. Quoties autem quæritur de iure ſuccedendi quod eis competit, qui ſunt vltra fratres aut filios fratrum, ſemper in capita res expeditur [16]. Non

6 *§. & quia placuit. de hæred. quæ ab int. Inſt.*
7 *Auth. defuncto. C. ad S.C. Tertij.*
8 *in Auth. ceſſante. de ſuis & leg.*
9 *lib. 1. cap. vij.*
10 *per hunc tex. & in l. ij. §. hæreditas. infrà. de ſuis & leg. & in l. ſi libertus præterita. §. vlt. de bo. lib. infrà.*
11 *die xxiij. Decemb. ann. 1523. et die xxiij. Decẽb. 1526.*
12 *q. cxxxiiij. in deciſ. Grationop.*
13 *l. ij. §. hæreditas. infrà. de ſuis & leg.*
14 *Inſt. de hær. quæ ab inteſt. §. cùm filius. per tex. in Auth. de hære. qui ab inteſt. §. ſi autẽ defuncto.*
15 *Die vlt. Iunij an. 1547.*
16 *Auth. poſt fratres. ij. de leg. hær.*

eſt verò omittendum, decretum illud CVRIAE Pariſienſis, quod de filiis fratrum in capita vocandis factum eſt, ad eas prouincias quæ moribus reguntur, non pertinere: in quibus ſi alia ſit conſuetudo recepta, ea ſeruari debebit.

SI EX PLVRIBVS. L. II.

QVI non ſperatur admitti non facit partem ei qui nunc petiit: ſecus ſi admitti ſperaretur: vtrunque hac lege confirmatur: & hoc ſuperius retulimus [1]. Hîc autem ſcitè à glo. quæritur, an cùm inſtituo duos hæredes, vnum purè, alterum ſub conditione, is qui purè eſt inſtitutus, interim totam hæreditatem cernat: in quo glo. diſtinctio accommodari ſolet, vt tunc ad totam hæreditatem vocetur, ſi ita verba inſtitutionum ſint concepta, *Inſtituo Titium, & ſi nauis ex Aſia venerit, Mæuium.* Sin autem ita in teſtamento relatum eſſet, *Titium ex parte hæredem facio, Mæuium ex parte, ſi nauis ex Aſia venerit:* interim partem ſuam tantùm Titius habebit. Sed licet primo caſu totam hæreditatem habeat, tamen interim non dicitur hæres ex aſſe, ſed id ex futuro euentu docebitur: nam qui hæres eſt non deſinit poſtea hæres eſſe [2]: quam opinionem Bartolus in hæreditatibus probat [3]. At in legatis contraria ſententia magis placuit, vt interim is cui purè legatum eſt, ſit parte ſua contentus, alterius verò pars apud hæredem conditione pendente maneat [4]. In legato tamen vſufructus admittitur, vt interim totum habeat legatarius [5]. Cur verò tã variè, habes apud Bar. [6]

Vno inſtituto purè alio ſub conditione, an qui purè interim totum habeat.

1 *qui repudiantis. ſuprà. de inoffi. teſt.*
2 *l. ei qui ſoluendo. de hær. inſtit. l. ex facto. §. Iulianus. infrà. de vulg. et pup.*
3 *l. ſi ita ſcripſerit. de hær. inſtit. infrà. & l. planè. §. ſi cõiunctim. de leg. j.*
4 *l. planè. §. ſi cõiunctim. & l. ſi domine. de leg. j.*
5 *l. idem. §. ſi mihi. de vſufr. accr.*
6 *in d. §. ſi coniunctim.*

LIBER SEXTVS PANDECTARVM.

De rei vindicatione.

NONNVLLI Legunt de rei vẽdicatione, & forſan non abſurdè: quamquam Florentinarum Pandectarum lectio magis placeat, de rei vindicatione.

IDEM POMPONIVS. L V.

§. CVM IN REM. Hic textus ex Accurſij expoſitione multorum teſtimonio nobilitatur, licet enim in iudicio (quod in inuitum redditur) ſemper ea interpretio ſit accipienda, quæ actori proſit [7]: vt cùm petit Stichum, duo autem ſint Stichi, debebitur is quem declarauerit [8]: tamen ſi actor eſſet mortuus, inutile fiet omnino iudicium, nec hæredi declarandi facultas eſt, per hunc textum & glo. [9] Ideóque dicitur libellum dubium datum à domino, non poſſe explicari à procuratore generali [10]. Tamen in vltimis voluntatibus admittitur, vt hæres qui voluntatem defuncti ſcire præſumitur, poſsit explicare incertitudinem, & voluntatem defuncti [11]. Item eligendi poteſtas ad hæredes tranſit [12], tamen viuo eo qui debet optare, eligendi ius perſonale dicitur [13], nec alij conceditur. An autem declaratio voluntatis tranſeat ad ſucceſſorem in officio, expeditum eſt per l. proponebatur. ſuprà. de iud. vbi noto.

Poteſtas declarandi an hæredi detur.

7 *l. ſi quis intẽtione. ſuprà. de iud.*
8 *l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtichũ. de verb. oblig.*
9 *fac. l. centeſimis. §. vlt. de verb. oblig. infrà.*
10 *Bar. in d. §. ſi ſtichum.*
11 *l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. infrà. de leg. j.*
12 *l. ſi ſtipulatus fuerim. de verb. oblig. infrà.*
13 *l. vlt. de verb. oblig.*

Si in

SI IN REM. L. VI.

Libellus generalis in vniuerſalibus procedit.

IN libello debet res ſpecialiter deſignari, vt hîc. quæ res forſitan Bartolo [1] cauſam dedit, vt diceret, non valere libellum generalem, putà *peto rem cum acceſſionibus*. quod tamen iuſta reprehenſione non caruit [2]. Nam in vniuerſalibus generalis libellus procedit, neque ſpeciatim res omnes per membra ſunt carpendæ [3]: tamen illa generali petitione tantùm venient ea, quæ iure communi debentur [4]. Sic dos cùm ſit vniuerſitas [5], etiam vniuerſaliter peti libello poteſt, rebus ſpeciatim non deſignatis [6]. At in ſingulari iudicio res ſpeciatim libello comprehendenda eſt, vt hîc: [7] item debet exprimi cauſa petẽdi [8]: at non eſt neceſſe nomẽ actionis exprimere [9]. Item in ſingularis rei vindicatione, licitè petit reus rem ſibi ob oculos proponi & oſtendi, & in rem præſentem veniri: aliàs poſſet appellare [10]. quod in generali petitione, qua vniuerſitas petitur, non vtique eſt. Et hoc CVRIAM Pariſienſem cenſuiſſe teſtis eſt Io. Galli [11].

Libellus in ſingularibus.
Cauſa & nomẽ actionis an libello comprehendenda ſint.

1 *in l.iij. §.j. ſupra eod.*
2 *per text. in l. vlt. de ann. exce. C. & c. cùm ad ſedem. & ibi gl. de reſtit. ſpol.*
3 *l. quæſitum. de pecul. l. iiij. ſupra de pet. hær.*
4 *Pano. poſt in gl. in c. conquerente. de off. ord.*
5 *l.j. verſ. impenſa. de doſe præl. Bar. & Alex. in rub. ſol. matr.*
6 *per not. in l.j. ſuprà de de edẽd. Bar. & Alex. in d. rub. ſol. matr.*
7 *& c.ij. de lib. oblat. & ibi glo.*
8 *c. dilecti. de lib. oblat.*
9 *c. dilecti. de iud.*
10 *c. ſignificãtibus. de app.*
11 *in quæſt. per. areſt. deciſ. qu. cclv.*

SI IS QVI OBTVLIT. L. VII.

Quis ſe liti dicatur offerre.

DICITVR is ſe liti offerre, qui interrogatus reſpondit ſe poſsidere: nam ſi nulla antecedente interrogatione, paſſus eſſet ſecum litem conteſtari, non dicitur ſe liti offerre [12]. & his annecte quæ ante relata ſunt in l. nec vllam. §. item ſi quis dolo. ſuprà de petit. hæredit. Qui verò ſe poſsidere dixit, & ſic liti ſe obtulit etiam ſcienter, vſque ad litem conteſtatam poteſt aſſeuerationem reuocare, dummodo agentis non interſit [13]. nam confeſsio ad præparationem iudicij facta etiam à ſciente, reuocatur re integra [14]: quod in confeſsione ad litis deciſionem facta non admittitur: nec enim illa reuocatur niſi ex cauſa erroris [15].

Qui poſsidere ſe dixit quãdo profeſsionem reuocet.

12 *Abb. Panor. in cap. penultim. column. ij. de excep. l. ſi à te. §. j. infrà de excep. rei iud. & gl. in l. is qui ſe. infra eod.*
13 *l. is qui ſe liti. cum l. ſeq. & l. ſin autem. infra eo.*
14 *l. de ætate. §. vlti. infra de interr. act.*
15 *l. error. de iur. & fa. igno. C. Bal. in l. is qui ſe. infra eod.*

POMPONIVS. L. VIII.

NOTATVR In l.j. §. ſed ſi ego. ſuprà. ſi pars hær. pet.

OFFICIVM. L. IX.

In vindicatione reus debet poſsidere, aut detinere.
Actio dominus eſſe.

VVLGATVM eſt quod dici ſolet, in rei vindicatione reum poſſeſſorem aut detentorem eſſe debere: vel ſaltem dolo deſiiſſe, quia pro poſſeſſore eſt [16]. At actoris perſona ad hanc actionem non cenſetur legitima, niſi dominio nitatur, vt hîc. Datur igitur hæc actio contra ciuiliter tantùm poſsidentem [17]. Item qui ciuiliter & naturaliter poſſidet, etiam hanc habet actionem in tenentem [18], & eum qui habet facultatem rei reſtituendæ [19]: qui non prius eximetur iudicio quàm dominum in iudicio nominauerit [20]. Planè ſi dominum non nominauerit, & eo modo iudicium acceperit, nec in poſſeſsione nec in proprietate præiudicium fit domino [21]. & ita debet lex iſta temperari.

Nominare dominum.

16 *l. is qui dolo. infra eo.*
17 *l. iij. §. vl. infrà ad exhi. & l. cuicunque. §. j. infrà de vſuf. gl. & Bart. in rub. ſupra eo. & in l. j. vbi in rem actio. C.*
18 *gl. in l. j. §. interdictum autem. in verb. & vltro, & ibi Bart. vti poſſ. infrà.*
19 *l. ſerui. de vſuca.*
20 *l. ij. vbi in rem act. authent. qua in prouincia. vbi de crim. C.*
21 *Inno. & alij in c. vlt. vt lit. nõ cõt. & Bal. in l. ij. ad fi. j. col. vbi in rẽ act.*

NON SOLVM. L. XIII.

Reſtitutio rei fructus comprehendit.

REI Reſtitutio plenam recipit interpretationem, vt acceſsiones, fructus, & id quod intereſt ratione damni dati, re-

ſtitutionem rei ſequantur, per hunc textum [1]. Sed & ex hac lege belliſsimè dicitur, ea quæ incurrunt in litem pendentem, poſſe peti eodem iudicio, idque officio iudicis etiam ſi libello non ſint comprehenſa: quod verum eſt, ſi ex natura actionis propoſitæ veniunt [2]: ſi verò non ex natura actionis proficiſcuntur, vt accidit in vſuris, quæ ex ſtipulatione, non autem ex vi actionis veniunt [3], placuit non eodem iudicio peti, ſed alia inſtantia opus eſſe [4]: nec enim talia ad officium iudicis poſſunt pertinere, niſi ante iudicium contigerint [5]. His annecte quæ infrà dicentur in l. quæſitum. de pecul.

Quę poſt iudiciũ acceptum contingunt, an ad iudicẽ pertineant.

1 l.iij.§.j.infrà. Commo. l. præterea. infra eo. & l. videamus. §. in Faniana. infrà de vſur.
2 fac. tex. in l. ædiles. j. §. ſciẽdum. infrà. de ædil. edicto.
3 l.iij. de vſur. C.
4 l.j. de iud. C. l. atteius. §. vlt. de aq. plu. arc.
5 l. ſi quis miſſum §. vlti. de dam. inf. Bart. in l. j. C. de iudic.

ITEM SI VERBERATVM. L. XV.

Principe an res ſubditorũ donare poſsit.

EX Eo quod hac lege dicitur, principem poſſe prædia militibus aſsignare, naſcitur quæſtio vetus, an Princeps ſit dominus rerum quæ ad priuatos ſpectant. Et ſumma ratione Bulgari opinio omnibus probatur, quæ Principem dominum regni ſui eſſe voluit, quoad defenſionem & generale imperium [6]. Ideóque nec Princeps pœnã priuato debitam per reſcriptum poteſt remittere [7]: nec multam ſibi debitam & commiſſam, in damnum eius qui multas conductas habet: ídque ex CVRIAE Pariſienſis decreto [8]: nec auferre bona priuatorum, niſi ex iuſta cauſa, vt hoc textu [9]. Planè ſi neceſsitas poſtulet, auferret à me fundum meum, ſed tamen præſtito pretio [10]. Vide de his Bartolum & cæteros in procemio Digeſtorum: & Panormitanum in procemio Decretalium.

6 vt gl. in ver. ſanctionem. in proœm. dig.
7 l.iij. & ibi doct. de in ius voc. C.
8 Die vj. Martij. an. 1536.
9 & l. Lucius. infrà de euict.
10 l. venditor. §. j. infrà. Com. præd. & ibi Flor. glo. in l. ſi locus. §. vltim. quemad. ſeru. amit.

Poſſeſſor an teneatur etiã ſi res apud petitorem peritura fuiſſet.

§. SI SERVVS. CVM SEQV. RESPONSO. Vides hîc poſſeſſorem teneri de interitu rei, ſi res eodem modo peritura non erat penes agentem: quòd ſi erat peritura non teneretur, niſi eſſet malæ-fidei [11]. Et hoc in ſingulari petitione admittimus, quæ in rem eſt: at in perſonalibus actionibus verior eſt ſentẽtia exiſtimantium, indiſtinctè periculum eſſe eius qui fuit in mora, licet res eodẽ modo apud petitorẽ fuiſſet peritura [12]. nam in actionibus perſonalibus eſt obligatio, quod in realibus nõ vtiq; dici poteſt [13]: ideo in iſtis mora non eſt adeo efficax. Item habes hîc temperationẽ ad eas leges [14], quæ litis obnuntiationem permitunt, vt non habeant locum, ſi pars diuerſa contradiceret, & illius intereſſet, vt ſequente reſponſo manifeſtè oſtenditur [15], putà neceſſariam eſſe ſententiam reo, qui pendente iudicio liberatus eſt rei interitu, in id, vt poſsit euictionem habere contra authorem ſuum: nam hæc ſententia dari debebit etiam inuito agente, & litem detrectante [16]. Nam neceſſaria eſt ſententia ad euictionem, niſi eſſet manifeſtum rem eſſe euincentis [17]: tunc enim emptor agnoſcet bonam fidem, & rem ſine ſententia reſtituet, tamen prius denuntiatione ipſi venditori facta [18]. Sed & hac de re diximus in l. emptorem, de act. empt.

Quando liceat liti renuntiare.

Sententia ad actionẽ de euictione neceſſaria.

11 vide hic glo. diſtinct.
12 l. quod te. infrà. ſi cert. pet. vlt. noto.
13 ſecund. Bal. hîc.
14 l. poſtquam. C. de pact.
15 l. vtique. infra eod.
16 gl. Bar. & Bal. hîc.
17 l. emptorem. de act. emp. infrà.
18 l.4. C. vbi in rẽ act. Bar. in l. aqui natura. §. cũ me. de neg. geſt.

IVLIANVS. L. XVII.

Cùm res ſubſiſtit vindicando datur: ſed ea perempta, quo remedio agatur.

CVM aliquis vendit rem meam, donec res ſubſiſtit, potero ab emptore qui rem meam habet, vindicatione rem repetere, etiã non oblato pretio [19]. Planè ſi res fuerit præſcripta, vel

19 l. mater. & l. ſi mancipium. C. eod.

vel deſierit eſſe in rerum natura; quia nulla mihi actio in eum qui præſcripſit, vel qui detinebat, competit, vtilitatis gratia accommodatur mihi negotiorum geſtorum actio, in eum qui vendidit: idque in ſubſidium, ne ille cum mea iactura ditior fiat [1]: quia eo caſu in ſubſidium venditionem quæ non meo nomine eſt geſta, poſſum ratam habere [2]. Si tamen qui vendidit, haberet cauſam à me, vel eo cui ſucceſsi, habebo negotiorum geſtorum actionem in eum, licet res non ſit perempta [3]. Sed quæ ſuprà dicta dicta ſunt recipiuntur contra eum qui ex titulo lucratiuo rem meam habebat, & eam vendidit: ne lucretur pretium rei meæ [4]. Si autem haberet cauſam oneroſam, ceſſat æquitas, neque dabitur negotiorum geſtorum actio in eum, aut aliqua actio, niſi quatenus poſſet in alium authoritatem & regreſſum habere, & ita intellige hunc textum. Quòd autem hîc dicitur, fructuum haberi rationem vſque ad tempus rei iudicatæ, pertinet ad ea quæ habentur in l. in hac. de Triticar.

Fructuum reputatio in qd tempus excurrat.

1 d.l.mater. & l. ſi cum ſeruum. infrà ſi cer. pet.
2 Bal. in d.l.mater. & noto in l. ſi rem & pretiũ. ſuprà de pet. hær.
3 gl. in d.l. ſi cum ſeruum. tex. in l. j. §. vlt. & ibi Paul. de pe.
4 d.l. ſi cum ſeruum.

SI POST ACCEPTVM. L. XVIII.

Litis conteſtatio an interrũpat præſcriptionem.

POST Acceptum iudicium & litem conteſtatam ſuper re mobili, non tamen vſucapionis interruptio cenſetur eſſe contracta: quia litis conteſtatio quoad curſum non interpellat vſucapionem [5]: in effectu tamen interrumpit, ideóque nihilominus condemnatio ſequitur, licet reus pendente iudicio vſuceperit, vt hîc. Hoc tamen intellige cùm nominatim ſuper re iudicium eſt acceptum: tunc enim litis conteſtatio ſaltem in effectu vſucapionem interpellat. quòd ſi actione generali actum eſſet, vt familiæ erciſcun. & vſucapio poſt iudicium conteſtatum in certa re ſit completa, omnino res illa de iudicio ſubducitur, nec litis conteſtatio in effectu vſucapionem interpellabit [6]. Et eſt caſus quo ius ſuperueniens reo, pendente iudicio illi non proficit, de quo habes in l. hæreditatem. de petition. hæredit. ſuprà. Item licet lite pendente inhibeatur alienatio rei litigioſæ, & nulla ſit [7]: ſi tamen ante motam litem alienatio erat facta, & lite pendente reo dominum ſuperuenerit, confirmatur alienatio, quamuis nunc res ſit litigioſa, ſecundum Baldum hîc. Ideóque cautiones implebuntur ab eo qui lite pendente vſucepit pro alienationibus ante litem motam à ſe factis, vt hîc.

5 l. j. §. vlt. infrà pro empt.
6 l. ſed etſi vſucap. infrà fam. erci.
7 tot. tit. de litig. C. & diff. & l. chirographis. §. j. de admin. tut.

PRAETEREA. L. XX.

PERTINET Ad id quod paulò ſuperius annotatum eſt [8].

8 in l. nõ ſolum. ſuprà. eo.

IN REM ACTIO. L. XXIII.

Quid cuique cedit ſine quo eſſe nõ poteſt.

§. SED ET ID QVOD. Generale eſt quòd hîc à Paulo iuriſconſulto aſtruitur, quid cuique cedere, ſine quo eſſe non poteſt: ex quo effici vult, vt non tantùm ſcriptura cedat chartæ: ſed & pictura tabulæ. Nã accidens cedit ſubiecto, etiã viliori [9]. Tamen quòd pictura cedat tabulæ nõ concedit Caius [10], cuius opinio ab Imperatore approbata eſt [11]: neq; mihi videtur valdè laborandũ eſſe, quomodo tanta contrarietas

9 §. ſi purpuram. de rer. diuiſ. Inſt.
10 in l. quaratione. §. ſed nõ vt literæ. de acq. rer. dom.
11 in §. ſi quis in aliena. de rer. diuiſ. Inſt.

diſſoluatur, quæ forſitan imprudentibus iis qui iſta compilârunt, excidit. Tu tamen vide glo. hîc [1].

1 & Bar. in d. l. qua ratione. §. ſed non vi litera. & Ioan. Fab. in d. §. ſi q. is in aliena.

§. TIGNVM ALIENVM. Ad tignum iniunctum alienis ædibus domino vindicatio accommodanda non eſt, ſed in duplum actio dabitur contra eum qui iniunxit, hoc eſt, conduxit iniungendum, non contra fabrum, vel operarium qui alterius mandato id egit: vt glo. hîc, & ideo bellè dicitur fabros & id genus operas non turbare alterius poſſeſsionem, niſi eis eſſet facta teſtatio [2]: ſed ex turbatione ipſis facta, domino interdictum retinendæ applicabitur [3].

Faber & operarius nō turbat poſſeſsionem.

2 Bar. in l. de pupillo. §. nũtiatio. de oper. non. nunt.
3 Io. Fab. in §. retinendæ. de interd. inſt.

IS QVI DESTINAVIT. L. XXIIII.

MAGNVM Eſſe commodum poſſeſsionis, vel ex eo conſtat, quòd qui poſsidet licet non ſit dominus, abſoluitur, ſi actor in probatione defecerit [4]: nec enim ius rei diſpicitur, ſi de iure petentis non conſtat [5]. Ex quibus approbatur conſilium quod hac lege proditum eſt, vt qui rem aliquam petere vult, animaduertat num eam aliquo interdicto poſsit nanciſci; potius quàm vt agentis partes ſubeat. Nam poſſeſsio id ſecum affert, vt ab onere probandi releuet, per hunc textum [6]: niſi eſſet viuoſa [7], vel niſi is ſtatus qui per poſſeſsionem indicatur, non poteſt ineſſe niſi iure ſpeciali, & cum alterius iniuria [8]: eo enim caſu etiam qui poſſeſſorio agit, probare debet [9].

Commodum poſſeſsionis.

Poſſeſsio quādo à probando releuet.

4 §. commodum. inſt. de interd. pono in l. j. de prob. infrà.
5 l. vlt. C. eo.
6 l. circa. de prob.
7 l. vis eius. de prob. l. ſi quis liberum. de prob. infrà vbi noto.
8 c. ad decimas. de reſtit. ſpo. li. vj. Bal. in l. Titia. ſol. matrim.
9 l. iij. §. hoc interdictum. de itin. actúque priu.

IS QVI SE OBTVLIT. L. XXV.

PERTINET ad ea quæ paulò ſuperius dicta ſunt [10].

SIN AVTEM. L. XXXVII.

HIC [11] apertè efficitur, quæ poſt litem conteſtatam incidunt, etiam in ſingulare iudicium venire: quod quando eueniat alibi demonſtratum eſt [12].

10 l. ſi is qui obtulit. ſuprà eod.
11 §. poſsidere.
12 l. quæſitũ. de pecul. infrà.

§. SI HOMO PETITVS. Hîc eſt textus vbi licet culpa præcedat caſum, non tamē poſſeſſor de caſu obligatur: quod ideo euenit quia culpa non tendit à caſum, vt noto in l. ſi vt certò. §. nunc videndum. infrà. Comm.

Cùm culpa nō eſt caſui accōmodata non obligat periculo.

FRVCTVS. L. XXIII. CVM SEQVENTI RESPONSO.

SICVT Qui in mora eſt, rei interitu non liberatur [13]: ita nec à fructibus: quod eouſque perducendum eſt, vt etiam re perempta ad fructus teneatur qui percipi potuiſſent, vſque ad tempus ſententiæ, per hunc textum. Item non eſt omittendum, fructus perceptos etiam ex mora non petentis in reſtitutionem venire in reali iudicio [14]: quod in perſonali non recipimus [15]. De fructibus autem latè perſequitur hîc glo. eorum diuiſionem: quidam enim ſunt percepti, quidam percipiendi: de percipiendis, an teneatur poſſeſſor ad eos quos ipſe percipere potuit, vel quos percipere potuit petitor, alibi à nobis explicatum eſt [16]. Alia eſt diuiſio in gloſ. relata. Quidam enim ſunt naturales, hoc eſt, in quibus capiendis plus natura quàm hominis induſtria affert, vt po-

Fructus ex mora petētis percepti an reſtituendi.

Fructus percipiendi.

Naturales.

13 l. quod te mihi. ſi cer. pe.
14 Bal. hic per hunc text.
15 l. ſi quis bonorum. de leg. j. & l. ſi mora. ſol. matr.
16 l. in ſumma. §. in frumento. de condict. indeb.

Induſtriales.

poma [1]: quæ tamen inſpectio ad virum bonum referenda eſt [2]: alij ſunt qui plurimum ex facto & induſtria hominis mutuantur. In naturalibus autem contra gloſſ. obtinuit, etiam eos ad bonæ fidei poſſeſſionem pertinere, ſi modò titulum habet. quæ ſententia non mediocriter à Iuriſconſulto adiuuatur [3]. ſin verò non habet titulum, vel talem habet qui pro titulo non eſt, ſecus ſtatuitur [4]. & eo modo leges ex diametro pugnantes ad conſenſum reuocantur: in qua etiam ſententia Ferretus procliuior eſt [5]. In induſtrialibus autem fructibus, ab omnibus ferè in ſententiam gloſſ. itum eſt, vt indiſtinctè ad bonæ fidei poſſeſſorem pertineant, etiamſi non habeat titulum [6]: tamen extantes reſtituet [7], at conſumptos nunquam, licet ex eis eſſet factus locupletior, quia illius ſunt pro cultura & cura [8]: idem ſi eſſent commiſti [9]. Cùm igitur quodammodo videatur eos habere ex onerosa cauſa ceſſat æquitas legis, ſi eum ſeruum. infrà ſi certum peta. quæ tantùm contra eos qui ex lucro capiunt eſt inducta [10]. Tamē in vniuerſali iudicio melius eſt, vt bonæ fidei poſſeſſor reſtituat eos, in quibus locupletior factus eſt [11]: in malæfidei poſſeſſore: vide hîc glo. [12] quam tenent omnes. Nec verò ignoro quoſdam ex recentioribus [13] eam diuiſionem quæ ſuprà de fructibus poſita eſt, non probaſſe: quòd ij fructus qui à nobis magis neceſſario quam eleganti verbo induſtriales nuncupantur, potius naturales dici debeant, cùm in eis etiam natura plurimum valeat. Sed nos de rebus, nō de verbis laboramus. Nam & ea ratione omnes fructus diuinos appellemus licet: quòd ij ex Dei bonitate hominibus concedantur.

ET EX DIVERSO. L. XXXV.

Sententia in fructus continetur.

§. VBI AVTEM. Ex hoc textu annotauit Baldus hîc ſententiam latam ſuper re, intelligi etiam latam ſuper fructibus, & ſecundum Bartolum, eiuſmodi ſententia facit ius in fructibus: ſed tamen noua inſtantia erit opus, ſi nulla facta eſt mentio de fructibus in cauſa principali [14], Quod tam verum eſt vt ſententia etiam errore continens lata in principali, in acceſſorio fidem faciat [15]. Et quæ dixi, intellige in vindicatione rei particularis, qua intenſa non veniunt fructus [16], niſi eſſent pendentes, qui pars rei ſunt [17]. At in vniuerſali petitione verius dicitur, fructus comprehendi [18]. Ex his & illa deſcendit quæſtio, an dicatur valere ſententia, qua iudex aliquem condemnat ad rem reſtituendam cum fructibus: in quo ferè placuit, ſententiam quæ ad fructus præteritos cōdemnat, non valere, niſi per eandem ſententiam liquidi fiant [19]: vel niſi actis probatoriis de illis manifeſtè conſtaret [20]. ſed & in fructibus futuris admittitur, vt de illis ſententia reddi poſſit [21]: perpetuúmque eſt in iudiciis vniuerſalibus. vt ſententia quoſcunque fructus poſſit cōtinere etiam præteritos [22]. Tractatum quoque eſt de fructibus & expenſis quæ lite pendente capiuntur, an de eis ſententia reddi poſſit: quod magis eſt: valebitque ſententia qua iubentur reſtitui fructus, reſeruata taxatione iudici [23].

An ſententia valeat ad fructus præteritos.

An reo qui æſtimationem

§. PETITOR. Ei qui, cùm rei vindicatione conueniretur, rem poterat reſtituere, maluit æſtimationem dare re retēta,

1 l. fructus. de vſur. infrà.
2 ſecund. Bar. hic.
3 l. in bonæ fidei. de acqui. rer. domi. infrà.
4 l. fructus. infrà de vſu.
5 in tr. ſi. de mora. nu. 33.
6 l. qui ſcit. de vſur. l. bonæ fidei. de acquir. rer. do.
7 l. certum. C. eo.
8 §. ſi quis à non domino. inſti. de rer. diui. l. iiij. §. poſt litem. fin. regund. infrà.
9 Bald. in l. ij. de fruct. & lit. expen. C.
10 Bal. hic.
11 l. ſed etſi lege. §. conſuluit. ſuprà de peti. hære.
12 in l. & ex diuerſo. infra eodem.
13 Coraſ. libr. j. Miſc. ca. ix.
14 l. fundi. de exception. & Barto. hic 4. col. noto in l. qui per colluſionem. §. j. de act. emp. infrà.
15 l. qui Romæ. §. vltim. de verb. oblig.
16 d. l. fundi.
17 l. fructus. infrà eod.
18 l. ij. & ibi Bart. de petit. hære. d. C.
19 l. in ſumma. §. qui ſortis. de re iudic. Bald. in l. j. ſi mul. ſecund. nup. C. per illum tex.
20 l. at prætor. §. ſ. & ibi Bar. infrà de re iudic.
21 l. j. de ſent. quæ ſine cert. quan. C.
22 l. item veniunt. §. fructus ſuprà de peti. hære. Bart. in rubr. ad ſ. ſolu. matrimo.
23 l. terminato. & gloſſ. & Bar. de fruct. & lit. expen. C. Bar. hic. ad ſi.

eſt cauendum de euictione ab actore: & hoc eſt expeditum per hanc legem. Sed dubitatio eſt num re euicta teneatur petitor euictionis nomine: in quo ferè talis diſtinctio admittitur. Aut enim dubium eſt vtrum res ſit actoris, ſed recipit æſtimationem, vt cedat reo quicquid iuris habebat in re: quo caſu authoritatem & euictionem reus amittit [1]. Cùm verò eſt certum rem actoris eſſe, vel quia erat dominus, vel quia conuentus dominij exceptionem non potuiſſet allegare, benignè datur reo, qui ſoluit æſtimationem, actio de euictione in actorem [2]: & hanc ſignificationem habent hæ leges, quæ volunt, ſoluentem æſtimationem, emptori ſimilem eſſe [3]. Planè cùm res alia pro alia volenti ſoluitur, illa euicta, priſtina obligatio remanet [4]. His annectitur, quod dici ſolet: poſſeſſorem pignoris ſoluentem litis æſtimationem primo creditori, non ideo liberari à ſecundo [5].

maluit reddere, detur de euictione actio.

1 l. quod in venditione. de har. & act. ven. infrà l. ſi pro fundo. C. de trāſa.
2 l. ſi donat. c. de donat. inter vir. & vxor.
3 l. vlt. quib. ex cau. in poſ. eat. infrà. & l. iij. & ibi Bart. pro emp. noto in l. ſi culpa. infra eod.
4 l. ſi quis aliam. de ſolut.
5 l. creditor. §. ſi quando. qui pot. in pign.

QVI PETITORIO. L. XXXVI.

QVI conuenit poteſt, ne fruſtra actionem intendat, interrogare reum qua ex parte poſsideat, & an poſsideat: idque ante litem conteſtatam [6], & cogetur reus reſpondere: & ſi mentitus fuerit, in pœnam mendacij ab eo fiet tranſlatio poſſeſsionis [7]. Quòd ſi ſuper titulo dominij interrogatur, expeditum eſt non teneri reſpōdere [8]. Ideóque dicitur dominum non poſſe cum vaſallo experiri in hoc, vt vaſallus cogatur titulum feudi ſui oſtendere, vel de inueſtitura deſcriptum dare [9]: tamen obtinuit vt quis teneatur dicere titulum ſuum ſi habet præſumptionem ſibi contrariam, vt cum iure communi electio ad canonicos qui in eadē eccleſia ſunt pertineat [10], ſi alius velit admitti, titulum dicere debet [11]. Et ita CVRIAM Pariſienſem iudicaſſe per manus traditum eſt [12]. Item ſpeciali iure in beneficiis eccleſiaſticis admittitur, vt poſſeſſor teneatur dicere titulum ordinario collatori [13]: niſi collator de impedimento aut vitio eius, cui contulit certior factus, illi contuliſſet: quia quo ad ſe videtur diſpenſaſſe [14]. Nec verò mirum eſt, ſi in beneficiis eccleſiaſticis titulum collatori quis tenetur exhibere, vt diximus: nam nunquam ſententia tranſit in rem iudicatam in beneficiis, ideóque poſſeſſor de ſuo iure docere ſemper debet [15]. His adde quæ infrà diximus de interro. act. l. qui interrogatur.

Poſſeſsionem reus dicere debet.

Sed non titulum.

Dominus in vaſallum non poteſt intendere vt titulū oſtendat.

In beneficijs titulus dicendus eſt.

6 l. qui ſeruum. §. in iure. de interrog. act. gloſſ. & Bar. hic.
7 l. vlti. infra eod.
8 l. cogi. de pet. har. l. in ſpeciali. infra eod.
9 Iaſ. in vſib. feud. nu. 50.
10 c. cum eccleſia. de cauſ. poſſ.
11 c. vno. vt eccl. benef. ſine diminu. c. conſtitutus. & ibi Inn. & Ab. de elec. glo. vlt. in c. iij. de procu.
12 in ſtylo Curiæ Parlam.
13 c. ordinarij. de offic. ordi. libr. vj.
14 c. veniens. de fil. presby. c. accepimus. de ætat. & qualit.
15 glo. & Panorm. in c. j. de conceſſ. præb. idem in ca. cùm dilectus. de electio. §. notab. & cap. licet beli. vlt. col. de ſimon.

IN FVNDO. L. XXXVIII.

NOTA vindicanti rem obijci à reo exceptionem expenſarum, quæ in rem factę ſunt: quæ exceptio etiam in executione opponi poteſt, cùm non infringat, ſed temperet ſententiam [16]: ſimile dicitur in exceptione, vt quis quatenus poteſt facere damnetur [17], & in exceptione inuentarij, vt ad vires hæreditatis teneatur tantùm [18]: quæ ſententia æquitatem habet, licet eam Zaſius impugnet [19]. Et bellè à Bartolo hîc & Panor. [20] relatum eſt, duo eſſe neceſſaria vt expenſarum reputatio admittatur: nam expenſas factas eſſe oportet, item vt poſſeſsio ſit melior effecta: ideóque in id tantùm quò poſſeſſio cumulatior eſt effecta, expenſæ reputari poterunt, vt hac lege [21]. Quòd ſi æſtimatio eius quo res melior reddita eſt, expēſas ſuperaret, tamē ſolùm expenſæ repetuntur. Vtrúque caſum

Exceptio expenſarum poſt ſententiā opponitur.

16 Bald. hic. in ij. lect.
17 l. Neſennius. de re indi. infrà.
18 doct. in l. vlt. §. in computatione. de iur. delibe. & Bart. in d. l. Neſennius.
19 lib. ij. ſingu. c. j.
20 c. j. j. col. de in integ. reſti.
21 in verſ. reddet.

caſum habes in l.ſi fundum.de in rem verſo.infrà.Item æquitas huius legis non procedit in neceſſariis expenſis, pro quibus & poſſeſſori bonæ fidei [1], & malæ fidei [2], accommodanda actio eſt [3]:nec enim hoc caſu donaſſe prædo iudicatur,cùm eas neceſsitate fecerit.In vtilibus autem admittitur diſtinctio, vt eæ expenſæ non repetantur à prædone, ſi opus nouum inchoauit [4]: ſinautem in reficiēdo ſunt factæ,prædo deducet [5], ſecundum Bartolum hîc. At voluptarias nunquam deducit, vel corradit [6]: quod in ſingulari petitione expeditum eſt: ſed in petitione hæreditatis non idem [7].Reliqua require ex gloſſ. quæ in iſto impenſarum genere magiſtra eſt.Nec omittēdum eſt eas impenſas quæ gratia fructuum colligendorum aut ſeruandorum fiunt,repeti à quocūque,etiamſi prædo ſit [8]. quod intellige de eo prædone qui rē detinebat: in reſtitutione enim rei talium impenſarum habebitur ratio.Sinautem aliquis prædo vuas vineæ meæ, quam nunc poſsideo, decerpat & colligat,ſeruabo ab eo vuas,nec tenebor reputationem facere ſumptuum in vuis colligendis factorum:donaſſe enim videtur: & ita intelligo quod Vlpianus refert in l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuam.ad leg. Aquil. Nec omittendum eſt quod aliâs in hoc expenſarum genere CVRIA Pariſienſis iudicauit [9], bonæ fidei poſſeſſorem fundo cedere damnatum, expenſas neceſſarias & vtiles retentione ſeruare, voluptarias autem perſequi poſſe nomine eius quod intereſt.

Neceſſariȩ expenſæ qui repetantur. — *Vtiles.* — *Voluptariæ.* — *Impenſæ fructuum.*

1 *l.adeò.§.q.de acquiren. rer.do.& §. ex diuerſo. de rer.diui.inſti.*
2 *l.domum.C.de reiuind.*
3 *vt glo.ij.hic.& Bar.*
4 *§.ex diuerſo. de rer.di. l.ſi is contra. de ædific. priua.C.*
5 *d.l.domum.*
6 *per glo.hic in fi.& dicto §. ex diuerſo. & l.iij.§. q.de in rem verſ.*
7 *l.vtiles.de pet.hære.*
8 *l.quod in fructus. de vſur.l.fundus.in fi.princ. famil.erciſc.l.ſi à patre. §.fructus.de pe.hær.C.*
9 *xv. Calend. Maij,anno 1427.*

QVAE RELIGIOSIS. L. XLIII.

HVC pertinet quod dicitur apud canoniſtas, [10] oleū non conſecratum conſecrato miſtum, fieri conſecratum, quia minus dignum à digniore dignationē mutuatur [11]. Quibus annecte quod dicetur in l.ſi communem. infrà quemadmo. ſeruitut.amitt.

Dignum minus digno tribuit dignitatē.

10 *in c.quod in dubijs.de cōſecr.eccl.vel alt.*
11 *l.præcipimus.de app. C.*

FRVCTVS PENDENTES. L. XLIIII.

Allego in l.& ex diuerſo.§.j.ſupra eod. Et nobile eſt quod dicitur, fructus pendentes partem rei eſſe: ex quo efficitur vt reſtituātur cum re à fraudatore, qui in perniciem creditorum emit:at fructus pòſt percepti non in eadem cauſa ſunt [12].Item tales fructus pendentes fructuarij lucro nō cedunt, cùm proprietatem augeant [13], at reliqui illius erunt. Sic licet fructus non augeant donationem quo ad inſinuationem [14], ſecus tamen in pendentibus dicitur,per hunc textum [15].

Fructus pendētes pars rei.

12 *l.vlt.§.pen.infrà quæ in fraud.cred.*
13 *l.vxori. infrà de vſufr. leg.*
14 *l.in ædibus. §.j. de don. Bal.in l.vlt.C.pro dona.*
15 *& d.l.vlt.§.pen.quæ in fraud.cred.*

EIVS REI. L. XLVI.

VLTRA id quod lege continetur,an qui rei æſtimationem ſoluit, agat de euictione contra eum cui ſoluit, ſi res pro qua æſtimationem intulit,ſit euicta,habes in l.& ex diuerſo.§. vlt. ſupra eod.& in l.ſi culpa.infra eod.

SVMPTVS. L. XLVIII.

HAEC lex pertinet ad ea quæ de impenſis dicta ſunt [16]: & mirabiliter temperat id quod dicitur, poſſeſſores reputare poſſe expenſas domino,id enim cum ratione dicitur:ſed tenebuntur nihilominus eas cum fructibus compenſare, per hunc textum.quod etiam ad eos qui titulo oneroſo poſſident, perducitur [17]: licet Socinus contrà [18]. Item hæc locum habet cùm poſſeſſor conuenitur ab eo à quo cauſam non habēt: ſin

Impenſæ licet repetantur, tamen cum fructibus compēſari debent.

16 *in l.in fundo.ſupra eod.*
17 *l.emptor.infrà eod.*
18 *in fal.reg.ccxcviij.*

verò ab eo cauſam habet, melius eſt vt repetat ſumptus, compenſatione fructuum ſummota [1]. Item quòd dicitur compenſari impenſas cum fructibus, habet locum in eo qui rem alienam poſsidet: ſinautem rem ſuam poſsideret, & iure dominij, licet poſteà reſtitutioni eſſet ſubiecta, ad cōpenſationē impenſarum cū fructibus non eſt cogendus: vt dicitur in eo qui rem reſtitutioni ſubiectam ab hærede emit, quia interim alienatio tenet, & eſt dominus [2], lucrabitúrq; facturus, & expenſas repetet [3]. Sic vaſallus aperto feudo, repetet expenſas, & fructus eius lucro ſunt [4].

Solvm. L. xlix.

Re mea vel mihi debita, perempta, an quod ſupereſt debeatur.

§. Mevm. Præclarum eſt quod diſtinguitur, cùm peto quod meum eſt actione in rem, quod ex re ſupereſt, eandem cauſam ſequi, per hunc textum. Cùm autem peto rem mihi debitam, re principali perempta, quod ſupereſt non debetur: vt perempto boue legato corium non debetur [5]. Sinautem res principalis non periiſſet, ſecus dicitur: ideóque perempta ſuperficie, nihilominus area debetur quæ potior eſt [6]. Et hæc in debitis ex cauſa lucratiua admitti placuit: ſinautem ex oneroſa cauſa debeantur, etiam quod ſupereſt ſine diſtinctione debebitur [7].

Si ager. L. l.

Quibus titulis dominium ſine poſſeſsione transferatur.

VIDES ex titulo ſingulari ſine traditione & poſſeſsione dominium non tranſire [8]. Contrà dicitur in caſibus notatis hîc per gl. ſimiliter & in ſacris ſacerdotiis, in quibus ſine poſſeſſione dominium transfertur [9]: ſed ſola inueſtitura & titulus dominium conferunt [10]. Sic nec dominium transfertur in vniuerſalibus ſine traditione [11]: niſi à defuncto in hæredem, vt hîc: & niſi titulus vniuerſalis perſonæ accedat, vt in ſocietate [12], arrogatione [13], ingreſſu monaſterij [14]. Idem & in iudiciis vniuerſalibus diuiſoriis, familiæ erciſcund. finium regund. & communi diuid. [15] Aliud in dote [16], quæ etiam inter iura vniuerſalia numeratur [17]. Plus etiam Iaſon [18] addit, dotem vniuerſalem omnium bonorum, non tranſire ſine traditione [19].

Si fvndi possessor. L. liii.

Abraſio.

LICET in his quæ fundo ſunt annexa non habeat locum coraſio [20], aliter tamen ei qui expenſas fecit, cautum eſt aduerſus dominum, vt eas poſsit ſeruare, vt ſuprà monuimus [21].

Inter officivm. L. liiii.

Notatur in l. filius. ſuprà de inoff. teſtamen.

Si possessor. L. lv

Hæredes actionibus perſonalibus qui teneantur. Actionibus hypothecarijs.

MANIFESTIVS eſt quàm vt dici debeat, hæredes actionibus perſonalibus illigari pro hæreditariis portionibus [22]: adeo vt nec vnus teneatur pro altero, qui pòſt minus idoneus reperitur [23]. At actionibus hypothecariis inſolidum obligantur, & conueniuntur [24]: tunc enim res ſpectatur non perſona. Ideóque vnus ex pluribus poſſeſſoribus rei quæ pro penſione vel redditu obſignata eſt, inſolidum ad penſionem conueniri

1 l. dominus. §. j. loc. infrà.
2 l. non ideo. infra eo. l. iij. §. ſinautem. com. de lega. C. & ibi Bar.
3 glo. in l. emptor. infrà eo.
4 Bal. in d. l. emptor.
5 l. mortuo boue. de leg. ij. l. peculium. §. j. illo titu. l. caro. de vſufru. leg.
6 l. ſi area. de leg. ij.
7 l. ſi ſeruus. §. boue. de cō di. furt. Bart. in l. ſi Stichus. de ver. oblig.
8 l. quintus. de act. emp.
9 c. ſi tibi abſenti. de præb. libr. vj. noto in l. fine ante. §. ſi duobus. de publi.
10 cap. propoſuit. de conceſſ. præb. c. ex ore. de his quæ fiunt à maio. par. Card. in cle. ij. §. j. q. viij. de ele.
11 l. qui tibi. de hæ. vel act. vend.
12 l. j. & ij. pro ſoc.
13 l. ſi adoptauero. de prec.
14 auth. ingreſsi. de ſa. ſan. eccl. Bar. in l. qui vniuerſas. §. ij. de acqui. poſſ.
15 l. & ideo. & ibi Bart. & Ang. de cond. furt.
16 l. de diuiſione. ſol. matri.
17 Bar. in rub. ſol. matr.
18 in d. l. de diuiſione.
19 glo. ſing. in l. j. §. vniuerſa. pro dot.
20 per hunc text.
21 l. in fundo. ſupra eod.
22 l. j. ſi cert. pet. C.
23 l. legatorum. de leg. a. ij.
24 l. j. & ij. de hær. act. l. ij. ſi vnus ex plu. hær. cre. C.

conueniri poteſt [1]:Placitóque CVRIAE Pariſienſis continetur,hæredes eius qui pro aliqua ſumma aut illatione,bona ſua nexu obligauit,inſolidũ diſtringi poſſe illius penſionis nomine [2]:nec poterit vnus petere,vt alii qui ſoluendo ſunt ad tributionem teneantur [3]: nam hypothecaria inſolidum eſt [4]. Tamen iure ſingulari, in hypothecaria quæ legatariis datur, receptum eſt, vt tantùm contra hæredes competat pro hæreditariis partibus [5].

Rei vindicatione.

In vindicatione autem iudicium datur pro modo poſſeſsionis, nempe vt quiſque hæredum poſsidet, vt hîc.Sinautem iudicium iam cum defuncto, ſuper re quam tenebat,erat acceptum, & poſteà deueniat res ad vnum ex hæredibus,tenebitur ille qui inſolidum poſsidet,ex inſtantia cœpta cum defuncto, pro parte hæreditaria tantùm [6]: alij verò non tenebuntur quia non poſsident, & ſine dolo deſierunt poſsidere. Quòd ſi aliquo teſtatoris vel hæredum facto tota poſſeſsio ad iſtum hæredem deueniſſet,tenentur hæredes pro parte [7]. Et quemadmodum dicimus in realibus teneri hæredem qui ſolidam rem poſsidet, inſolidum, ſi iudicium non eſt acceptum cum defuncto:idem erit iudicandum de perſonalibus,quæ ad rem reſtituendam dantur ex contractibus bonæfidei [8]:at in actionibus ſtricti iuris,quæ ad rem dandam intenduntur,non item [9].

1 *Bal.in l. moſebis.infrà: de iur.fiſ.per tex.in l. creditoris.et l.vlt.de diſtra.pig.infra. et ibi Bar.*
2 *vt refert Ioan.Galli.q. lxiiii in tract.de quaſt. per areſta deciſ.*
3 *Bar.in d.l.creditoris.de diſt.pig.*
4 *d.l.ij.ſi vnus ex plurib.*
5 *l.i.§.pe.Com.de lega.C.*
6 *l.ij.§.vlt.ad ſi.de prat.ſtip.*
7 *Auth.ſi hares.de litig. C.vide Bar.in l.ij.§. vlt.de preto.ſtipul.*
8 *l.iij.§.ſi hares. Commo. l.ſi duo.depoſ.infrà.vbi vide.*
9 *d.l.pro hareditariis.l. ſed tibi homo.§.ſi fundus.de leg.j.Bar.in d.l. iij.§.ſi hares.Bal.in d. l.pro hareditariis.*

IS A QVO FVNDVS. L. LVII

Tertia perſona an impediat fieri executionẽ inter duos litigantes.

ACCOMMODATE,dicitur ab Innocẽtio [10],duos petitores ſibi inuicem oppoſitos impedire ſeſe mutuò, nec hoc modo reum iudicatum peragi poſſe [11].Quòd ſi ambo contra tertium conſtiterint, non impediuntur actionem proſequi, & fiet executio in gratiam eius qui vicerit, ab eò tamen præſtita cautione, ſi alter rem euiciſſet ſe eam redditurum, vt hîc [12].Tertia igitur perſona tranſuerſim veniens ad iudicium non impediet executionem fieri,niſi ius ſuum ex continenti docere ſit parata [13].Quod etiam in ſpiritalibus & beneficiis locum habet [14]:atque adeo in interdicto recuperandę,ſecundum Panormitanum [15], licet Innocentius contrà.

Spoliatus ex continenti an reſtituendus.

Nec multum facit quod obiici poſsit, ſpoliatum ex continenti reſtituendum,nulla aduerſante exceptione [16], quia hoc rectè dicitur inter eaſdem perſonas,non inter alias,quod certè rationem habet. His additur,quòd tertia perſona poteſt impedire & teſtatò denuntiare debitori meo, ne mihi nomen meum diſſoluat [17].

10 *in c.veniẽs ij. de teſti.*
11 *tit.de pace tenen. §.ſi duo.in vſib.feud.& ibi Bal.et l.Titia.ſol matr. d.c. veniens.l.ij.C.de neg.geſt.*
12 *& l.pe.de pet.har.ſuprà.& l.ſi quis ſeruũ. §.pe.infra.de leg.ij.*
13 *d.l.Titia.& c.cùm ſuper.de re iud.*
14 *d.c.veniens & ibi Pan.*
15 *in d.c.veniens.*
16 *cap.in literis.de reſtit.ſpol.l.ſi quis. ad ſe.ad l. Iul.de vi.C*
17 *l.vlt.& ibi noto.infrà; de leg.commiß.*

HABITATOR. L. LIX.

Coraſione ſeruantur expenſæ.

RECTIVS opinor dicitur, eum qui opinione domini poſsidebat, ſi fecerit expenſas quæ domui aut fundo coniunctæ ſunt, ſeruare quidem pretium earum [18], ſed ipſas tollere non poſſe [19].Quod & in vſufructuario expeditũ eſt [20]:nam is etiam pro domino eſt [21]. At in colono media via obſeruatur,vt auferre poſsit etiã quæ coniuncta ſunt ædibus:ſi tamen ſine læſione domus id fieri poſsit [22].Qui enim ad tempus rem tenet, ſi quid expendat, creditur etiam ad tempus expendere velle: itaque rationem habet vt diſcedenti poteſtas auferendi fiat.

18 *vt in l.in fundo.ſupra eod.*
19 *l.ſi fundi.ſupra eo.*
20 *l.ſed etſi quid.infrà. de vſufr.*
21 *in l.venditione. de bon. auth.iud.poſſ.*
22 *l.ſed addes.§.ſi inquilinus.infra.loc.*

SI NAVIS. L. LXII.

AN in fructuum reputatione faciēda diſpiciantur ij, quos capere potuiſſet actor vel reus, diximus in l. in ſumma. §. in frumento. infrà de cond. indeb. Et hîc habes penſiones & reditus ciuiles in fructibus numerari [1]. & hoc ex lata interpretatione. Ideó que ſtatutum loquens in fructibus, ad penſiones non pertineret [2]. Iam & veterum opinio placet, qui vecturas & vſuras ſimiléſque penſiones, ciuiles fructus appellauerunt, quòd illæ (vt hîc Papinianus ait) non natura ſed iure capiuntur: hoc eſt, non naturali, ſed ciuili ratione: quāquam hoc Coraſius in Miſcellaneis non probet [3].

Fructus ciuiles.

1 *ſo. l. diuortio. in prin. & ibi glo. ij. Sol. matr. & ibi Iaſ. tex. in l. videamus ſ. de vſur. §. præterea. & l. prædiorum. eod. tit.*
2 *Iaſ. in d. l. diuortio. ſj. col.*
3 *lib. v. cap. ix.*

SI CVLPA. L. LXIII.

QVI culpa dimiſit rei petitæ poſſeſſionem, tanquam poſſeſſor ad rem, aut æſtimationem rei tenetur: iuſtè tamen deſyderabit vt aduerſarius actiones cedat, quibus rem perſequatur contra extraneos. Sed vtimur opinione Azonis, qui ex hoc textū, ei qui æſtimationem ſoluit tanquam emptori, vtilem actionem dari exiſtimauit ſine ceſsione, non tantùm contra extraneos, ſed cōtra dominum, ſi fortè poſsidere rem incipiat: neque enim in emptionis titulo, ceſsio neceſſaria eſt [4]: neque dominus admittitur, ſi æſtimationem velit reſtituere, retenta re: cùm æſtimatione recepta videatur contraxiſſe, & rem emiſſe. nam vbi pretium eſt, ibi & emptio contrahi intelligitur [5]. Et hæc in eo qui conuentus rei vindicatione cùm non eſſet obligatus, ſoluit æſtimationem, admittūtur, per hunc textum. Sin autem reus eſſet obligatus, & cum rem præſtare non poſſet, æſtimationem intulit, re ad dominum reuerſa, poterit dominus rem retinere reddita æſtimatione [6]. In hac igitur lege, datur vtilis ſoluenti æſtimationem, qua cōtra dominum aget: nec ceſsione opus eſt. Abſurdum enim videretur, ſi ea actione quam mihi ceſsiſti, eadem contra te vtar [7]. Et licet qui ſoluit habeat vtilem, non tamen dominium. Nec mutat quod dicitur, ſoluentem æſtimationem litis emptorem iudicari [8], & in eum tranſire dominiū [9]: hoc enim ita verum eſt, ſi res erat præſens, & ſic ei tradita à domino cui æſtimationem infert [10]: at in hac ſpecie rem non adeſſe dicebamus, & ex tenore legis apparet.

Qui culpa rem amiſit tenetur ad æſtimationem.

Soluēs æſtimationem vt emptor habetur, & actionem ſine ceſsione habet.

4 *l. vlt. de her. vel act. ven. C.*
5 *l. vlt. de præd. decur. lib. x. C. glo. in verb. agēdo. l. j. § 4. de ſuperfic.*
6 *l. ſi fullo. de cond. ſine cauſ. ſecund. Bal. hîc.*
7 *l. j. §. vlt. cum l. ſeq. infra. de oper. non. nunt. Bar.*
8 *l. iij. pro emp. infrà.*
9 *l. eius. ſupra eo.*
10 *l. hac ſi. ſupra eo. & l. ſed etſi. § j. infrà tit. ſ.*

EMPTOR. L. LXV.

HANC legem explica per ea quæ ponuntur in l. ſumptus. ſupra eod. Et quod dicitur vindicantem non audiri niſi refuſo pretio, intellectum habet, ſi in vtilitatem vindicantis verſum eſt [11]: aliâs non oblato pretio vindicandi rem illi poteſtas eſt [12]. Huc pertinet quod dicitur, eum qui ad rem ſuam vendendam, compulſus eſt, debere pretium quod accepit reſtituere, ſi vult rem recipere [13]. Quod ſi pretium per eandem vim ad alium deueniſſet, puta tyrannus me cogit rem vendere, vt pretium rei recipiat, agam non oblato pretio [14].

Vindicāti rem non eſt opus pretiū offerre.

11 *ita intellige l. vlt. de vxor. mi. C.*
12 *l. ſi mancipium. l. mater. C. eo.*
13 *l. ſi vi. C. de eo quod met. cauſ. & ibi gloſ. Bar. & Bal.*
14 *d. l. ſi mancipium. & Pau. de caſt. in l. ſi per vim. C. de eo quod met. cau.*

NON IDEO. L. LXVI.

PERTINET ad l. ſumptus. ſupra eodem. vbi vide reliqua.

Qvi restitvere. L. LXVIII.

In arbitrarijs duæ actiones.

VIDES hîc in arbitrariis actionibus ferri duas ſentẽtias, de quo vide quod pono in l.ſi cum exceptione §.hæc autem, ſuprà quod met.cau.Et hæc lex explicatè prodit remedia,quibus agi poteſt cõtra eum,qui iuſſus reſtituere non paret.Nam ſi rem habet, manu militari cogitur eam reſtituere, & præciſè: idque propter latam ſententiam, qua perditur beneficium ſoluendi id quod intereſt, Baldus hîc [1]. Proinde ſi rem non habeat,ſed dolo deſiit habere, per iuramentum in litem lis expedietur contra eum.At contra poſſeſſorem inductum eſt,vt ſine nouo iudicio res manu militari auferatur [2]:quod rationem habet, ſi res cùm ad eum eſt translata,litigioſa erat [3]: aliàs nouo iudicio erit opus [4]. Animaduertendum verò eſt, hîc contra non parentem & minime reſtituentẽ iurari in infinitum ſine vlla taxatione: quod in rei vindicatione tantùm cautum extat [5]:& hoc æquitatẽ habet propter dolum & contumaciã eius,qui domino rem non reſtituit.In cæteris iudiciis iuratur quidem,ſed arbitrio ſedentis ſumma intra quã iuretur, definietur [6]: quod & Coraſius probat,quem fuſius vide [7].

Remedia contra non reſtituentem.

Iurari in infinitum.

1 l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem.de ſolut.noto. in l.item veniunt.§.idẽ rectè.de pet.hæ.
2 l.chirographis.§.vlt.de admi.tuto.
3 l.4.& ibi Cyn.de alien. iud.mut.
4 l.etiam.§.pen. de petit. hære.ſuprà.Bal.hîc.
5 in hoc text.& l.ſi fundus.§.in vindicatione. de pigno.
6 l.videamus.de in li.iur. l.iij.§.4.ad exhib.infrà.
7 lib.7.Miſcel.ca.ij.

Is qvi dolo. L. LXIX.

Qui dolo deſiit poſsidere, pro poſſeſſore eſt.

QVI dolo deſiit rem poſsidere,pro poſſeſſore eſt ad incommodum ſuum: ideoque poterit damnari ad rem præſtandam,vel id quod intereſt,idque ex eadem inſtantia [8]. ad commodum autem ſuum non dicitur poſſeſſor,neq; enim præſcriberet [9].Nec verò ei qui dolo poſsidere deſiit, cogetur dominus præſtare actiones,ſi conuenitur in rem, per hunc textum: ſecus ſi actione ex contractu [10]: et verò qui culpa deſiit, præſtabuntur actiones ſine diſtinctione [11].

Dolo cedenti an cedatur.

8 Bar.in l.quanquam.§. Iulianus.de aqua plu. arcen.
9 Diu.in reg.pro poſſeſſore in prin.de regul.iur. lib.6.
10 l.in depoſiti.de re iudi. & ibi Bar.
11 l.ſi culpa.ſupra eodem.

Si a titio. L. LXXII.

IN hanc ſententiã vide quæ ponuntur in l.ſi quis alienam. infrà de actio.emp. Et an Publiciana contra dominum intendatur habes titulo ſequente [12].

12 in l.j.infrà de publicia.

In speciali. L. LXXIII.

PROSEQVERE vt in l.qui petitorio.in princi.ſuprà eodem,vbi notat.

Qvae de tota. L. LXXVI.

REGVLARITER incertus libellus non admittitur [13]: ideoque qui tertiam partem centum iugerum emit ad electionem ſuam,non rectè aget,niſi prius eligat, vt Bartolus notat [14].idque verum eſt,niſi ex parte actoris eſſet iuſta ignorantia: tũc incertus libellus admittitur,per hunc textum.idem eſt ſi ex contumacia,vel facto debẽtis incertitudo actori afferetur [15]. Sic plures actiones propter iuſtum errorem poſſunt cumulari:de quo vide quæ aliàs notauimus [16].

Incertus libellus quando admittatur.

13 l.ſi in rem.ſupra eod.
14 in l.iij.§.incertan. de acqui.poſſ.
15 l.j.§.quod autem.quæ. legato.
16 in l.quod in hærede. §.eligere.de tribut.

Qvaedam mvlier. L. LXXVII.

HABES ex hac lege duos modos qui habentur pro traditione:primus eſt cùm in ipſo contractu venditor,aut donator rem titulo locationis accipit: quia eo caſu poſsidet nomine emptoris,aut eius cui donat [17]: & dominium transfertur,

Conſtituens ſe alterius nomine poſsidere, traditione facit.

17 l.quod meo. de acquir. poſſ.infrà.

ac ſi res verè eſſet tradita. Quæ ſententia generalis eſt, quoties in contractu venditor conſtituit ſe nomine emptoris poſsidere [1]: & hoc conſtitutum vera traditio & poſſeſsio iudicatur [2]. Simile eſt in retentione vſusfructus à vendente aut donante facta, quæ & traditionem habere dicitur, & dominium transfert [3] quoad ipſos contrahentes, non autem ad damnum tertij [4]. Planè dominium transfert in emptorē, vel donatarium, ſi tempore contractus venditor poſsidebat [5]. Huc pertinet quod dicitur, dominium transferri in venditione, ſi venditor res venditas in pignus retinet [6]. Alius eſt modus qui pro traditione eſt, nempe cùm aliquis emit rem quæ in poſſeſsione ſua eſt, vel cùm res eſt præſens ſuper qua contrahitur, per hūc textum. Quod ita interpretamur, ſi venditor eſſet dominus vel poſsideret: quia qui nullum ius habet, nec tradere, nec quaſi tradere poteſt [7]. item hæc ficta traditio procedit, ſi ſoluere-tur pretium, vel fides de pretio haberetur [8], aut ſi inſiſteret emptor ipſi rei ſciente venditore [9]: nam ei qui tenet ſciente venditore vel domino, præſumitur tradita poſſeſsio [10]. Sciteq; apud canoniſtas [11] dicitur, ei qui ſciente venditore recipit penſiones & redditus rei, videri traditionem poſſeſsionis factam eſſe, ita vt expulſus interdictum recuperandæ poſſeſsionis habeat.

Retentio vſusfructus poſſeſsionem dat.

Emēs rem quę in cōſpectu eſt traditionē aliā non requirit.

1 d. l. quod meo. & l. interdum. de acq. poſſ.
2 vide Iuſt per Deciū in l. contractus. de reg. iur.
3 l. quiſquis. & l. pe. §. ſed et ſi quidē. C. de donat.
4 Innoc. in c. cum dilectus. de fid. inſtr.
5 Angel. in l. quiſquis. de donat. C.
6 l. 4. §. vlt. & ibi glo. de reb. cor.
7 l. vlt. de acq. poſſ. C. Bal. in l. alienum. de furt. C.
8 §. vendita. de rer. diuiſ. Inſt. Bar. hîc.
9 Ang. hîc.
10 l. 4. C. de acq. poſſ.
11 c. cùm veniſſet. de reſt. ſpol.

SI HOMINEM. L. LXXIX.

HABES in l. in re furtiua. de cond. fur. infrà. vſque ad quod tempus poſsint fructus deberi.

IN REM ACTIONEM. L. VLTIMA.

NON mediocre pręiudicium ei qui negauerit ſe poſsidere, ex mendacio ſuo affertur, vt cogatur transferre poſſeſsionem ſi reperiatur in poſſeſsione, idque officio iudicis, & ſine nouo libello aut lite [12]. Et licet in interdictis adipiſcendæ & retinendæ poſſeſsionis, admittantur exceptiones contra eum qui agit, ſi excipiens ex continēti ſe probaturum prædicet [13]. contrà eſt tamen ſi reus ſit mentitus: is enim quominus transferat poſſeſsionem, nulla ſe exceptione tueri poteſt [14].

Mentiens in poſſeſsione cogitur trāsferre poſſeſsionem.

12 glo. & Bar. hîc per hūc textum. ibi per iudicē. vide Auth. item poſſeſſor. Qui potior. C.
13 gl. & doctō. in l. ſi de vi. ſuprà. de iud. vbi noto.
14 Bar. hîc. vide glo. in d. Auth. item poſſeſſor.

De publiciana in rem actione.

AIT PRAETOR. L. I.

SVMMA prætoris æquitate ei actio Publiciana accommodatur, qui cùm rem à nō domino bona fide accepiſſet, nondum ea vſucapta à poſſeſsione decidit, vt vendicet atque ſi vſu eam cepiſſet. Ideóque bellè dicitur [15], in iis rebus quæ nō poſſunt vſucapi, aut præſcribi, Publicianæ locū nō eſſe. Item obtinuit publicianā cōtra dominū nō dari [16], niſi qui publicianā intendit à reo cauſam habet [17]. Item ad hāc actionem requiritur titulus & bona fides [18], & vt aliquādo poſſederit, vel momēto vno [19]. probabitur autē titulus per teſtes & inſtrumēta [20], quo probato bona fides præſumetur & intelligetur eſſe probata [21].

Publiciana an contra dominū intendatur.

Titulo probato præſumitur bona fides.

15 l. ſine autē. §. hæc actio. infrà. eo. & Specul. in tit. de propriet. §. 4. verſ. nunc videndum. l. cùm ſponſus. §. ſi res. infrà. eo.
16 l. mandatum ij. & ibi Bar. infrà. mand.
17 l. ſi à Titio. ſuprà. tit. j.
18 l. eū qui. §. vlt. infrà. eo.
19 l. cùm ſponſus. §. vlt. infrà. eod.
20 gl. in alia. de actio. Inſt.
21 Bal. in l. eum qui. §. ait prætor. infra eod.

SVNT ET ALIAE. L. III.

VIDES hîc ad finem legis, ex ſententia dominiū trāsferri: quod ſine dubitatione obtinuit in perſonalibus actionibus, per hunc textum [22]. Cui conſequens eſt, vt & ex ea transferatur vſu

Sententia an dominiū trāsferat.

22 et §. vlt. et ibi. glo. de off. iud. Inſt. l. Pōponius. §. quod iuſſu. de acq poſſ. l. generaliter. infrà. de nox. & l. ſi per errorē. de vſucap.

ratur vſucapiendi poteſtas ob poſſeſsionem [1]: quod non tantùm in condemnatoria ſententia putauerim, ſed etiam in abſolutoria [2], ex Baldo [3]. In realibus autem diſtinctio talis adhiberi ſolet, vt ex ſententia non transferatur dominium, ſi pro reo data eſt [4]. ſinautem pro actore, transferetur dominium per illam ſententiam, ſi dominus re vera non erat [5]: nam in eo qui iam dominus eſt fruſtra quæritur, an per ſententiam dominus efficiatur. Et hæc procedent ſi traditio eſt ſecuta, vt hac lege ad finem: tamen in incorporalibus ſola ſententia efficit quem dominum [6]. Nec omittendum eſt interlocutoriam nunquam dominium, aut ius transferre [7].

Interlocutoria non transfert dominium.

SED ET SI RES. L. VII.

QVANDO æſtimatione litis acquiratur ſoluenti dominium, habes in l. ſi culpa. ſuprà de rei vind.

Bona fides in publiciana ab initio ſufficit.

§. PRAETOR AIT. Certum eſt in publiciana ſufficere bonam fidem ab initio, nec malam fidem ex interuallo nocere, per hunc textum, quod vſque adeò verum eſt, vt nec iure canonico (quo bona fides ex principio ad finem perſtare debet [8]) nec per auth. malæ-fidei. de præſcrip. long. temp. C. hæc ſententia corrigatur: idque ideo in publiciana placuit, quia ea iura quæ bonam fidem ad præſcriptiones continuari volunt, in eo præſtitum & cautum volunt domino: quæ ratio in publiciana ceſſat, quæ in dominum non datur [9]. Item in publiciana ſufficit momento poſſediſſe [10]: at in cæteris vſucapionibus requiritur continuatio cauſæ, & poſſeſsionis [11]. Et hanc ſententiam ſequitur Baldus [12]. In vſucapionibus autem pridem conſtitit ius Ciuile (quod nuper accedentem malam fidem non nocere affirmat [13]) per canonicum emendari [14].

In publiciana non requiritur continuatio poſſeſsionis.

DE PRETIO. L. VIII.

Traditio etiã nõ ſoluto pretio proficit ad vſucapionem.

LICET res venditæ & traditæ non aliàs transferantur in eum qui emit niſi pretio ſoluto, vel fide de pretio habita [15]: proficit tamen illa traditio ad vſucapionem contra tertium, vt hîc: non contra dominum. Et ex hac lege generalis ſententia percrebuit, vbi lex non diſtinguit, nec diſtinctionem admittendam eſſe, niſi alia diſtinguat, aut temperet vt legibus allegatis in glo. [16] Ideóque quanquam Imperatoris edicto ſit prohibitum ne leges & iura additionibus, commentariis, aut gloſsis illuſtrentur, hoc tamen interpretationem recipit de gloſsis hominis, non legis [17].

Vbi lex nõ diſtinguit an diſtinguendũ ſit.

SIVE AVTEM. L. IX.

Ex duobus ementibus is præfertur cui prius traditum eſt.

§. SI DVOBVS. Nota effectum traditionis, vt ex duobus quibus res vendita eſt, præferatur is cui primùm traditio eſt facta: ſiue à domino, ſiue à non domino emerint, vt hîc [18]: & præferetur tam in dominio, vel quaſi, quàm in acquirenda poſſeſsione [19]. Quod adeo verum eſt, vt etiam is cuius nomine venditor conſtituit ſe poſsidere, præferatur ei cui poſteà reipſa traditum eſt: nam tale cõſtitutum vera poſſeſsio eſt [20], licet ficta iudicetur traditio [21]. Sed hæc in ſpiritualibus nõ procedunt, in quibus realis poſſeſsio non habet multum authoritatis, ſed ius per ſolam conceſsionem transfertur [22]: vt pono in l. ſi ager. ſuprà de rei vind. Item nec obtinẽt in priuilegiariis perſonis, quibus iure ſpeciali eſt indultum, vt

In beneficialibus traditio pro nihilo eſt.

1 l. ædium. de pecul.
2 l. ſi pro fundo. C. de tranſaction.
3 in l. 1. comm. vtriuſ. iud.
4 l. ſed & ſi poſſeſſori. de iureiur.
5 l. iij. §. idem quæri. de reb. cor.
6 Innoc. in c. cùm noſtris. de conceſ. præb. c. ex ore. de his quæ fiũt à maio.
7 l. à diuo. §. ſi ſuper. de re iud. Bal. in l. 1. comm. vtriuſ. vbi fusè. & Bar. in l. ex hoc iure. de iuſt. & iure.
8 c. poſſeſſor. & ibi Dyn. de reg. iur. lib. vj.
9 l. mandatũ. infrà mãd.
10 l. ſponſus. §. vl. infra eo.
11 l. Pomponius. §. quæſitum. de acq. poſſ.
12 in c. paſtoralis. de off. ordin. glo. in c. abbate ſanè. de re iud. lib. vj.
13 l. 1. de vſuca. transfor. C.
14 c. poſſeſſor. & ibi Dyn. de reg. iur. lib. vj.
15 §. vẽditæ. de rer. diuiſ. & l. quod vendidi. de cont. emp. infrà.
16 fac. l. non eſt nouum. cum legibus ſeq. de legibus. infrà.
17 Bal. in l. omnes populi. xvij. col. de iuſt. & iure. Iaſ. in l. quamuis. de in ius voc. vbi vide fusè. vide Socin. in fall. reg. ccxxix.
18 & l. quoties. de rei vind. C. l. ſi eares. §. vltì. de act. emp.
19 l. ſi duobus. de diuerſ. et temp. præſcrip. infrà.
20 l. quædam. ſuprà de rei vind. l. quod meo. de acquir. poſſ. glo. in l. ab emptione. de pact. Decius in l. contractus. de reg. iur. vbi fusè.
21 Bar. in d. l. ab emptione.
22 c. ſi tibi abſenti. de præben. lib. vj. Abbas in c. cõtinebatur. de his quæ fiunt à præl.

ſine poſſeſſione dominium quærant,vt in eccleſia, & ciuitate dicitur [1].Planè hæc regula quam ſuperius poſuimus, intelligitur cùm duo ab vno emunt: ſin autem à pluribus, vide hîc textum,& glo.In ceſſione verò,quia illa in ſe habet tacitam traditionem [2],præfertur primus ſecundo indiſtinctè. Nam & hic caſus ei quem ſuprà de rebus ſpiritualibus diximus, per quam ſimilis eſt.Et adde in pignore non referre quis prior accipit poſſeſſionem:ſemper enim qui prior obligatum habet, potior eſt:licet poſterior creditor in poſſeſſione præuenerit [3].

Pignus.

Si ego emi. L. xi.

§. Si de vsufructu. Vides hîc pro vſufructu dari publicianam:ex quo manifeſtè efficitur, vſumfructum præſcribi decem annis: quod & reſcripto principali ſatis impletur [4]:triennio autem non vſucapietur [5].De præſcriptione autem reliquarum ſeruitutum,infrà annotabimus [6].

Vſusfructus decem annis præſcribitur.

Cum sponsus. L. xii.

§. In vectigalibus. In his rebus quæ non poſſunt vſucapi,publiciana non admittitur [7].Quia tamen ſæpe euenit vt vna & eadem res contra vnum præſcribi non poſſit, at contra alium recipiatur præſcriptio [8], placuit dari publicianam, eius partis proſpectu quæ præſcribi poteſt. Nam & vectigales fundi non præſcribuntur ratione vectigalis cenſus,& directi dominij [9]: ratione tamen proprietatis & vtilis dominij, præſcriptio non eſt inhibenda:& hoc caſu erit publicianæ locus,vt hîc. Sic contra eccleſiam exemptam currit præſcriptio ſolita in eccleſiis [10],quatenus ipſi eccleſiæ nocetur: quatenus autem Romanæ eccleſiæ damnum creatur, non præſcribitur niſi centum annis [11]. His annectitur quòd in eodem debito præſcribit fideiuſſor,at debitor minimè [12]:eius enim qui præſcriptionem interpellarat proſpectu, non præſcribitur, alterius autem ſic [13]:& vnius proſpectu poteſt eſſe mala fides, & alterius bona: vnde contra illum non præſcribetur, contra hunc procedet præſcriptio [14].

Ratione eiuſdem rei cõtra hunc præſcribitur, contra illum minimè.

Quaecunque. L. xiii.

§. Qui a pupillo. Qui à pupillo emit, debet probare ſe tutore authore,& lege non prohibente emiſſe.In ſimili, in geſtis à prælato,debet docere prælatus conſenſum capituli & numeri interueniſſe [15]:& è contrario, ex opinione Panormitani [16].Sic ea quæ ad ordinem iudiciorum neceſſaria ſunt (de quibus textus & glo.in l.prolatam. C. de ſent. & interloc. om.iud.)probari debent in iudiciis interueniſſe [17].Horum & ſimilium aptè adventatem opinor à magiſtris ratio redditur, quòd ea quæ extrinſecus actui accidunt,non creduntur interueniſſe,ſed impleri & probari debent. Quòd ſi quid ad ſubſtantiam actus pertineret probato actu, & illud interueniſſe videtur [18]. Vtriuſque exemplum habes in gloſſa in verbo, ſcientiæ.in c,ſi forte.de electiõ. libro vj. Sed hæc tanquam noua,& minus ad ſententiam iuris pertinentia, repudiarunt nonnulli [19]:quàm bene,aliorum ſit exiſtimatio . mihi certè nuper effictum videri nequit, quod cum ſententia & interpretatione voluntatis Iuriſconſultorum coniunctum eſt, licet ad doctrinæ facilitatem vocabula nouentur.

Solennitas extrinſeca nõ creditur interueniſſe.

Solennitas intrinſeca.

1 l.vlt.de ſacroſanc. eccl.
2 Bal.in l.vlt.quand.fiſc. vel priu. vide Bal. in l. iij.ad fi,de nouat. C.
3 l.creditor.§.ſi priori.in fi.l.infrà qui potior. in pig.
4 l.vlt.in fi.C. de præſcr. long.temp.
5 l.iuſto.§.non mutat.de vſucap.infrà.
6 l.ſeruitutes.iiij.de ſeruit.
7 l.ſine autem.§.hæc actio.ſuper eo.
8 l.ſi ædes meæ.§.infrà de ſeruit.vrb.præd.
9 l.comperit.de præſcrip. xxx.anno.
10 per tex.in au.b.quas actiones C.de ſacroſ.eccl.
11 c.ad audientiã.de præſcrip.& ibi Panor.
12 l.ſi fideiuſſor.§.vlti. mand.
13 l.intra.de diuerſ.& temp.præſc.
14 l.ſi ædes meæ.§.infrà de ſeruit.vrb.præd.vbi note.
15 c.cauſam quæ.de iudic.
16 in c.ea noſcitur.ad fin. de his quæ fiũt à præl.
17 c.quoniam contra falſam.de prob.
18 l.ſciendum.de verb.obl.
19 Aemyl.in l.ſciendum. de verb.oblig.

Papi

PAPINIANVS. L. XIIII.

Actus neceſſarius non reuocatur cōtraria voluntate.

MANDATVM reuocatur expreſſa reuocatione [1], item tacita, per mortem mandantis, re integra [2]. Sed cùm actus eſt neceſſarius, & cui mandatarius neceſsitate obligatur, à domino neque expreſsè, vt hîc [3], neque tacitè, nempe per eius mortem reuocatur [4]. Ideóque licet poſsit inhibere fideiuſſor creditori, ne numeret debitori [5]: tamen ſecus eſt ſi creditor numerationi obſtringebatur, per hunc textum [6].

Si ager vectigalis, id eſt emphyteuticarius petatur.

AGRI CIVITATVM. L. I.

Inueſtitura dominiũ trāſfert.

EX hoc titulo dicitur, inueſtituram ſolam ſine traditione transferre dominium [7]: ſi tamen aliquid facti habet, vt ea quæ fit per anuli dationem [8]: ſi autem verbo fieret, ſecus. Sed nec in eos qui titulo emphyteuſis, vel locati ad longum tempus res accepe-runt, tranſit dominium directum, ſed vtile ſic: quæ res apertè hîc oſtenditur, ex eo quòd illis actio in rem accommodatur [9], quæ niſi domino non datur [10]. Tales igitur habent ius in re [11]: ideóque & ipſi ad beneficium vacans in fundo emphyteutico, vel locato ad magnum tempus, præſentarent [12]: quod in pignoratitio creditore non vtique dicitur [13]. Item ſicut emphyteuticariis & colonis ad longum tempus in rem actio eſt: ita & maiori ratione interdictum retinendæ dabitur. Verum & idem interdictum domino directo poteſt accommodari pro turbatione facta emphyteutæ, vel colono ſuo [14]. Quia autem de dominio directo & vtili mentionem fecimus, admonendi ſumus illa vocabula eſſe vocabula magiſtrorum, non iuris [15]: ſed tamen ex re ipſa nata ſunt. Nam eſt dominium directum, quod & proprietas dicitur [16], nouo autem iure [17], & ferè moribus omnium, dominium principale, & dominium ſuperius nuncupatur [18]: quod ſolet habere is qui plenus vel ſuperior dominus eſt: pro quo & directa actio in rem accommodari ſolet [19]. Eſt & aliud dominium inferius, puta cùm proprietas penes alium eſt: vt in eo qui habet à domino fundum in emphyteuſim, vt hoc titulo, vel qui ad longum tempus conductum tenet [20], vel qui habet ex conceſsione feudi. Et hi non abſurde vtiles domini appellati ſunt, quòd eis vtilis actio ſoleat applicari [21]. His tertia ſpecies à Bartolo [22] adiecta eſt, quaſi dominium, quod habet is qui publiciana vtitur: de qua ſuperiore titulo diſputatum eſt. Ex quo & illud deſcendit quod dicitur, victum actione in rem, nihilominus publiciana vti poſſe [23]: nam vtraque actio ſeparatam à ſeſe rationem habet.

Vtiles domini ad beneficium vacās præſentant.

Dominium directum.

Dominium vtile.

Quaſi dominium.

1 l. aliud. infrà de ſolut.
2 vt l. eius. §. quas verò. infrà ſicer. pet.
3 d. l. aliud. & l. vlti. de ſolu. l. vtrum. de conſti. pecu.
4 l. fundi. de acquir. poſſ.
5 glo. vlt. in l. Titius. ſuprà de procur.
6 & Bar. in l. ſi fideiuſſor creditori. de fideiuſſ.
7 vide Alexand. conſil. xciij. in iiij. parte.
8 c. ex ore de his quæ ſiũt à maio. part.
9 vt hîc. & l. j. §. quod autem. de ſuperfic. infrà.
10 l. in rem. ſuprà tit. ij.
11 Bar. in l. vectigalia. §. non ſoluis. de publica. infrà.
12 c. ex literis. & ibi Inno. & Panor. de iur. patro.
13 c. cùm Bertholdus. de re iudic.
14 c. Piſanis. de reſt. ſpol. Io. Fab. in §. retinendæ. col. ij. de interd.
15 Bar. & Pan. in l. ſi quis vi. §. differentia. infrà de acquir. poſſ.
16 l. cùm in corpus. de acq. rer. dom.
17 in auth. ſi verò domi-nus. de hæreti. C.
18 Bal. in l. traditionibus. ij. col. de pact. C. Paul. in d. l. ſi quis vi. §. differentia.
19 tot. tit. de rei vind.
20 l. j. §. quod autem. de ſuperficieb.
21 per hunc text. & l. j. §. quod autem. de ſuperfic.
22 l. ſi mater. §. eandem. de excep. rei iud.
23 l. minor. §. j. de euict.

LIBER SEPTIMVS PANDECTARVM.

De vſufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur.

Vsvsfrvctvs. L. I.

Vſusfructus duplex.

VSVMFRVCTVM duplicem magiſtri conſtituerunt[1], vt vnus ſit vſusfructus non ſeparatus à proprietate, nempe qui eſt apud dominum, quem cauſalem vocant: alter eſt formalis, & hîc propriè vſusfructus eſt, cùm non in domini perſona, ſed penes alterum ſitus eſt. Sed hæc vocabula putida, & forſan à noſtris hominibus non recepta[2]. quanquam & res ipſa ex iuris intellectu profecta eſt[3], quo vterque vſusfructus deſignatur, licet improriè: res enim ſua nemini ſeruire poteſt[4]. Item ſępe nomen vſus, aut vſusfructus proprietatem continet: vt cùm ita dicitur, *lego tibi in vſum & fructum iſtum fundum*[5]: magis enim eſt, vt proprietas ab vſu nō ſeparetur[6]. Secus cùm ita legatur, *vſumfructum aut vſum do lego*. At ſi legaretur primùm res, deinde additur, *& vſum legatarius habeat*, proprietas in legato eſt[7].

Vſusfructus & vſus interdum proprietatem continent.

Vsvfrvctv legato. L. VII.

VSVFRVCTV rei mobilis aut immobilis legato, aut promiſſo, omnes redditus & obuentiones cōtinentur. Cui cōſequens eſt quod apud Guidonem Pap. dicitur[8], vt ea quæ honoris cauſa dari ſolent, quæ laudemia & vētæ vulgò nominantur, ad vſufructuarium pertineant. Idem planè exiſtimo in iure præſentandi ad beneficium vacans, cùm hoc ſit in fructu[9], & ad colonum conductorémve trāſeat[10]: vel eò magis quòd non tantum iuris hic in re habeat, quàm is qui vſumfructum habet. Quæritur & de illo qui vſumfructum habet in fundo beneficiario, an eius ſint ea quæ ob commiſſum & confiſcationem, pendente vſufructu rei, obtigerunt: quod de multis & cæteris pœnis pecuniariis, quæ ſolo nō continentur, incunctanter dici poteſt[11]: nam & hæc conductoris ſunt[12]. ſed ſi alter fundus ex commiſſo, fundo beneficiario vſufructuarij acquiſitus & confiſcatus eſt, hactenus puto vſufructuario proficere, vt conſtante vſufructu vtatur: ſed extincto vſufructu res illa cum proprietate ab illo abibit[13]: quod & in fundo dotali admittitur, vt infrà dicemus[14].

Laudemia ad fructuariū pertinent.

Multæ & pœnæ an ſint fructuarij.

§. Qvoniam igitvr. Impenſa quæ in reficienda re poſita eſt, ſiue magna ſit, ſiue parua, ad vſufructuarij onus pertinet[15]: qui ſi non reficit, poteſt à domino frui prohiberi[16]. ſed modicam impenſam non repetet, at magnam tantùm[17]: imò ſi modicam impenſam feciſſet dominus in fundo, cuius fructus alienus eſt, à fructuario ſeruabit[18]: niſi fructui cedere fructuarius malit[19]. Sed & ego didici, quòd quoties impenſæ fiunt gratia fructuum colligendorum, ad eas tenetur vſufructuarius, & ſi in eam rem impenſam etiam magnā fecerit dominus, ab vſufructuario recipiet: & hoc in villa colligendis fructibus neceſſaria, à domino exædificata reſcriptum eſt[20]. Item impendia quæ fiunt propter vectigal aut tributum ſol-

Fructuarius quibus expenſis alligetur.

Fructuarius & colonus an ſoluant vectigal, & decimas.

uendum

1 *Bal. in l. j. de cond. ex lege. C. & hîc. & Io. Fab. in §. j. de vſufr. Inſt.*

2 *Coraſ. lib. v. Miſcellā. c. iij. & Aemyl. in l. re coniuncti. nume. 24. de leg. iij.*

3 *l. vſufructu. ſol. mat. l. ſi vſusfructus. de iur. dot. l. neceſſario. §. vlti. de per. & comm. rei vend.*

4 *l. vti frui. ſi ſeruit. pet.*

5 *l. Titia. §. vlti. & ibi Bar. de leg. iij.*

6 *l. ſpecies. de aur. & arg. leg. l. donationes. §. ſpecies. et ibi Bar. de dona. vide Iaſ. in l. cùm ij. §. ſi vni. de tranſact.*

7 *l. vlt. de vſufr. ear. rer. infrà.*

8 *Deciſ. cccclxxvij. in deciſ. Gration.*

9 *glo. ante fi. in c. cùm olim. de maiorit. & obed.*

10 *c. ex literis. & ibi Inno. & Panor. de iur. patro.*

11 *ſecundum Bal. hîc.*

12 *l. ſi quis. de vectig. C.*

13 *Guid. Pa. q. cccclxxvij.*

14 *in l. diuortio. §. ſi vir. ſol. matr. Bal. in l. vlt. illo tit.*

15 *l. inter fructuarium. de dam. infect. l. damni. §. eius. & ibi Bar. eo. tit.*

16 *Bar. in l. quamuis. de dam. infec.*

17 *l. eum. C. eo. & ibi Bal.*

18 *l. ſi abſente. infra eo.*

19 *d. l. ſi abſente. & l. cùm fructuarius. infra eo.*

20 *l. Titius. infra eo. l. generali. §. Mauius. de vſufru. leg. infrà.*

uendum ab vſufructuario agnoſcitur, nec repetitur [1]; onus enim fructuum hæ impenſæ ſunt [2]: quas non tantùm fructuarius, ſed colonus, creditor pignoratitius, & emphyteuta debẽt ſoluere [3], niſi diuerſa conſtaret cõſuetudo [4]: vel niſi colonus fructus non caperet, ſed tantùm penſionem [5]: quæ ſententia etiam ad decimas perducitur [6].

ITEM SI FVNDI. L. IX.

PERTINET ad id quod ponitur in l. diuortio. §. ſi vir. infrà ſolut. matrimo.

EX SYLVA CAEDVA. L. X. CVM SEQ.

Vſufructuarius an cædat arbores.

AN ſylua non cædua ſit in fructu, & an emphyteuta, vaſallus, aut qui beneficium habet arbores magnas cædere poſſint, infrà relatum eſt [7].

ARBORIBVS. L. XII.

Fructuarius non vendit ius vſusfructus.

§. VSVFRVCTVARIVS. Vſufructuarius non locat, nec vendit ius vſusfructus [8]: ſed commoditatem ſic, per hunc textum, quod aliâs fuſius dicetur [9].

Fructuarius ſuos fructus facit cùm percepit.

§. IVLIANVS. Vt fructuarius fructus ſuos faciat, & ad hæredem tranſmittat, fructus ab eo, vel ſaltem eius nomine perceptos eſſe oportet. Nec ad rem pertinet ſi in terra adhuc iaceant, nec horreo ſint conditi [10]: & hoc Bartolus & Bal. probãt [11]. Itaque olea ſi excuſſa à fructuario eſt, licet adhuc in ſolo ſit, illius erit: non idem eſt in ea quæ ſponte decidit [12]. Si ergo fructus à fure ſint decerpti, condictio domino non fructuario dabitur. Idẽ planè dicitur in colono quod in fructuario, vt quãdiu fructus tenẽtur terra, illos ſuos nõ faciat, ideóq; condictio dabitur domino, nõ colono, ſi eos fur aliquis abſtulerit [13].

SI CVIVS REI. L. XIII.

DE cautione quam debet fructuarius domino præſtare, infrà dicetur [14].

Ex cauſa iudex prohibet partes ingreſſu rei.

§. SED SI INTER. Hunc textum omnes citant, officio boni iudicis contineri, vt cùm periculum eſt, ne ad rixam & arma litigantes deueniant, vtrique parti ingreſſu fundi, de quo controuerſia eſt, interdicat: quod hactenus verum eſt, ſi non maniſeſtiſsimè vna pars in poſſeſsione ſit [15]. & hoc Baldus, & Guido pap. admittunt [16].

Clerici iudices territorià non habent.

Sed & animaduerſum eſt, hãc ſequeſtrationem ſolùm iudicibus profanis dari: at epiſcopis & cæteris iudicibus clericis non licere. Vnde bellè apud Bald. [17] relatum eſt, iudicem clericum licitè pronuntiare dotem reſtitui [18]: ſed non poſſe mittere in realem poſſeſsionem, nec propria authoritate capere bona, aut iubere poſsidere, cùm territorium non habeat.

Epiſcopus non mittit in poſſeſsionem, nec prehendit perſonam.

quod & placitis multis CVRIAE Pariſienſis continetur [19]. Sic quanquam ex generali conſuetudine Franciæ, obligationes ſub ſigno iudicis ordinarij tranſactæ, habeant paratam executionem: diuerſum tamẽ dicitur in iis quæ ſub ſigillo fori eccleſiaſtici factæ ſunt [20]. nec inſtrumenta notariorum eccleſiaſticorum creant contrahentibus ius reale, & hypothecam: cùm nullum ſit talium territorium. Et ſæpe CVRIA Pariſienſis iudicauit [21] non licere epiſcopo ratione iuriſdictionis eccleſiaſticæ homines capere ne clericos quidem, etiam pro criminibus eccleſiaſticis: ſed iudex

1 *per hunc tex. & l. ſi pendentes. §. ſi quid. infra eod. l. quæro. infrà de vſufruct. legat. l. vſufructu. infra eod.*
2 *l. neque impendium. de impenſ. in reb. dot. fact. infrà.*
3 *l. inter. de pact. l. j. & ibi glo. & Bart. de anno. & trib. libr. x. C.*
4 *l. ſi ſine hærede. §. Incius. de admi. tut.*
5 *arg. d. l. j. de anno. & tri. l. hi penes. de agricol. & cenſ. lib. xj. C.*
6 *Panor. in c. cùm non ſit. de decimis.*
7 *in l. diuortio. §. ſi fundũ. ſolu. matrimo.*
8 *§. finitur. inſti. eod.*
9 *in l. ſi vſusfructus. de vſufruct.*
10 *per hunc tex. & l. ſi fructuarius. infrà quib. mo. vſusfruct. amit. l. in ſingul. de ann. leg.*
11 *in l. fructus. de rei vin. ſuprà.*
12 *d. l. fructuarius.*
13 *l. cùm in plures. §. meſſem. & ibi Paul. de Caſ. infrà locat.*
14 *in l. j. vſufruc. quemad. caue.*
15 *l. j. §. hoc interdicto. de iti. act. priu.*
16 *Bal. in l. ordinarij. de rei vind. C. & Guid. pap. q. cccclxxviij.*
17 *in c. ſignificaſti. de offic. deleg.*
18 *per c. ij. de don. inter vi. & vxo.*
19 *Die 20. Nouembr. anno 1397. & aliâs.*
20 *ſecund. Io. And. in c. licet epiſcopus. de præben. lib. vj.*
21 *anno 1388. Io. Galli. q. ciij. & q. ccxlvj. in quæſ. per arreſt. deciſ.*

laicus adeundus eſt: quod ex principali authoritate profe-ctum eſt [1].

1 *§. ſi quis contra aliquē clericum. in. de ſanct. epiſc. authen.*

SED ET SI QVID INAEDIFICAVERIT. L. XV.

DICITVR hîc extrema lege, fructuarium in damnum domini ſeruitutem imponere non poſſe, & contrà: quod infrà fuſius dicimus [2]. Quid autem in emphyteuta & vaſallo, habes in l. iij. infrà de ſeruit.

2 *in l. ij. ſi vſuſfr. pet.*

SI QVIS ITA. L. XX.

CVM quis legat fructus annuos fundi, vel redditū patrimonij Titio, perinde eſt atque ſi vſumfructum legaret, vt hoc textu 3. nam vt inquit Caius [4], *In ſingulos annos relictum legatum, ſimile eſt vſuifructui*, niſi quod legatum in ſingulos annos principio anni debetur, & illius cedit dies prima die anni [5]: at vſusfructus non acquiritur niſi percepti ſint fructus à legatario [6]: ideóque ſi eis pendētibus & minimè perceptis, decedit, nihil hæredi ſuo relinquit [7]. Cùm verò aliquis non ita dicit, *lego fructus annuos vel redditus*, ſed, *dari volo Titio redditus fructus aut redactus fundi*, hîc manifeſtè apparet, non ius vſuſfructus datum, ſed id egiſſe teſtatorem, vt hæres miniſterio ſuo daret legatario ſingulis annis illum redactum [8]. Itaque hoc genus legati vſuifructui non erit ſimile: nam hæres in fundo habitabit, & manibus ſuis legatario redditum pendet [9], quod in vſuſfructū non vtiq; eſt, in quo (vt ſuprà diximus [10]) omnis fructus & ſic habitatio fructuarij eſſe debet. Item in hoc legato, *lego partem ex redactu fructuum*, etiam apparet ab hærede illā partem redactam ex fructibus præſtandam, & ſic vſumfructum non eſſe [11]: non ſic ſi redditum rei ſeparatæ legaſſet [12]. nam cùm pars ex redditibus legatur, æquum eſt hæredis diſtributionem eſſe. At cùm in tota re redditus eſt legatus, legatarius in re ſua moderator & arbiter erit. & ita tot capitula ſibi inter ſe aduerſantia rectè concilies.

3 *& l. patrimonij. l. ſumma legatum. infrà de vſufruct. leg.*
4 *l. in ſingulos. de ann. leg.*
5 *l. 1. quand. dies leg. C. & l. à vobis. de an. leg.*
6 *vt l. arboribus. §. Iulianus. vbi noto. ſupra eod.*
7 *d. l. in ſingulos. in fi.*
8 *l. fundi. & ibi Barto. de vſufruct. leg.*
9 *d. l. fundi.*
10 *l. vſufructu legato. ſupra eod.*
11 *l. defuncta. §. Sempronio. infra eod.*
12 *d. l. patrimonij.*

Legatum redactus aut annuorū fructuū ſimile eſt vſuifructui.

Dari volo fructus & redditus, quid hæc verba connotent.

SED ET SI QVID STIPVLETVR. L. XXV.

§. QVAESTIONIS EST. Superius dixerat [13], quî ratio ſit facienda inter proprietarium & fructuarium, cùm ſeruus fructuarius aliquid quærit. Sed eleganter nunc quæritur, ſi ex certa cauſa debeat aliquid eorum alterutri acquiri, ſed res ex eo genere eſt, vt non poſsit illi acquiri, an alteri cedat, quod magis eſt. Ex quo apparet in coniunctionibus quæ per legē fiūt, eſſe locum iuri accreſcendi, etiam in cōtractibus: quod & alibi probatur [14]: at in coniunctione quæ ex conuentione contractúue eſt, non eſt iuri accreſcendi locus [15]. quod tamē aliâs fuſius explicatum eſt [16].

13 *in l. ſi ſerui. ſupra eod.*
14 *l. j. §. communis ſeruus, & l. proinde. §. vlti. & ibi Bar. de ſtip. ſer.*
15 *l. ſi mihi & Titio. de verbor. oblig.*
16 *in l. fundi. infrà de contrahend. emp.*

Quod vni ex ſocijs acquiri non poteſt, alteri tranſcribitur.

Inter coniunctos à lege eſt ius accreſcēdi.

SI OPERAS. L. XXVI.

PERTINET ad id quod inferius dicitur in l. defuncta. infra eod. & etiam aliquid ſuprà attigimus [17].

17 *in l. arboribus. §. Iulianus. ſupra eod.*

SI PENDENTES. L. XXVII.

QVOD dicitur hîc, eos fructus quos pendentes teſtator reliquerit, ad fructuarium pertinere, ſignificationem habet, vt in eis ſimul cum re ius vſuſfructus habeat, ſed tamen vſumfructū augebunt, & debebūt reſtitui cū re ipſa [18]: cùm & ipſi pars rei ſint [19]. Quod verò pergit de tributis & cæteris oneribus explicare,

18 *l. vxori. de vſufruct. leg. infrà.*
19 *l. fructus pendentes. ſuprà de rei vin. vbi noto.*

Fructus pendentes augent vſumfructum.

explicare, vt ad vſufructuariū pertineât, ſuprà expeditū eſt [1].

OMNIVM. L. XXIX.

Vſusfructus omniū bonorū

BONORVM omnium vſuſfructus rectè legatur, ſed dodrãs, vel id quod hodie iure nouo pro legitima aſsignatum eſt [2], excipitur. Planè vt apparere poſsit, an legatus vſuſfructus omnium bonorum, dodrantem bonorum excedat, æſtimabitur vſuſfructus [3], idque ex vita & ætate hominis cui legatus eſt, ſecundum eam reputationem quæ ſub titulo ad leg. Falci. relata eſt [4]. ſed reiecta illa ſcrupuloſitate magis placuit CVRIAE Pariſienſi ſententia Ariſtonis [5], quæ non totum vſumfructum æſtimandum, ſed quartam partem, vel eam quæcunque ſit, deduci & retineri debere de vſufructu voluit. Vnde cum Lutetiæ ex conſuetudine ſit interdictum teſtatori, ne diſponat niſi de quinta parte eorum quæ propria habet: & diſceptaretur de teſtatore qui vſumfructum omnium bonorum legauerat, placuit [6] non vſumfructum ex vita legatarij æſtimandum, ſed donationem vſufructus ad quintam partem reuocandam eſſe, vt quicquid intra eam conſtiterit, valeat, reſiduum remaneat penes hæredes.

Aeſtimatio v. ſusfructus quî fieri debeat.

SI IS QVI BINAS. L. XXX.

PERTINET ad ea quæ infrà dicuntur in l. Gaurus. de ſeruitu. vrb. præd.

SI QVIS VNAS. L. XXXII.

Litera reſtituta.

EX textu ſatis poteſt apparere legendum eſſe, *ſi quis vnas ades quas ſolas haber, &c.* Et ita in Pandectis Florẽtinis legitur.

SI TITIO. L. XXXIII.

§. VSVMFRVCTVM. Hic textus à nullo explicatur, & difficultatẽ habet. Primùm verò ita repone ex Pandectis Florentinis: *Vſumfructum in quibuſdã caſibus non partu effectum optinere conuenit:* quanquam in multis caſibus ſit pars dominij [7]. Itaque finge proprietatem & fructum in fundo mihi legatum eſſe, me cum hærede egiſſe, vt legatum præſtaret, qui tamen abſolutus à me eſt: ſi aliquid accreſcat poſt ſententiam legato fundo, dubitari poteſt an mihi ad illud incrementum agenti, obſtet exceptio rei iudicatæ: quod ſine dubio admittimus ſi de proprietate incrementi conſiſtam. certum eſt enim ius accreſcendi portionem reſpicere non perſonam: ex quo efficitur vt illud minimè pertineat ad eum qui perdidit partem ſuam, licet fuerit hæres [8], ſed tranſit ad eum qui habet partem, & hæredem eius [9]. quod tamen intellige, niſi ius quod accreſcit, perſonale eſſet, vt vſus & fructus: tale enim ius accreſcit perſonæ, etiamſi portionem non habeat, & amiſerit, vt hoc textu. Quòd ſi de iure ſubſtitutionis loquimur, certum eſt illud perſonæ accedere, & hæredibus non dari [10]: & quia perſonæ datur, dabitur etiamſi perſona deſierit hæres eſſe, & portionem ſuam amiſerit: vt quia ab ea, velut ab indigna, res eſt ablata [11]. Et hæc nobilia ſunt.

Species facti.

Ius accreſcendi portionem reſpicit.

Ius ſubſtitutionis perſonæ datur, nõ portioni.

QVOTIES. L. XXXIIII.

RATIONEM habet, vt cùm duobus alternis annis vſuſfructus legatur, is primo anno vtatur, qui primus nominatus eſt, per hunc textum, ſic qui cùm duos equos haberet, mihi vnum & Titio alterum legarit, mihi electio dabitur, quia

Primò nominatus.

1 l. vſufructu. §. quoniam ſupra eod.
2 authen. nouiſsima. C. de inoff. teſta.
3 l. j. §. ſi vſuſfructus. ad leg. Falcid.
4 in l. hæreditatum.
5 in dicta l. j. §. ſi vſuſfructus.
6 Die 28. Nouemb. anno 1537.
7 l. vſuſfructus in multis. ſupra eod. l. in venditione. de bo. autho. iud. poſſ.
8 l. ſi totam. de acqui. hær. l. qui patri. ſlle tit. ul. l. iij. §. vlt. quib. mod. vſuſfr. infrà. vbi noto.
9 l. ſi ex pluribus. de ſuis & legit.
10 l. toties. de acqui. hære. l. qui plures. & l. ſed ſi plures. de vulg. & pup. d. l. ſi ex pluribus.
11 l. ex facto. §. Iulianus. de vulg. & pup.

prior ſum nominatus, quod & Bartolus retulit [1]. Idem conuenit cùm duo procuratores inſolidum per vnum inſtrumẽtum dati, concurrunt, vt ille præferatur qui prior in inſtrumento eſt ſcriptus [2]: aliâs præoccupantis melior conditio eſt [3]. Sic cùm mandatur epiſcopo, vt de beneficio vacante in ſua vel alterius diœceſi, mihi prouideat, ſi in vtraque eccleſia ſimul vacent beneficia, in primùm nominata eccleſia fiet prouiſio [4]. Sed hæc dubiis locum habent: nam cùm res aliter declarari poteſt, ordo ſcripturæ non ſolet ſpectari [5].

Ordo ſcripturæ in obſcuris diſpici ſolet.

§. VNIVERSORVM. Cùm legatur vſusfructus vniuerſorum bonorum vel partis, ius magis quàm res hoc legato continetur. Itaque quia bona ære alieno deducto intellectum habent [6], prius æs alienum ex hoc legato deducetur [7]. Item quia generale legatum eſt, ſi ex illis bonis domus perierit, in area nihilominus vſusfructus perſtabit, vt hîc. Diuerſum eſt cùm legatur vſusfructus rerum ſingularum, quia nec æs alienum deducitur [8], nec ſublata domo quæ in legato erat, vſusfructus durabit in area [9]. Sed hîc aptè dubitatur, an is cui vſusfructus omnium bonorum eſt legatus, debeat ſoluere æs alienum: in quo placet opinio Iaſonis [10] putantis primùm ex mobilibus aut immobilibus dimittendos eſſe creditores, & in reliquo vſumfructum remanere, quod rationem habet: nam (vt Pomponius ait [11]) *vſufructu bonorum omnium legato, æs alienum primùm deducendum eſt* [12]. quanquam Guido Pap. [13] Bartolum ſecutus [14] exiſtimet vſufructuarium omni æri alieno obſtringi, quaſi velit de fructibus ſoluendum eſſe æs alienum: quæ ſententia meritò à multis reiecta eſt [15]: poſſet enim tam graue æs alienum eſſe, vt etiam multorum annorum fructus, ad illud diſſoluendum pares non ſint futuri: quo caſu inutilis vſusfructus eſſet: quod non eſt dicendum.

De bonorum vſufructu æs alienũ ſubducitur.

Fructuarius an ad debita teneatur.

SI VSVSFRVCTVS LEGATVS. L. XXXV.

A tempore aditæ hæreditatis fructus legatæ rei legatario debentur, niſi tardius adierit hæreditatem hæres, retrò enim deberentur: quod tamen fuſius aliâs dictum eſt [16].

Fructus an ab adita hęreditate.

QVI VSVMFRVCTVM. L. XXXVI.

HOC principium pertinet ad ea quæ ponuntur infrà [17], vbi aptius ad rem facit, ... rei mutatio vſumfructum extingat. Et ex fine huius legis [18] dici apparet, quòd quoties eius temporis quo debebatur, non eſt datus vſusfructus, toties debitorem condẽnandum nomine eius quod intereſt. Si igitur quinque annorum vſum & fructũ mihi debebas, & toto quinquennio ſolutionem traxeris, agam non ad aliud quinquennium (neque enim vſusfructus eius anni, pro vſufructu alterius anni fungitur) ſed ad vſumfructum annorum præcedentium [19]: & quia repreſentari non poteſt, in id quod intereſt ſequetur condemnatio [20]: pro quo & illud eſt quod alibi annotatum eſt [21].

Fructus annorum pręteritorum qui petãtur.

SI ALII VSVS. L. XLII.

VERVM eſt fructum ſine vſu eſſe non poſſe: ideóque ſi fructus deducto vſu ſit legatus, inutile legatum eſſe [22]. at hoc ſi tacitè agatur, non eſt inutile: vt cũ vni fructũ, alij vſum legas nã vſus iſtius ad alterius fructũ non eſt traducẽdus, ſed & fructuarius

Si legetur vni vſus, alteri fructus quomodo res cõſtituenda eſt.

1 in l. qui duos. de lega. ij. per hunc tex. & l. ſi communis. de ſtipul. ſer.
2 c. ſi quis iuſto. §. verum. de elect. libr. vj.
3 l. ſi pluribus. de procur.
4 ca. ſi mandato. de preb. libr. vj.
5 l. nec enim. de ſolut.
6 l. mulier bona. de iu. do. l. non poſſunt. de iu. fiſc.
7 l. vl. de vſufr. leg. l. vſufructu bonorum. ad leg. Falcid.
8 d. l. vlt. de vſufr. leg.
9 per hunc text.
10 in l. j. infrà ad Treb.
11 l. vſufructu. ad leg. Fal. & ibi Alexan. Imol. & Pau. de Caſt.
12 concor. l. generali. §. vlt. & l. vlt. de vſufr. legat. l. mulier. de iur. dot.
13 q. ccccxlij. in deci.
14 in l. vlt. de vſufru. leg.
15 Imol. Paul. de Caſtr. & Alex. in d. l. vſufructu. ad leg. Falcid.
16 l. in fideicommiſſi. infrà de vſur.
17 in l. quid tamen. §. rei mutation. quib. mod. vſuſfruct. amit.
18 in §. vſuſfructus. & l. ſequent.
19 l. quæſitum. infra eod.
20 l. ſi vſuſfructus mihi in biennium. de vſufr. leg. infrà. & ibi Bar.
21 l. in re furtiua. de condi. furt. infrà.
22 l. per ſeruum. §. j. infrà de vſu & habit.

ctuarius vſum habere non deſinit, illud tamen tantùm habebit quod plus eſt in vſu alterius, hoc eſt deducto vſu alterius. & ita hunc textum intellige [1].

TITIVS. L. L.

PERTINET Ad id quod dicitur in l. vſufructu legato. §. quoniam. ſupra eo, vbi de reficiendo quæritur.

VSVFRVCTV RELICTO. L. LII.

Vectigal & decimæ an fructuarij onus ſint.

AN Tributa decimæ & vectigalia ad onus fructuarij, aut conductoris pertineant, ſuprà relatum eſt [2].

AN VSVSFRVCTVS. L. LVI.

Vſusfructus ciuitati; datus centum annos habet.

VSVSFRVCTVS Relictus ciuitati, corpori, aut eccleſiæ durat centum annis [3]. & cùm legatum in annos ſingulos, vſusfructus legato comparetur [4], vt ſuperius annotauimus [5], conſequens eſt vt & legatum in annos ſingulos ciuitati factum centum annis compleatur, quod & Bartolus admittit [6], & rationem habet: abſurdum enim futurum eſt, ſi in æternum vſusfructus à proprietate abſcedat [7].

DOMINVS. L. LVII.

Ex duobus ſocijs ſi vnus decedit, an eius pars ad ſocium deueniat, vel ad dominum.

NOTA Extrema verba legis [8] quibus dicitur quòd cùm multis fructus prædij eſt relictus ad alimenta, ſi vnus ex his decedat, partem illius nõ cæteris ſocijs accreſcere, ſed ad dominum recurrere [9]. Vulgò enim in iure accreſcẽdi receptum eſt, illud non habere locum, poſtquam portiones ſunt acquiſitæ [10]: quod & Bartolus annotauit [11]. Cui conſequens eſt, cùm maritus & vxor omnia bona ſua cuidã eccleſiæ, vel corpori donaſſent, receptis ſibi duodecim ſeſſeris frumenti, vt vno eorum decedente, ſex ad eccleſiam recurrant, non autem alteri coniungi accreſcant, per hunc textum, cùm iam portiones ſint acquiſitæ [12]. Et hoc in CVRIA Grationopolit. iudicatum eſſe Guido Papa refert [13]. Eſt & alia ratio, nec enim in contractibus iuri accreſcendi locus eſſe ſolet [14]: quod aliâs fuſius oſtendimus [15].

DEFVNCTA. L. LVIII.

Si fructuarius decedat perceptis à colono fructibus, ſed die penſionis nondũ ceſſo, an trãſmittat pẽſionem.

SI Vſufructuarius fructibus pendentibus, & non perceptis decedat, expeditum eſt nihil ad hæredem eius pertinere [16]: ſed oportet fructus percipi à fructuario, vel eius nomine [17], vt colono. Vnde ſi fructuarius qui ad penſionem pecuniæ fundum cuidam locauerat, perceptis à colono fructibus, ſed tamen antequam dies inferendæ penſionis veniſſet, decedat, nihilominus hæredi penſionem illam relinquit: non enim dies penſionis, ſed dies captorum fructuum attenditur, per hunc textum. Si autem res eſſet, in qua nulli alij ſunt fructus quàm ciuiles [18], tanti temporis quo vſusfructus manſit, penſio fructuario debebitur: reliquum ad proprietarium ſpectat, vt in ſeruo fructuario operas ſuas locante reſponſum eſt [19]. At in annuo legato cedit dies in principio anni, & pro toto anno ad hæredem tranſmittitur legatum [20]. Solet & quæri de fructibus fundi dotalis, an percepti à marito illius ſint, licet non toto anni tempore conſtiterit matrimonium: ſed placuit pro rata temporis, quo ſtetit matrimonium, diui-

Quid in marito.

1 *Vide quod dicitur in l. j. & l. diuus. infrà de vſu & hab.*
2 *in l. vſufructu. §. quoniam. ſuprà eod.*
3 *per hũc tex. & l. ſi vſusfructus. xj. de vſufr. leg.*
4 *l. in ſingulos. de annu. leg. & l. cùm ita. de vſuf. leg.*
5 *l. ſi quis ita. ſupra eod.*
6 *in l. ſi vſusfructus. de vſufr. leg.*
7 *arg. huius l.*
8 *ibi per fideicommiſſum.*
9 *fac. l. Lucius. §. Caio. ad Trebel.*
10 *l. aquã. infrà quemad. ſeru. amit. §. vlt.*
11 *in l. re cõiuncti. xj. col. ibi, quarto, de leg. iij.*
12 *fac. l. j. §. vlt. de vſufr. accreſc.*
13 *quæſt. cciiij.*
14 *l. ſi mihi & Titio. de verb. oblig. infrà.*
15 *in l. fundus. de contr. empt.*
16 *l. in ſingulos. in fin. de annu. leg.*
17 *l. arboribus. §. Iulianus. ſuprà eod. vbi noto.*
18 *de quibus in l. ſi nauis. de rei vindic. ſuprà.*
19 *l. ſed & ſi quis ſtipuletur. §. ſi operas. & l. ſi operas. ſupra eod.*
20 *l. à vobis. de annu. leg. l. j. C. quãdo dies leg. vel fideic. ced.*

ſionem fieri [1]. Dubitatum eſt & in venditore, vtrius ſint fructus, vel penſiones, quod alterius eſt loci [2]. *Et venditore.*

§. SEMPRONIO. Pertinet ad poſita in l. ſi quis ita. ſupra eodem.

ARBORES. L. LIX.

Proprietarius & fructuarius an ſtent colonis.

SICVT Dicimus proprietarium non cogi ſtare colono, qui ſit poſitus à fructuario [3]: itidem nec vſusfructuarius compelletur ſtare colono ius habente à proprietario, per hunc textum: quod tamen ad vſuarium non perducimus [4]. Reliqua eius ſententiæ alibi poſuimus [5].

VSVSFRVCTVARIVS. L. LXI.

Fructuarius ædificium conſummare nequit.

MIHI certè mirum non videtur, ſi fructuario non licet per hanc legem inchoatum ædificium perficere, etiam ſi illo loco & ædificio imperfecto vti aliter non poteſt: ei enim neque altius tollere [6], neque diætas ſeparare, aut coniungere permittitur [7], etiãſi rem meliorẽ ſit facturus [8]. poterit enim illa ædificandi ratio, vſufructu ad proprietatem reuerſo, domino diſplicere, quo tamen inuito nihil in re fieri poteſt [9]. Si tamen aliter vti iure vſusfructus non poteſt, hactenus eum ius ædificij perficiendi habere puto, cui nouum ædificium ponere licet ad fructus capiendos [10]. nam re data & conceſſa, cætera conceſsione continentur, ſine quibus res explicari non poteſt [11]. quod & Coraſius in miſcellaneis admonuit [12]. Itaque vides aliud eſſe totius rei vſum habere aliter non poſſe quàm ſi ædificetur: & tunc id erit concedendum: aliud loco & area particulari aliter vti non poſſe: & tunc non poterit ædificari: vt ſuprà diximus.

CVM FRVCTVARIVS. L. LXIIII.

Res non vltra obligat dominum quàm valeat.

TVM Quæ ſunt inanima, tum quæ animam habent, vltra non ſolent onerare dominos ſuos, quàm ipſa valeant [13]. ideo qui reali actione conuenitur, poteſt rem pro derelicto habere, & ſe liberare [14]: quod beneficium non amittit, etiamſi iudicium ſit acceptum: ſed eo vti poterit, vſque dum conueniatur actione iudicati [15]. At ei qui conuenitur ex facto & contractu ſuo, ſiue actione perſonali, hoc beneficium non datur: vt cùm in re communi expenſæ factæ ſunt ab vno ex ſociis: nam alter rei cedendo à ſocio agente & repetente expenſas, ſe liberare non poteſt [16]. Ex quo & ferè obtinuit, vt vaſallus cedendo feudo non poſſit ſe abſoluere ab officio, quo domino tenetur: cùm ex contractu hoc debeat. quod Bartolo [17], & Abbati [18] videtur: vel eò magis quòd in feudis omnis alienatio prohibetur [19]: at ceſsio & renunciatio alienationi proxima eſt. Sed & pro cenſu & tributis de re decedi poteſt: non enim pro illis perſonæ, ſed prædia tenentur [20]: at cedens rei à præterito cenſu non liberatur, ſecundum Baldum hîc: quo iure in Gallia vtimur, in qua omnes penſitationes, & illationes quæ iam ceciderunt, perſonales iudicantur.

Debitor quando cedendo rei ſe liberet.

Vaſallus an poſſit cedere feudo.

Pro cenſu rei cedi poteſt.

1 *l. diuortio. in prin. vbi no. ſolut. matr.*
2 *aſcripſi in l. Iulianus. §. ſi fructibus. de act. emp.*
3 *l. ſi quis domũ. §. j. locat.*
4 *l. ſi habitatio. §. vlti. de vſu & habit. infrà Alex. in l. ſi filiofam. ſol. matrim.*
5 *in l. qui fundũ. infrà loc.*
6 *l. ſi cuius. §. inde Nerua. ſuprà eod.*
7 *d. l. ſi cuius. §. ſed ſi ædium.*
8 *d. l. ſi cuius. §. fructuarius.*
9 *l. quemadmodum. ad l. Aquil.*
10 *d. l. ſi cuius. §. ſed ne ædificium.*
11 *l. ij. de iuriſd. omn. iud. l. ſi iter. de ſeruit.*
12 *lib. 4. cap. vj.*
13 *l. prætor. §. hoc edictũ. de dam. infect.*
14 *per hunc text. & l. eueniit. de damn. infect.*
15 *l. item veniunt. §. idem rectè. & ibi noto. ſuprà de pet. hær.*
16 *l. cùm duobus. §. idem reſpondi. pro ſoc. glo. & Bart. in l. ſi proprietarius. de dam. infect.*
17 *in l. is cum quo. de aqua plu. arcen.*
18 *in c. j. de feud.*
19 *tit. de prohib. feud. alie. per fed.*
20 *l. imperatores. de publi. & vectigal.*

De vſufructu adcreſcendo.

Coniuncti re, non verbis.

VT Facilius hic titulus intelligatur, repetenda ſunt paucis, quæ infrà ſub titulo de legatis ponuntur [1]. Sic enim res explicatur, vt quidam ſint re coniuncti, nō etiam verbis, quibus ſeparatim eadem res legatur, vt *Titio fundum do lego, Mæuio eundem fundum lego*: & hi diſiuncti Iuſtiniani conſtitutione dicuntur [2]. Nec multum facit, quod dici poſsit rem quæ primum vni legata eſt, ſi legatur ſecundo, videri ademptam à primo [3], & ita nullam manere coniunctionē: ſic enim interpretamur, vt adempta pro parte putetur, non in toto [4], modò non contrarium euidēter appareat [5]: niſi Alciati opinio [6] tibi magis probatur, qui rem ita temperandam putat, vt ſi dixerit teſtator, *in qua parte Titium inſtitui, Seium inſtituo*, tum iis verbis conſtitui coniunctionem, nec ademptionem intelligi: quòd ſi ita dixerit, *quod Titio legaui, id Mæuio do lego*, ademptio intelligetur [7]. Alij

Cōiuncti verbis, non re.

ſunt coniuncti verbis, non etiam re, vt cùm teſtator eadem verborum conuerſione, dicit, *Titio & Seio lego fundum æquis partibus*: vel cùm fit coniunctio verbo collectiuo, *vt lego libertis meis, vel fratribus* [8]. Tertia ſpecies eſt, eorum qui coniuncti re & verbis appellantur, quibus eadem verborum conuerſione res eadem legatur, vt *Titio & Mæuio fundum lego* [9]: & hæ tres ſpecies à iureconſulto deſignantur [10]. Quanquam ius nouum dupliciter rem definiat [11], vt coniunctos re & verbis coniunctos appellet, cæteros diſiunctos. Item eſt ius accreſcendi inter coniunctos, eſt & ius non decreſcendi: in quo portio lucro cedit eius cui applicatur, idque ſine onere [12]; at prius cum onere [13]. & ita illa à ſe diſtinguntur ſecundum Iaſonem [14].

Coniuncti re & verbis.

Ius accreſcendi.

Ius nō decreſcendi.

QVOTIES. L. I.

In coniunctis quæ ſpectetur.

IN Coniunctionibus de quibus ſuprà poſuimus, duo maximè diſpici ſolent. Primum eſt, an in eis ius accreſcendi admittatur: alterum, ſi conſtet admitti, quæ coniunctio alia ſit potior. Quòd ad primum, ſciendum eſt inter eos qui omnino ſunt diſiuncti, hoc eſt, neque rē, neque verbis, neque re & verbis coniuncti ſunt, non eſſe ius accreſcendi [15]. quod in legatis ſine dubio admittimus, vt cùm vni ſeruus Stichus, alij Eurota legatus eſt [16]. Sed in inſtitutione non recipitur, in quia ius accreſcendi etiam diſiunctis, & omnino ſeparatis datur [17]: ne quis teſtatus pro parte decedat: & hoc eſt quod dicitur [18], portionem diſiuncti defectam ad reliquos pertinere: quod & Bartolus probat [19]. Vnde & ex illa ratione conſequens eſt vt qui in certa parte, aut certa re eſt inſtitutus, etiam inuitus ad alias partes vocetur [20]. Sed de coniunctis dubitatum eſt: & hi ſi re tantùm ſunt coniuncti, habent ius accreſcendi, vel non deſcreſcendi (hanc enim differentiam in alium locum reiicimus [21]) quod tam in proprietate [22], quàm in vſufructu placuit [23]: ſed in vſufructu hoc quàm in proprietate plus eſt, quòd etiam poſt acquiſitas partes in eo ius accreſcendi datur [24]: quod non in proprietate vtique eſt [25].

Inter diſiūctos non eſt ius accreſcēdi in legatis.

In inſtitutione ſecus.

Ius accreſcēdi inuitis datur.

Ius accreſcēdi inter coniunctos re, an ſit & an ſine onere.

1 *in l. re coniūcti. de leg. iij.*
2 *in l. j. §. his definitis. de caduc. toll. C.*
3 *l. ſicut. de adim. leg. infrà.*
4 *l. ſi alij. de vſufr. leg. gl. in l. ſicut. de adim. leg. l. ſi tibi. de vſufr. ear. rer. Bar. in d. l. re coniuncti. j. col.*
5 *l. ſi pluribus. de legat. ij.*
6 *in l. triplici. ibi, ex parte qua. de verb. ſig.*
7 *l. ſicut. de adim. legat. l. Mæuio. de leg. iij.*
8 *l. interdum. de hær. inſt. l. qui quartam. ad ſi. de leg. j.*
9 *d. l. re coniuncti. & §. ſi eadem. de leg. inſtitut. Bar. in d. l. re coniuncti. v. col. ibi, quarto.*
10 *in l. triplici. de verb. ſig. & d. l. re coniuncti.*
11 *l. j. §. his ita definitis. de cad. toll. C. & d. §. ſi eadem.*
12 *l. q. §. vbi autem, ibi, & ideo. de cad. tol.*
13 *l. quæ conditio. de cond. & dem.*
14 *in d. §. ſi eadem. inſt. de leg. in addit. ad Portiū.*
15 *per hunc text. ibi, cæterū. & infrà ea. l. §. vlt.*
16 *l. huiuſmodi. §. quibus. de leg. j.*
17 *l. hæredes. l. liber homo. §. cùm quis. de hæred. inſtit. infrà.*
18 *in l. j. §. his ita. de cad. toll. C.*
19 *in d. l. re coniūcti. vij. col. ibi, quæro quarto.*
20 *l. j. §. ſi ex fundo. l. ſi quis hæres. & l. ex facto. de hæred. inſtit.*
21 *in l. re coniuncti.*
22 *l. hæc ſcriptura. & l. ſi ſeparatim. infrà. de cond. & dem.*
23 *vt hic. & §. denique. & §. interdum. infra ea. l.*
24 *d. §. interdum.*
25 *l. æquum. §. vlt. infrà quemad. ſeruit. amit.*

& ita intellige legem Codicis [1], quæ diſiunctos, hoc eſt coniunctos re tantùm, ad defectam partem vocat, ſed ſine onere. quod & Bartolo videtur [2]. Coniuncti autem re & verbis, etiam ius accreſcendi habent, hoc eſt, cum onere [3]. In iis autem qui coniuncti ſunt verbis tantùm, non re, inter omnes conuenit & iuri accreſcendi locum eſſe [4]: ſi tamen res non omnino diuiſæ, aut diuerſæ ſunt, vt in hoc legato *Lego Titio & Mæuio æquis partibus*. quòd ſi eſſent res diuerſæ, vt *Lego Stichum vni, & alteri Erotam*, licet verbis ſint coniuncti, non tamen ius accreſcendi habebunt [5]. idem eſt ſi eadem res, ſed diuiſa finibus, eſſet legata: tunc enim diuerſos fundos efficit [6]. De alia autem quæſtione quam primùm propoſuimus, infrà ſequenti reſponſo explicatur.

Inter coniunctos verbis.

Inter coniunctos re & verbis.

§. IDEM AIT. Quædam ſunt ſingularia præcepta in legato vſusfructus: in eo enim ſine diſtinctione habet locum ius accreſcendi inter coniunctos à lege, vt hoc textu. quod in legato proprietatis contra ſtatuitur [7]. At in hæreditate etiam ius accreſcendi obtinet [8]: ne pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus quis decedat. quod tamen aliâs fuſius dicetur. Sic in vſufructu diximus ius accreſcendi locum habere, ſi poſt acquiſitas partes pars deficit [9]: quod tamen in legato proprietatis nemo dixerit [10]. Vnde cum duobus emphyteuſis vel feudi conceſsio data eſſet, & vno mortuo diſceptaretur, an alteri emphyteutæ vel feudatario pars morientis accreſceret, magis placuit hanc ad dominum reuerti, neque iuri accreſcendi locum eſſe, quòd iam partes ſint acquiſitæ: & hoc in feudo reſcriptum eſt [11], & in emphyteuſi Bartolus probat [12]. Hîc autem cadit alia quæſtio, inter coniunctos vter alteri præferatur: in qua receptum eſt, vt coniuncti diſiunctis præferantur [13]: & hoc extra dubitationem eſt. Qui autem coniunctus re & verbis eſt, cæteris coniunctis, vel re tantùm, vel verbis tantùm præfertur [14]. Item qui verbis tantùm coniungitur, etiam potior eſt eo qui re tantùm eſt coniunctus. Quæ opinio mihi probabilior videtur, magíſque amica iuris ſententiæ [15], & eam Alciatus probat [16]. Quæ tamen locum non habet, ſi ex aliqua coniectura apparere poteſt, coniunctum re cæteris magis dilectum fuiſſe: vt ſi teſtator ita ordinaſſet, *Titio fundi partem dimidiam, fundi Seio partem dimidiam lego*, & adiecíſſet: *Caio fundum do lego*: certè ſi pars Seij defecerit, non ſolùm Titius qui verbis tantùm iunctus eſt, ſed Caius qui re tantùm, admittetur [17]. Quanuis Bartolus [18] ſine diſtinctione inter coniunctũ re, & coniunctum verbis prælationem eſſe non putarit, ſed concurſum.

In coniunctione legali ius accreſcendi.

Poſt acquiſitã portionem an ſit locus iuri accreſcendi.

Inter coniunctos vter alij præferatur.

§. INTERDVM. Quanquam inter omnino diſiunctos non ſit iuri accreſcendi locus, vt ſuprà retulimus [19]; ſunt tamen quidam qui hac lege diſiuncti appellantur [20], & tamen coniuncti re ſunt, & inter eos ius accreſcendi procedit [21]. Reliqua §. huius require ex iis quæ ſuprà poſuimus.

§. IDEM IVLIANVS. CVM SEQVEN. RESPONSO. Ex hoc §. quidam dixerunt in vſufructu non eſſe locum iuri accreſcendi inter coniunctos verbis tantùm, per hunc textum, ſed placet communis ſententia, qua ferè obtinuit, etiam inter tales coniunctos ius accreſcendi proc-

1 *d. l. j. §. fin. autem ad deficientis. de cad. tol.*
2 *in d. l. re coniuncti. vij. col. ibi, primò igitur.*
3 *d. l. j. §. his ita definitis. de cad. toll. C. & §. ſi eadem. de legat. Inſt. & ibi Iaſ. in addit. ad Portium.*
4 *l. Mæuius. §. duorum. de leg. ij.*
5 *l. huiuſmodi. §. quibus. de leg. j.*
6 *l. rectè. ad fin. de verb. ſig. l. ſi quis duas. §. ſi quis partem. Com. præd. Bar. in d. l. re coniuncti. vij. col. ibi ſecundo.*
7 *l. & Proculo. de leg. ij.*
8 *l. ſeruus communis, de acq. hæred.*
9 *infra ea. l. §. interdum.*
10 *l. aquam. §. vlt. infrà quemadm. ſer. amit.*
11 *c. j. §. pe. quib. mod. feud. amit. & c. j. §. vl. de feu. march. duca. vel comit. in vſib. feud.*
12 *l. ſi mihi & Titio. de verbo. obli. facit tex. in l. Lucius. §. Caio. ad Treb.*
13 *ſuprà ead. l. & l. j. §. his ita. de cad. toll. l. hæredũ. de hæred. inſti. infrà.*
14 *§. ſeq. infra ead. l. & l. re coniun. de leg. iij.*
15 *l. re coniuncti.*
16 *in d. l. triplici.*
17 *l. Mæuio. de leg. ij. l. ſi ita quis. de hæred. inſtit. infrà.*
18 *d. l. re coniuncti. viij. col. ibi, ſecundo quæro.*
19 *l. j. ſuprà. eod. per §. vlt. infra ead. l.*
20 *& l. j. §. his ita definitis. de cadu. tollend. C.*
21 *& l. j. §. his ita definitis de cadu. toll. C.*
22 *vt hic, & d. §. his ita definitis. l. liber homo. §. cùm quis. de hæred. inſtit. infrà.*

Inter coniunctos verbis ius accreſcẽdi eſt.

Cùm legatur vni fundus, alij vſusfructus cõiunctio eſt.

procedere ſine diſtinctione [1]. Nec mutat quod hîc contrà videtur dici: nam ex omnium opinione [2], hîc nulla eſt omnino coniunctio, neque realis neque verbalis. Non enim ſi à duobus hæredibus inſtitutis proprietas mihi deducto vſufructu legatur, continuò dicendum eſt in illo vſufructu inter hæredes coniunctionem contractam eſſe.

INDE NERATIVS. L. III.

Cùm legatur vni pars alij totum, an pars dicatur adempta.

§. NON SOLVM. Cùm vni vſusfructus fundi, alteri fundus legatur: concurſus intelligitur in vſufructu & cõiunctio: ex qua & ius accreſcendi proficiſcitur [3]. Non idẽ dicitur cùm alteri legatur genus, & alteri ſpecies: vel vni totum, alij pars de toto: nam & ſpecies de genere [4], & pars de toto videtur adempta [5]: nec in ea concurſus aut coniunctio vlla intelligi poteſt, quod verum puto indiſtinctè, ſiue primùm legatum eſt totum, deinde pars: ſiue prius pars, deinde totum [6]: nec enim ratio ordinis varietatem poteſt inducere, licet Bartolus [7] hoc poſtremo caſu coniunctionem admiſerit. Nec mutare arbitror quod dicitur in l. Mæuio. in prin. de leg. ij. vbi pars dimidia fundi Mæuio, dimidia Seio, deinde fundus Caio legatur: & tamen hi coniuncti à lege deſignantur: ibi enim neceſſariò cõiunctionem interpretamur, nec duæ dimidiæ de fundo pòſt legato intelligi poſſunt deciſæ, ne vacuetur legatum fundi [8]. quòd ſi legatis partibus quibuſdam, remaneret aliquid in quo legatum fundi & totius ſubſiſteret, nulla eſt coniunctio in illis partibus, ſed hæ videntur de toto ademptæ, & ſolis cedent quibus legatæ ſunt [9]: & ita ſententiã Aemylij Ferreti [10], contra Bartolum & alios defendimus. Cùm verò vni fundus, alij etiã & idem fundus legatur, an videatur ademptio facta à primo, ex his quæ ſuprà poſuimus [11] reſponſum eſt. Sed & alia ſpecies relata eſt, quę ad hunc quoque textum pertinet: Titius legauit vſumfructum bonorum ſuorum vxori, & mihi fundum: an in vſufructu fundi vxor ſit mecum coniuncta, ita vt partem habeat: ſed magis eſt me pręcipuum fundum cum vſufructu habere debere, neque aliquam cõiunctionem eſſe, quaſi de toto pars ſit detracta [12]: quod & Baldus probat [13]: aliud enim eſt vni fundum, alij vſumfructum legare fundi: quia in vſufructu tunc coniunctio eſt: aliud vni fundum, alteri vſumfructum in omnibus bonis: qua in ſpecie illud remanet vt generali legato ſpecies deroget [14].

Inſignis quæſtio.

SI QVIS ATTIO. L. VI.

Plures vno nomine comprehenſi non plus capiunt, quàm vnus ſingulariter nominatus.

HANC legem qui attentius animaduerterit, facilè deprehendet de iure accreſcendi non quæri. ſumma verò huius ſententiæ eſt, vt cùm plures ſimul vno nomine appellatiuo deſignantur, alter autem ſeparatim, vt vocentur non in capita aut viriles, ſed qui ſeparatim nominatus eſt habebit dimidiã, alij nomine communi comprehenſi aliam dimidiam [15]: vt in hac ſpecie, *Titius heres eſto, duo Mæuij heredes ſunto* [16]. Item *quos mihi heredes feci, & prætereà Titius filio meo heredes ſunto* [17]. Idem ſi vnus nominatus eſſet ſeparatim, duo prætereà alij per coniunctiuam, vt *Titius heres eſto, Mæuius & Seius heredes ſunto.* Nam Titio dimidia, Mæuio & Seio alia dimi-

V

1 *l. Mæuius. §. duorum. de leg. ij.*
2 *Bar. Bal. hîc. & in d. l. re coniuncti.*
3 *per hunc tex. & l. ſi alij. infrà de vſufr. leg. l. ſi proprietas. infra eo. l. ſi tibi decem. de vſuf. ear. rer. quæ vſu.*
4 *l. vxorem. §. feliciſſimo. de leg. iij.*
5 *l. cùm quæſtio. de legat. C. in princ.*
6 *Aemyl. in l. re coniuncti. de leg. iij.*
7 *in d. l. re coniuncti. iij. col. & d. l. ſi alij. de vſufru. leg.*
8 *arg. l. quoties. infrà de reb. dub.*
9 *d. l. cùm quæſtio.*
10 *in d. l. re coniuncti.*
11 *ſupra eo. in rubr.*
12 *d. l. vxorem. §. feliciſſimo. & l. ſeruus vrbanis. de leg. iij.*
13 *in l. quoties. ad fin. C. famil. ercisc.*
14 *d. l. ſi ſeruus. c. 4. de reſcr. ext.*
15 *vt hic. & l. ſi proprietas. infra eo.*
16 *l. Titius. de hered. inſt.*
17 *l. ſi pater. 4. de vulg. & pup. infrà.*

dia cedet [1]: quod valde notandum eſt. Planè ſi omnes per nomen diſtributiuum eſſent nominati, perinde eſt atque ſi quilibet ſeparatim nomine eſſet deſignatus: ideóque omnes in viriles venient. vt ſi qui duos hæredes inſtituerat, ita dicar, *quiſquis mihi hæres erit, & Mæuius filio meo hæredes ſunto.* Nam tres partes in filij hæreditate fient [2]: ſecus ſi per nomen collectiuum eſſent appellati [3], niſi diuerſum ex verbis teſtatoris appareret: vt cùm dixit, *Titius & hæredes fratris mei æquè ſint hæredes*: nam viriles habebunt omnes, propter dictionem, *æquè* [4]; vel ſi alia poteſt coniectura capi, vt in hac ſpecie, *Libertis meis, & Seiæ alumnæ fundum lego, & ne de familia exeat, veto*: facilè enim præſumimus ex eo quòd in familia fundum remanere voluit, viriles voluiſſe dari, tam Seiæ quàm libertis omnibus [5]. Quod autem hîc dicitur in eo qui Attio & hæredibus ſuis vſumfructum legauerit, dimidiam Attio, dimidiam hæredibus accedere: id ita verum eſt, ſi de hæredibus teſtantis intelligas, per hunc textum. Nam ſi de hæredibus Attij, tunc Attius, & qui illius hæredes ſunt ad vnam partem vocantur: & ita ex omnium ſententia reſcriptum Iuſtiniani [6], cum hac lege conueniet. Sed hæc dicta ſunt in quæſtione qua quæritur, quas partes plures ſimul nominati faciant. Accommodatè verò dubitari poſsit, ſi pars ex iis qui ſimul nomine comprehenſi ſunt, defecta ſit, an omnibus, an verò iis tantùm qui illa appellatione coniuncti ſunt, accreſcat. Et expeditum eſt verbalem coniunctionem eſſe inter eos, qui eodem nomine, vel appellatione tenentur [7], & ius accreſcendi [8], & præferentur ij qui ſub eodem nexu appellationis continentur, aliis etiam ſi re & verbis iungantur [9]: vt in hac ſpecie, *Titius & fratrum mei filij hæredes ſunto*: ſi vnius ex filiis pars deficiat, reliquis fratribus ſuis accreſcet, non Titio: quanquam re & verbis illis ſit coniunctus: nam omnes illi filij pro vno reputantur [10], quod & Baldo videtur [11].

SI PROPRIETAS. L. IX.

PERTINET ad ea quæ dicta ſunt in l. ſi quis Attio. & in l. inde Neratius. §. non ſolùm. ſupra eodem. cum qua & argumento conuenit.

CVM SINGVLIS. L. XI. CVM L. SEQ.

NOTVM eſt, quoties res omnino ſunt diuerſæ, toties nullam coniunctionem intelligi, nec ius accreſcendi [12]: vt cùm legatur duobus, annis alternis, vſusfructus [13]: vel cùm eadem res à diuerſis teſtatoribus legatur [14]. Idem planè ſi in vno teſtamento, ſed à diuerſis hæredibus res legat[illegible], nec enim coniunctio, nec ius accreſcendi eſt, per hunc textum. hoc enim perinde eſt, atque ſi duorum teſtamentis legaretur [15]. Planè ſi teſtamenta non omnino ſunt diuerſa, vt teſtamentum patris & filij [16], ius accreſcendi non erit inhibendum: vt cum pater rem quam mihi ſuo teſtamento legârat, eandem Seio legat in ſecundis filij tabulis: erit concurſus & coniunctio inter nos [17]: qua ratione & ad legatarios diuerſorum hæredum coniunctio, & ius accreſcendi pertinebit: nempe ad eum qui ab inſtituto, & alium qui à ſubſtituto capit [18].

Quando

1 *l. liber homo. §. Titius. de hæred. inſtit.*

2 *l. vlt. de impub. & aliis ſubſti. & ibi Alex. & Iaſ. in d. l. ſi pater. de vulg. ſubſti. infrà.*

3 *d. l. ſi pater. & hîc.*

4 *l. interdum. ad prin. de hær. inſti.*

5 *l. Lucius. ij. §. Lucius. de leg. ij.*

6 *l. vlt. de impub. & aliis ſubſtit.*

7 *l. Titius. & l. interdum. de hær. inſtit. infrà.*

8 *l. qui quartam. §. vlti. de leg. j. Bar. in d. l. re cõiuncti. iiij. col. ibi, ſecundo loco.*

9 *per tex. in l. Sempronio. ad fi. infrà de vſufr. leg. l. j. §. idem ait. ſupra eo.*

10 *l. ſi nepotes. de collat. bon. infrà.*

11 *in l. j. q. vij. quando non pet. part.*

12 *l. huiuſmodi. §. quibus. de leg. j.*

13 *l. ij. quib. mod. vſusfru. amit.*

14 *l. ſi ſub conditione. quẽadmo. vſusf. amit. infrà.*

15 *l. quid ergo. §. ſi quis duos. de leg. j.*

16 *l. patres et filij. de vulg. & pupill. l. paterfa. de priuil. cred. infrà.*

17 *l. planè. §. ſi cõiunctim. de leg. j. & ibi Bart, & Alex.*

18 *d. §. ſi coniunctim.*

Pars coniuncti per nomẽ generale an cæteris per idem nomen iunctis accreſcat.

In rebus diuerſis, & in re eadem à diuerſis teſtantibus legata nõ eſt ius accreſcendi.

Quando dies vſusfructus legati cedat.

QVANQVAM. L VNA.

Vſusfructus legati dies quādo cedat.

CVM vſusfructus purè legatur, non cedit niſi ab adita hęreditate, per hunc textum [1]: niſi hæres tardius hæreditatē adierit [2]: ſin autem ad diē, nullo modo cedit, niſi die adueniente [3]. Cùm ergo ante diem actio non ſit nata, fruſtra ante diem petitur. et hoc eſt ſingulare in legato, aut promiſsione vſusfructus ad diem, vt ante diem actio nō naſcatur. At in promiſsione proprietatis vel legato, contrà ſtatuitur [4]: niſi certis caſibus quos ſuprà annotauimus [5]. Item in cæteris ſeruitutibus realibus, & aliis legatis cedit dies à morte [6]: quamuis enim hæredis aditio faciat moram petitioni, non tamen ceſsioni diei [7]. At legata ad diem incertam vel conditionem non cedunt, niſi dies vel conditio aduenerit [8]. conſtat verò legatum vſusfructus perquam ſimile eſſe legato in ſingulos annos [9], vt & ſuprà poſitum eſt [10]: niſi quòd hæc diſsimilitudo eſt, quòd vſusfructus legatum ſemel cedit: at in legato in ſingulos annos contrà: cùm enim in legato illo tot ſint legata quot anni [11], conſequens eſt vt in cedendo cuiuſque anni principia reputentur [12]. Quod autem ad finem legis pertinet, an in obligatione ad diem, ante diem actio ſit nata, aliâs tentauimus [13].

Seruitutū dies quando cedat.

Legati vſusfructus, & in annos ſingulos ſimilitudo.

1 & l.ij. quand. dies leg. infrà.
2 l. ſi vſusfructus legatus. ſuprà de vſufruc.
3 hîc, & l.j.§. libertatibus. de cad. toll. C.
4 per hunc tex. ad fi. & l. qui mandatum. vbi noto. infrà mand.
5 d.l. qui mandatum.
6 l.j.§. in nouiſsimo. & §. libertatibus. de cad. tol.
7 l. hæredit. quando dies leg. ced.
8 l.j.§. ſin autem. C. de cadu. toll.
9 l. cùm ita. de vſufr. leg.
10 l. ſi quis ita. de vſufru.
11 l. ſi in ſingulos annos. de annu. leg. infrà.
12 l. à vobis. de annu. leg. infrà.
13 l. qui mandatum. manda. infrà.

Quibus modis vſusfructus vel vſus amittatur.

SI DVOBVS. L. II.

Vſusfructus alternis annis legatus pluribus.

CVM legatur duobus vſusfructus annis alternis, manifeſtum eſt eos ad diuerſa vocatos eſſe: ideóque nec ius accreſcendi erit inter eos [14]: & hoc ſuperius dictum eſt [15]. Quòd ſi ambo in eundem annum velint concurrere, is erit potior, qui prior nominatus eſt [16]: & ſi non appareat quis prior nominatus eſt & velint concurrere, ſeſe inuicem impedient [17]: niſi conueniret inter eos de controuerſia per ſortem dirimenda [18]. Si tamen ex illo diſſenſu periclitari poteſt & tertius, ſors reücitur, & ad iudicem intratur [19].

Sors.

14 facit l. huiuſmodi. §. quibus. de leg. j. infrà.
15 l.4. de vſufr. accreſ. ſuprà.
16 l. quoties. ſuprà de vſufruct.
17 per hunc text. & l. itinere. de ſeruit. ruſt. præ.
18 arg. l. ſi duobus. C. communia. de leg.
19 l. huiuſmodi. § ſi. de legat. j. §. ſin autem. de ſatiſ. Inſt. vbi Angel. & Panor. in c. vlt. de ſortil. ad fi.

SICVT IN ANNOS. L. III.

Repetitio legati.

NOTA ex his verbis, *quandiu viuat vſumfructum lego*, repeti legatum eo caſu quo erit amiſſus. Ex quo & rectè Barto. hîc definit, vt ſi legatus ſit vſusfructus omnium bonorum vxori, quandiu erit vidua (quo legato continentur alimenta tantùm, ſi ſunt liberi: ſi non ſint, plenus vſusfructus [20]) habebit quidem alimenta ſi ſint liberi: ſed ſi deſierint extare, recipiet plenum vſumfructum propter repetitionem.

§. HAEC AVTEM REPETITIO. Quæ ſuperius dicta ſunt de vſufructu accreſcendo [21], cur non & in repetitione vſusfructus locum habeant, nulla ratio eſt. Cùm enim amiſſus vſusfructus repetitur, perinde eſt atque ſi nunc dare-

20 gla. & Bart. in l.j. C. ſi ſecundo nupſer. mulier.
21 l.j. ſuprà de vſufr. accreſ.

tur. Quòd ſi legato vſufructu Titio & Mæuio, in perſona Titij pars tãtùm vſusfructus eſt repetita, cum ratione eſt, vt cùm Titius ceciderit ab vſufructu ſuo, & ex repetitiõe partem reſumpſerit, tunc incipiat iure accreſcendi vti, ſi pars Mæuij ſit defecta: non ad ſolidam partem, ſed pro portione quam ex repetitione recepit. & ita intellige hunc §. [1] vt enim qui totum quod accepit, amittit, ius accreſcendi non habet [2]: ita & qui partem eius partis quam accepit, perdit, nec pro ea parte amiſſa ad ius accreſcendi vocabitur, per hunc tex. ad finem [3].

In repetitione legati & iuri accreſcendi locus eſt.

REPETI. L. V.

§. REI MVTATIONE. Generalis ſententia eſt, rei mutatione perire vſumfructũ [4]. Itaq; areæ vſufructus legatus extinguitur, ſi in ea ædificetur: itidẽ & vſusfructus domus perit ſublato ædificio, nec is in area reſtat, niſi generaliter omnium bonorum vſusfructus eſt datus: in quo propter vniuerſitatem legati, & in re quæ mutata eſt, vſusfructus manet [5]. Sic vſusfructus quem pater in bonis aduentitiis filij ex lege habet [6], nõ perit rei ſingularis mutatiõe [7]. Et quòd dixi domus vſumfructum perire, domo ſublata, adeò verum eſt, vt nec ſi iterum domus ſit ædificata, reuiuiſcat vſusfructus [8], niſi per particulas domus eſſet refecta [9]. Item adde mutationem in re quę accedit, nõ perimere vſumfructũ rei principalis [10]. An autem rei mutatione ſeruitutes reales extinguantur, aliàs opportunius [11]. De pignore etiam relatum habes in l. ſi conuenerit. ij. §. ſi quis cauerit. de pig. act. infrà. Quòd autem glo. hîc tentat, an de dolo an alia actio danda ſit contra proprietarium qui rem mutauit, nihil ad id quod inſtituimus: ſed vide eam.

Rei mutatione expirat vſusfructus.

Rei mutatione an pereat pignus vel ſeruitus.

SI FRVCTVARIVS. L. XIII.

BONAE FIDEI poſſeſſor hoc plus fructuario habet, quòd fructus facit ſuos ſimul atq; de terra decerpti ſunt: nam quoad fructus domini vicem gerit [12]: at fructuarius non facit fructus ſuos, niſi à ſe vel ſuo nomine à terra ſeparẽtur, vt & ſuprà monuimus [13]. Itaq; ſi decederet pendentibus fructibus & non perceptis, nihil hæredi ſuo relinqueret [14]: id quod & ſuperius dictum eſt [15].

Bonæ fidei poſſeſſor & fructuarius à quo tempore fructus ſuos faciant.

SI SVB CONDITIONE. L. XVI.

EX duorum teſtamentis neque coniunctio eſt, neque ius accreſcendi contingit: quod tamen ex quæ iis ſuprà dicta ſunt temperationem recipit [16].

SI TIBI FVNDI. L. XVII.

PROPRIETATIS in iure duplex acceptio eſt: aliquando enim proprietas capitur pro dominio, & ſic vſumfructum continet, & ei cui hoc modo proprietas fuerit legata, etiam ius accreſcendi in vſufructu cum cæteris fructuariis dabitur, ad vnius fructuarij partẽ defectam [17]. Sed nõ idẽ obſeruatur, cùm legatur vel acquiritur proprietas verè, hoc eſt ea quæ ſeparato iure ab vſufructu cenſetur: qui enim proprietatem acquirit, ius vſusfructus amittit, per hunc tex.

Proprietatis duplex acceptio.

IS QVI VSVMFRVCTVM HABET. L. XX.

IN quærendo, ſiue præſcribendo valde æquum eſt, vt quan

1 *ibi, idem Papinianus quærit.*
2 *l. ſi totam. de acquir. hæred. & l. qui patri. illo tit.*
3 *fac. no. a. in l. ſi Titio. §. vſumfructum de vſufru. ſuprà.*
4 *v. hic, & l. quid tamen. & l. pe. infra eo.*
5 *l. quoties. §. vniuerſorum. de vſufru. ſuprà.*
6 *l. cùm oportet. in princ. de bon. quæ lib. C.*
7 *glo. in ver. mobiles. d. l. cùm oportet. §. nõ autẽ.*
8 *l. qui vſumfructum. ſuprà de vſufru.*
9 *l. quid tamen. §. j. infra eodem.*
10 *l. fundi. infra eo. l. pediculis. §. ſi. de aur. & arg. leg.*
11 *l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. de ſerui. vrba.*
12 *l. qui ſcit. infrà de vſur. & l. bonæ fidei. de acquir. rer. domi.*
13 *l. arboribus. §. Iulianus. ſuprà de vſufru.*
14 *l. in ſingulos. de ann. lega. infra.*
15 *l. defuncta. de vſufru.*
16 *l. cùm ſingulis. de vſuf. accreſ.*
17 *l. ſi tibi proprietas. & l. ſi proprietas. de vſufr. accreſ. ſuprà.*

Per vſum partis totum non præſcribitur:at vſu partis tota retinetur.

quantum quis poſsidet,tantum pręſcribat [1]:nec enim per poſſeſsionem partis,totum præſcribitur [2]. In retinendo autem longè aliud ſeruatur: nam per vſum partis tota res retinetur [3],ſciente: ſi autem ignoret, minimè, per hunc tex. Cùm autem res duæ aut plures ſunt ſeparatæ, per vſum vnius altera non retinetur [4]. Vnde apud Bartolum [5] tractatum eſt, Debebat mihi Seius decem modios frumenti, & conſtituto tempore pependit tantùm quinque, an per illos quinque receptos retineam quod reliquum eſt? & videtur [6], niſi diuerſæ ſint obligationes & contractus [7]. Vnde fit vt ſi qui mihi ex vno contractu debebat decem modios, decedat pluribus hæredibus relictis, vno ſoluente ſuam partem, cæteri non ſoluentes præſcribant: diuerſæ enim ſunt obligationes, & ex lege duodecim tabularum inter hæredes diuiſæ [8], & vide quæ annotauimus in lege. ſi ſtillicidij. quemadmo. ſer. amitt. infrà.

Nota.

Si vsvsfrvctvs. L. xxi.

HIC efficitur, quòd ſi authoritate ſuperioris damnetur collegium, priuilegia quoque & iura occidant per hunc tex. Non idem eſt ſi ob peſtē aliamve ſimilem cauſam rueret collegium, retinentur enim iura per parietes [9], & hanc diſtinctionem glo. canonica admittit [10]: quod & Bartolus [11], & Pano. [12] probant. quibus adde quod dicitur in l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. infrà. de ſeruit. vrb. præd.

Deſtructo collegio an amittantur iura & priuilegia.

Si ager. L. xxiii. et lege seqven.

VIDES per innūdationem perdi poſſeſsionē, & ſic præſcriptionem interrumpi [13], & pertinet ad id quod dicitur in lege vnus ex ſociis. §. vlt & l. ſeq. infrà. de ſeruit. vrb. præd.

Inundatio poſſeſsionem & præſcriptionē interpellat.

Si vsvsfrvctvs alternis. L. xxviii.

VETVS quæſtio fuit, An debitum annuum vbi primùm ceſſatum eſt, præſcribatur omnino & quoad futuras præſtationes: an verò à quoque anno præſcriptio ſit inchoanda, vt ſingulorum annorum ſit vna & ſeparata præſcriptio: & prouius eſt, vt tam in annuis debitus ex vltima voluntate, quàm ex contractu, ſingulorum annorum totidem præſcriptiones numerentur. quod & hîc textus, & Iuſtini conſtitutio maniſeſtè probat [14], quæ nō in legatis ſolùm ſed etiā in debitis ex cōtractu loquitur, & hāc opinionē veriorē & receptiorē vocat Guid. pap. & ſecūdum eā in cvria Delphinate iudicatū eſſe dicit [15]. Sed hæc in ſorte & debito principali rectius dicūtur, non autem in vſuris fructibus cæteriſq; acceſsionibus [16].

Annuū debitū & legatum an præſcribatur pro futuro tēpore.

Pomponivs. L. xxix.

CERTVM eſt retineri poſſeſsionem marito per vxorem & familiam [17]: per ſocium, fructuarium, & bonæfidei poſſeſſorem: imò & per actum naturalem ſine hominis facto: vt cùm aqua per riuum ſua ſponte influit [18]. Item per colonum, commodatarium & ſimiles alieno nomine poſsidentes, licet alteri idem ius tranſcripſerint [19]. Si tamen animo interuertendi hoc feciſſent, amitteretur poſſeſsio [20]. Itaque ſi colonus qui de me conduxerat, alteri vendit, perdo poſſeſſionem, etiam ſi ſingulis annis mihi penſionem inferat: quod magnopere notādum eſt [21]. Ex quo efficitur nō ſatis eſſe domino, ad ſeruandam & retinendam poſſeſsionem illationes

Per quos retineatur poſſeſsio.

1 *l. j. §. Iulianus ait. & ibi glo. & Bar. de itiner. actúque priua. infra. l. qui fundum. §. j. pro emptore.*
2 *c. cùm contingat. de decimis. cū ſeq. & Panor. in c. accedētibus. de priuileg.*
3 *l. ij. & l. ſi ſtillicidij. infrà. quib. mod. ſeruit. amit. §. ſi. l. vna. de ſeruit. vrb.*
4 *l. ſi prius. de aqua pluuia arcen. l. ſi communem. quemad. ſeruit. amitt.*
5 *d. l. ſi prius. in princ.*
6 *d. l. ij. & l. ſi ſtillicidij.*
7 *per d. l. ſi prius.*
8 *l. j. ſi cert. peta. C. facit tex. in l. nam ſatis. §. j. quemad. ſerui. amitt. & Bar. in d. l ſi prius.*
9 *glo. in l. ſicut. §. j. quod cuiuſ. vniuer. ſuprà.*
10 *c. priuilegium. de reg. iur. lib. vj.*
11 *in l. ſi. de colleg. illi. ad ſi.*
12 *in c. ij. pe. col. de poſtul. prælat.*
13 *l. naturaliter. de acq. poſſ. infra.*
14 *l. cùm notiſsimi. de præſ. xxx. vel xl. anno. §. vlt.*
15 *q. ccccvi. in deciſio. Gratianopolit.*
16 *l. eos. in prin. de vſur.*
17 *l. ſi mulieri. ſupra eo. l. ſeruitus. quemad. ſer. amittunt.*
18 *l. qui fundum. infrà. quemad. ſerui. amitt.*
19 *l. qui vniuerſas. §. ſi. de acquir. poſſeſſ.*
20 *vt hoc tex. & l. non ſolùm. §. qui pignori. de vſucap. infrà*
21 *per hanc l.*

recipere,niſi ab eo recipiantur qui præſcribit,quod aliâs ſummè addubitatum memini.

CARO. L. XXX.

PERTINET ad id quod alias diximus [1], an re principali extincta,quod ſuper eſt peti poſsit.

1 l.ſolum.§.meum.de rei vind.ſuprà.

CVM GREGIS. L. VLT.

ANNECTITVR his quæ paulò ſuperius [2],dicuntur de mutatione rei.

2 l.repeti.§.rei.eo.

De vſufructu earum rerum quæ vſu conſumuntur vel minuuntur.

SI TIBI DECEM. L. VI.

SI tibi decem millia(inquit lex)legata ſint,& mihi eorūdē decē millium vſusfructus, apparet rei complexu nos coniunctos eſſe in vſufructu,& ius accreſcendi inter nos locū habere [3]: quod & ſupra relatū eſt [4]. Sed ſi non appareat an de eadē ſumma teſtator intellexerit,an ſit coniunctio,dubitatur:& exiſtimo coniūctionē nō eſſe:nō enim de eadē ſumma,ſed de diuerſis ſummis teſtator videtur ſenſiſſe: niſi eadē oratione vtrique legaſſet,vt, Titio & Mæuio decem lego [5],vel ita, Titio decem & Mæuio decem lego [6], tunc enim eadem ſumma duobus debetur,& coniuncti ſunt:quod Bartolus probat [7],& verum eſt.

Cū vni decem & alteri decem legātur an eadem ſumma intelligatur.

3 l.ſi alij.de vſufr.leg.infrà.
4 l.inde Neratius.§.non ſolum.de vſuſ.accreſ.
5 l.ſi quis teſtamento.de leg.2.& ibi Bar.
6 l.ſtipulatio iſta.§.cū qui.de ver.oblig.
7 in l.re coniuncti.iij.col.j.q.de leg.iij.

TRIBVS HAEREDIBVS. L. VIII.

POTEST vnus ex hæredibus grauari, vt ſatiſdationem impleat pro eo cui vſusfructus eſt legatus. In quo valde notatu dignum eſt,quòd cùm hæres ille grauatus de fideiubendo ſoluerit, non habere eum actionem mandati in reum pro quo fideiuſsit: non enim voluntate, ſed neceſsitate acceſsit ad fideiuſsionem [8],quod ſine diſtinctione verum eſſe puto, licet Bal. [9] hoc tantum in modica re admiſerit. Alius eſt caſus, quo fideiuſſor ſoluens non habet actionem mandati, nempe cum animo donandi fideiuſsit [10].

Grauatus vt fideiubeat,ſoluens non repetit.

8 per hunc tex. Alex.in l.ſi quis mandato.de neg.geſt.
9 in l.vna.§.ne autem.de cad.toll.
10 l.quod dictum.& ibi Iaſ.de pact.

CVM PECVNIAM. L. VLT.

PERTINET ad id quod ponitur in l.j.ſuprà.de vſufr.

Si vſusfructus petetur,vel ad alium pertinere negetur.

SI FVNDO. L. I.

QVEMADMODVM fundo legato accedit iter,& ea ſine quibus nulla eſſet vtilitas legatario [11]: ita & in vſufructu legato, per hunc textum:imò & ſi nux legata eſſet, via eſſet præſtanda ad eam [12],ſed hæc infra fuſius dicentur [13].Quòd verò hîc dicitur, actionem realem pro vindicanda ſeruitute fructuario non dari,non eſt ſine controuerſia : ſed vide quod dicitur in l.ei qui.infrà de ſeruit.

Legato itinere, aut vſufructu veniunt ea ſine quibus legatum inutile eſſet.

11 l.Gaurus.infrà.de ſeruit.vrb.præd.
12 glo.in l.ſi fundum ſub conditione.§.qui fundum.infra.de leg.j.
13 d.l.Gaurus.

SI AB HAEREDE. L. III.

ETIAM dominus in alterius damnū,ſeruitutē ſuo prædio non poteſt imponere [14]:hactenus enim ei re ſua vti permittitur,dummodo alterum non lædat [15],multò igitur magis domi

Dominus in damnū fructuarij,an ſeruitutem imponat.

14 l.aquam.C.de ſeruit.& ibi glo.& l.1 ucio.de de aqua cotid.& æſt.infrà.
15 l.opus.de op.pub.infrà.

dominus in præiudicium fructuarij, nō imponet ſeruitutem [1]: quod ſignificationem habet, ſi iam ſit vſusfructus conſtitutus: ex quo euenit, vt quia antequam hæres vſumfructum qui legatus eſt, conſtituerit, nondum dicatur conſtitutus [2]: ideo antequam dederit rectè imponet ſeruitutē: ſed in id quod fructuarij intererit, condemnabitur, per hunc textū: quod Coraſius probat [3]: Itē nec fructuarius ſeruitutē imponere poteſt [4], ſoli enim domino ſeruitutis imponēdæ ius eſt [5]. An verò emphyteutæ & vaſallo hoc ius competat, infrà relatum eſt [6].

Fructuarius an imponat ſeruitutem.

Vti frvi. L. v.

HOC principium pertinet ad id quod habetur in l. j. ſuprà. de vſufr. Quod autem hîc ad finem dicitur [7], perempto fructuario poſt litem conteſtatam, nullam fieri condemnationē pro futuro tempore, rationem habet: conſuetum eſt enim iudicium conteſtatum expirare, ſi ius agentis lite conſtante deficiat [8]: quod & infrà ponemus [9].

Expirat iudiciū ſi ius agentis deficiat lite conſtante.

De vſu & habitatione.

Nvnc videndvm. L. i.

ALIQVANDO vſus appellatio etiā dominium continet, vt cùm ita teſtator loquitur, *Lego Titio fundum ad vſum* [10], vel ita, *Lego rē, & volo vt vſum habeat* [11]. Sed cùm ſimpliciter vſus rei legatus eſt, vſus tantùm venit, vt hoc titulo. Quibus autem differentiis vſus ab vſufructu ſeparetur, facile agnoſcet qui vtrumq; titulum legerit. Sed & illud admonendi ſumus, vſum tanquā ſpeciem, dominio & vſufructui tanquā generi derogare [12]: & eum qui vſum habebit, in iis cācellis quibus ferè vſus ſuus cōcluditur, præferri fructuario [13]: & ſic quòd ad vſum vſuarii ſpectat, nec concurſus nec cōiunctio erit inter eos, nec ius accreſcendi, cùm ad diuerſas res vocentur [14]: at in coniunctis rem eandem eſſe oportet [15]. Reliquum igitur quod erit ab vſu vſuarij, ad fructuarium pertinebit [16].

Vſus quandoq; ad dominium refertur.

Vſus deducitur de fructu.

Per servvm. L. xiii.

§. Vsvsfrvctvs. Hæc lex pertinet ad id quod proximè dictum eſt [17].

Vsvs pars. L. xx.

VSVMFRVCTVM diuiſioné recipere ſatis cōſtat [18]: quod tamē ita exaudimus, ſi factū & fructuū perceptione magis quàm ius reſpexeris [19], quod ſi ius ipſum, certe cōſequens eſt nō diuidi [20]: cùm illud ſit incorporale nec poſsit tangi [21]. Vſus verò omnino diuiſionē nō admittit, ſi vnius eſt etiā quoad cōmoditatē, per hūc textū: quod cur eueniat retulit Alciatus in Paradoxis ſuis [22]. Planè ſi duo vſum habent, diuiſio rectè interuenit [23]: ſeruitutes autē reales etiā nō poterūt diuidi quo ad ius [24]: ſed quoad cōmoditatē diuiduntur, vnde ſi fundus cui via debetur, regionibus diuidatur, cuilibet domino debebitur ſeruitus ratione partis ſuæ [25]. Et hæc pertinēt ad nobilē quæſtionem, ſtipulatus eſt Titius vſum ſibi & hæredibus ſuis, decedit pluribus hęredibus relictis, an quilibet debeat vſū habere, hoc eſt, quātū ſatis eſſe poteſt cuiq; ad vtēdū: an verò quantū defuncto in vſu cōpetebat, ſed prior opinio magis placuit [26]. Cùm enim vſus nō tranſeat ad hæredes natura ſua, &

Vſusfructus an diuidatur.

Quęſtio nobilis.

1 *l. ſed & ſi quid. §. pe. de vſufr.*
2 *l iij. ſupra. de vſufr.*
3 *in l. iij. infrà. de ſeruit.*
4 *d. l. ſed etſi quid. §. pe.*
5 *l. j. infrà. comm. præd.*
6 *in l. iij. de ſeruit.*
7 *ibi, ſi poſt litem.*
8 *l. ſi mulier. ſol. matr. l. vlt. rer. amot. infrà.*
9 *l. ſi rem. j. §. vlt. de pig. act.*
10 *l. donationes. §. ſpecies. & ibi glo. & Bar. de donat. infrà.*
11 *l. vlt. de vſufru. ear. rer. quæ vſ.*
12 *arg. l. vxorem. §. feliciſſimo. & l. ſeruis. de leg. iij. c. j. de reſcr. ext.*
13 *l. ſi alij. de vſufr. ſuprà & ibi Floria.*
14 *l. huiuſmodi. §. pe. de leg. j.*
15 *l. re coniūcti. de leg. iij.*
16 *Inſt. de vſu & hab.*
17 *l. j. ſuprà. eod. & in l. ſi alij. de vſufruct.*
18 *l. j. §. ſi vſusfructus. ad l. Falc.*
19 *vt l. ſi vſusfructus. de iur. dot. vbi notatur.*
20 *l. ſtipulationes non diuidūtur. de verb. oblig.*
21 *l. j. §. quadam. de rer. diuiſ.*
22 *lib. j. c. xvij.*
23 *l. item. infra. com. diuid.*
24 *l. pro parte. de ſeruit.*
25 *l. via. §. vlt. de ſeruit. ruſt. præd. & Bar. in l. ſi partem. illo tit.*
26 *Bar. in l. iiij. §. Cato. de verb. oblig.*

actum ſit vt tranſeat, non iudicatur vſus tranſmiſſus, ſed nouus vſus conſtitutus in hæredum perſona [1]: ſed quia indiuiduus eſt, ideo cuique hæredum ſingulariter competet.

DIVVS ADRIANVS. L XXII.

In vſu quid veniat.

IN vſu fundi hoc tantùm cõtinetur, vt oleribus, pomis, floribus, fœno & cæteris ſimilibus rebus vti poſsit, ídq; ad vſum quotidianũ [2]: & hoc ius neque vendere nec locare, nec alij poterit cõcedere, étiã quoad cõmoditatẽ [3]. Planè ſi vſus duorum eſſet, poteſt inter eos ita diuidi, vt alter vſum ſolus habeat, & alij pecuniam pro eius vſu repræſentet [4]. Sed tamen iis qui vſum nemoris & ſyluæ habent, etiam id permittitur, vt vẽdere poſsint [5]: quod tamẽ Io. Faber admitit [6], ſi iam remota eſt ſylua, vt commodè ſine venditione vſus capi non poſsit. At habitatio legata alteri locari poteſt [7], & vſusfructus commoditas: quod infrà fuſius explicabitur [8]. Item licet vſus rem quę vtenda eſt reſpiciat, magis tamen ex perſona finitur & determinatur: nam vſu nemoris legato, nõ totus nemoris vſus, vel fructus, ſed tantùm id legato continetur, quod perſonæ neceſſarium eſt, adiunctis iis qui lege continentur, vxore videlicet & familia [9]: Placitóq; [10] CVRIAE Pariſienſis placuit, iis qui vſum nemoris haberent, certam partem ad vſum aſsignari poſſe reliquis partibus liberis manentibus. Sed hoc in vſu domus locũ non habebit, in quo non poſsit proprietarius ea quæ in vſu vſuarij ſuperſunt & vacant, vſurpare, per hunc textum: quod ideo verum exiſtimo, quòd vſus domus idem videatur cum habitatione: at qui habitationem habet, in tota domo habitare, & eam locare alteri poteſt, vt dixi. In cæteris autem exiſtimo hactenus vſum extendendum eſſe, vt vſuarius vtatur, reliquum ad proprietarium redeat [11]. His adde quod aliâs CVRIA Pariſienſis cenſuit [12], ad vſum nemoris antiquitus oppido conceſſum, non omnes oppidanos admitti, ſed eos tantùm quorum domus ante quadraginta annos eſſent extructæ. Sed hoc opinor ad exemplum non eſt perducendum. Nam noui incolæ à veteribus non diſtinguntur, ſed idem ſemper populus, & idem grex iudicatur, licet deceſſerint veteres municipes, aut omnia capita priora ſint demortua: cui conſequẽs eſt vt idem priuilegiũ ſequẽtibus accõmodari debeat [13].

Vſus vendi & locari an poſſit: item an habitatio.

Ad vſum certa pars aſsignatur.

Vſufructuarius quemadmodum caueat.

SI CVIVS. L. I.

Duę cautiones in vſufructu.

HAEC pars difficilis non eſt: ſumma verò eſt, vt is cui vſusfructus eſt legatus, duas cautiones exponat: prima eſt, Se arbitrio boni viri vſurum: altera, ſe finito vſufructu reſtiturum, quod etiam in vſufructu per contractum conſtituto locum habet [14]. Et hoc tam verum eſt, vt hæ cautiones à teſtatore remitti non poſsint [15]. Item vſufructuarius ante cautionem impletam nec agere poteſt [16]: nec ſi iam teneat vſumfructum, facit fructus ſuos [17], quod tamen fere temperationem recipit, niſi ſciente & patiente domino fructuarius fructus cepiſſet [18]. Cui proximum eſt quod dicitur, fructus perceptos ab hærede negligentia fideicommiſſarij non petentis, lucro hæredis cedere, nec in quartam computari [19].

Ante cautionẽ non facit fructuarius fructus ſuos.

1 l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. de verb. oblig.
2 ſuprà eo. tit. l. plenum.
3 l. cæterum. in prin. ſupra eod.
4 l. item quamuis. infra. comm. diuid.
5 per hunc tex.
6 Inſt. de vſu & hab. §. 4.
7 Inſt. eo. tit. §. vlt.
8 l. ſi vſusfructus. de iur. dot.
9 l. ij. & l. cæterum. & l. ſi habitatio. ſuprà. eod.
10 anno. 1531. iij. non. Martij.
11 l. ſi alij. de vſufr. ſupra.
12 anno 1545. Idib. Septẽb.
13 l. proponebatur. de iudi. ſupra. l. ſi grege. de leg. 4.
14 l. vſufructu. C. de vſufruct.
15 l. 4. de vſufr. C.
16 d. l. 4.
17 l. vxori. j. de vſufr. leg. infra.
18 Bar. in l. hac edictali. §. his illud. de ſecund. nup. & d. l. vxori Pan. in c. vlt. de pig. ad fin. fac. tex. in l. ij. de acqui. poſſ. C.
19 l. mulier. §. ſi hæres. ad Treb.

LIBER

LIBER OCTAVVS PANDECTARVM.

De ſeruitutibus.

SERVITVTES. L. I.

Seruitus quid.

SERVITVTEM Magis diuidendo quàm definiendo percipi poſſe Martianus putat: quanquam Bartolus & omnes fere ſeruitutem definierint, eſſe ius prędio adhærens, illius vtilitatem reſpiciens, & alterius libertatem diminuens. Quam definitionem multis improbat Coraſius hîc in princ. Sed hæc non admodum inſtituti noſtri.

VNVS. L. II.

In re communi qui prohibet præfertur. Rem communem an aliquis ſeruam facere, vendere & pignori dare poſſit.

QVIA In re communi prohibentis conditio præſtat [1], etiam receptum eſt, vt vnus ex dominis ſeruitutem conſtituere non poſſit in fundo communi, ſicut nec acquirere [2]. Quòd ſi ab vno fuerit conſtituta, nec pro parte conſtituentis ſubſiſtit, niſi omnes poſteà ſeparatim idem ius ceſſerint [3]. At rem communem vnus ex dominis vendere & obligare poteſt, etiamſi indiuiſa ſit: & venditio & pignus in parte conſtituentis valebit [4]. & hoc ideò placuit, quod pignus, venditio, donatio, partem ſocij non cõtrahentis minimè attingant, ſed in parte contrahentis ſubſidunt [5]. Quod in ſeruitutibus fere non poteſt accidere. Is enim cui ab vno ex ſociis pro indiuiſo ſeruitus fuerit conſtituta, non poterit vti ſeruitute, quin & imminuat libertatem alterius ſocij. Item quod dicimus vnum ex ſociis alteri ſeruitutem non acquirere, non habet locum in præſcribendo: tunc enim ritè vnus ſocius acquirit ſeruitutem [6]. Facit quod dicitur in l. Imperatores. ſuprà de pact.

Præſcribendo ab vno ex ſociis ſeruitus quæritur.

SERVITVTES PRAEDIORVM. L. III.

Solum. Superficies.

FVNDVS Et ædes duabus rebus continentur, ſolo & ſuperficie [7]. Solum eſt area vrbana aut ruſtica. At ſuperficies, in vrbanis ædificiis parietes & tecta: in prædiis ruſticis, arbores & herbas continet [8]. Itaque quædam ſeruitutes ſolo imponuntur, aliæ ſuperficiei: poteſtque vnus eſſe ſoli dominus, qui directus vocatur, alter autẽ ſuperficiei, & hic vtilis dicitur, vt in emphyteuta & vaſallo vſuuenit [9]. & eorum quiſque in ſuo dominio dominus appellatur: ideóque circa illud ſeruitutem acquirere & imponere poterit, ſecundum Florianum hîc. Sed tamen aperto feudo, & finita emphyteuſi, impoſitio illa ſeruitutis non nocebit domino: ſed finietur [10]: nam extincto iure datoris, concidit quoque accipientis ius [11], vt & infrà annotauimus [12]. Et huc ſpectant quæ ſuprà ſunt relata [13], an fructuarius imponat ſeruitutem, item an proprietarius.

Dominus vtilis, & dominus directus quando imponant ſeruitutem.

SERVITVTES IPSO QVIDEM IVRE. L. IIII.

Seruitutes an diem, aut conditionem recipiunt.

SERVITVTES Neque ad diem, neque ex die, neque ad conditionem, neque ſub conditione rectè & meo iure poſſunt conſtitui, vt inquit lex. Nec placet veterum [14] ſententia, putantium ſub conditione qua incipiat

1 *l. Sabinus. Com. diuid. l. in re cõmuni. infrà, tit. j.*
2 *l. proprium. ad fin. com. præd. l. vnus. de ſeruit. ruſt. præd. infrà.*
3 *l. per fundum. infrà de ſeruit. ruſt. præd.*
4 *l. nemo ex ſocijs. pro ſoc. l. ſi conſenſit. §. vlt. quib. mod. pig. ſol. l. ſi fratris. Com. vtriuſ. iud.*
5 *d. l. nemo ex ſocijs.*
6 *l. ſed ſi inter. ſecund. vnam lectu. & ibi Bart. & Pau. poſt gl. de ſerui. ruſt. præd.*
7 *l. ſi fundum ſub conditione. §. qui fundum. de leg. j. l. eum qui ædes, de vſucap.*
8 *l. certo. infrà de ſeruit. ruſt. præd. vide Bart. & Coraſ. hîc, & Alc. in l. fundi. de verb. ſign.*
9 *l. j. ſi ager vecti. vel emphy. vbi relatum eſt.*
10 *c. j. §. quid ergo. de inueſt. de re alie. fact. in feud.*
11 *l. lex vectigali. de pig. infrà.*
12 *in l. ſi ex duobus. §. vlt. de in diem add.*
13 *in l. ij. ſi vſusfr. pet*
14 *Accur. Bar. Pau. Flor. Ang. hîc.*

ſeruitus conſtitui poſſe: nam hoc verbis legis huius apertè repugnat [1]. Sic neque certo tempore,& certæ conditionis euentu concludi poſſunt: cùm hoc eis inſit vt perpetuò & omni tempore vti poſsimus [2]. Benignè verò & ex æquitate tolerabitur conſtitutio ſeruitutis facta ſub tempore & conditione, vt hîc dicitur. Sed hæc in ſeruitutibus rerum rectiùs dicuntur:at in perſonalibus, vt vſufructu,non item [3]. Item nec mutat,quòd quædam ſeruitutes diurnæ ſunt, quædã nocturnæ [4]: ſemper enim ſeruitus eo modo conſtituta durat,ſed interualla habet [5]:vt & hac lege videtur deſignari.

1 *ſecũd. Baro. & Cora.hîc. Longoual. in l.imperiũ. de iuriſd.omn.iud. Zaſ. lib.y.ſing.intell.ca.xxx.*
2 *l.foramen.de ſerui.vrb. præd.*
3 *l.iiij.& v. ſuprà de vſufr.*
4 *l.ſi prius.de aq.plu.arc.*
5 *l.ſi ſic.infrà.quẽad. ſeruit.amit.*

VIA, ITER. L. V.

PERTINET Ad id quod ponitur in l. viæ. infra eodem titul.

AD CERTAM. L. VI.

PER partes nec imponi, nec acquiri ſeruitus poteſt [6]. Itaque ſi fundus regionibus eſſet diuiſus, poſſet vni parti ſeruitus acquiri & imponi, cùm duo fundi iudicentur [7]:non enim natura,ſed deſtinatione fundos diſtingui & conſtitui notum eſt [8]. Sed & in eodem fundo certæ parti acquiri ſeruitus poteſt [9]. Nam quod dicitur ſeruitutem indiuiduam eſſe [10], & pro parte nec acquiri,nec legari,nec adimi iter & viam poſſe [11]: intelligimus de ſeruitute dictum eſſe,ſinautem ad partes fundi certas & oculo diſtinctas reſpexeris,ad partem conſtitui dicetur ſeruitus, per hunc textum [12]: quod & Coraſio videtur. Sed hoc intellige cũ dictũ eſt:aliâs enim ſeruitus totum fundũ reſpiceret,& omnibus partibus deberi diceretur, etiamſi fundus regionibus diuidatur [13]: & nihilominus non dicetur diuidi ſeruitus ſed commoditas [14].

Per partes ſeruitus an acquiratur.

6 *l.ſi quis duas. §.ſi quis partem.com.præd.l. iij. de ſeruit.leg.*
7 *d.§.ſi quis partem. & l.rectè dicimus.ad ſi. de verb.ſign.*
8 *l.quod in rerũ.§.ſi quis poſt.de leg.j.l.non ſatis. infrà quẽad. ſerui.ami.*
9 *vt hîc.& l.certo.de ſeruit.ruſt.infrà.*
10 *l.via.infra eo.l.vſus.de vſu & habit.*
11 *l.pro parte.infra eod.*
12 *& l.vt pomum. §.j.infra eod.*
13 *l. via. §. vlti. infrà de ſeruit.ruſt. Pau.de Ca. in l.ex meo.illo tit.*
14 *l. ſi partẽ.infrà de ſeruit.ruſt.& ibi Bart. & Paul.*

VT POMVM, L. VIII.

VT Pomum decerpere, vt cœnare & ſpatiari in tuo liceat,ſeruitus realis non poteſt conſtitui. Receptum eſt enim vt prædiorum ſeruitutes cauſam habeant perpetuam, & vt is cui debentur perpetuò vti poſsit, licet non vtatur [15]: at non ſemper pomum pendere poteſt, vt liceat decerpere. & hanc rationem ad veterum opinionem addidit Longouallius [16]: ſed erit ſeruitus perſonalis,& valebit [17]: quod enim iure ſeruitutis quandoque valere non poteſt, valebit iure perſonalis obligationis [18]. His adiunge quod ponimus in l. Lucius. de ſeruit.ruſt.præd.

Seruitus perpetuã cauſam habere debet.

15 *l. foramen.de ſerui.vrb. præd.*
16 *in l.imperium. de iuriſ. om.iud.*
17 *ſecund. Bart. hîc.per l. Lucius.infrà de ſeruit. ruſt.*
18 *l. venditor.infrà comm. præd.*

SI CVI SIMPLICIVS. L. IX.

ITA In Pandectis Florentinis legitur: *Si cui ſimplicius via per fundum cuiuſpiam cedatur vel relinquatur, in infinito videlicet per quamlibet eius partem ire agere licebit: ciuiliter modo.* Cùm igitur ad certam fundi partem via aut alia ſeruitus locatur, id ſeruandum eſt [19], quòd ſi nulla determinatione factum eſt,omnes glebæ ſeruire intelliguntur [20], & in infinito fundo, & in qualibet eius parte poterit via exerceri, vt hîc: totus enim fundus ſeruit [21]. Ex quibus non id efficitur, vt non ſit liberum debitori ſeruitutis & hæredi à quo legata eſt, conſtituere per quam partem fundi ire agere legatarium velit:hoc enim in debentis electione eſt [22]:ſed ex negli-

Litera reſtituta.

In ſtatuendo loco per quem eatur, cuius ſit electio.

19 *l.certo.de ſeruitu. ruſt. præd.infrà.*
20 *d.l.certo.§.totus.*
21 *l. ſi mihi.cõceſſeris cum l.ſeq.infrà de ſeruitut. ruſtic.*
22 *l.ſi via.de ſeruitu.ruſt. præd.*

negligentia hæredis ſiue debitoris, ad eum facultas eligendi tranſit cui debetur: & ita hunc locum intellige, & quod alibi dicitur [1], eum cui riuus debetur quacunque vult aquam ducere poſſe:quod Coraſius probat [2]. Huius rei maximum argumentum eſt quod placuit [3], dominum qui ſeruitutem debet, poſſe iter in certa parte iam conſuetum, in alium locum transferre, ſi nullum damnum creditor eſt paſſurus. Cùm autem elegerit creditor ſeruitutis, non poterit poſteà variare, vt hîc: niſi generaliter actum ſit, vt quacunque fundi parte ire agere liceat [4].

Iter in vna parte ad alium locum traduci poteſt.

1 in l. vlt. de aqu. cot. & æſtiua.
2 gl. eſt in d. l. ſi via. arg. l. j. C. & Dig. de ſolut.
3 l. ij. §. pe. infrà de relig. & ſump. fun.
4 l. nam ſatis. §. cæterum. Quemad. ſeruit. amit.

SI ITER. L. X.

HVC Spectant quæ dicuntur in l. ij. de iuriſd. omn. iud. & etiam infrà aliquid relatum eſt [5].

5 in l. ſeruitutes. §. j. infrà de ſeruit. vrb. præd.

PRO PARTE. L. XI.

Seruitus pro parte.

HVNC Textum intelligunt omnes cùm pro parte dimidia fundi aliquis ſibi ſeruitutem recipit, vt hoc non valeat. Aliam ſpeciem facti ex hoc textu Coraſius docet, nempe cùm in fundo, qui mihi & Titio eſt communis, ſtipulor ſeruitutem mihi, quæ ſtipulatio inutilis eſt [6]. Reliqua require ex glo. quam omnes probant. Ius igitur ſeruitutis eſt indiuiduum, & cuilibet ex dominis competit etiamſi fundus, cui ſeruitus debetur, diuiſus ſit regionibus [7].

6 vt hîc. & l. proponi. infrà comm. præd. l. vnus. de ſeruit. ruſt.
7 l. via. §. vlti. de ſeruit. ruſt. præd.

SI TAM ANGVSTI. L. XIII.

VIA, Iter & actum continet: & multò eſt itinere & actu cumulatior, vt ſatis infrà declaratur [8]. Si tamen qui viam conſtituit, non ita amplum & latum locum demonſtrauit, vt in eo poſſet via exerceri, iter conſtituiſſe credendus eſt: & ſic in obligatoriis quod non valet vt agitur, valebit vt poterit. quod in ſeruitutibus ideo recipiendum eſſe puto, quòd & nomine & re perquàm ſibi ſimiles & propinquæ ſunt. In cæteris autem ſpeciebus quæ ad obligationem tendunt, vix eſt vt actus qui non valet vt agitur, dicatur valere eo modo quo poterit [9]: non enim præſumitur aliquis velle ſe obligare. Sic nec transactio quæ non valet, vt pactum ſubſtinebitur [10]: non enim præſumitur quis donare voluiſſe [11]. Idem planè dicitur in aliis actibus quibus nec liberatio, nec obligatio accidit: qui ſi non valent eo genere quo geruntur, non tamen valebunt vt poterunt, nempe cùm contraria voluntas ad ſuſpicionem facilè iudicem adducit, vt in teſtante dicitur, qui ſi fecit teſtamentum nullum & irritum, non tamen illud valebit vt codicillus [12]: non enim ſuſpicamur eum qui teſtamentum vult facere, de codicillo cogitare: cui non rectè inſtitutio, ſubſtitutio & exhæredatio conueniũt [13]. Sic ſentẽtia quæ non valet in ea cauſa quæ expreſſa eſt, non ſuſtinebitur ex cauſa vera [14]: neque enim iudex qui cauſam in ſententia expreſſit, quam tamen exprimere non tenebatur [15], videtur voluiſſe ex alia cauſa ſententiam ſuam valere. Quòd ſi nihil tale appareret, quominus in his quæ aguntur conſenſus

Quod non valet vt ago, an valeat vt poteſt.

Transactio nulla non valet vt pactum.

8 per tex. in l. j. de ſeruit. ruſt. & inſt. de ſeruit.
9 l. j. §. eum qui. de conſtit. pecu. & l. j. §. ſi quis ita. de verb. oblig.
10 l. iij. de rep. hæred. C.
11 l. cũ de indebito. de prob.
12 l. non codicillum. C. de teſtam.
13 l. Scæuola. ad Treb.
14 l. qui teſtamenta. de excuſ. tut. c. ex parte Aſtenſis. & ibi Panor. de conceſſ. præb.
15 c. ſicut. de re iud.

Et venditore.

ſionem fieri [1]. Dubitatum eſt & in venditore, vtrius ſint fructus, vel penſiones, quod alterius eſt loci [2].

§. SEMPRONIO. Pertinet ad poſita in l. ſi quis ita. ſupra eodem.

ARBORES. L. LIX.

Proprietarius & fructuarius an ſtent colonis.

SICVT Dicimus proprietarium non cogi ſtare colono, qui ſit poſitus à fructuario [3]: itidem nec vſusfructuarius compelletur ſtare colono ius habente à proprietario, per hunc textum: quod tamen ad vſuarium non perducimus [4]. Reliqua eius ſententiæ alibi poſuimus [5].

VSVSFRVCTVARIVS. L. LXI.

Fructuarius ædificium cōſummare nequit.

MIHI certè mirum non videtur, ſi fructuario non licet per hanc legem inchoatum ædificium perficere, etiam ſi illo loco & ædificio imperfecto vti aliter non poteſt: et enim neque altius tollere [6], neque diætas ſeparare, aut coniungere permittitur [7], etiāſi rem meliorē ſit facturus [8]. poterit enim illa ædificandi ratio, vſufructu ad proprietatem reuerſo, domino diſplicere, quo tamen inuito nihil in re fieri poteſt [9]. Si tamen aliter vti iure vſusfructus non poteſt, hactenus eum ius ædificij perficiendi habere puto, cui nouum ædificium ponere licet ad fructus capiendos [10]. nam re data & conceſſa, cætera conceſſione continentur, ſine quibus res explicari non poteſt [11]. quod & Coraſius in miſcellaneis admonuit [12]. Itaque vides aliud eſſe totius rei vſum habere aliter non poſſe quàm ſi ædificetur: & tunc id erit concedendum: aliud loco & area particulari aliter vti non poſſe: & tunc non poterit ædificari: vt ſuprà diximus.

CVM FRVCTVARIVS. L. LXIIII.

Res non vltra obligat dominum quàm valeat.

TVM Quæ ſunt inanima, tum quæ animam habent, vltra non ſolent onerare dominos ſuos, quàm ipſa valeant [13]. ideo qui reali actione conuenitur, poteſt rem pro derelicto habere, & ſe liberare [14]: quod beneficium non amittit, etiamſi iudicium ſit acceptum: ſed eo vti poterit, vſque dum conueniatur actione iudicati [15]. At ei qui conuenitur ex facto & contractu ſuo, ſiue actione perſonali, hoc beneficium non datur: vt cùm in re communi expenſæ factæ ſunt ab vno ex ſociis: nam alter rei cedendo à ſocio agente & repetente expenſas, ſe liberare non poteſt [16]. Ex quo & ferè obtinuit, vt vaſallus cedendo feudo non poſsit ſe abſoluere ab officio, quo dominus tenetur: cùm ex contractu hoc debeat. quod Bartolo [17], & Abbati [18] videtur: vel eò magis quòd in feudis omnis alienatio prohibetur [19]: at ceſsio & renunciatio alienationi proxima eſt. Sed & pro cenſu & tributis de re decedi poteſt: non enim pro illis perſonæ, ſed prædia tenentur [20]: at cedens rei à præterito cenſu non liberatur, ſecundum Baldum hîc: quo iure in Gallia vtimur, in qua omnes penſitationes, & illationes quæ iam ceciderunt, perſonales iudicantur.

Debitor quando cedendo rei ſe liberet.

Vaſallus an poſsit cedere feudo.

Pro cenſu res cedi poteſt.

1 *l. diuortio. in prin. vbi no. infrà ſol. matr.*
2 *aſcripſi in l. Iulianus. §. ſi fructibus. de act. emp.*
3 *l. ſi quis domū. §. j. locat.*
4 *l. ſi habitatio. §. vlti. de vſu & habit. infrà Alex. in l. ſi filiofam. ſol. matrim.*
5 *in l. qui fundū. infrà loc.*
6 *l. ſi cuius. §. inde Nerua. ſuprà eod.*
7 *d. l. ſi cuius. §. ſed ſi ædium.*
8 *d. l. ſi cuius. §. fructuarius.*
9 *l. quemadmodum. ad l. Aquil.*
10 *d. l. ſi cuius. §. ſed ne ædificium.*
11 *l. ij. de iuriſd. omn. iud. l. ſi iter. de ſeruit.*
12 *lib. 4. cap. vj.*
13 *l. prætor. §. hoc edictū. de dan. infect.*
14 *per hunc text. & l. eneis. de damn. infect.*
15 *l. item veniunt. §. idem rectè. & ibi noto. ſuprà de pet. hær.*
16 *l. cùm duobus. §. idem reſpondi. pro ſoc. glo. & Bart. in l. ſi proprietarius. de dan. infect.*
17 *in l. is cum quo. de aqua plu. arcen.*
18 *in c. j. de feud.*
19 *tit. de prohib. feud. alie. per fed.*
20 *l. imperatores. de publi. & vectigal.*

De vſufructu adcreſcendo.

VT Facilius hic titulus intelligatur, repetenda ſunt pauca, quæ infrà ſub titulo de legatis ponuntur [1]. Sic enim res explicatur, vt quidam ſint re coniuncti, nō etiam verbis, quibus ſeparatim eadem res legatur, vt *Titio fundum do lego, Mæuio eundem fundum lego*; & hi diſiuncti Iuſtiniani conſtitutione dicuntur [2]. Nec multum facit, quod dici poſſit rem quæ primum vni legata eſt, ſi legatur ſecundo, videri ademptam à primo [3], & ita nullam manere coniunctionē: ſic enim interpretamur, vt adempta pro parte putetur, non in toto [4], modò non contrarium euidēter appareat [5]: niſi Alciati opinio [6] tibi magis probatur, qui rem ita temperandam putat, vt ſi dixerit teſtator, *in qua parte Titium inſtitui, Seium inſtituo*, tum iis verbis conſtitui coniunctionem, nec ademptionem intelligi: quòd ſi ita dixerit, *quod Titio legaui, id Mæuio do lego*, ademptio intelligetur [7]. Alij ſunt coniuncti verbis, non etiam re, vt cùm teſtator eadem verborum conuerſione, dicit, *Titio & Seio lego fundum æquis partibus*: vel cùm fit coniunctio verbo collectiuo, *vt lego libertis meis, vel fratribus* [8]. Tertia ſpecies eſt, eorum qui coniuncti re & verbis appellantur, quibus eadem verborum conuerſione res eadem legatur, vt *Titio & Mæuio fundum lego* [9]: & hæ tres ſpecies à iureconſulto deſignantur [10]. Quanquam ius nouum dupliciter rem definiat [11], vt coniunctos re & verbis coniunctos appellet, cæteros diſiunctos. Item eſt ius accreſcendi inter coniunctos, eſt & ius non decreſcendi: in quo portio lucro cedit eius cui applicatur, idque ſine onere [12]: at prius cum onere [13]. & ita illa à ſe diſtinguntur ſecundum Iaſonem [14].

QVOTIES. L. I.

IN Coniunctionibus de quibus ſuprà poſuimus, duo maximè diſpici ſolent. Primum eſt, an in eis ius accreſcendi admittatur: alterum, ſi conſtet admitti, quæ coniunctio alia ſit potior. Quòd ad primum, ſciendum eſt inter eos qui omnino ſunt diſiuncti, hoc eſt, neque re, neque verbis, neque re & verbis coniuncti ſunt, non eſſe ius accreſcendi [15]. quod in legatis ſine dubio admittimus, vt cùm vni ſeruus Stichus, alij Eurota legatus eſt [16]. Sed in inſtitutione non recipitur, in quia ius accreſcendi etiam diſiunctis, & omnino ſeparatis datur [17]: ne quis teſtatus pro parte decedat: & hoc eſt quod dicitur [18], portionem diſiuncti defectam ad reliquos pertinere: quod & Bartolus probat [19]. Vnde & ex illa ratione conſequens eſt vt qui in certa parte, aut certa re eſt inſtitutus, etiam inuitus ad alias partes vocetur [20]. Sed de coniunctis dubitatum eſt: & hi ſi re tantùm ſunt coniuncti, habent ius accreſcendi, vel non deſcreſcendi (hanc enim differentiam in alium locum reiicimus [21]) quod tam in proprietate [22], quàm in vſufructu placuit [23]: ſed in vſufructu hoc quàm in proprietate plus eſt, quòd etiam poſt acquiſitas partes in eo ius accreſcendi datur [24]: quod non in proprietate vtique eſt [25].

Coniuncti re, non verbis.
Cōiuncti verbis, non re.
Coniuncti re & verbis.
Ius accreſcendi.
Ius nō decreſcendi.
In coniunctis quæ ſpectētur.
Inter diſiūctos non eſt ius accreſcēdi in legatis.
In inſtitutione ſecus.
Ius accreſcēdi inuitis datur.
Ius accreſcēdi inter coniunctos re, an ſit & an ſine onere.

1 in l. re coniūcti. de leg. iij.
2 in l. j. §. bis definiti. de caduc. toll. C.
3 l. ſicut. de adim. leg. infrà.
4 l. ſi alij. de vſufr. leg. gl. in l. ſicut. de adim. leg. l. ſi tibi. de vſufr. ear. rer. Bar. in d. l. re coniuncti. j. col.
5 l. ſi pluribus. de legat. ij.
6 in l. triplici. ibi, ex parte qua. de verb. ſig.
7 l. ſicut. de adim. legat. l. Mæuio. de leg. iij.
8 l. interdum. de hær. inſt. l. qui quartam. ad ſi. de leg. j.
9 d. l. re coniuncti. & §. ſi eadem. de leg. inſtitut. Bar. in d. l. re coniuncti. v. col. ibi, quarto.
10 in l. triplici. de verb. ſig. & d. l. re coniuncti.
11 l. j. §. bis ita definitis. de cad. toll. C. & d. §. ſi eadem.
12 l. q. §. vbi autem. ibi, & ideo. de cad. tol.
13 l. quæ conditio. de cond. & dem.
14 in d. §. ſi eadem. inſt. de leg. in addit. ad Portiū.
15 per hunc text. ibi, itetū. & infrà ea. l. §. vlt.
16 l. huiuſmodi. §. quibus. de leg. j.
17 l. hæredes. l. liber homo. §. cùm quis. de hæred. inſtit. infrà.
18 in l. j. §. bis ita. de cad. toll. C.
19 in d. l. re coniūcti. vij. col. ibi, quæro quarto.
20 l. j. §. ſi ex fundo. l. ſi quis hæres. & l. ex facto. de hæred. inſtit.
21 in l. re coniuncti.
22 l. hæc ſcriptura. & l. ſi ſeparatim. infrà. de cond. & dem.
23 vt hîc. & §. denique. & §. interdum. infrà ea. l.
24 d. §. interdum.
25 l. aquam. C. vlti. infrà quemad. ſeruit. amit.

& ita intellige legem Codicis [1], quæ disiunctos, hoc eſt coniunctos re tantùm, ad defectam partem vocat, ſed ſine onere. quod & Bartolo videtur [2]. Coniuncti autem re & verbis, etiam ius accreſcendi habent, hoc eſt, cum onere [3]. In iis autem qui coniuncti ſunt verbis tantùm, non re, inter omnes conuenit & iuri accreſcendi locum eſſe [4]: ſi tamen res non omnino diuiſæ, aut diuerſæ ſunt, vt in hoc legato *Lego Titio & Meuio æquis partibus*. quòd ſi eſſent res diuerſæ, vt *Lego Stichum vni, & alteri Erotam*, licet verbis ſint coniuncti, non tamen ius accreſcendi habebunt [5]. idem eſt ſi eadem res, ſed diuiſa finibus, eſſet legata: tunc enim diuerſos fundos efficit [6]. De alia autem quæſtione quam primùm propoſuimus, infrà ſequenti reſponſo explicatur.

Inter coniunctos verbis.

Inter coniunctos re & verbis.

§. IDEM AIT. Quædam ſunt ſingularia præcepta in legato vſuſfructus: in eo enim ſine diſtinctione habet locum ius accreſcendi inter coniunctos à lege, vt hoc textu. quod in legato proprietatis contra ſtatuitur [7]. At in hæreditate etiam ius accreſcendi obtinet [8]: ne pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus quis decedat. quod tamen aliàs fuſius dicetur. Sic in vſufructu diximus ius accreſcendi locum habere, ſi poſt acquiſitas partes pars deficit [9]: quod tamen in legato proprietatis nemo dixerit [10]. Vnde cum duobus emphyteuſis vel feudi conceſsio data eſſet, & vno mortuo diſceptaretur, an alteri emphyteutæ vel feudatario pars morientis accreſceret, magis placuit hanc ad dominum reuerti, neque iuri accreſcendi locum eſſe, quòd iam partes ſint acquiſitæ: & hoc in feudo reſcriptum eſt [11], & in emphyteuſi Bartolus probat [12]. Hîc autem cadit alia quæſtio, inter coniunctos vter alteri præferatur: in qua receptum eſt, vt coniuncti diſiunctis præferantur [13]: & hoc extra dubitationem eſt. Qui autem coniunctus re & verbis eſt, cæteris coniunctis, vel re tantùm, vel verbis tantùm præfertur [14]. Item qui verbis tantùm coniungitur, etiam potior eſt eo qui re tantùm eſt coniunctus. Quæ opinio mihi probabilior videtur, magiſque amica iuris ſententiæ [15], & eam Alciatus probat [16]. Quæ tamen locum non habet, ſi ex aliqua coniectura apparere poteſt, coniunctum re cæteris magis dilectum fuiſſe: vt ſi teſtator ita ordinaſſet, *Titio fundi partem dimidiam, fundi Seio partem dimidiam lego*, & adieciſſet: *Caio fundum do lego*: certè ſi pars Seij defecerit, non ſolùm Titius qui verbis tantùm iunctus eſt, ſed Caius qui re tantùm, admittetur [17]. Quanuis Bartolus [18] ſine diſtinctione inter coniunctū re, & coniunctum verbis prælationem eſſe non putarit, ſed concurſum.

In coniunctione legali ius accreſcendi.

Poſt acquiſitā portionem an ſit locus iuri accreſcendi.

Inter coniunctos vter alij præferatur.

§. INTERDVM. Quanquam inter omnino diſiunctos non ſit iuri accreſcendi locus, vt ſuprà retulimus [19]; ſunt tamen quidam qui hac lege diſiuncti appellantur [20], & tamen coniuncti reſunt, & inter eos ius accreſcendi procedit [21]. Reliqua §. huius require ex iis quæ ſuprà poſuimus.

§. IDEM IVLIANVS. CVM SEQVEN. RESPONSO. Ex hoc §. quidam dixerunt in vſufructu non eſſe locum iuri accreſcendi inter coniunctos verbis tantùm, per hunc textum, ſed placet communis ſententia, qua ferè obtinuit, etiam inter tales coniunctos ius accreſcendi proc-

1 d. l. j. §. ſin autem ad deficientis. de cad. tol.
2 in d. l. re coniuncti. vj. col. ibi, primò igitur.
3 d. l. j. § his ita definitis. de cad. toll. C. & §. ſi eadem. de leg. at. Inſt. & ibi Iaſ. in addit. ad Portium.
4 l. Manius. §. duorum. de leg. ij.
5 l. huiuſmodi. §. quibus. de leg. j.
6 l. rectè. ad fin. de verb. ſig. l. ſi quis duas. §. ſi quis partem. Com. præd. Bar. in d. l. re coniuncti. vij. col. ibi, ſecundo.
7 l. & Proculo. de leg. ij.
8 l. ſeruus communis, de acq. hæred.
9 infra ea. l. §. interdum.
10 l. aquam. §. vlt. infrà quemadm. ſer. amit.
11 c. j. §. pe. quib. mod. feud. amit. & c. j. §. vl. de feu. march. duca. vel comit. in vſib. feud.
12 l. ſi mihi & Titio. de verbo. obli. facit tex. in l. Lucius. §. Caio. ad Treb.
13 ſuprà ead. l. & l. j. §. his ita. de cad. tol. l. hæredū. de hæred. inſti. infrà.
14 §. ſeq. infra ead. l. & l. re coniun. de leg. iij.
15 l. re coniuncti.
16 in d. l. triplici.
17 l. Manio. de leg. ij. l. ſi ita quis. de hæred. inſtit. infrà.
18 d. l. re coniuncti. viij. col. ibi, ſecundo quæro.
19 l. j. ſuprà. eod. per §. vlt. infra ead. l.
20 & l. j. §. his ita definitis. de cadu. tollend. C.
21 & l. j. §. his ita definitis de cadu. toll. C.
22 vt hic, & d. §. his ita definitis. l. liber homo, §. cùm quis. de hæred. inſtit. infrà.

procedere ſine diſtinctione [1]. Nec mutat quod hîc contrà videtur dici: nam ex omnium opinione [2], hîc nulla eſt omnino coniunctio, neque realis neque verbalis. Non enim ſi à duobus hæredibus inſtitutis proprietas mihi deducto vſufructu legatur, continuò dicendum eſt in illo vſufructu inter hæredes coniunctionem contractam eſſe.

Inter coniunctos verbis ius accreſcēdi eſt.

Cùm legatur vni fundus, alij vſusfructus cōiunctio eſt.

1 l. Mæuius. §. duorum. de leg. ij.
2 Bar. Bal. hîc. & in d. l. re coniuncti.

INDE NERATIVS. L. III.

§. NON SOLVM. Cùm vni vſusfructus fundi, alteri fundus legatur: concurſus intelligitur in vſufructu & cōiunctio: ex qua & ius accreſcendi proficiſcitur [3]. Non idē dicitur cùm alteri legatur genus, & alteri ſpecies: vel vni totum, alij pars de toto: nam & ſpecies de genere [4], & pars de toto videtur adempta [5]: nec in ea concurſus aut coniunctio vlla intelligi poteſt, quod verum puto indiſtinctè, ſiue primùm legatum eſt totum, deinde pars: ſiue prius pars, deinde totum [6]: nec enim ratio ordinis varietatem poteſt inducere, licet Bartolus [7] hoc poſtremo caſu coniunctionem admiſerit. Nec mutare arbitror quod dicitur in l. Mæuio. in prin. de leg. ij. vbi pars dimidia fundi Mæuio, dimidia Seio, deinde fundus Caio legatur: & tamen hi coniuncti à lege deſignantur: ibi enim neceſſariò cōiunctionem interpretamur, nec duæ dimidiæ de fundo pòſt legato intelligi poſſunt deciſæ, ne vacuetur legatum fundi [8]. quòd ſi legatis partibus quibuſdam, remaneret aliquid in quo legatum fundi & totius ſubſiſteret, nulla eſt coniunctio in illis partibus, ſed hæ videntur de toto ademptæ, & ſolis cedent quibus legatæ ſunt [9]: & ita ſententiā Aemylij Ferreti [10], contra Bartolum & alios defendimus. Cùm verò vni fundus, alij etiā & idem fundus legatur, an videatur ademptio facta à primo, ex his quæ ſuprà poſuimus [11] reſponſum eſt. Sed & alia ſpecies relata eſt, quę ad hunc quoque textum pertinet: Titius legauit vſumfructum bonorum ſuorum vxori, & mihi fundum: an in vſufructu fundi vxor ſit mecum coniuncta, ita vt partem habeat: ſed magis eſt me pręcipuum fundum cum vſufructu habere debere, neque aliquam cōiunctionem eſſe, quaſi de toto pars ſit detracta [12]: quod & Baldus probat [13]: aliud enim eſt vni fundum, alij vſumfructum legare fundi: quia in vſufructu tunc coniunctio eſt: aliud vni fundum, alteri vſumfructum in omnibus bonis: qua in ſpecie illud remanet vt generali legato ſpecies deroget [14].

Cùm legatur vni pars alij totum, an pars dicatur adempta.

Inſignis quæſtio.

3 per hunc tex. & l. ſi alij. infrà de vſufr. leg. l. ſi proprietas. infra eo. l. ſi tibi decem. de vſuf. ear. rer. quæ vſu.
4 l. vxorem. §. feliciſſimo. de leg. iij.
5 l. cùm quæſtio. de legat. C. in princ.
6 Aemyl. in l. re coniuncti. de leg. iij.
7 in d. l. re coniuncti. iij. col. & d. l. ſi alij. de vſufru. leg.
8 arg. l. quoties. infrà de reb. dub.
9 d. l. cùm quæſtio.
10 in d. l. re coniuncti.
11 ſupra eo. in rubr.
12 d. l. vxorem. §. feliciſſimo. & l. ſeruus vrbanis. de leg. iij.
13 in l. quoties. ad fin. C. famil. erciſc.
14 d. l. ſi ſeruis. c. j. de reſcr. ext.

SI QVIS ATTIO. L. VI.

HANC legem qui attentius animaduerterit, facilè deprehendet de iure accreſcendi non quæri. ſumma verò huius ſentētiæ eſt, vt cùm plures ſimul vno nomine appellatiuo deſignantur, alter autem ſeparatim, vt vocentur non in capita aut viriles, ſed qui ſeparatim nominatus eſt habebit dimidiā, alij nomine communi comprehenſi aliam dimidiam [15]: vt in hac ſpecie, *Titius hæres eſto, duo Mæuij hæredes ſunto* [16]. Item *quos mihi hæredes feci, & præterea Titius filio meo hæredes ſunto* [17]. Idem ſi vnus nominatus eſſet ſeparatim, duo prætereà alij per coniunctiuam, vt *Titius hæres eſto, Mæuius & Seius hæredes ſunto*. Nam Titio dimidia, Mæuio & Seio alia dimi-

Plures vno nomine comprehenſi non plus capiunt, quàm vnus ſingulariter nominatus.

15 vt hîc. & l. ſi proprietas. infra eo.
16 l. Titius. de hæred inſt.
17 l. ſi pater. ſ. de vulg. & pup. infrà.

dia cedet [1]: quod valde notandum eſt. Planè ſi omnes per nomen diſtributiuum eſſent nominati, perinde eſt atque ſi quilibet ſeparatim nomine eſſet deſignatus: ideóque omnes in viriles venient. vt ſi qui duos hæredes inſtituerat, ita dicat, *quiſquis mihi hæres erit, & Mæuius filio meo hæredes ſunto.* Nam tres partes in filij hæreditate fient [2]: ſecus ſi per nomen collectiuum eſſent appellati [3], niſi diuerſum ex verbis teſtatoris appareret: vt cùm dixit, *Titius & hæredes fratris mei æquè ſint hæredes*: nam viriles habebunt omnes, propter dictionem, *æquè* [4]; vel ſi alia poteſt coniectura capi, vt in hac ſpecie, *Libertis meis, & Seiæ alumnæ fundum lego, & ne de familia exeat, veto*: facilè enim præſumimus ex eo quòd in familia fundum remanere voluit, viriles voluiſſe dari, tam Seiæ quàm libertis omnibus [5]. Quod autem hîc dicitur in eo qui Attio & hæredibus ſuis vſumfructum legauerit, dimidiam Attio, dimidiam hæredibus accedere: id ita verum eſt, ſi de hæredibus teſtantis intelligas, per hunc textum. Nam ſi de hæredibus Attij, tunc Attius, & qui illius hæredes ſunt ad vnam partem vocantur: & ita ex omnium ſententia reſcriptum Iuſtiniani [6], cum hac lege conueniet. Sed hæc dicta ſunt in quæſtione qua quæritur, quas partes plures ſimul nominati faciant. Accommodatè verò dubitari poſſit, ſi pars ex iis qui ſimul nomine comprehenſi ſunt, defecta ſit, an omnibus, an verò iis tantùm qui illa appellatione coniuncti ſunt, accreſcat. Et expeditum eſt verbalem coniunctionem eſſe inter eos, qui eodem nomine, vel appellatione tenentur [7], & ius accreſcendi [8], & præferentur ij qui ſub eodem nexu appellationis continentur, aliis etiam ſi re & verbis iungantur [9]: vt in hac ſpecie, *Titius & fratrum mei filij hæredes ſunto:* ſi vnius ex filiis pars deficiat, reliquis fratribus ſuis accreſcet, non Titio: quanquam re & verbis illis ſit coniunctus: nam omnes illi filij pro vno reputantur [10], quod & Baldo videtur [11].

Pars coniuncti per nomẽ generale an cæteris per idem nomen iunctis accreſcat.

SI PROPRIETAS. L. IX.

PERTINET ad ea quæ dicta ſunt in l. ſi quis Attio. & in l. inde Neratius. §. non ſolùm. ſupra eodem. cum qua & argumento conuenit.

CVM SINGVLIS. L. XI. CVM L. SEQ.

NOTVM eſt, quoties res omnino ſunt diuerſæ, toties nullam coniunctionem intelligi, nec ius accreſcendi [12]: vt cùm legatur duobus, annis alternis, vſusfructus [13]: vel cùm eadem res à diuerſis teſtatoribus legatur [14]. Idem planè ſi in vno teſtamento, ſed à diuerſis hæredibus res legat[illegible], nec enim coniunctio, nec ius accreſcendi eſt, per hunc textum. hoc enim perinde eſt, atque ſi duorum teſtamentis legaretur [15]. Planè ſi teſtamenta non omnino ſunt diuerſa, vt teſtamentum patris & filij [16], ius accreſcendi non erit inhibendum: vt cùm pater rem quam mihi ſuo teſtamento legârat, eandem Seio legat in ſecundis filij tabulis: erit concurſus & coniunctio inter nos [17]: qua ratione & ad legatarios diuerſorum hæredum coniunctio, & ius accreſcendi pertinebit: nempe ad eum qui ab inſtituto, & alium qui à ſubſtituto capit [18].

In rebus diuerſis, & in re eadem à diuerſis teſtantibus legata nõ eſt ius accreſcendi.

Quando

1 l. liber homo. §. Titius. de hæred. inſtit.
2 l. vlt. de impub. & aliis ſubſti. & ibi Alex. & Iaſ. in d. l. ſi pater. de vulg. ſubſti. infrà.
3 d. l. ſi pater. & hîc.
4 l. interdum. ad prin. de hær. inſti.
5 l. Lucius. ij. §. Lucius. de leg. ij.
6 l. vlt. de impub. & aliis ſubſtit.
7 l. Titius. & l. interdum. de hær. inſtit. infrà.
8 l. qui quartam. §. vlti. de leg. j. Bar. in d. l. re cõiuncti. iiij. col. ibi, ſecundo loco.
9 per tex. in l. Sempronio. ad fi. infrà de vſufr. leg. l. j. §. idem ait. ſupra eo.
10 l. ſi nepotes. de collat. bon. infrà.
11 in l. j. q. vij. quando non pet. part.
12 l. huiuſmodi. §. quibus. de leg. j.
13 l. ij. quib. mod. vſusfru. amit.
14 l. ſi ſub conditione. quẽadmo. vſusf. amit. infrà.
15 l. quid ergo. §. ſi quis duos. de leg. j.
16 l. patris et filij. de vulg. & pupill. l. paterfa. de priuil. cred. infrà.
17 l. planè. §. ſi cõiunctim. de leg. j. & ibi Bart. & Alex.
18 d. §. ſi coniunctim.

Quando dies vſusfructus legati cedat.

QVANQVAM. L VNA.

Vſusfructus legati dies quãdo cedat.

CVM vſusfructus purè legatur, non cedit niſi ab adita hęreditate, per hunc textum [1]: niſi hæres tardius hæreditatẽ adierit [2]: ſin autem ad diẽ, nullo modo cedit, niſi die adueniente [3]. Cùm ergo ante diem actio non ſit nata, fruſtra ante diem petitur. et hoc eſt ſingulare in legato, aut promiſsione vſusfructus ad diem, vt ante diem actio nõ naſcatur. At in promiſsione proprietatis vel legato, contrà ſtatuitur [4]: niſi certis caſibus quos ſuprà annotauimus [5]. Item in cæteris ſeruitutibus realibus, & aliis legatis cedit dies à morte [6]: quamuis enim hæredis aditio faciat moram petitioni, non tamen ceſsioni diei [7]. At legata ad diem incertam vel conditionem non cedunt, niſi dies vel conditio aduenerit [8]. conſtat verò legatum vſusfructus perquam ſimile eſſe legato in ſingulos annos [9], vt & ſuprà poſitum eſt [10]: niſi quòd hæc diſsimilitudo eſt, quòd vſusfructus legatum ſemel cedit: at in legato in ſingulos annos contrà: cùm enim in legato illo tot ſint legata quot anni [11], conſequens eſt vt in cedendo cuiuſque anni principia reputentur [12]. Quod autem ad finem legis pertinet, an in obligatione ad diem, ante diem actio ſit nata, aliâs tentauimus [13].

Seruitutũ dies quando cedat.

Legati vſusfructus, & in annos ſingulos ſimilitudo.

1 & l.ij. quand. dies leg. infrà.
2 l. ſi vſusfructus legatus. ſuprà de vſufruc.
3 hîc, & l.j.§. libertatibus. de cad. toll. C.
4 per hunc tex. ad fi. & l. qui mandatum. vbi noto. infrà mand.
5 d.l. qui mandatum.
6 l.j.§. in nouiſsimo. & §. libertatibus. de cad. tol.
7 l. hæredis. quando dies leg. ced.
8 l.j.§. ſin autem. C. de cadu. toll.
9 l. cùm ita. de vſufr. leg.
10 l. ſi quis ita. de vſufru.
11 l. ſi in ſingulos annos. de annu. leg. infrà.
12 l. à vobis. de annu. leg. infrà.
13 l. qui mandatum. manda. infrà.

Quibus modis vſusfructus vel vſus amittatur.

SI DVOBVS. L. II.

Vſusfructus alternis annis legatus pluribus.

CVM legatur duobus vſusfructus annis alternis, manifeſtum eſt eos ad diuerſa vocatos eſſe: ideóque nec ius accreſcendi erit inter eos [14]: & hoc ſuperius dictum eſt [15]. Quòd ſi ambo in eundem annum velint concurrere, is erit potior, qui prior nominatus eſt [16]: & ſi non appareat quis prior nominatus eſt & velint concurrere, ſeſe inuicem impedient [17]: niſi conueniret inter eos de controuerſia per ſortem dirimenda [18]. Si tamen ex illo diſſenſu periclitari poteſt & tertius, ſors reiicitur, & ad iudicem intratur [19].

Sors.

14 facit l. huiuſmodi. §. quibus. de leg. j. infrà.
15 l.4. de vſufr. accreſ. ſuprà.
16 l. quoties. ſuprà de vſufruct.
17 per hunc text. & l. itinere. de ſeruit. ruſt. præ.
18 arg. l. ſi duobus. C. communia. de leg.
19 l. huiuſmodi. § ſi. de legat. j. §. ſin autem. de ſatiſ. Inſt. vbi Angel. & Panor. in c. vlt. de ſortil. ad fi.

SICVT IN ANNOS. L. III.

NOTA ex his verbis, *quandiu viuat vſumfructum lego*, repeti legatum eo caſu quo erit amiſſus. Ex quo & rectè Barto. hîc definit, vt ſi legatus ſit vſusfructus omnium bonorum vxori, quandiu erit vidua (quo legato continentur alimenta tantùm, ſi ſunt liberi: ſi non ſint, plenus vſusfructus [20]) habebit quidem alimenta ſi ſint liberi: ſed ſi deſierint extare, recipiet plenum vſumfructum propter repetitionem.

Repetitio legati.

§. HAEC AVTEM REPETITIO. Quæ ſuperius dicta ſunt de vſufructu accreſcendo [21], cur non & in repetitione vſusfructus locum habeant, nulla ratio eſt. Cùm enim amiſſus vſusfructus repetitur, perinde eſt atque ſi nunc dare-

20 gl. & Bart. in l.j. C. ſi ſecundo nupſer. mulier.
21 l.j. ſuprà de vſufr. accreſ.

tur. Quòd ſi legato vſufructu Titio & Mæuio, in perſona Titij pars tãtùm vſusfructus eſt repetita, cum ratione eſt, vt cùm Titius ceciderit ab vſufructu ſuo, & ex repetitiõe partem recuſumpſerit, tunc incipiat iure accreſcendi vti, ſi pars Mæuij ſit defecta: non ad ſolidam partem, ſed pro portione quam ex repetitione recepit. & ita intellige hunc §. [1] vt enim qui totum quod accepit, amittit, ius accreſcendi non habet [2]; ita & qui partem eius partis quam accepit, perdit, nec pro ea parte amiſſa ad ius accreſcendi vocabitur, per hunc tex. ad finem [3].

In repetitione legati & iuri accreſcendi locus eſt.

Repeti. L. v.

§. Rei mvtatione. Generalis ſententia eſt, rei mutatione perire vſumfructũ [4]. Itaq; areæ vſufructus legatus extinguitur, ſi in ea ædificetur: itidẽ & vſusfructus domus perit ſublato ædificio, nec is in area reſtat, niſi generaliter omnium bonorum vſusfructus eſt datus: in quo propter vniuerſitatem legati, & in re quæ mutata eſt, vſusfructus manet [5]. Sic vſusfructus quem pater in bonis aduentitiis filij ex lege habet [6], nõ perit rei ſingularis mutatiõe [7]. Et quòd dixi domus vſumfructum perire, domo ſublata, adeò verum eſt, vt nec ſi iterum domus ſit ædificata, reuiuiſcat vſus fructus [8], niſi per particulas domus eſſet refecta [9]. Item adde mutationem in re quę accedit, nõ perimere vſumfructũ rei principalis [10]. An autem rei mutatione ſeruitutes reales extinguantur, aliâs opportunius [11]. De pignore etiam relatum habes in l. ſi conuenerit. ij. §. ſi quis cauerit. de pig. act. infrà. Quòd autem glo. hîc tentat, an de dolo an alia actio danda ſit contra proprietarium qui rem mutauit, nihil ad id quod inſtituimus: ſed vide eam.

Rei mutatione expirat vſusfructus.

Rei mutatione an pereat pignus vel ſeruitus.

Si frvctvarivs. L. xiii.

BONAE FIDEI poſſeſſor hoc plus fructuario habet, quòd fructus facit ſuos ſimul atq; de terra decerpti ſunt: nam quoad fructus domini vicem gerit [12]: at fructuarius non facit fructus ſuos, niſi à ſe vel ſuo nomine à terra ſeparẽtur, vt & ſuprà monuimus [13]. Itaq; ſi decederet pendentibus fructibus & non perceptis, nihil hæredi ſuo relinqueret [14]: id quod & ſuperius dictum eſt [15].

Bonæ fidei poſſeſſor & fructuarius à quo tempore fructus ſuos faciant.

Si svb conditione. L. xvi.

EX duorum teſtamentis neque coniunctio eſt, neque ius accreſcendi contingit: quod tamen ex quæ iis ſuprà dicta ſunt temperationem recipit [16].

Si tibi fvndi. L. xvii.

PROPRIETATIS in iure duplex acceptio eſt: aliquando enim proprietas capitur pro dominio, & ſic vſumfructum continet, & ei cui hoc modo proprietas fuerit legata, etiam ius accreſcendi in vſufructu cum cæteris fructuariis dabitur, ad vnius fructuarij partẽ defectam [17]. Sed nõ idẽ obſeruatur, cùm legatur vel acquiritur proprietas verè, hoc eſt ea quæ ſeparato iure ab vſufructu cenſetur: qui enim proprietatem acquirit, ius vſusfructus amittit, per hunc tex.

Proprietatis duplex acceptio.

Is qvi vsvmfrvctvm habet. L. xx.

IN quærendo, ſiue præſcribendo valde æquum eſt, vt quan

---

1 ibi, idem Papinianus quærit.
2 l. ſi totam. d. acquir. hæred. & l. qui patri. illo tit.
3 fac. nota. in l. ſi Titio. §. vſumfructum de vſufru. ſuprà.
4 vt hîc, & l. quid tamen. & l. pe. infra eo.
5 l. quoties. §. vniuerſorum. de vſufru. ſuprà.
6 l. cum oportet. in princ. de bon. quæ lib. C.
7 glo. in ver. mobiles. d. l. cum oportet. §. nõ autẽ.
8 l. qui vſumfructum. ſuprà de vſufru.
9 l. quid tamen. §. j. infra eodem.
10 l. fundi. infra eo. l. pediculis. §. ſi. de aur. & argen. lega.
11 l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. de ſerui. vrba.
12 l. qui ſcit. infrà de vſur. & l. bonæ fidei. de acquir. rer. domi.
13 l. arboribus. §. Iulianus. ſuprà de vſufru.
14 l. in ſingulos. de ann. lega. infrà.
15 l. defuncta. de vſufru.
16 l. cum ſingulis. de vſuf. accreſ.
17 l. ſi tibi proprietas. & l. ſi proprietas. de vſufr. accreſ. ſuprà.

Per vſum partis totum non præſcribitur: at vſu partis totum retinetur.

quantum quis poſsidet, tantum prçſcribat [1]: nec enim per poſſeſsionem partis, totum præſcribitur [2]. In retinendo autem longè aliud ſeruatur: nam per vſum partis tota res retinetur [3], à ſciente: ſi autem ignoret, minimè, per hunc tex. Cùm autem res duæ aut plures ſunt ſeparatæ, per vſum vnius altera non retinetur [4]. Vnde apud Bartolum [5] tractatum eſt, Debebat mihi Seius decem modios frumenti, & conſtituto tempore pependit tantùm quinque, an per illos quinque receptos retineam quod reliquum eſt? & videtur [6], niſi diuerſæ ſint obligationes & contractus [7]. Vnde fit vt ſi qui mihi ex vno contractu debebat decem modios, decedat pluribus hæredibus relictis, vno ſoluente ſuam partem, cæteri non ſoluentes præſcribant: diuerſæ enim ſunt obligationes, & ex lege duodecim tabularum inter hæredes diuiſæ [8], & vide quæ annotauimus in lege. ſi ſtillicidij. quemadmo. ſer. amitt. infrà.

Nota.

SI VSVSFRVCTVS. L. XXI.

HIC efficitur, quòd ſi authoritate ſuperioris damnetur collegium, priuilegia quoque & iura occidant per hunc tex. Non idem eſt ſi ob peſtē aliámve ſimilem cauſam rueret collegium, retinentur enim iura per parietes [9], & hanc diſtinctionem glo. canonica admittit [10]: quod & Bartolus [11], & Pano. [12] probant. quibus adde quod dicitur in l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum, infrà. de ſeruit. vrb. præd.

Deſtructo collegio an amittantur iura & priuilegia.

SI AGER. L. XXIII. ET LEGE SEQVEN.

VIDES per innūdationem perdi poſſeſsionē, & ſic præſcriptionem interrumpi [13], & pertinet ad id quod dicitur in lege vnus ex ſociis. §. vlt & l. ſeq. infrà. de ſeruit. vrb. præd.

Inundatio poſſeſsionem & præſcriptionē interpellat.

SI VSVSFRVCTVS ALTERNIS. L. XXVIII.

VETVS quæſtio fuit, An debitum annuum vbi primùm ceſſatum eſt, præſcribatur omnino & quoad futuras præſtationes: an verò à quoque anno præſcriptio ſit inchoanda, vt ſingulorum annorum ſit vna & ſeparata præſcriptio: & propius eſt, vt tam in annuis debitis ex vltima voluntate, quàm ex contractu, ſingulorum annorum totidem præſcriptiones numerentur: quod & hîc textus, & Iuſtini conſtitutio manifeſtè probat [14], quæ nō in legatis ſolùm ſed etiā in debitis ex cōtractu loquitur, & hāc opinionē veriorē & receptiorē vocat Guid. pap. & ſecūdum eā in CVRIA Delphinate iudicatū eſſe dicit [15]. Sed hæc in ſorte & debito principali rectius dicūtur, non autem in vſuris fructibus cæteriſq; acceſsionibus [16].

Annuū debitū & legatum an præſcribatur pro futuro tēpore.

POMPONIVS. L. XXIX.

CERTVM eſt retineri poſſeſsionem marito per vxorem & familiam [17]: per ſocium, fructuarium, & bonæfidei poſſeſſorem: imò & per actum naturalem ſine hominis facto: vt cùm aqua per riuum ſua ſponte influit [18]. Item per colonum, commodatarium & ſimiles alieno nomine poſsidentes, licet alteri idem ius tranſcripſerint [19]. Si tamen animo interuertendi hoc feciſſent, amitteretur poſſeſsio [20]. Itaque ſi colonus qui de me conduxerat, alteri vendit, perdo poſſeſſionem, etiam ſi ſingulis annis mihi penſionem inferat: quod magnopere notādum eſt [21]. Ex quo efficitur nō ſatis eſſe domino, ad ſeruandam & retinendam poſſeſsionem illationes

Per quos retineatur poſſeſsio.

1 *l. j. §. Iulianus ait. & ibi glo. & Bar. de itiner. actúque priua. infra. l. qui fundum. §. j. pro emptore.*

2 *c. cùm contingat. de decimis. cū ſeq. & Panor. in c. accedētibus. de priuileg.*

3 *l. ij. & l. ſi ſtillicidij. infrà. quib. mod. ſeruit. amit. §. fi. l. vna. de ſeruit. vrb.*

4 *l. ſi prius. de aqua pluuia arcen. l. ſi communem. quemad. ſeruit. amitt.*

5 *d. l. ſi prius. in princ.*

6 *d. l. ij. & l. ſi ſtillicidij.*

7 *per d. l. ſi prius.*

8 *l. j. ſi cert. peta. C. facit tex. in l. nam ſatis. §. j. quemad. ſerui. amitt. & Bar. in d. l ſi prius.*

9 *glo. in l. ſicut. §. j. quod cuiuſ. vniuer. ſuprà.*

10 *c. priuilegium. de reg. iur. lib. vj.*

11 *in l. fi. de colleg. illi. ad fi.*

12 *in c. ij. pe. col. de poſtul. prælat.*

13 *l. naturaliter. de acq. poſſ. infra.*

14 *l. cùm notiſsimi. de præſ. xxx. vel xl. anno. §. vlt.*

15 *q. ccc vi. in deciſio. Gratianopolit.*

16 *l. eos. in prin. de vſur.*

17 *l. ſi mulieri. ſupra eo. l. ſeruitus. quemad. ſer. amittunt.*

18 *l. qui fundum. infrà. quemad. ſerui. amitt.*

19 *l. qui vniuerſas. §. fi. de acquir. poſſeſſ.*

20 *vt hoc tex. & l. non ſolùm. §. qui pignori. de vſucap. infrà*

21 *per hanc l.*

recipere, niſi ab eo recipiantur qui præſcribit, quod aliâs ſummè addubitatum memini.

CARO. L. XXX.

PERTINET ad id quod alias diximus [1], an re principali extincta, quod ſuper eſt peti poſsit.

1 *l. ſolum. §. meum. de rei vind. ſuprà.*

CVM GREGIS. L. VLT.

ANNECTITVR his quæ paulò ſuperius [2], dicuntur de mutatione rei.

2 *l. repeti. §. rei. eo.*

De vſufructu earum rerum quæ vſu conſumuntur vel minuuntur.

SI TIBI DECEM. L. VI.

SI tibi decem millia (inquit lex) legata ſint, & mihi eorūdē decē millium vſusfruct us, apparet rei complexu nos coniunctos eſſe in vſufructu, & ius accreſcendi inter nos locū habere [3]: quod & ſupra relatū eſt [4]. Sed ſi non appareat an de eadē ſumma teſtator intellexerit, an ſit coniunctio, dubitatur: & exiſtimo coniūctionē nō eſſe: nō enim de eadē ſumma, ſed de diuerſis ſummis teſtator videtur ſenſiſſe: niſi eadē oratione vtrique legaſſet, vt, Titio & Mæuio decem lego [5], vel ita, Titio decem & Mæuio decem lego [6], tunc enim eadem ſumma duobus debetur, & coniuncti ſunt: quod Bartolus probat [7], & verum eſt.

Cū vni decem & alteri decem legātur an eadem ſumma intelligatur.

3 *l. ſi alij. de vſufr. leg. infrà.*
4 *l. inde Neratius. §. non ſolum. de vſuſ. accreſ.*
5 *l. ſi quis teſtamento. de leg. 2. & ibi Bar.*
6 *l. ſtipulatio iſta. §. cū qui. de ver. oblig.*
7 *in l. re coniuncti. iij. col. j. q. de leg. iij.*

TRIBVS HAEREDIBVS. L. VIII.

POTEST vnus ex hæredibus grauari, vt ſatiſdationem impleat pro eo cui vſusfructus eſt legatus. In quo valde notatu dignum eſt, quòd cùm hæres ille grauatus de fideiubendo ſoluerit, non habere eum actionem mandati in reum pro quo fideiuſsit: non enim voluntate, ſed neceſsitate acceſsit ad fideiuſsionem [8], quod ſine diſtinctione verum eſſe puto, licet Bal. [9] hoc tantum in modica re admiſerit. Alius eſt caſus, quo fideiuſſor ſoluens non habet actionem mandati, nempe cum animo donandi fideiuſsit [10].

Grauatus vt fideiubeat, ſoluens non repetit.

8 *per hunc tex. Alex. in l. ſi quis mandato. de neg. geſt.*
9 *in l. vna. §. ne autem. de cad. toll.*
10 *l. quod dictum. & ibi Iaſ. de pact.*

CVM PECVNIAM. L. VLT.

PERTINET ad id quod ponitur in l. j. ſuprà. de vſufr.

Si vſusfructus petetur, vel ad alium pertinere negetur.

SI FVNDO. L. I.

QVEMADMODVM fundo legato accedit iter, & ea ſine quibus nulla eſſet vtilitas legatario [11]: ita & in vſufructu legato, per hunc textum: imò & ſi nux legata eſſet, via eſſet præſtanda ad eam [12], ſed hæc infra fuſius dicentur [13]. Quòd verò hîc dicitur, actionem realem pro vindicanda ſeruitute fructuario non dari, non eſt ſine controuerſia: ſed vide quod dicitur in l. ei qui. infrà de ſeruit.

Legato itinere, aut vſufructu veniunt ea ſine quibus legatum inutile eſſet.

11 *l. Gaurus. infrà. de ſeruit. vrb. præd.*
12 *glo. in l. ſi fundum ſub conditione. §. qui fundum. infra. de leg. j.*
13 *d. l. Gaurus.*

SI AB HAEREDE. L. III.

ETIAM dominus in alterius damnū, ſeruitutē ſuo prędio non poteſt imponere [14]: hactenus enim ei re ſua vti permittitur, dummodo alterum non fædat [15], multò igitur magis domi

Dominus in damnū fructuarij, an ſeruitutem imponat.

14 *l. aquam. C. de ſeruit. & ibi glo. & l. Lucio. de de aqua cotid. & æſt. infrà.*
15 *l. opus. de op. pub. infrà.*

dominus in præiudicium fructuarij, nō imponei ſeruitutem [1]: quod ſignificationem habet, ſi iam ſit vſusfructus conſtitutus: ex quo euenit, vt quia antequam hæres vſumfructum qui legatus eſt, conſtituerit, nondum dicatur conſtitutus [2]: ideo antequam dederit rectè imponet ſeruitutē: ſed in id quod fructuarij intererit, condemnabitur, per hunc textū: quod Coraſius

Fructuarius an imponat ſeruitutem.

probat [3]: Itē nec fructuarius ſeruitutē imponere poteſt [4], ſoli enim domino ſeruitutis imponēdæ ius eſt [5]. An verò emphyteutæ & vaſallo hoc ius competat, infrà relatum eſt [6].

Vti frvi. L. v.

Expirat iudiciū ſi ius agentis deficiat lite conſtante.

HOC principium pertinet ad id quod habetur in l. j. ſuprà. de vſufr. Quod autem hîc ad finem dicitur [7], perempto fructuario poſt litem conteſtatam, nullam fieri condemnationē pro futuro tempore, rationem habet: conſuetum eſt enim iudicium conteſtatum expirare, ſi ius agentis lite conſtante deficiat [8]: quod & infrà ponemus [9].

De vſu & habitatione.

Nvnc videndvm. L. i.

Vſus quandoq; ad dominium refertur.

ALIQVANDO vſus appellatio etiā dominium continet, vt cùm ita teſtator loquitur, *Lego Titio fundum ad vſum* [10], vel ita, *Lego rē, & volo vt vſum habeat* [11]. Sed cùm ſimpliciter vſus rei legatus eſt, vſus tantùm venit, vt hoc titulo. Quibus autem differentiis vſus ab vſufructu ſeparetur, facile agnoſcet qui vtrumq; titulum legerit. Sed & illud admonendi ſumus, vſum tanqua ſpeciem, dominio & vſufructui tanquā generi derogare [12]: &

Vſus deducitur de fructu.

eum qui vſum habebit, in iis cācellis quibus ferè vſus ſuus cōcluditur, præferri fructuario [13]: & ſic quòd ad vſum vſuarii ſpectat, nec concurſus nec cōiunctio erit inter eos, nec ius accreſcendi, cùm ad diuerſas res vocentur [14]: at in coniunctis rem eandem eſſe oportet [15]. Reliquum igitur quod erit ab vſu vſuarij, ad fructuarium pertinebit [16].

Per servvm. L. xiii.

§. Vsvsfrvctvs. Hæc lex pertinet ad id quod proximè dictum eſt [17].

Vsvs pars. L. xx.

Vſusfructus an diuidatur.

VSVMFRVCTVM diuiſionē recipere ſatis cōſtat [18]: quod tamē ita exaudimus, ſi factū & fructuū perceptionē magis quàm ius reſpexeris [19], quod ſi ius ipſum, certe cōſequens eſt nō diuidi [20]: cùm illud ſit incorporale nec poſsit tangi [21]. Vſus verò omnino diuiſionē nō admittit, ſi vnius eſt etiā quoad cōmoditatē, per hūc textū: quod cur eueniat retulit Alciatus in Paradoxis ſuis [22]. Planè ſi duo vſum habent, diuiſio rectè interuenit [23]: ſeruitutes autē reales etiā nō poterūt diuidi quo ad ius [24]: ſed quoad cōmoditatē diuiduntur, vnde ſi fundus cui via debetur, regionibus diuidatur, cuilibet domino de-

Quæſtio nobilis.

bebitur ſeruitus ratione partis ſuæ [25]. Et hæc pertinēt ad nobilē quæſtionem, ſtipulatus eſt Titius vſum ſibi & hæredibus ſuis, decedit pluribus hęredibus relictis, an quilibet debeat vſū habere, hoc eſt, quātū tatus eſſe poteſt cuiq; ad vtēdū: an verò quantū defuncto in vſu cōpetebat, ſed prior opinio magis placuit [26]. Cùm enim vſus nō tranſeat ad hæredes natura ſua, &

1 *l. ſed & ſi quid. §. pe. de vſufr.*
2 *l. iij. ſupra. de vſufr.*
3 *in l. iij. infrà. de ſeruit.*
4 *d. l. ſed et ſi quid. §. pe.*
5 *l. j. infrà. comm. præd.*
6 *in l. iij. de ſeruit.*
7 *ibi, ſi poſt litem.*
8 *l. ſi mulier. ſol. matr. l. vlt. rer. amot. infrà.*
9 *l. ſi rem. j. §. vlt. de pig. act.*
10 *l. donationes. §. ſpecies. & ibi glo. & Bar. de donat. infrà.*
11 *l. vlt. de vſufru. ear. rer. quæ vſ.*
12 *arg. l. vxorem. §. feliciſsimo. & l. ſeruis. de leg. iij. c. j. de reſcr. ext.*
13 *l. ſi alij. de vſufr. ſuprà & ibi Floria.*
14 *l. huiuſmodi. §. pe. de leg. j.*
15 *l. re coniūcti. de leg. iij.*
16 *Inſt. de vſu & hab.*
17 *l. j. ſuprà. eod. & in l. ſi alij. de vſufruct.*
18 *l. j. §. ſi vſusfructus. ad l. Falc.*
19 *vt l. ſi vſusfructus. de iur. dot. vbi notatur.*
20 *l. ſtipulationes non diuidūtur. de verb. oblig.*
21 *l. j. §. quædam. de rer. diuiſ.*
22 *lib. j. c. xvij.*
23 *l. item. infra. com. diuid.*
24 *l. pro parte. de ſeruit.*
25 *l. via. §. vlt. de ſeruit. ruſt. præd. & Bar. in l. ſi partem, illo tit.*
26 *Bar. in l. iiij. §. Cato. de verb. oblig.*

actum ſit vt tranſeat, non iudicatur vſus tranſmiſſus, ſed nouus vſus conſtitutus in hæredum perſona [1]: ſed quia indiuiduus eſt, ideo cuique hæredum ſingulariter competet.

1 l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. de verb. oblig.

DIVVS ADRIANVS. L. XXII.

IN vſu fundi hoc tantùm cõtinetur, vt oleribus, pomis, floribus, fœno & cæteris ſimilibus rebus vti poſsit, idq; ad vſum quotidianũ [2]: & hoc ius neque vendere nec locare, nec alij poterit cõcedere, etiã quoad cõmoditatẽ [3]. Planè ſi vſus duorum eſſet, poteſt inter eos ita diuidi, vt alter vſum ſolus habeat, & alij pecuniam pro eius vſu repræſentet [4]. Sed tamen iis qui vſum nemoris & ſyluæ habent, etiam id permittitur, vt vẽdere poſsint [5]: quod tamẽ Io. Faber admittit [6], ſi tam remota eſt ſylua, vt commodè ſine venditione vſus capi non poſsit. At habitatio legata alteri locari poteſt [7], & vſusfructus commoditas: quod infrà fuſius explicabitur [8]. Item licet vſus rem quę vtenda eſt reſpiciat, magis tamen ex perſona finitur & determinatur: nam vſu nemoris legato, nõ totus nemoris vſus, vel fructus, ſed tantùm id legato continetur, quod perſonæ neceſſarium eſt, adiunctis iis qui lege continentur, vxore videlicet & familia [9]: Placitóq; [10] CVRIAE Pariſienſis placuit, iis qui vſum nemoris haberent, certam partem ad vſum aſsignari poſſe reliquis partibus liberis manentibus. Sed hoc in vſu domus locũ non habebit, in quo non poſsit proprietarius ea quæ in vſu vſuarij ſuperſunt & vacant, vſurpare, per hunc textum: quod ideo verum exiſtimo, quòd vſus domus idem videatur cum habitatione: at qui habitationem habet, in tota domo habitare, & eam locare alteri poteſt, vt dixi. In cæteris autem exiſtimo hactenus vſum extendendum eſſe, vt vſuarius vtatur, reliquum ad proprietarium redeat [11]. His adde quod aliâs CVRIA Pariſienſis cenſuit [12], ad vſum nemoris antiquitus oppido conceſſum, non omnes oppidanos admitti, ſed eos tantùm quorum domus ante quadraginta annos eſſent extructæ. Sed hoc opinor ad exemplum non eſt perducendum. Nam noui incolæ à veteribus non diſtinguntur, ſed idem ſemper populus, & idem grex iudicatur, licet deceſſerint veteres municipes, aut omnia capita priora ſint demortua: cui conſequẽs eſt vt idem priuilegiũ ſequẽtibus accõmodari debeat [13].

In vſu quid veniat.

Vſus vendi & locari an poſſit: item an habitatio.

Ad vſum certa pars aſsigna-tur.

2 ſuprà eo. tit. l. plenum.
3 l. cæterum. in prin. ſuprà eod.
4 l. item quamuis. infra. comm. diuid.
5 per hunc tex.
6 Inſt. de vſu & hab. §. j.
7 Inſt. eo. tit. §. vlt.
8 l. ſi vſusfructus. de iur. dot.
9 l. ij. & l. cæterum. & l. ſi habitatio. ſuprà. eod.
10 anno. 1531. iij. non. Martij.
11 l. ſi alij. de vſufr. ſupra.
12 anno 1545. Idib. Septẽb.
13 l. proponebatur. de iudi. ſupra. l. ſi grege. de leg. j.

Vſufructuarius quemadmodum caueat.

SI CVIVS. L. I.

HAEC pars difficilis non eſt: ſumma verò eſt, vt is cui vſusfructus eſt legatus, duas cautiones exponat: prima eſt, Se arbitrio boni viri vſurum: altera, ſe finito vſufructu reſtituturum, quod etiam in vſufructu per contractum conſtituto locum habet [14]. Et hoc tam verum eſt, vt hæ cautiones à teſtatore remitti non poſsint [15]. Item vſufructuarius ante cautionem impletam necagere poteſt [16]: nec ſi iam teneat vſumfructum, facit fructus ſuos [17], quod tamen fere temperationem recipit, niſi ſciente & patiente domino fructuarius fructus cepiſſet [18]. Cui proximum eſt quod dicitur, fructus perceptos ab hærede negligentia fideicommiſſarij non petentis, lucro hæredis cedere, nec in quartam computari [19].

Duę cautiones in vſufructu.

Ante cautionẽ non facit fructuarius fructus ſuos.

14 l. vſufructu. C. de vſufruct.
15 l. 4. de vſufr. C.
16 d. l. j.
17 l. vxori. j. de vſufr. leg. infra.
18 Bar. in l. hac edictali. §. his illud. de ſecund. nup. & d. l. vxori Pan. in c. vlt. de pig. ad fin. fac. tex. in l. ij. de acqui. poſſ. C.
19 l. mulier. §. ſi hæres. ad Treb.

LIBER

LIBER OCTAVVS PANDECTARVM.

De ſeruitutibus.

SERVITVTES. L. I.

Seruitus quid.

SERVITVTEM Magis diuidendo quàm definiendo percipi poſſe Martianus putat. quanquam Bartolus & omnes fere ſeruitutem definierint, eſſe ius prędio adhærens, illius vtilitatem reſpiciens, & alterius libertatem diminuens. Quam definitionem multis improbat Coraſius hîc in princ. Sed hæc non admodum inſtituti noſtri.

VNVS. L. II.

In re communi qui prohibet præfertur.

Rem communem an aliquis ſeruam facere, vendere & pignori dare poſſit.

QVIA In re communi prohibentis conditio præſtat [1], etiam receptum eſt, vt vnus ex dominis ſeruitutem conſtituere non poſsit in fundo communi, ſicut nec acquirere [2]. Quòd ſi ab vno fuerit conſtituta, nec pro parte conſtituentis ſubſiſtit, niſi omnes poſteà ſeparatim idem ius ceſſerint [3]. At rem communem vnus ex dominis vendere & obligare poteſt, etiamſi indiuiſa ſit: & venditio & pignus in parte conſtituentis valebit [4]. & hoc ideò placuit, quòd pignus, venditio, donatio, partem ſocij non cõtrahentis minimè attingant, ſed in parte contrahentis ſubſidunt [5]. Quod in ſeruitutibus fere non poteſt accidere. Is enim cui ab vno ex ſociis pro indiuiſo ſeruitus fuerit conſtituta, non poterit vti ſeruitute, quin & imminuat libertatem alterius ſocij. Item quod dicimus vnum ex ſociis alteri ſeruitutem non acquirere, non habet locum in præſcribendo: tunc enim ritè vnus ſocius acquirit ſeruitutem [6]. Facit quod dicitur in l. Imperatores. ſuprà de pact.

Pręſcribendo ab vno ex ſocijs ſeruitus quæritur.

1 *l. Sabinus. Com. diuid. l. in re cõmuni. infrà, tit. j.*
2 *l. proprium. ad fin. com. præd. l. vnus. de ſeruit. ruſt. præd. infrà.*
3 *l. per fundum. infrà de ſeruit. ruſt. præd.*
4 *l. nemo ex ſocijs. pro ſoc. l. ſi conſenſit. §. vlt. quib. mod. pig. ſol. l. ſi fratris. Com. vtriuſ. iud.*
5 *d. l. nemo ex ſocijs.*
6 *l. ſed ſi inter. ſecund. vanam lectu. & ibi Bart. & Pau. poſt gl. de ſerui. ruſt. præd.*

SERVITVTES PRAEDIORVM. L. III.

Solum.
Superficies.

FVNDVS Et ædes duabus rebus continentur, ſolo & ſuperficie [7]. Solum eſt arèa vrbana aut ruſtica. At ſuperficies, in vrbanis ædificiis parietes & tecta: in prædiis ruſticis, arbores & hèrbas continet [8]. Itaque quædam ſeruitutes ſolo imponuntur, aliæ ſuperficiei: poteſtque vnus eſſe ſoli dominus, qui directus vocatur, alter autẽ ſuperficiei, & hic vtilis dicitur, vt in emphyteuta & vaſallo vſuuenit [9]. & eorum quiſque in ſuò dominio dominus appellatur: ideóque circa illud ſeruitutem acquirere & imponere poterit, ſecundum Florianum hîc. Sed tamen aperto feudo, & finita emphyteuſi, impoſitio illa ſeruitutis non nocebit domino: ſed finietur [10]: nam extincto iure datoris, concidit quoque accipientis ius [11], vt & infrà annotauimus [12]. Et huc ſpectant quæ ſuprà ſunt relata [13], an fructuarius imponat ſeruitutem, item an proprietarius.

Dominus vtilis, & dominus directus quando imponant ſeruitutem.

7 *l. ſi fundum ſub conditione. §. qui fundum. de. leg. j. l. cum qui ædes, de vſucap.*
8 *l. certo. infrà de ſeruit. ruſt. præd. vide Baro. & Coraſ. hîc, & Alc. in l. fundi. de verb. ſign.*
9 *l. j. ſi ager vecti. vel emphy. vbi relatum eſt.*
10 *c. j. §. quid ergo. de inueſt. de re. alie. fact. in feud.*
11 *l. lex vectigali. de pig. infrà.*
12 *in l. ſi ex duobus. §. vlt. de in diem add.*
13 *in l. j. ſi vſusfr. pet*

SERVITVTES IPSO QVIDEM IVRE. L. IIII.

Seruitutes an diem, aut conditionem recipiunt.

SERVITVTES Neque ad diem, neque ex die, neque ad conditionem, neque ſub conditione rectè & more iure poſſunt conſtitui, vt inquit lex. Nec placet veterum [14] ſententia, putantium ſub conditione qua incipiat

14 *Accur. Bar. Pau. Flor. Ang. hîc.*

negligentia hæredis ſiue debitoris, ad eum facultas eligendi tranſit cui debetur: & ita hunc locum intellige, & quod alibi dicitur [1], eum cui riuus debetur quacunque vult aquam ducere poſſe: quod Coraſius probat [2]. Huius rei maximum argumentum eſt quod placuit [3], dominum qui ſeruitutem debet, poſſe iter in certa parte iam conſuetum, in alium locum transferre, ſi nullum damnum creditor eſt paſſurus. Cùm autem elegerit creditor ſeruitutis, non poterit poſteà variare, vt hîc: niſi generaliter actum ſit, vt quacunque fundi parte ire agere liceat [4].

Iter in vna parte ad aliam locum traduci poteſt.

1 in l. vlt. de aqu. cot. & aſtiua.
2 gl. eſt in d. l. ſi via. arg. l. j. C. & Dig. de ſolut.
3 l. ij. §. pe. infrà de relig. & ſump. fun.
4 l. nam ſatis. §. cæterum. Quemad. ſeruit. amit.

SI ITER. L. X.

HVC Spectant quæ dicuntur in l. ij. de iuriſd. omn. iud. & etiam infrà aliquid relatum eſt [5].

5 in l. ſeruitutes. §. j. infrà de ſeruit. vrb. præd.

PRO PARTE. L. XI.

Seruitus pro parte.

HVNC Textum intelligunt omnes cùm pro parte dimidia fundi aliquis ſibi ſeruitutem recipit, vt hoc non valeat. Aliam ſpeciem facti ex hoc textu Coraſius docet, nempe cùm in fundo, qui mihi & Titio eſt communis, ſtipulor ſeruitutem mihi, quæ ſtipulatio inutilis eſt [6]. Reliqua require ex glo. quam omnes probant. Ius igitur ſeruitutis eſt indiuiduum, & cuilibet ex dominis competit etiamſi fundus, cui ſeruitus debetur, diuiſus ſit regionibus [7].

9 vt hic. & l. propone. infrà comm. præd. l. vnus. de ſeruit. ruſt.
7 l. via. §. vlt. de ſeruit. ruſt. præd.

SI TAM ANGVSTI. L. XIII.

VIA, Iter & actum continet: & multò eſt itinere & actu cumulatior, vt ſatis infrà declaratur [8]. Si tamen qui viam conſtituit, non ita amplum & latum locum demonſtrauit, vt in eo poſſet via exerceri, iter conſtituiſſe credendus eſt: & ſic in obligatoriis quod non valet vt agitur, valebit vt poterit. quod in ſeruitutibus ideo recipiendum eſſe puto, quòd & nomine & re perquàm ſibi ſimiles & propinquæ ſunt. In cæteris autem ſpeciebus quæ ad obligationem tendunt, vix eſt vt actus qui non valet vt agitur, dicatur valere eo modo quo poterit [9]: non enim præſumitur aliquis velle ſe obligare. Sic nec tranſactio quæ non valet, vt pactum ſuſtinebitur [10]: non enim præſumitur quis donare voluiſſe [11]. Idem planè dicitur in aliis actibus quibus nec liberatio, nec obligatio accidit: qui ſi non valent eo genere quo geruntur, non tamen valebunt vt poterunt, nempe cùm contraria voluntas ad ſuſpicionem facilè iudicem adducit, vt in teſtante dicitur, qui ſi fecit teſtamentum nullum & irritum, non tamen illud valebit vt codicillus [12]: non enim ſuſpicamur eum qui teſtamentum vult facere, de codicillo cogitare: cui non rectè inſtitutio, ſubſtitutio & exhæredatio conueniũt [13]. Sic ſentẽtia quæ non valet in ea cauſa quæ expreſſa eſt, non ſuſtinebitur ex cauſa vera [14]: neque enim iudex qui cauſam in ſententia expreſſit, quam tamen exprimere non tenebatur [15], videtur voluiſſe ex alia cauſa ſententiam ſuam valere. Quòd ſi nihil tale appareret, quominus in his quæ aguntur conſenſus

Quod non valet vt ago. an valeat vt poteſt.

Tráſactio nulla non valet vt pactum.

8 per tex. in l. j. de ſeruit. ruſt. & inſt. de ſeruit.
9 l. j. §. cum qui. de conſtit. pecu. & l. j. §. ſi quis ita. de verb. oblig.
10 l. iij. de rep. hæred. C.
11 l. cũ de indebito. de prob.
12 l. non codicillum. C. de teſtam.
13 l. Scæuola. ad Treb.
14 l. qui teſtamenta. de excuſ. tut. c. ex parte Aſtenſis. & ibi Panor. de conceſſ. præb.
15 c. ſicut. de re iud.

adeſſet, facilè id generale relinquitur, ſi non valet actus vt ago, valeat vt poteſt. Ex quo dicitur matrimonium contractum ab impubere (qui tamen ex lege contrahere non poteſt [1]) valere vt ſponſalia [2]: ſpes verò matrimonij [3], & dotis promiſſio [4] in diem pubertatis ſuſtinebitur. In liberatoriis autem actibus ea regula facile admittitur, ſi non valet vt agitur, valebit vt poteſt: ideóque acceptilatio inutilis habet pactum [5], niſi in forma claudicaret [6]. Forma enim actui ſubſtantiam præbet [7]. Qui fuſiùs videre volet eat apud Alciatum [8]: multa etiam hîc Coraſius & Baro.

In liberatorijs quod nō valet vt ago, an valeat vt poteſt.

Servitvtes iiii. L. xiiii.

IN Seruitutibus præſcribendis duo maximè ſpectantur. Aut enim ſeruitus præſcribitur, aut libertas à ſeruitute. Conſtat verò libertatem à ſeruitute præſcribi poſſe [9]. In ſeruitutis autem præſcriptione, qua ſeruitus conſtituitur id obſeruatur, vt ipſo iure & mero non præſcribatur [10], cùm ſeruitus incorporalis ſit: at incorporalium nulla neque poſſeſsio neque vſucapio eſt [11]. ſed tamen benignè & æquabili prudentum interpretatione vſucapio in ſeruitutibus admiſſa eſt [12], etiamſi vſus earum non ſit continuus & perpetuus [13]: & hoc opinor ſecundum mētem iuris, quod Lōgoualius probat [14], & Duarenus in anniuerſarijs diſputationibus [15]. Nec verò aliud tempus in ſeruitutibus præſcribendis obſeruandum eſſe, quàm in cæteris immobilibus, apertè ex lege docemur [16], vbi qui aquam duxit per alterius poſſeſsionem exemplo rerum immobilium ſeruitutem ſibi quærit: erit igitur decem & viginti annorum præſcriptio. Præterea diuturna præſcriptio in ſeruitutibus ſufficit [17], at tempus diuturnum decem annorum eſt [18]. Si tamen ſeruitus talis eſt, vt niſi tempore certo ea quis vti nō poſsit, vt cùm cōſtituta ſic eſt aqua, vt niſi æſtate, vel niſi alternis menſibus, aut annis non ducatur, tempus duplicabitur [19]. Nec mutat quod dicitur, ductum aquæ cuius memoria non eſt, iure conſtituti haberi [20]: non enim negatur quin minori tempore præſcribatur: quod & ipſum aliis capitulis oſtenditur [21]. Sed ſi tanto tempore cuius non ſit memoria, quis ductu vſus fuerit, perinde eſt atque ſi olim fuiſſet conſtitutus: ideóque tali puto rectè actionem directam pro ſeruitute dari: at ſi diuturno tempore tantùm præſcripſiſſet, vtilis accommodaretur [22]. Quòd verò de continua & diſcontinua cauſa hîc apud omnes longa narratio eſt, inferiùs ponemus [23]. Nec omittendum eſt in ſeruitutibus perſonalibus, in quibus & vſusfructus eſt, longum tempus ad præſcriptionem numerari [24]: quod & expreſſè lege principali cautum extat [25]. Item ea quæ diximus de præſcribendis ſeruitutibus, temperabis per textum in l. ſi partem. & ibi noto, infrà quemad. ſeruit. amit.

Libertas à ſeruitute an præſcribatur.

In ſeruitutibus præſcribendis decē anni obſeruantur.

Vſusfructus decem annis præſcribitur.

§. Pvblico loco. Huius generis ſunt ea quæ infrà ponuntur in l. in tradendis. §. j. comm. præd.

Qvoties nec hominvm. L. xv.

OMNIVM ferè conſenſio eſt, ex hoc textu [26] effici, nullam poſſe ſeruitutem ſubſiſtere, niſi quæ prædij vtilitatem reſpic-

Seruitus aut prædij aut perſonæ vtilitatē continere debet.

1 *l. minorem. de rit. nup. c. ij. de deſponſ. impub.*
2 *c. vlt. de deſp. impub.*
3 *d. l. minorem.*
4 *l. quod Seruius. de cōd. cauſ. dat. l. quod pupillæ. quand. dies legat.*
5 *l. ſi vnus. §. ſi acceptilatio. de pact.*
6 *l. an inutilis. de accepti.*
7 *l. Iulianus. §. ſed ſi quis. ad exhibend.*
8 *lib. j. parad. cap. vj.*
9 *l. ſi ædes meæ. j. §. j. infra eod. l. ſicut. de ſeruit. C. l. ſequitur. §. vlti. infrà de vſucap. l. hæc autem. infrà de ſeru. vrb.*
10 *per hunc tex. & l. foramen. de ſeruit. vrb.*
11 *l. ſeruus. §. incorporales, de acq. rer. dom.*
12 *l. ſi aliena. §. j. infrà de vſuc. l. ij. & pe. de ſerui. & aqu. C. l. ſi quis diuturno. ſi ſeruit. vind. l. vlti. in fi. de præſ. long. temp.*
13 *d. l. ij. de ſeruit. & aqu. & l. apparet. de aq. cot. l. j. §. vlt. de aq. plu. arc.*
14 *in l. imperium. de iuriſd. om. iud.*
15 *lib. j. cap. xxxiiij.*
16 *d. l. ij. de ſeruit. & aqu.*
17 *l. ſi quis diuturno. infrà ſi ſeruit. vind.*
18 *l. diutina. de præſcrip. long. temp.*
19 *l. ſi ſic. quemad. ſeruit. amit. l. vlt. de ſeruit. & aqu. C.*
20 *l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aq. cotid.*
21 *d. l. ij. de ſeruit. & aqu. l. apparet. de aqu. cotid.*
22 *d. l. ſi quis diuturno.*
23 *l. foramen. de ſerui. vrb.*
24 *l. ſi ego. §. j. de publicia. & ibi Bar. sex. in l. vlt. in fi. de præſc. long. tēpo.*
25 *l. ſicut. de ſeruit. & aqu. l. corruptionem. de vſufruct. C.*
26 *& l. ergo. infrà de ſerui. ruſt. præd.*

ſpiciat. Quod tamen Coraſio non placuit [1], & verè mea ſententia. Nam pecoris ſeruitus ad prædij vtilitatem poteſt non pertinere, & tamen conſtitui poteſt [2]: idem dici poteſt in hauſtus ſeruitute [3], & iis omnibus ſeruitutibus quæ animi & leuationis cauſa conſtitutæ valent [4]. Hoc autem verum puto, eam ſeruitutem quæ nec prædij, nec perſonæ vtilitatem reſpiciat; non valere [5]: nec enim malitiis hominum indulgẽdum eſt [6]. vnde eæ ſeruitutes quæ ad amœnitatem non pertinent, nec aliquam vtilitatem perſonæ habent, non poterunt conſtitui ſine fundo [7]. Sed tamen quamuis hodie non interſit, ſi tamen intereſſe poteſt, conſtitutio valebit [8]. Sic pactio quæ nullam paciſcentium vtilitatem continet, non ſuſtinetur: vt ſi paciſcar cum aliquo, nec rem ſuam alienet [9]: ſi tamen paciſcar, vt mihi non alij vendere teneatur, valebit [10]: & generaliter quoties cauſa eſſet, & intereſſe poſſet [11]: at ſine cauſa nec pactio valet, nec prohibitio à teſtatore facta [12]: dicitúrque omnem actionem ſuper eo quod intereſt fundari [13].

Pactio & prohibitio ſine cauſa nó valet.

§. SERVITVTVM. Vide quæ habentur in eandem ſententiam in l. etſi fortè. §. etiam. infrà ſi ſeruit. vind.

EI QVI PIGNORI. L. XVI.

CREDITORI pignoratitio & emphyteutæ vtilis pro ſeruitute datur actio: domino verò directa. In fructuario dubitatum eſt, an ſeruitutem ſibi deberi poſsit intẽdere: quod probabile eſt, ſi vtili experiatur [14]: ſi directa, nõ dabitur [15]. quo modo duo reſpõſa cõciliantur. & hoc Longouallius probat [16]. Sic prælatis & miniſtris eccleſiarum, pro aliquo iure ad eccleſiam pertinente, datur vtilis confeſſoria, cùm non ſint domini: ſed ſuccumberent ſi directam intenderent, niſi nomine eccleſiæ eam intendant: quod Io. Fabri probat [17].

Fructuario quę detur actio pro ſeruitute.

Pro iure eccleſiæ prælati habent confeſſoriam.

VIAE ITINERIS. L. XVII.

HVC pertinent quæ ſuprà in eodem genere dicta ſunt [18]. Et ex eo quod dicitur, ſi viæ ſtipulator deceſſerit pluribus hæredibus relictis, ad ſingulos inſolidum viæ petitionem pertinere, dubitatum eſt, an mortuo domino relictis pluribus filiis, debeat vaſallus ſingulis iuramentum præſtare, & videtur per hunc textum: ius enim vaſallorum diuiſionem non recipit [19], at in his quæ non diuiduntur, ſinguli inſolidum debitores & creditores ſunt [20]. Sed communior & potior eſt glo. [21] opinio, quæ putat omnibus ſed ſemel, vel vni tãtum præſtandum iuramentum. neque enim vaſallus plures dominos pro vno feudo habere compellitur [22]. & hoc ex multorum opinione confirmat Ioan. Coraſius hîc, quod & Ioãni Fabro placuit [23]. Vnus igitur eligetur cui iuramentum præſtetur [24]. At omnes filij eius qui fundum habebat iurabunt [25].

Vaſallus an ſingulis hæredibus domini iurare teneatur.

Omnes hæredes vaſalli iurare debent.

EI FVNDO. L. XIX.

HIC tex. aduerſatur. l. quoties. ſupra eodem. vbi vide nonnulla.

QVOTIES VIA. L. XX.

REIECTA opinione Labeonis, qui vẽditorem viæ cauere debere emptori voluit; vt hoc pro traditione cèderet, hîc reſpondetur cautione opus non eſſe, patientia autem ven-

Patiẽtia in ſeruitutibus tra-

1 ſupra eod. tit. in prælud. ad princ.
2 l. pecoris. infrà de ſerui. ruſtic. præd.
3 l. mela. de ali. & cib. leg.
4 l. hoc iure. in princip. de aqu. cot. & æſti.
5 per hunc tex.
6 l. in fundo. ſuprà de rei vind.
7 l. ergo. de ſer. ruſt. præd.
8 l. ei fundo. infra eod. ſecund. ſolut. comm.
9 l. pe. ſuprà de pactis. vbi noto.
10 l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. de act. emp.
11 l. ij. de pact. intra emp.
12 l. filiusfamilias. §. diui. de leg. j.
13 l. ſi procuratorem. §. mandati actio. infrà mand. l. vlti. §. j. ad leg. Rhod. de iact.
14 l. j. §. item Iuliano. de remiſſ.
15 l. j. & l. vtifrui. ſi vſusfruct. pet.
16 in l. imperium. de iuriſdict. om. iud.
17 in §. æquè. vuj. colum. de actio. inſti.
18 l. ad certam. eod.
19 l. Carmelia de iure pat. infrà.
20 l. ij. §. ex his. cum l. iij. & iiij. de verb. oblig.
21 c. j. §. omnes. ſi de feud. defunct. content. ſit.
22 c. j. §. præterea. de probi. feud. alie. per Feder.
23 §. quædam. de actio. inſtitut.
24 l. quod ſi nolit. §. ſi plures. de ædil. edict.
25 per tex. in d. §. omnes. ſi de feud. defunct. contẽt. ſit. in vſib. feud.

ditoris pro traditione erit. Ex quo apparet quod aliâs Bald. [1] docuit per conceſsionē ſolam in incorporalibus, traditionem intelligi, nec alia traditione opus eſſe. Hinc & illud aſſumitur, in incorporalibus præſcribendis ſcientia eius contra quē præſcribitur, opus eſſe: quod nonnullis reſponſis euidenter oſtenditur [2]. Si enim patientia eius in quem præſcriptio currit, requiritur hoc textu, certè non dicetur pati qui ignorat: & hoc omnes probant. Vnde prælati inferiores non præſcriberent iuriſdictionem epiſcopi, niſi ſciente epiſcopo [3]; nec in imperio mero aut miſto præſcribendo, præſcribens vinceret, niſi ſcientiam aduerſarij probaret [4], in præſcriptionibus autem rerum corporatarum, ſcientia aduerſarij non eſt neceſſaria [5]. Quamquam non defuerunt qui indiſtinctè ſcientiam in præſcriptionibus non requiri affirmarent [6]. An verò interdicta poſſeſſoria pro ſeruitutibus, & rebus incorporalibus dentur, infrà referemus [7].

ditionis instar eſt. — *In incorporalium præſcriptione ſcientia aduerſarij requiritur.* — *Quid in corporalibus.*

SI INTERCEDAT. L. VLT.

PERTINET ad id quod dicitur in l. in tradendis. §. j. commu. præd. infrà. Item lex iſta in Florentinis Pandectis, prima tituli ſequentis locatur.

De ſeruitutibus vrbanorum prædiorum.

VRBANORVM. L. II.

SERVITVTES aliæ ſunt ruſticæ, aliæ vrbanæ: qua in differentia nō ipſa ſeruitus, ſed prædium cui debetur fere ſpectari ſolet. Vrbanæ enim dicuntur quæ vrbanis, ruſticæ quæ ruſticis prædiis debentur [8]. Vnde fit vt via, quæ in ſeruitutibus ruſticis nominatur [9], ſi ædibus debeatur vrbana ſeruitus ſit [10]. Sed & illud obſeruandum eſt, vrbana prædia non loco, ſed materia cenſeri: vrbana enim prædia ſunt ædificia, ſtabula, hoc eſt meritoria, ſiue in oppidis & villis, ſiue in vrbe [11]. Si tamen eſſent ſtabula, quibus quaſi ſeptis continentur armenta & pecora, illa in ruſticis prædiis rectius ſunt [12]. Ex his facilè intelligitur, ruſtica prædia vocari, cūm nullū eſt ædificium: vt horti, vt vinea, niſi horti ædificiis eſſent cōiuncti: tunc enim eodem iure cum ædificio cenſentur [13]. Vnde & vēdita vel legata domo, venit hortus illi coniunctus [14]. Adde quòd ſi per ruſticum prædium vrbano ſeruitus debeatur, dicetur vrbana, à digniore: vt hoc tex. apparet, quo ſcilicet ſeruitus ſtillicidij auertēdi per aream tuam (quæ prædium ruſticum eſt) ad prædium vrbanum meū, vrbana dicitur [15]: quæ quæſtio effectū habet, propter id quod dicitur in l. hoc autem. infrà eod.

Seruitus vrbana & ruſtica. — *Ruſticum prædium quid.* — *Hortus domui iunctus legato domus continetur.*

LVMINVM. L. IIII.

QVI ſeruitutem luminum debet, lumina noſtra excipere debet, ex quo id videtur acquiſitum, vt feneſtræ omnes & lumina vti hodie ſunt, ita maneant: quod Coraſius eleganter ſentit [16]. nec verum exiſtimo quod hîc Barto. Pau. & cæteri ſentiunt,

1 in l. fin. quando fiſc. vel priua. C.
2 l. ſi. & ibi Bart. de ſerui. & aqu. C. l. ſi à te. ſi ſer. vind. ibi, te ſciente.
3 Panor. in c. conquerente. de off. ordi. in fi.
4 Bar. in l. fi. ad fi. vti poſ.
5 l. fi. de præſc. lon. temp. C.
6 Bar. hic & Longoual. in l. imperium. de iuriſdic. om. iudi.
7 l. ſicuti. §. Ariſto. ſi ſeruit. vind.
8 Alciat. in l. vrbana prædia. de ver. ſig.
9 l. j. infrà de ſerui. ruſtic. præd.
10 glo. in l. pater. de ſeruit. leg. l. ſeruitutes. §. ſi domo. infra eod.
11 l. vrbana prædia. de ver. ſignifi. l. j. infrà commu. præd.
12 l. eo iure. in quib. cau. pignus tacit.
13 d. l. vrbana. ad fin. infrà de conſecra. eccl. vel alt. libr. vj. c. 4.
14 l. prædijs. §. qui domum. de legat. iij. Panor. in ca. Raynatius. iij. notab. de teſtam.
15 glo. hic & Pau. in l. j. infrà commu. præd.
16 l. j. ſuprà de ſeruit.

tiunt, vt ſufficiat ei qui eam ſeruitutem debet omnia obſcurare lumina, dummodo feneſtram vnam relinquat. Melius igitur eſt tempus acquiſitionis ſpectari [1]. Manebit verò differentia lata inter luminum ſeruitutem, & ne luminibus officiatur, illa enim ad certum locum reſtringetur, hæc vniuerſum fundum reſpiciet.

Seruitus luminum, & ne luminibus officiatur.

Haec avtem. L. vi.

LIBERTATEM ſeruitutum præſcribi ſine controuerſia dicitur [2]. Quid autem in præſcribenda ſeruitute ſit, ſuprà poſuimus [3]. In præſcribenda autem libertate, multum intereſt inter ruſticas & vrbanas ſeruitutes. non enim ſufficit in vrbanis ſeruitutibus, me contra quem præſcribitur, eſſe negligentem, & non vti, ſed diligentia & facto præſcribentis eſt opus [4]. Ex quo illud conſequens eſt, vt in eiuſmodi libertate præſcribenda bona-fides requiratur. Nam ſi vſus præſcribenti neceſſarius eſt ad præſcriptionem, debet certè vti bona-fide, & exiſtimare ſe ſuo iure vti [5]: & hoc apertè lege demonſtratur [6]: vbi Seius qui debebat ſeruitutem Titio ne luminibus officeret, ſi longo tempore ædificatum habuit, & offecit luminibus Titij, præſcripſit, modò non vi, non clàm, nec precario poſſederit: bona-fides igitur neceſſaria eſt. Et hîc eſt verus caſus illius legis [7]. Si enim non debuiſſet ſeruitutem Seius, fruſtra eſſet pulſatus: ei enim etiam vſque ad cælum ædificatum habere, ſicqúe aliorum luminibus officere licuiſſet [8]: & hæc opinio Bartolo, Paulo & omnibus placet [9]. quanquam Coraſio minimè [10]. Ad præſcribendam autem libertatem à ſeruitute ruſtica, ſatis eſt amittentem nõ vti, licet alter nihil faciat. Ideóque nec præſcribẽtis bona-fides requiritur, & licet is dominum viæ vi expulerit, viam præſcribet longo tempore [11]. Hinc dicitur perſonales actiones amitti triginta annis, etiam iure canonico, cum ad præſcriptionem illarum non factũ poſſidentis diſpici ſoleat, ſed negligẽtia non vtentis ſufficiat: quod Bartolus [12] & Panormitanus [13] probant. quod enim recipitur iure pontificio, malæ-fidei poſſeſſorem nunquam præſcribere, intellectum habet & rationem in caſibus in quibus poſſeſſio requiritur, & vſus: non autem in cæteris quæ amittũtur ſola negligentia. quamquam vulgus Canoniſtarum hoc non admittat. Hæc in libertate præſcribenda, qua videlicet ſeruitus amittitur conſtituto tempore. At in præſcriptione ſeruitutis, qua ſeruitus acquiritur, bonam-fidem neceſſariam eſſe, pluſquàm manifeſtum eſt [14]. De titulo dicitur in l. ſi quis diuturno. ſi ſeruit. vind. infrà.

In præſcriptione ſeruitutum vrbanarũ, factum præſcribentis adeſſe debet.

Bona-fides in præſcriptione ſeruitutum an neceſſaria.

Intellectus l. j. de ſeruitut. & aqua.

In præſcriptione ſeruitutum ruſticarum nõ requiritur factum præſcribentis.

Caſus quo iure canonico malæ fidei poſſeſſor præſcribit.

Cvm eo. L. ix.

OMNE prædium liberum præſumitur: ideo dominus prædij poteſt in infinitum ædificare, etiamſi vicinorum lumina obſcuret [15], intermiſſo tamen ſpatio legitimo à vicina inſula [16], quod legibus proditum eſt [17]. Et qui ſuperioris partis domus eſt dominus, poterit ædificium attollere, modò nõ inferiorem partem plus iuſto grauet [18]. Item qui in ſuo facit, liberè facit, licet alteri noceat: ſi tamen ſibi non prodeſſet, alteri autem noceret, non eſſet ferendus [19]. Item quia ſemper libertas præſumitur, qui petit cenſum, cauſam allegare & pro-

1 *l. ſi à colon. de verbor. oblig.*
2 *per hunc tex. & l. ſequitur. §. ſi. infrà de vſuc. l. ſicut. C. de ſeruitut. & aqua.*
3 *l. ſeruitutes. iiij. titul. j.*
4 *vt hic, & l. & ſi fortè. §. j. infrà, ſi ſer. vind.*
5 *l. vlt. infrà quemadmod. ſeruitut. amitt. l. ſi ædes meæ. j. infra eod.*
6 *l. j. de ſeruit. & aqua. C. & l. ſi quis diuturno. in ſi. princ. ſi ſer. vin. infrà.*
7 *d. l. j. de ſer. & aqua.*
8 *l. altius. de ſer. & aqua. C. l. vlt. ſuprà de ſer.*
9 *hic. & in l. vlt. quemad. ſeruitu. amit.*
10 *in l. ſeruitutes. iiij. in ſi. prin. ſuprà tit. 4.*
11 *l. ſequitur. §. ſi viam. infrà de vſucap.*
12 *d. l. ſequitur. §. ſi viam. & l. j. de ſer. & aqu. C.*
13 *in c. vlt. nu. 13. de præſcr. extrà.*
14 *d. l. vlt. quemad. ſeruit. amit. infrà.*
15 *l. altius. C. de ſeruitu. & aqua.*
16 *l. Imperatores. infra eo.*
17 *l. ſi cui. & l. Mœniana. C. de ædific. priua. l. vlt. fin. regund. infrà.*
18 *l. eius. infrà eod.*
19 *arg. l. ij. §. item Varus. infrà de aqu. plu. arcen. Pan. hic.*

bare debebit[1]. eadémque ratione dicitur in eo qui præſcripſit ſeruitutem,non præſumi bonam fidé, etiam ſi titulus præceſſit[2]. At in præſcriptione libertatis,& præſcriptione rerũ corporearum bona-fides præſumitur & ignorantia[3]:niſi quibuſdam caſibus quos bellè Abbas perſequitur[4].

In præſcribendis ſeruitutibus bona fides non præſumitur.

Bona fides in præſcriptione corporis præſumitur.

1 c.peruenit.de cenſib.extrà.
2 arg.huius legis. & l.altius de ſeruit.C.
3 l.verius.de proba.infrà.
4 in ea.ſi diligenti.nu. 14. de præſcr.

Gavrvs marcello. Binas. L. x.

SIC iſtud caput incipit in Pandectis Florentinis. Duo verò hîc potiſsimum quæruntur.Primum eſt,an in ſpecie propoſita poſsit hæres altius ædificando lumina legatarum ædium obſcurare:quod conceditur,modò modicum lumen relinquatur legatario[5]. ſufficit enim id legatario præſtari,ſine quo vti non poſſet[6].Altera quæſtio eſt in via,an ſit legatario præſtanda:quod magis eſt,ſiue vſuſfructus, ſiue proprietas legetur[7]: & legatario domus præſtabitur via,vel ab hærede, vel ab alio legatario cui legata eſt domus,per quem præſtari debet[8].Sed tamen non petetur iter & acceſſus à legatario fundi,ſed ab hærede , qui de acceſſu decidet cum legatario[9]. In contractibus autem ferè obtinuit non deberi viam,ſi nihil ſit dictum[10]:niſi fauore religionis in ſepulchro[11]:& hoc omnes admiſerunt. Sed videndum eſt num aliud hîc dicendum ſit,cùm penes venditorem fundi , & alium contrahentem remaneret alter fundus,per quem iter eſſet ad eum fundum qui venditus eſt : nam eo caſu puto acceſſum à venditore præſtandum. Cuius rei magnum ſanè argumentum eſt, quod dicitur de iis qui cùm viam ad fundum communem haberẽt per fundum certum , diuidũt fundum cõmunem: nam ij quibus remotæ à via partes in fundo ceſſerunt , per aliorum partes ad viam quam tertius debet, tranſitum habebunt[12]:aut ſaltem ſi proximi patiantur, per illorum partes ibunt & redibunt.Et ita puto intelligendũ quod infrà Paulus dicit[13]: nec enim aliter textus legi poteſt, quanquam cæteri non ita ſentiant. Si enim qui hauſtum habet, & viam ad hauriendum habere intelligitur[14]: & ſi qui iter habet,omnia céſetur habere ſine quibus iter nõ poteſt exerceri[15]:vnde & gradus & cliuos poteſt facere ad vſum viæ[16]:profectò rectius dicetur, ei qui fundum emit vel diuiſit,per fundum vendentis vel partem ſocij acceſſum & tranſitum dari debere,ſi aliunde iter eſſe non poteſt.Hinc apud Angelum[17] relatum eſt,quòd ſi per fundum tuum aqua ad meam moletrinam effluit, potero ego ſi res refectione indigeat , tandiu per fundum tuum iter habere , quandiu res refecta ſit, vt aqua ad moletrinam meam poſsit deriuari:poteróque ire agere etiam per ea loca quæ non ſeruiunt[18].

Legatario domus an lumina debeantur.

Legatario an ſit via præſtanda.

In cõtractibus etiam aditum & viã præſtandum contra communem.

Seruitute continentur ea ſine quibus eſſet inutilis.

5 per hũc tex. & l.ſi is qui binas.ſuprà de vſufruc.
6 l.j.in fi. ſi vſusfruct.pet.
7 per hunc tex. & l.j.§.j. ſi vſusfr.pet.l. damnas. §.j.de vſufr.lega.l.vlti. infra eod.
8 d.l.damnas.§.j.l.ſi fundum ſub conditione. §. qui fundum. de lega.j.l. teſtatrix.ſi ſeruit. vind. l.vlt.infra eod.titul.
9 l.ſeruum filij. §.vlti. & ibi Bar. & Alex. infrà de leg.j.
10 l. in vendendo. infrà de contrahen.empt.
11 l.ſi quis ſepulchrum.infrà de relig.vide Barto. in l.j.de ſeruit. leg.fund.
12 l.via.§.vlt.infrà de ſeruit.ruſti.
13 d.l.via.§.vlt.facit l.qui pendentem. de act.emp.
14 l.iij. §. qui habet. infrà de ſeruit.ruſt.
15 l.ſi iter.ſuprà titul.j.
16 l. ſeruitutes. §. j. infrà eodem.
17 in l.refectionis. commu. præd.per illum tex.
18 per text.in d.l. refectionis.

Qvidam hibervs. L. xiii.

IN ſuo genere facilis eſt. Et quod in textu dicitur, *qua de re volo cum Hibero loquaris*: ſolet citari in id vt antequàm aliquis euocetur ad iudicium,moneatur: quod & aliâs dixi[19]. Quòd autem hîc ad finem dicitur, eum qui parietem cõmunem demolitus eſt, non condemnari ad ęſtimationem tectoriorũ,& eorum operũ,quę voluptatis cauſa in pariete alter ſocius fecerat,valet ad omnia, videlicet vt in æſtimatione damnorum & eius quod intereſt,nunquam reputetur voluptaria expenſa:ſic nec procurator talem expenſam reputat[20].

Nõ debet quis euocari ad iudiciũ ſine monitione.

In ęſtimatione eius quod intereſt non reputatur voluptaria expenſa.

19 l.mora.infrà de vſu.
20 l.quod ſi ſeruus.§.vnde. de in rem verſo. l. idémque. §. idémque. infrà mand.

Impe-

IMPERATORES. L. XIIII.

PERTINET ad id quod poſitum eſt in l. cum eo. ſuprà eod.

INTER SERVITVTES. L. XV.

AN pro ſeruitute opus nouum nuntiari poſsit, commodius in l.j.§.vlt.cum ſeq.de dam. infe.

SI ARBOREM. L. XVII.

Obſcuritas cui noceat.

Vitia nõ tacenda in cõtractu.

CVM ſermo dubius eſt, quæ interpreratio accipi debeat dictum eſt, tam in contractibus [1], quàm iudicijs [2]. Qui autem ita in vendendo fundo loquitur, *Stillicidia vti nunc ſunt, vt ita ſint*, nihil videtur de ſeruitutibus quas debet fundus venditus, edixiſſe: ideóque tenebitur quaſi more improbato verſatus in dicenda ſeruitute, aut quo alio vitio [3]: ideóque nõ mirum eſt, ſi obſcuritas illi noceat.

SERVITVTES. L. XX.

In ſeruitutibus quãdo incipiat poſſeſsio & præſcriptio.

SERVITVTES aliæ in ſolo, aliæ in ſuperficie, vt ſuprà relatum eſt [4]. Hîc autem ſermo fit de ſeruitutibus, quæ in ſuperficie vrbana ſitæ ſunt, in quibus retinendis & præſcribendis, diximus non tantùm patientiam eius contra quem præſcribuntur neceſſariam eſſe [5]: ſed & vſum factúmq; præſcribentis [6]. Receptúmque eſt vt in his ſeruitutibus in quibus factum requiritur, incipiat quaſi poſſeſsio, cùm factum incipit altero patiente: vt cùm ego in ædes tuas tignum immitto, vel ſtillicidium proücio, vel cùm in tuo fundo eo aut ago per xxx.dies [7]. Cùm verò præſcribo ſeruitutem, in qua non aliquid fit, nec aliquid iuris deberi intenditur, ſed negatur ius eſſe alteri aliquid facere, incipit poſſeſsio, & ſic præſcriptio à tempore denunciationis: vt cùm te volentem altius tollere impedio & denuncio ne tollas, ſi obedis, incipio poſsidere & præſcribere [8].

Qui ſeruitutẽ habet facit cliuos & gradus ad vſum ſeruitutis.

§. SI DOMO. Qui viam habet per tuum fundum, ſi aliter expedita illi eſſe via non poteſt, rite faciet cliuos & gradus [9]. Vnde ad loca quæ non ſeruiunt reficiendi & ſubſtruendi cauſa, poterit accedere [10]. At quæ non ſunt neceſſaria, tentare non poterit [11]. Planè vſufructuario qui & ſeruitutem habere dicitur, non licet locum ædificare, nec opus vetus perficere [12]: hoc enim facto forma rei mutaretur, & ita vſufructus interiret [13], quod tamen interpretare vt ſuprà retulimus [14].

Sublata domo pereunt ſeruitutes perſonales, reales minimè.

§. SI SVBLATVM. Singularis eſt differentia inter ſeruitutes perſonales & reales: nam illæ & mutatione rei & ſublato ædificio non ſubſiſtunt, ſed occidunt [15]. At reales ſeruitutes, ſi ædificium deſtructum reponatur, etiam reponi & reſtitui debent, vt hîc [16]. vnde & illud eſt, quod deſtructo collegio, manent tamen priuilegia [17]: quæ plerunque interpretamur & realia eſſe & perpetua [18]: vnde bellè apud Bartolum quæritur [19] de ruſtico qui cùm haberet domunculam, promiſit nobili ſe ſingulis annis vna vice recepturum hoſpitio nobilem, cum quinque hominibus, vtrum

Quæſtio.

1 *l. veteribus. de pact.*
2 *l. de die. Qui ſatiſd. cogant. ſuprà.*
3 *l. j. infrà. de actio. empt.*
4 *l. ij. de ſeruit.*
5 *l. hac autem iura. ſuprà eod.*
6 *per hunc tex.*
7 *vt hic. & l. j. & l. vlt. §. fin. de itinere actúque priua. l. j. in princ. de aqua quotid. & æſt. noto in l. ſicut infra. ſi ſerui. vind.*
8 *l. j. ſecun. primam lect. & glo. in princ. & ibi Bar. de ſerui. & aqua. C. Bar. in l. ſicut. §. ſed ſi quæratur. ſi ſeruit. vindice.*
9 *vt hîc. facit. l. ſi iter. ſuprà. de ſeruit. l. ij. ſuprà. de iuriſ. omni. iu. l. veteres. de itinere actuq.*
10 *l. refectionis. cõmu. prædio. noto in l. Gaurus. ſuprà.*
11 *l. ſi eo loco. ver. cõtra. infrà. ſi ſeruit. vind.*
12 *l. vſufructuarius. §. j. ſuprà. de vſufr.*
13 *l. repeti. § . rei. ſuprà. Quibus mod. vſufru. amit.*
14 *l. vſufructuarius. ſuprà. de vſufruct.*
15 *l. quid tamẽ. §. j. & l. repeti. § . rei. Quibus mod. vſuf. amit.*
16 *& l. ſi teſtamento. infra eo.*
17 *glo. in e. priuilegium de reg. iur. l. vj. & noto in l. ſi vſusfructus ciuitati. ſuprà. quib. mod. vſu fru. amitt.*
18 *l. vj. de diuer. reſcr. l. forma. §. quanquam. infrà. de cenſib.*
19 *l. damni. §. j. ſi is qui infrà. de damno inf.*

domuncula ſublata pereat ius illud, quod dicendum eſt ſi ius perſonale eſt: ſi reale non item, ſecundum diſtinctionem huius tex.[1] An autem ſit ius reale an perſonale quæri ſolet: ſed hoc aliâs [2].

1 *Bar. in d. l. damni.*
2 *in l. pe. infrà. de ſerui. ruſt. præd.*

SI DOMVS. L. XXI.

QVI habet duo iura, vt ſeruitutes duas, remiſsione vnius in altero ſibi integrum ius ſeruatur [3]: ſi tamen vnum alteri conſequens eſſet, vtrunque cenſetur remiſſum: vnde qui hæreditatem legitimam refutat, amittit quoque ius hæreditatis petendæ ex teſtamento [4].

Remiſsione vnius iuris aliud non creditur remiſſum.

3 *l. ſi mihi. infra. de ſerui. ruſt. facit. l. ſi prius. in prin. de aq. pluuia arcē.*
4 *l. nec is qui. §. i. infra. de acq. hæred.*

SI SERVITVS. L. XXIII.

QVOD hîc ad finem dicitur futuro ædificio imponi & acquiri ſeruitutem poſſe, pertinet ad id quod mox dicetur [5].

5 *l. ſi commu. præd.*

HOC QVOD DICTVM. L. XXV.

HIC eſt caſus nobilis: erant inferiores, mediæ, & ſuperiores ædes: mediæ ſuperioribus ſeruitutem debebant altius non tollendi, æquum tamen eſt, dominum inferiorem ſupra parietem ſibi & mediæ domus domino communem ædificare: & hoc ratione partis quam habet in pariete. Nam vendita vel legata domo, videtur vendita, vel legata pars dimidia in pariete mediano [6].

Vendita domo videtur vendi pars in pariete mediano.

6 *l. ſi is qui duas. infrà. de ſeruit. leg. l. pen. de dam. infec. & ibi Bar.*

IN RE COMMVNI. L. XXVI.

PERTINET ad id quod dictum eſt in l. ij. ſuprà. de ſeruit. Et quod dicitur hîc in fin. legis, ſocio ius non eſſe ædificandi, intellectum habet, ſi nouum ædificium facere vult, vt hîc apparet [7]: vetus autem ruinæ paratum inſtaurare, vel etiam reficere non eſt prohibendus [8]: & impenſam actione pro ſocio ſeruabit, quam ſi non recipiat intra quatuor menſes, dominium rei rite vindicabit [9].

Socius non poteſt ædificare ex integro, ſed poteſt reficere.

7 *& l. an vnus. infrà. ſi ſeruit. vind. l. Sabinus. Com. diuid.*
8 *l. ſi ædibus meis. infra. de dam. infec.*
9 *l. ſi vt proponis. de ædif. priuat. C.*

FORAMEN. L XXVIII.

EX hac lege magno conſenſu veteres crediderunt, nonnullas ſeruitutes eſſe quæ cauſam diſcontinuam haberent, alias quæ cauſam continuam: illæ præſcribi non poſſent [10], hæ poſſent [11]. Quæ tamen opinio longiſsimè ab intellectu iuris videtur abeſſe: ex quo abundè efficitur, omnes ſeruitutes prædiorum perpetuas cauſas habere, vt hoc textu oſtenditur. Ideóque neque ex lacu neque ex ſtagno, nec ex ciſterna, cùm illa interdum exareſcant [12], aquæ ductus concedi poteſt: nam nec aqua duci poteſt niſi ſit perennis [13]: ſicut eleganter Longouallius Pariſienſis ſcribit [14]: quem & Baro ſequitur [15]. Sed quamuis perpetuas cauſas ſeruitutes omnes habeant, non tamen omnes habent vſum continuum, & poſſeſsionem perpetuam: ſed vel facto naturæ, vel voluntate vtentis interrumpitur illarum poſſeſsio: vt in ſeruitute itineris, actus & ſimilium dicitur. nemo enim tam continenter ire poteſt, quin aliquo momento interpelletur eius itio, vel quia non poſsit, vel quia nolit: quod hac lege probatur [16]. Quædam autem habent certam & continuam poſſeſsionem, vt in ſeruitutibus vrbanis tigni immittendi, altius non tollendi, oneris ferendi, & ſimi

Omnes ſeruitutes prędiorum habent cauſam continuam contra doctos.

Sed nō omnes ſeruitutes habent poſſeſsionem continuam.

10 *per hunc tex. & l. ſeruitutes. iiij. ſuprà. de ſeruit.*
11 *l. ij. l. ſicut. de ſeruit. et aqu.*
12 *l. lacus. de acq. rer. dom. l. 1. §. ſtagnū. vt in flum. pub. l. 1. §. j. de fonte.*
13 *l. 1. §. loquitur. de aqu. cot. & æſt.*
14 *in l. imperium. de iuriſ omn. iud.*
15 *in l. ſeruitutes. iiij. ſuprà. de ſeruit.*
16 *& d. l. ſeruitutes. iiij.*

Præſcriptio in ſeruitutibus an ſit.

& ſimilibus nemo non dixerit. Et hoc contra Longouallium ritè Coraſius [1] notat, & verum eſt. Quantùm verò ad vſucapionem attinet, ex iis quæ anteà docuimus [2], reſponſum eſt, ſcilicet eas vſucapi non poſſe ipſo & mero iure, cùm incorporalium nulla neque poſſeſsio, neque vſucapio ſit [3]: ſed cùm vtilitatis gratia etiam incorporalium ſit aliqua quaſi poſſeſſio [4], vt ſuprà docuimus [5], erit quoq; & quaſi præſcriptio [6]: vt fuſius monuimus in l. ſeruitutes. iiij. ſuprà. de ſeruit.

SI EX TESTAMENTO. L. XXXI.

QVI ſeruitutem prædiorum debet, poteſt ædificiũ ſuum collapſum inſtaurare, & in ædificio reſtituto perdurabit ſeruitus, quod & aliâs dictum eſt [7].

SI AEDES MEAE. II. L. XXXII.

Quot ſunt fundi domini, tot ſeruitutes.

HIC communiter placuit, ex numero fundorum dominantium totidem effici & dici ſeruitutes [8]: vt ſi meus fundus tuo & Titij prædio ſeruitutem debeat, ne altius tollatur: egóque precario à te impetrem, vt mihi altius ædificare liceat, pérque conſtitutum tempus ædificatum habuero: contra te quidem non præſcribo: cùm ſim in malafide, quæ præſcriptiones ſeruitutum labefactat [9], vt & ſuprà fuſius dictum eſt [10]: at contra alium præſcriptio mea procedit, cùm illius ratione non ſim in malafide. Plus dicitur, vt etiam ratione vnius & eiuſdem rei ſiue iuris, aliquis contra vnum præſcribat, contra alium minimè [11]. Itaque ſi poſſedi beneficium per tres annos, non poteris mihi negotium facere, ſi me in illo triennio non interpellaris: nec tibi proderit ab alio me fuiſſe interpellatum: nam quantum ad illum pertinet, ſecurus non ſum, ſed quoad te pacificè poſſedi [12]. Et ita interpretare decretum de pacificis poſſeſſoribus [13]. nam interruptio ab vno facta, ei tantùm prodeſt non alteri [14], idque etiam iure Pontificio: quamuis Panormitanus dubitet [15].

Bona fides ratione vnius eſſe poteſt, at alterius ratione mala.

Interpellatio niſi interpellanti non proficit.

Decretum de pacificis.

§. LIBERTAS. De præſcriptione libertatis & ſeruitutis, poſitum eſt in l. ſeruitutes. ſuprà. de ſeruit.

EVM DEBERE. L. XXXIII.

In ſeruitutibus an agere quis cogatur.

AN in ſeruitutibus quis agere cogatur, aut pati, infrà dicemus [16].

SI BINARVM. L. XXXV.

Sufficit in contractu conuentum eſſe, licet non ſit repetitum in tradendo.

SVFFICIT inter partes aliquid conueniſſe dum contractus agebatur, nec ob id minus quod ſpecialiter exceptum eſt, valebit, licet eius in traditione mentio replicata non eſt, per hunc textum. Sic cùm ei qui mihi centum debebat, alia centum numero, non ideo mihi præiudicium creatur in prima ſumma, quòd de ea in ſecunda cautione mentio facta non eſt [17]: & hoc notandum eſt.

OLYMPICO. L. VLT.

AN aditus ſit præſtandus, cùm res legata eſt, vel vendita ſuprà dictum eſt [18]. Quod autem hîc dicitur, cuique licere ianuam in publico aperire, id ſignificatur vt cuique ſit liberum aperire ianuam extrinſecus, & ab ea parte quæ ad

1 *d. l. ſeruitutes.*
2 *in l. ſeruitutes.*
3 *l. ſeruus. §. incorporales. de acq. rer. dom.*
4 *l. quoties via. ſuprà. de ſeruit. & ibi. pono. l. ſi ædes in fi. infra eo.*
5 *l. ſeruitutes. ſuprà. hoc tit.*
6 *l. j. & ij. & pe. de ſeruit. & aq. l. ſi aliena. §. j. de vſucap.*
7 *l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ſupra eo.*
8 *Bar. & Paul. hic fac. l. vnã ſatis. §. ſi ego. Quẽadmo. ſeruit. amitt.*
9 *l. j. de ſeruit. & aqu. C.*
10 *l. hac autem. ſuprà. eo.*
11 *l. intra. de diuer. & tẽp. præſ.*
12 *per d. l. intra. ſac. quod not. Bar. in l. indebiti. de cond. indeb.*
13 *in Concord. & Prag. Sanct. vt glo. in §. lis. in verb. terminorũ. ibi.*
14 *d. l. intra. & doct. in l. cũm notiſſimi. poſt gloſ. de præſcrip. xxx. anno.*
15 *c. illud. ad fi. de præſc. ext.*
16 *in l. etſi forte. §. etiam. ſi ſeruit. vind.*
17 *l. Lucio Titio. infrà. de act. & oblig.*
18 *in l. Gaurus. ſupra eo.*

publicum pertinet: quod antiquitus non fuiſſe permiſſum Duarenus ex authoritate Aſconij Pædiani & Plinij ſcribit [1].

De ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.

Servitvtes, L. I.

MVLTAE ſunt ſeruitutes ruſticorum prædiorũ. In his primùm nominatur iter, quod eſt ius ambulãdi hominis: ambulabit autem non tantùm pedes, ſed eques aut cum lectica [2]. Ex quo & placet opinio gl. [3] vt poſsit ire cum alio. Nam ſi lectica vehi permittitur, habebit quoq; eſſedarios, quamquam nonnulli eum qui tantùm iter habet, ire cum alio non poſſe exiſtiment [4], quòd perſona neque in teſtamentis, neque in contractibus intellecta extrinſecus putatur [5]: quod ſi in hac ſentẽtia verum putamus, conſequens quoq; erit eum qui vſum habet, cum alio vti non poſſe: quod tamen falſum eſſe omnes ſciunt [6]. Actus eſt ius agendi iumentum, vel vehiculum, ex quo euenit, vt actus in ſe habeat iter: & qui legat actum, iter adimendo, nihil agit: quòd ſine itinere actus non poſsit intelligi [7]: & qui iter amiſit per ſententiam, actum poterit nihilominus petere, in quo & iter continebitur [8]. De itineris autem & actus latitudine nihil edicitur; igitur ad arbitrium iudicis ibitur [9]. Viæ ſeruitus & iter & actum habet, & plus etiam: nam qui viam habet trahendi quoque ius habere cenſetur: quod in eo qui aut iter, aut actum habet, nemo dixerit [10], & ita replebis diffinitionem viæ, quæ hîc videtur eſſe diminuta [11]. Viæ autem latitudo in porrectum octo pedes habet, in anfractum ſedecim [13]. De cæteris ſeruitutibus vide fuſius apud Bartolum [14], & Coraſium [15].

Iter. — *Ire cum alio licet.* — *Actus.* — *Latitudo itineris & actus.* — *Via.* — *Viæ latitudo.*

Rvsticorvm. L. II.

§. Aqvae dvctvs. Aquæ ductus & hauſtus aquæ ſeparatæ ſunt ſeruitutes, vnde & de his ſeparatim interdicta cõſtituta ſunt [16]: & hæ inter ſeruitutes prædiorum numerantur, quamuis nihil obſtet ita fieri conceſsionem vt perſonalis ſit, & ad hæredẽ non tranſeat [17]. Et qui aquæductum habet, non poteſt alteri eius aquæ vſum cedere [18], nec ad aliud prædium aquam ducere, quàm ad id quod conſtituta eſt illa ſeruitus [19], tamen ex quo aqua fundum dominantem eſt ingreſſa, permittitur domino illius fundi quo velit aquam inducere [20]. Item in aquæ ductu, & hauſtu aliiſque omnibus ſeruitutibus id obſeruatur, vt qui vni ſeruitutem ceſſerit, poſsit liberè & alij ſimilem ſeruitutem concedere, per hunc textum [21]. Planè ſi per conceſsionem ſecundam noceretur primæ, ſecunda non ſubſiſtit, niſi is cui primùm conceſsio eſt facta, conſentiat [22]. Nam in omnibus ſeruitutum conceſsionibus id ferè intelligitur, *ſi ſine iniuria alterius id fiat* [23]: niſi hoc primùm in conſtituenda ſeruitute dictum eſſet [24].

Habens ius aquæductus alteri an de ſua aqua poſsit cedere. — *Concedens ſeruitutem an alij eãdem ſeruitutem poſsit conſtituere.*

Item sic possvnt. L. III.

§. Qvi habet. Hîc textus videtur infringere quod magno conſenſu ab omnibus dicitur, in conceſsionibus quæ per con

In cõceſsionibus per cõtractum factis an via debeatur.

1. *lib. 5. diſput. anniuerſ. cap. xxxij.*
2. *l. qui ſella. & l. inter actum. infra. eo.*
3. *§. 1. de ſeruit. ruſt. & & vrb. præd.*
4. *Iaſ. in addit. ad Porcium. Inſt. de ſeruit.*
5. *l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. de verb. oblig.*
6. *l. ij. de vſu & habit.*
7. *l. j. de adim. leg. infra.*
8. *l. ſi mater. §. ſi quis iter. de excep. rei iud. infrà.*
9. *l. certo. §. ſi totus. & §. latitudo. infra eod.*
10. *l. qui ſella. infra eod.*
11. *in rub. ſuprà. de ſeruit.*
13. *l. viæ. infra. eo. & l. Nã ſatis. §. vlt. infrà. quẽ. ad ſeruit. amitt.*
14. *in rub. ſuprà. de ſeruit.*
15. *l. j. de ſeruit.*
16. *l. j. de fonte. infra.*
17. *l. Lucius. infra eod. l. Mela. §. vlt. de alim. & cib. leg.*
18. *l. cùm eſſent. §. vlt. l. ex meo. infra eo.*
19. *d. l. ex meo.*
20. *l. j. §. illud tamen. de aq. cotid.*
21. *l per quẽ. infra eo. l. qui per certũ. infrà. comm. præd. l. Lucio. de aq. eod.*
22. *l. aquam. C. de ſeruit. & aq. l. in concedendo. de aqu. pluu. arc. c. ſuggeſtum. de iur. patron.*
23. *l. Imperatores. infra. eo.*
24. *d. l. cùm eſſent. §. j.*

contractum fiunt, viam non deberi. ſed hoc fuſiùs ſuprà [1].

PECORIS. L. IIII.

PERTINET ad id quod dicitur in l. *Aebu®*. infra eod.

ERGO. L. V.

HVIVS ſententiæ ſunt quæ dicuntur ſuprà [2], an valeant ſeruitutes quæ prædij vtilitatem non reſpiciunt.

QVI SELLA. L. VII.

HAC lege diſcernitur via ab actu: & pendet ex his quæ ſuprà poſita ſunt [3]. Et quod extrema lege dicitur, medium prædium impedire ſeruitutem, pertinet ad id quod relatum eſt in l. in tradendis. §. j. comm. præd.

PER FVNDVM. L. XII.

Socius altero ſocio non vocato ſeruitutẽ non imponit.

Quæ nulla ſũt valent damno facientium.

CERTVM eſt in fundo qui plurium eſt, non poſſe aliquos ſeruitutem conſtituere [4]: ſi tamen aliqui ex eis aliis non conſentientibus, vel contradicentibus (hæc enim in ſeruitutibus paria ſunt [5]) ſeruitutem ceſſerint, non eſt ſeruitus, ſed ius quoddam perſonale: cuius nomine qui ceſſerunt, de euictione ſunt obligati, eo caſu quo cęteri ad imponẽdam ſeruitutẽ non conſentient [6]: qui ſi non conſentiant, non tamen qui ceſſerunt vetare poſſunt iure ceſſo vti. Vſurpatum eſt enim vt quæ vel nulla ſunt, vel quæ irrita fieri poſſunt, valeant: tamen damno eorum qui illa fecerunt. Vnde contractus dolo initus nullus quidem eſt, ſed volente decepto in præiudicium eius qui dolum commiſit, valebit [7]. Sic electio facta aliquibus contemptis non valet, ſed qui eam fecerunt non poſſunt irritam facere, niſi qui non ſunt vocati, de contemptu querelam perferant [8]. Sic epiſcopus qui ſciens minus habili contulit, non reuocat collationem beneficij [9]. Reliqua huius legis require ex lege, & ſuum hæredem. ſuprà de pact. vbi ponitur.

CERTO GENERI. L. XIII.

Seruitutes ſuperficiei, etiam ſolo deberi dicuntur.

Qui promittit fructus vineæ, debet, & alias fructuum ſpeciesque in ſolo vineæ naſcuntur.

SERVITVS quidem indiuidua eſt, ſed nihilominus ad certam partem fundi collocari poteſt: nec ideo dicetur diuidua, vt ſuprà relatum eſt [10]. Et quanquam ex ſeruitutibus prædiorum nonnullæ in ſolo, nonnullæ in ſuperficie ſint [11]: magis eſt tamen vt eæ quæ in ſuperficie ſunt, etiam ſolo deberi intelligantur. Cuius rei argumentum eſt, quòd ſublata ſuperficie ex qua debebatur ſeruitus, nihilominus ſeruitus durat: & ſi reponatur ſuperficies, ſeruitus quoque reſtitui debebit [12]: placuitque in eo qui promiſit partem fructus vineæ, debere quoq; partem omnis alterius fructus, qui naſcetur ex terra, in qua eſt vinea. potius enim de ſolo, quàm de vinea cogitatum eſſe ſuſpicamur: vt ex hoc textu omnes affirmant [13]. Quod autem hîc [14] agitur de via determinanda, qua ſcilicet parte ſit eundum, aliàs diximus [15].

PER QVEM LOCVM. L. XIIII.

PERTINET ad id quod ſuperius diximus in l. ij. ſupra eodem.

In alieno venari non licet. Capti per venationem in alieno an ſit capiendi.

DIVVS PIVS. L. XVI.

VIDES hîc in alieno agro non licere aucupari, nec ire aut agere: & qui contra facit, iure poteſt prohiberi [16]. & ſi iterum perſtat ire, aut venari iniuriarum tenetur [17]. At

1 *in l. Gaurus. de ſeruitu. vrb. præd.*
2 *in l. quoties. de ſeruit.*
3 *l. j. eo. tit.*
4 *l. ij. ſuprà de ſeruit. & ibi noto.*
5 *l. inuitum. ſuprà de ſeruit. vrb. præd.*
6 *l. ſi quis per fundum. de euict. infrà.*
7 *l. eleganter. & ibi gloſſ. & Bar. de dolo.*
8 *c. quod ſicut. & gloſ. in verb. conſentire. de elec.*
9 *c. accepimus. de ætat. & qual. c. veniens. de fil. presbyt.*
10 *l. ad certam. ſuprà de ſeruit.*
11 *l. iij. de ſeruit. ſuprà.*
12 *l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ſuprà de ſeruit. & ibi noto.*
13 *glo. Bar. Bal. & Paul.*
14 *§. ſi totus ager.*
15 *l. ſi cui ſimpliciter. ſuprà de ſeruit.*
16 *l. iij. §. planè. de acquir. rer. dom.*
17 *l. iniuriarum. §. vlt. de iniur.*

Quãdo in alienum veniendi licitum eſt.

quod poſt prohibitionem venando & aucupando cepit, ſuum eſt, nec reſtituere tenetur [1]: niſi fructus in venatione eſſet, vt plerunque contingit [2]; quod Angelus probat [3]. Tamen ex aliquibus cauſis ad fundum alienum ire, nempe effodiendi theſauri cauſa [4], & perquirendi furtiui ſerui [5], vel vxoris [6]: ſed vtrunque iudicis authoritate fieri debet. Planè quoties fructus meus in tuum agrum decidit, toties mihi ad tuum veniendi poteſtas eſt [7]. Nec diſsimile eſt, cùm via publica fluminis impetu, vel ruina amiſſa eſt: qui enim illi viæ vicinus eſt, viam debet, & licitum eſt per illius agrum ire tanquam per publicum [8]. Item refectionis gratia ad alterius agrum, vel domum intrare poſſum [9]. Et in hanc ſententiam vide plura per Coraſium [10].

VNA EST VIA. L. XVIII.

Seruitus vna eſt, licet ſint plures fundi ſeruientes.

MANIFESTVM eſt ex hac lege ſeruitutem vnam dici, licet ſint plures fundi ſeruientes: ſin autem eſſent plures fundi dominantes, plures quoque dicerentur ſeruitutes [11]. Quòd autem hîc dicitur, vſu partis totam ſeruitutem retineri, fuſiùs ſuprà relatum eſt [12].

SI VNVS EX SOCIIS. L. XIX.

PERTINET ad ea quæ ſuperius dicta ſunt in l. ij. de ſeruitut.

SI MIHI CONCESSERIS. L. XXI.

Via ſimpliciter conceſſa totus fundus ſeruit.

VIA conceſſa ſine determinatione, totus fundus ſeruire dicitur, vt hîc: & cuius ſit locum definire per quem eatur, ſuprà annotatum eſt [13].

VIA CONSTITVI. L. XXIII.

Via & aditus in contractibus debentur.

HOC principium pertinet ad id quod ſuprà diximus in l. j. Et valde notandum eſt quod ad finem legis dicitur, cùm fundus cui ſeruitus viæ acquiſita eſt, certis regionibus inter plures dominos diuiſus eſt, eos quibus proximæ partes fundi ſeruientis ceſſerunt, debere aditum præſtare reliquis ad viam, niſi maluit omnino viam præſtare. Ex quo euenit etiam in conceſsionibus inter viuos, vt venditionibus & diuiſionibus, deberi iter & aditum. nam & qui pendentẽ vindemiã emit, poteſt fundũ alienum ingredi, vt vuas colligat [14]. Sed hæc ſuprà fuſiùs [15].

EX MEO. L. XXIIII. ET L. SEQ.

Qui aquæ-ductũ habet, alij partem non cedit.

HIC duo ſunt: ex meo aquæ-ductu non poſſe me alteri commodare, quia ſeruitus ſeruitutis eſſe nõ poteſt [16]: ſi tamẽ fundi mei partem cederem, cum ea parte intelligitur quoque cedi pars aquę-ductus, vt infrà lege ſeq. dicitur. Et ſic ſeruitus, quæ diuidua nõ eſt [17], diuidetur quoad cõmoditatẽ [18]. Aliud eſt, non poſſe eum qui aquã habet, ad aliã partẽ quàm cui ſeruitus eſt impoſita, eã inducere, vt copioſiùs aliàs dictũ eſt [19].

SI VIA. L. XXVI.

Poteſtas [illegible] ſtitue[illegible] candæ [illegible] tus cuius

VIA ſimplici modo impoſita, quæritur an in facultate ſit debentis, conſtituere qua parte eatur, an verò eius cui debetur: quod ſuprà relatum eſt [20].

SI COMMVNI FVNDO. L. XXVII.

MVLTOS ſimiles caſus ad ſententiam huius legis gloſſa affert, quæ ferè ab omnibus probatur.

Qui

1 ſecundum gl. & Bart. & Io. Fab. in §. fera. de rer. diuiſ.
2 l. venationem. infrà de vſur.
3 in d. §. fera.
4 l. theſaurus. ad exhib.
5 l. ij. de ſeruis fug. C. l. diuus. de ſer. fug. infrà.
6 Panor. in c. pe. de ſur.
7 l. j. de glan. leg.
8 l. ſi locus. § vlti. quẽad. ſeruit. amitt.
9 l. refectionis. infrà com. præd.
10 in l. j. de ſeruit.
11 l. ſi ædes meæ. ij. ſuprà de ſeruit. vrb.
12 in l. is qui vſumfructũ. quib. mod. vſuſf. amitt.
13 in l. ſi cui ſimplicius. ſuprà de ſeruit.
14 l. qui pendentem. infrà de act. empt.
15 l. Gaurus. de ſerui. vrb. præd.
16 l. j. de vſuſr. leg.
17 l. pro parte. de ſeruit.
18 ſecundum Bar. hîc. & Paul.
19 l. ij. §. aquæ-ductus. ſupra eo.
20 l. ſi cui ſimplicius. de ſeruit.

Qvi dvo. L. xxix.

CVM venditur fundus, lacus aut aliud ſimile, & circa illud decem pedes, manifeſtum eſt illos decem pedes eſſe in proprietate eius qui emit, vel ſibi excepit [1]. nam receptio rei ſingularis contractum ptincipem imitatuf [2]. Vnde ſi quis ſibi aquam recipit, decem pedes ſibi quoque acceſſuros ſtipulatur, non habebit illos decem pedes in proprietate, ſed tantùm iure ſeruitutis, cùm de ſeruitute principaliter agatur, per hunc textum. Item cùm legatur res ad vſum vel vſumfructum, quid legato contineatur, an vſus an proprietas ſuprà relatum eſt [3].

Singularum rerũ exceptiones cõtractum principalẽ imitantur.

1 l. Rutilia Polla. infrà de contrab. empt.
2 l. quicquid. de act. empt. infrà.
3 l. j. de vſufruct.

Cvm essent. L. xxxiii.

§. Per plvrivm. Pertinet ad ea quæ paulò ſuperius explicantur [4]. Et valde ſingulare eſt, quòd cùm is qui aquæductum habet, permiſſu domini ſeruientis alteri cedit hauſtum in eo aquæ-ductu, videri illum hauſtum potius à ſeruiente domino, quam à dominante accipi: ideóque non erit ſeruitus aut fructus ſeruitutis, ſed altera ſeruitus [5]. Ex his infertur, ſubſtitutum à procuratore ex domino ſubſtituendi ius habente, cenſeri mandatum habere non à procuratore ſubſtituente, ſed à domino [6]: & ideo ſi procurator non eſſet legitima perſona, poſſet nihilominus ſubſtituere [7]: quod tamen vide fuſius apud gloſſam canonicam [8]. Sic quanquam delegatus ab inferiore à principe, ſubdelegandi poteſtatem non habeat [9], ſi tamen eſſet delegatus cum poteſtate ſubdelegandi, ſubdelegare poſſet [10]: & ille ſubdelegatus à primo delegante delegationem habere putandus eſt [11]. Ideóque rationem habet, vt primus delegans appelletur, non ſubdelegatus [12]. Et hæc annotauimus in lege vltima, de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.

Seruitus ſeruitutis eſſe non poteſt.

Subſtitutus à procuratore poteſtatẽ ſubſtituẽdi habente, à domino ſubſtitutus creditur.

4 l. ij. §. aquæ-ductus. eo.
5 ſecund. glo. & Paul.
6 facit l. item eorum. §. ſi decuriones. quod cuiuſ. vniuer. l. illa inſtitutio. de hæred. inſtit. infrà.
7 ſecundum. Paul. hîc.
8 cle. ſi religioſus. de proc.
9 l. à iudice. C. de iudic.
10 arg. l. nõ diſtinguemus. §. quæſitum. de arbit.
11 glo. vlt. in c. is cui. de off. deleg. lib. vj. Panor. in c. cùm Bertholdus. nu. 24. de ſent. & re iudic.
12 l. j. infrà quis & à quo.

Vnvs ex sociis. L. xxxiiii.

HAEC lex citatur inter ea quæ poſita ſunt in l. ij. ſuprà de ſeruitut.

Et attilicinvs. L. xxxv.

SI fundus meus vel in quo vſumfructum habeo, inundatione occupatur, perdo illum mero iure [13]. fere enim eſt vt impedito vti iure ſuo ob impedimentum facti, currat præſcriptio [14]: quod nõ idem in iis dicitur, qui iure & lege impediuntur [15]: vnde excommunicato & ſuſpenſo non currit tempus ad conferenda beneficia præſcriptum [16]. Sed quanquam ex facto impeditis præſcriptio procedat, tamen reſtitutio accommodatur cum ea diſtinctione quam aſcripſimus in l. ait prætor. §. vlt. ſuprà de minoribus.

Impedito ex facto, currit præſcriptio, ſed nõ impedito impedimento iuris.

13 l. ſi ager. ſuprà. quibus modis vſusfr. amitt.
14 vt hîc, & l. j. §. ſi quis propter. de itine. actuq.
15 l. cõtra maiores. de inoffic. teſt. C. l. j. §. vlti. de annali præſ.
16 c. quia diuerſitatem. de conceſ. præben. Panor. in c. j. pe. col. de præſcri.

ΛΟΥ'ΚΙΟΣ ΤΙ'ΤΙΟΣ. L. xxxvii.

MANIFESTIVS eſt quàm vt dici debeat ſeruitutes potius prædiorum eſſe, quàm perſonæ [17]: ferè enim vtilitatem prædij debent reſpicere [18]: ſed nulla lege vetamur, conceſsiones facere, quæ ad hæredes non tranſeunt, ideóque

17 l. vnus ex ſociis. ſupra eo. noto in l. certo. ſupra eodem.
18 l. quoties. & l. vt pomũ. ſuprà de ſeruit.

appellabuntur perſonales, vt hac lege. Cùm autem in dubio quæritur an conceſsionem realem, an perſonalem interpretari debeamus, fere res ita temperari ſolet: vt ſi facta ſit per verba facti, perſonalis iudicetur: vt cùm concedo tibi facultatem eundi, vel vt poſsis agere, haurire aquam, & lapidem cædere & ſimilia [1]. Sinautem verba conceſsionis ius ſonent, realis erit: vt concedo tibi aquæ ducendę ius, aut ſeruitutem [2]: niſi ex indeterminata conceſsione, contraria coniectura eſſet capienda, aut ex verbis, vt hoc textu, in quo dicitur χαρίζομαί σοι, hoc eſt, gratificor tibi, quibus verbis perſonalis conceſsio demonſtratur. Interdum etiã ex qualitate perſonæ ſeruitus perſonalis oſtenditur: vt cùm pater legat filiæ aditum per hæredis domum [3]. Quod & Alciatus probare videtur [4], & Zazius & Cæpola [5]. Hæc autem quæri plurimùm intereſt: nam ſeruitutem & ius reale, actione in rem confeſſoria perſequimur aduerſus quemlibet prohibentem [6]. At ſi eſſet conceſsio perſonalis, contra eum tantùm qui promiſit actio nobis eſt [7]. His adde quòd cùm res ita ſe habet, vt non poſsit eſſe ſeruitus, puta iui triginta diebus per tuum fundum, nec tamen habeo fundum, ſine quo certum eſt ſeruitutem conſtare non poſſe [8]: valebit tamen hoc, vt ius perſonale, & mihi interdictum dabitur [9].

Conceſsio in dubio an perſonalis an realis iudicanda.

Effectus præcedentis quæſtionis.

1 l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. de legat. j.
2 l. cum fundo. & l. pecoris. & l. ſeq. ſupra eo.
3 l. pater. de ſeruit. lega. vbi fusè Bar.
4 lib. ij. diſpunctio. c. vij.
5 Cæpola. de ſeruit. reali. & Zazius in ſumma.
6 l. ij. ſi ſeruit. vind. l. vti frui. ſuprà ſi vſusfr. pet.
7 l. vl. de cont. emp. infrà.
8 l. j. infrà commu. præd.
9 l. j. §. ſi quis autem. infrà de uin. act. priu.

Communia prædiorum tam vrbanorum, quàm ruſticorum.

AEDIFICIA. - L. I.

QVAE ſint ſeruitutes vrbanorum prædiorum, & quæ ruſticorum, ſuperiùs monuimus [10]. Quod autẽ pergit dicere, ſine prædiis ſeruitutem conſtitui non poſſe, rurſus explicat, ad cõſtitutionem ſeruitutis & dominante, & ſeruiente fundo opus eſſe. & hoc in conſtitutione verius dicitur, at promitti ſeruitus poteſt etiam ſine fundo [11]: ex qua promiſsione non reale, ſed perſonale ius coaleſcit: vt & ſuprà relatum eſt [12]. Sic de alieno fundo promitti ſeruitus poteſt, quo caſu non tenebit ſeruitus, ſed de euictione perſonalis actio erit [13]. Identidem & futuro ędificio ſeruitus rectè promittitur [14]: non vt tunc valeat (neque enim ſine prædio poteſt cõſiſtere, vt hîc) ſed valebit cùm fundus erit ædificatus. Sic collegiis nõ conſtructis priuilegia dantur, non vt tunc valeant, ſed ſuſtinebuntur in diem quo collegium erit ædificatum [15]. Sic & valet pactum factum inter cõiuges, vt qui ex matrimonio primus, vel ſecundus naſciturus eſt, ſuccedat [16]: nã & filiis nõdum natis ſtipulari poſſumus [17]: & tunc valebit ſtipulatio, quæ ſine perſona nõ poteſt eſſe vtilis [18], ſed effectus producetur & ſuſtinebitur in diem, quo filij naſcentur, quod Guido Pap. probat, & ita in CVRIA Gratiopolitana iudicatum refert [19]: vt & infrà monuimus [20].

Conſtitui ſine prædio ſeruitus non poteſt, ſed promitti poteſt.

Futuro ædificio promittitur ſeruitus, & dantur priuilegia.

Pacta coniugum filijs naſcituris proſũt.

PROPRIVM. L. V.

SERVITVTEM niſi ſibi nemo recipere poteſt: qui ergo ſibi & vicino ſeruitutem excepit, ſuum negotium fecit, & totam ſeruitutẽ habebit, magis natura indiuidui, quàm iure accre

In indiuiduis ſtipulans ſibi & alteri, totum ſibi habet.

10 l. j. de ſeruit. vrb. præd.
11 l. hæredes. §. an ea. infrà fam. erciſcun.
12 l. λαύρας. tit. j.
13 l. fundum. ij. §. j. & ibi glo. l. ſi quis per fundũ. de euict.
14 l. ſi ſeruitus. §. vlt. ſuprà de ſeruit. vrb. præd. l. Labeo. de ſeruit. ruſti. præd.
15 c. ad audientiam. ij. & ibi Panor. de eccleſ. ædific. Bar. in l. ſeruos. de alim. & cib.
16 l. ſi inter virum. j. de pact. dot.
17 l. ſi quis operas. de oper. lib.
18 l. vſusfructus. de ſtipul. ſeru. infrà.
19 q. cclxvij.
20 d. l. ſi inter virum.

accreſcendi, aut non decreſcendi: quæ iura in indiuiduis nō admittuntur [1]. Si tamē nomine procuratorio alteri quoque ſeruitutem receperit, valebit [2]. An autem ius accreſcendi in contractibus locum habeat, alibi diximus [3]. Item an per vnum ex dominis ſeruitus communi fundo acquiri vel imponi poſsit, relatum eſt in l. ij. ſuprà de ſeruitut.

1 *ſecund. Aug. hîc.*
2 *l. huiuſmodi. in prin. & ibi glo. de lega. j.*
3 *in l. fundus ille. de cōtrahend. empt.*

Si qvis dvas. L. vi.

SIMILES omnes caſus ad hanc legem recenſet breuiter Paulus Caſtr. hîc: ego nihil moror. Quæ verò tanta ſubtilitatis impeditio eſt, vt qui duas ædes habet, eas tradendo ſeruas inuicem efficere nō poſsit ſi ſua intereſt? Et ſcio homines noſtros rei magis quàm verborum ſolicitos, hæc non admodum curaturos. Quæ autem poſteà ſequuntur [4], dicta ſunt in l. ad certam. ſuprà de ſeruit.

4 *in §. ſi quis partē. ead. l.*

Si in venditione. L. vii.

Qui ſeruitutē vult excipere, certā excipiat.

IN traditione ædium melius eſt, vt qui ſeruitutem excipere vult certam excipiat [5]. Quòd ſi ſimpliciter dictum eſt ſeruas fore ædes, erit in vendentis poteſtate pòſt conſtituere, qua de ſeruitute intelligi voluerit [6]. nam ex his verbis manifeſtum eſt, tradentem ſibi ius reſeruaſſe, vt poſteà imponeret. Contrà dicitur in his verbis, *quibus ſeruitus eſt, vt ita ſit*: hîc enim tātùm eæ excipiuntur quæ ſubſiſtunt, quòd ſi nulla ſeruitus eſt impoſita, non imponetur à tradente [7]. Sic qui fundum vendit receptis vineis, nihil exceptum intelligitur, ſi nullæ ſunt vineæ [8]: Idem cùm aliquis vendit rem cum fructibus, ſaluo iure coloni: nam ſi nullus ſit colonus, nihil in exceptione eſt [9].

Venditor excipiens vineas nihil agit ſi exceptio non reperitur.

5 *l. in tradendis. infra eo.*
6 *per hunc tex. gl. & Bar. in l. in tradendis. infra eodem.*
7 *l. quicquid. infra eod.*
8 *l. ſi quis ita legauerit. de leg. j.*
9 *Bar. in d. l. ſi quis ita. & Paul. hîc.*

In tradendis. L. viii.

HOC principium pertinet ad id quod ſuprà lege proxima poſitū eſt. Ex ſecūda autem parte legis proficiſcitur generalis ſententia, ſeruitutem vrbanam aut ruſticam non impediri per locum medium, ſiue locus ſit publicus, aut priuatus, ſiue ſacer aut prophanus [10]: quod intellige, ſi per locum medium nihil fieri debet in vtenda ſeruitute: nam ſi in medio loco aliquid faciēdum eſſet, ſecus dicitur [11]. Planè locus medius publicus non impedit ſeruitutem, etiamſi in medio loco aliquid explicandum eſt, modò id ſine publico incommodo fiat. vnde publico loco interueniente, ſeruitus hauſtus concedi poteſt: at aquæ-ductus non poteſt [12], cùm is non poſsit fieri niſi aliquo publico incommodo. Sed & illud ſpecialiter in loco ſacro dicitur, vt medius ſine diſtinctione impediat ſeruitutem, ſi eo vti oportet ad vſum ſeruitutis, quāuis ſine incommodo publico [13]: nam quæ ſacra ſunt, humanis vſibus non debent inſeruire [14].

Seruitus quando per locum medium impediatur ne ad vlteriores ędes pertineat.

10 *vt hîc. & l. loci corpus. §. vlti. infrà ſi ſer. vind.*
11 *l. qui ſella. §. vlti. ſuprà de ſeruit. ruſt. præd.*
12 *l. ſeruitutes. iiii. §. vlt. ſuprà de ſerui. & l. vlt. il. lo tit. l. ſi prius. §. via. de aqua plu. arc.*
13 *d. l. ſi prius. §. ſacro. de aqua plu. arc. d. l. ſeruitutes. ad fi.*
14 *ca. mancipia. de rerum permut.*

Qvicqvid. L. xi.

PERTINET ad id quod poſitum eſt in l. ſi in venditione. ſupra eodem.

Refectionis. L. xii.

HAEC lex iuuat opinionem meam contra communem cæterorum traditionē, de qua ſuprà fuſius annotatum eſt [15].

15 *l. Gaurus. ſuprà de ſer. vrba. præd.*

Venditor. L. xiiii.

CITATVR inter ea quæ breuiter ſunt relata in lege

vt pomum.ſuprà de ſeruit. multa enim ſunt quæ iure ſeruitutis valere non poſſunt, at valebunt iure perſonalis obligationis. Item in obſcuris an aliqua conceſsio iudicanda ſit realis an perſonalis, ſuprà dictum eſt [1].

Multa valens iure perſonalis côceſsionis quæ iure ſeruitutis valere nô poſſunt.

1 *l.xviij.& .de ſerui.ruſti. præd.*

Qvi per certvm. L. xvi.

REPETE ex iis quæ relata ſunt in l.ij.§.aquæ ductus.de ſeruit.ruſtic.præd.

Receptvm. L. xix.

VVLGATVM eſt vnum ex ſociis ſeruitutem non poſſe fundo communi imponere [2], nec acquirere [3]. Quòd ſi vnus vel aliqui cæteris imprudentibus ſeruitutem ceſſerint, re vera nihil agitur quod ſubſiſtat, ſed pendet ceſsio in eum diem quo cæteri cedent [4], & eo momento quo vltimus cedet, cenſebitur ceſsio ex eo tempore ab omnibus facta, neque præcedentium ceſsionum tempora omnino diſpicientur. Ex quo euenit, vt ſi is qui primus ceſſerat, decedat vel alienet, & poſteà cæteri cedant, non tamen valeat ſeruitus, niſi hæres vel emptor eius qui primus ceſsit iterum cedat: per mortem enim aut alienationem eius qui primùm ceſsit, ceſsio extinguitur, nec amplius ſuſpenditur. Simile etiam dicitur ſi, cùm iam primus ceſſiſſem, tu qui non ceſsiſti moriaris aut vendas: nam ceſsio mea euaneſcit, nec pendet: vnde hærede tuo cedente, non confirmabitur ceſsio mea, ſed iterum mihi erit cedendum. & hoc locum habet, cùm omnes inter viuos cedūt: idem obſeruatur ſi quidam inter viuos, quidā in vltima voluntate [5]. Quòd ſi ceſsiones in vltima voluntate fiant, nō poteſt valere ſeruitus, niſi ſimul eodémque momento omnium hæreditates adeātur, vt ſimul & ſemel ceſsiones robur habeant. Nam ſi diuerſis temporibus adirentur hæreditates, prima ceſsio quæ per hæreditatis aditionem ab vno factam, intellectum habet, penderet: quod in vltima voluntate non admittimus, vt hoc text. Quòd autem hîc dicitur, actus viuentium pendere poſſe, mortuorum non item: hoc certe vagum eſt, nec certa lege aut regula comprehendi poteſt: nam in nonnullis caſibus, è diuerſo contractus non pendent, at mortuorum voluntates ſic [6].

Literę explicatio.

Actus viuentium & mortuorum an pendeant.

2 *l.ij.de ſeruit.*

3 *l.proprium.ſupra eod.l.vnus.de ſer.ruſti.præd.*

4 *l.per fundum.de ſeruit.ruſt.præd.*

5 *per hūc tex.ibi,idémque,*

6 *l.vſusfructus.de ſtipul. ſeruo.vbi vide Bar.*

Si ſeruitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.

De servitvtibvs. L. ii.

ACTIONVM quæ in rem dantur, quædam pro corporibus competunt, vt vindicatio rei [7]: & hæ contra poſsidentem, non contra prohibentem accommodari ſolēt [8]. Quædam pro incorporalibus, vt actio confeſſoria & negatoria, quæ vel pro vſufructu [9], vel pro ſeruitute dantur, vt hoc loco. habéntque locum non ſolùm contra poſsidentem, ſed contra prohibentē quemlibet [10]. Et vt hîc apparet, confeſſoria tuetur ſeruitutem, & petit ſibi competere & adiudicari, at negatoria negat ſeruitutem deberi, & libertatem tuetur. Harum actionum quædam

Actio in rem pro corporibus.

Actio in rem pro incorporalibus.

Confeſſoria & negatoria.

7 *l.actionum. de actio.& oblig.*

8 *c.examinata. de iud.l.j. C.de aliena.iud.*

9 *l.j.& l.vtifrui.ſuprà ſi vſusfruct.pet.*

10 *l.ſi quis diuturno. ad fi. infra eod.titu.Io.Fab.in §.æquè. Inſtit.de actio. col.vij.*

ſunt

Confeſſoria pro decimis & iure vectigalis datur.

ſunt directæ, quædam vtiles, quod aliâs dictum eſt [1]. Placétque Ioannis Fabri, Angeli, Zaſij & Guido. papæ ſententia [2], qui actionem confeſſoriam etiam pro illationibus, iure portorij, decimis, iuriſdictione cæteriſque aliis rebus non corporatis competere affirmant: quod & Baldus & Bartolus approbant [3]. ſic ius compaſcendi, ſeruitutis inſtar eſt, & concedi ſolet: vnde prædio alienato, idem ius paſcuorum emptorem ſequetur [4]. Quod autem dicitur hîc negatoriam & cõfeſſoriam non alteri dari, quàm ei qui dominium habet, cũ ratione eſt: ab agente ergo probationes de dominio impleri debebunt. Sed & illud adiicitur, ſatis eſſe in his caſibus ad probationem dominij, poſſeſsionem probare, nempe ſe poſſediſſe tanquam dominum. Dominium enim incidẽter in iudicium venit [5]: quod & Ioannes Fabri approbat [6]. Cùm autem dominium principaliter in iudicium venit, de dominio veræ probationes fieri debent [7].

Dominium incidenter in iudicium veniens probatur, per ſolam poſſeſsionem.

§. POMPONIVS. Fructuario datur vtile interdictum pro ſeruitute, datur & vtilis confeſſoria, vt ſuperius dictum eſt [8].

LOCI CORPVS. L. IIII.

In indiuiduis ſententia inter ſocium dicta ceteris non nocet.

§. SI FVNDVS. Notum eſt ſententiã inter alios datã aliis prodeſſe, in iis quæ diuiſionem non habent, vt hîc in ſeruitute dicitur. Quod tamen intellectum habet, cùm vnus egerit pro ſeruitute iam conſtituta, cæteris enim proficit victoria. Quod ſi perſonali actione agatur, vt promiſſa per ſtipulationem ſeruitus imponatur, ſecus dicitur [9]. Reliqua require ex iis quæ ſuperius dicta ſunt [10]. Item ſicut in indiuiduis victoria vnius tenet alios, ita & perditio cauſæ. Nam ſi ſententia quæ vnius culpa aut dolo lata eſt, non ſolet aliis damno eſſe, ergo aliud ſtatueretur, ſi ſententia contra vnum data eſſet, ſine aliqua illius culpa [11].

Exceptio de iure tertij non valet.

§. COMPETIT. Hîc de negatoria actione loquitur, quæ confeſſoriæ inſtar, contra quemlibet prohibẽtem datur, licet is non poſsideat [12]. Itaque licet mea domus ſuperiori vicino debeat ſeruitutem altius non tollendi, ſi tamen is qui inferiores ædes habet me prohibet altius tollere, cum eo negatoria conſiſtam, ius mihi eſſe altius ædificandi: neque mihi obſtabit ſi excipiat, meas ædes eandem ſeruitutem alteri debere: neque enim ius tertij ad excipiendum prodeſt, vt hîc. Vnde ſi emphyteuta à tertio petat rem emphyteuticam, vel quæ illius rei nomine inſerri debent, non ritè opponetur ei de commiſſo, & quòd ille non ſoluerit canonem [13]. Sic clerico petenti fructus præbendæ à tertio, non obſtat exceptio quod nõ reſederit [14]. Sic in iure tertij fundari actio non poteſt [15]. Sed vide fuſius Bartolum in l. ij. de execu. rei iud. infrà. Quod autem ad finem legis [16] diſceptatur, an medius locus impediat ſeruitutem inter extremos fundos, alibi aſcripſimus [17].

Emphiteuta agens contra tertium nõ repellitur propter non ſolutum canonem.

ET SI FORTE. L. VI.

Pati debet non agere qui ſeruitutem debet.

§. ETIAM. Ferè ex natura ſeruitutum eſt, vt qui debet ſeruitutem ad patientiam tantùm teneatur, non vt aliquid facere cogatur [18]. Sed hoc in ſeruitute oneris ferendi locum non ha-

1 *l. ei qui. ſuprà de ſeruit.*
2 *§ æquè. de act. inſt. Gui. pap. q. xxviij.*
3 *Bal. in rub. de vſufruct. Barto. in l. ſi publicanus. §. vlt. de publi.*
4 *text. in l. teſtatrix. §. j. infra eod.*
5 *gloſſ. in l. quidam in ſuo. de cond. inſt. gl. in l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. infra eod.*
6 *§. æquè. in fi. Inſtit. de actio.*
7 *l. fi. de rei vind. C. Bart. in l. ſi prius. de oper. noui nun. & gl. l. quidam in ſuo. de cond. inſti.*
8 *l. ei qui. de ſerui.*
9 *Floria. & Cora. in l. via itineris. de ſeruit.*
10 *in l. non idcirco. de iudi.*
11 *l. ſi de communi. infra eo.*
12 *Ioan. Fabr. in §. æquè. pen. col. de act. Inſti. per hunc tex.*
13 *glo. & Bar. in l. ij. de in. emphyt.*
14 *Pan. in ca. conquerente. de cle. non reſid.*
15 *l. vlt. C. de rei vindi.*
16 *§. hæc ſeruitus. & leg. ſequent.*
17 *l. in tradendis. commu. præd. ſuprà.*
18 *vt hic. & l. quoties. §. j. de ſeruit. C.*

bet, in qua qui ſeruitutem debet, cogitur reficere, & parietem nouum reponere qui ſuſtineat onus [1]. Dum tamen paries reponetur, is qui ædium dominantium dominus eſt, ſumptu ſuo fulcire domum ſuam debebit [2]. Poteſt quoque agi in cæteris ſeruitutibus vt qui debet ſeruitutem, facere aliquid cogatur [3].

HARVM. L. VII.

HIC in ſeruitutibus cautio ideo præſtanda eſt victori, ſi non præſtatur id quod dari debet, quia res lite deciſa fuerat: ne ex lite alia lis naſceretur [4]. Quod ſi ponas nullam litem fuiſſe, ſed venditorem aut alium teneri ad præſtandum ſeruitutem & patientiam, cautio non eſt neceſſaria [5].

In ſeruitutibus an cautio neceſſaria.

SICVTI. L. VIII.

HOC principium pertinet ad id quod ſuprà de ſeruitute oneris ferendi dictum eſt [6]. Quod autem hîc paulò pòſt [7] quæritur, quis peiioris & quis poſſeſſoris paries ſuſtineat in ſeruitutibus, aliâs attigimus [8]. Nam in his quæ per modum facultatis & facilè ſolent concedi, vnus actus non facit poſſeſſorē, vt in itinere, quo, vt poſſidere quis dicatur, debet vſus eſſe, triginta diebus [9]: at in his quæ per modum iuris concedi ſolent, & ſic niſi egrè & difficulter, vnus actus poſſeſsionem facit, vt in aqua ducenda ſcriptum eſt [10]. Adde quod ponitur in l. ſi ſic. infrà eod.

Vnus actus an verò plures faciant poſſeſſionem.

§. ARISTO. Bellum eſt quod dicitur, hactenus ſuo vti licere, dum in alienum nihil immittatur. Cuius rei argumento ſæpe reſponſum eſt, non poſſe iudicem vnius territorij capere malefactorem in alieno territorio [11]: quod tamen aliàs fuſius diximus [12]. Item non eſt prohibitum facere ignem in ſuo, vel aquam proiicere, licet fumus ad ſuperiorem ædificij partem perueniat, vel aqua in inferiorem: modò hoc cum iniuria non fiat [13], & ad cotidianum vſum ſpectet [14]. At non permittitur inferiori domino perpetuò artem facere, ob quā fumus ſuperioribus dominis noceat, vt hoc tex. Et nota in iſtis ſeruitutibus, prohibito vti iure ſuo competere interdictum vti poſsidetis, idq́ue vtile: nam directum pro corporalibus cōpetit [15]. Sic & illud interdictum competeret, cùm aliquis turbatur in poſſeſsione iuriſdictionis, penſionis capiendæ, & ſimilium rerum [16], ſic canonicus prohibitus ab eligendo, vel monachus à clauſtro, habent hoc interdictum [17]. Sic interdictum vnde vi probè accommodatur deiecto de iure incorporali: quod & Bartolus [18] & Innocentius credunt [19].

Capere malefactore in alieno territorio non licet.

Fumum facere in ſuo an liceat.

Pro incorporalibus competit Interdictū vti poſsidetis.

SI QVIS DIVTVRNO. L. X.

DIXIMVS [20] ſeruitutes rerum corporearum inſtar præſcribi: idq́ue cum bona-fide. Tractatum verò eſt, an titulus ad præſcriptionem ſit neceſſarius. Et certum eſt hunc in rebus corporalibus neceſſarium eſſe [21], neque vſucapionem ſine titulo procedere [22]: ſed ſufficit interuenire aliquid quod pro titulo fungatur, nempe opinio iuſta ſe titulum haebre [23]. In ſeruitutibus autem & cæteris rebus incorporeis communis ſententia placet, quæ titulum non requiri voluit, per hunc textum. Nec mutare arbitror quòd

Titulus ad ſeruitutes preſcribendas an neceſſarius.

1 *l. cum deb're. de ſeruit. vrb. præd.*
2 *l. ſicuti. in prin. infra eo.*
3 *l. ij. §. apud Alphenum. de aqua plu. arcē. ſecun. glo. & Bar. ibi.*
4 *facit l. egi. infra eod.*
5 *l. quibus via. de ſer.*
6 *l. & ſi fortè. §. etiam. eo.*
7 *ibi, ſed ſi quæratur.*
8 *l. ſeruitutes. in princi. de ſeruit. vrb. ſuprà.*
9 *l. j. §. j. de itine. act. priu. infrà.*
10 *l. j. in prin. de aqua quot. & æſti. Panor. in c. cùm eccleſia ſutrina. de cau. poſſeſ. & propr.*
11 *fac. l. quis ſit fugitiuus. §. idem Cælius. de ædil. edict.*
12 *in l. argentarium. §. j. de iudic.*
13 *l. pen. de iniur. Barto. & Pan. hic.*
14 *infra ead. l. §. apud.*
15 *l. j. §. j. & ibi glo. vti poſ.*
16 *c. licet. de prob. Bar. in d. l. j. §. j. vti poſſid.*
17 *c. olim. & ibi Pan. ad fi. de accu.*
18 *l. iij. §. vnde vi. de vi & vi arma.*
19 *Innoc. in c. querelam. de elect.*
20 *in l. ſeruitutes. iiij. ſuprà de ſeruit.*
21 *l. nullo. C. de rei vind.*
22 *l. diutina. C. de præſcri. long. temp.*
23 *l. Celſus. & ibi Barto. de vſucap.*

Dua-

Duarenus [1] Accurſianos incredibiliter falli opinatur, dum ius hîc pro titulo accipiunt. Nam & Vlpianus ipſe exemplo ſubiecto in quo titulus legati exprimitur, controuerſiam finit: *non et neceſſe eſt*, inquit, *docere de iure quo aqua conſtituta eſt, veluti ex legato, vel alio modo.* Ego verò hîc libenter Accurſianus ſim: nam cùm ex iure legati ſeruitus conſtituitur, ex titulo pro legato conſtitui dicitur: & titulus pro emptore, pro legato, pro dote & cæteri, à Iureconſulto tituli appellantur [2]. Præterea cùm ius mihi aliquod conſtituitur, neceſſariò per titulum conſtitui neceſſe eſt. Itaque hîc de titulo agi non abſurdè quiſpiam exiſtimauerit. Sed quod dicimus titulum in ſeruitutibus, & cæteris cauſis incorporalibus præſcribendis non requiri, ſignificationem habet, niſi ius commune præſcribēti refragetur [3]: Sic cùm agitur de obliganda perſona alicui præſtationi, allegabitur titulus, qui tamen ſatis per decem annorum præſtationem probari intelligitur [4]. Sed & vulgò creditum eſt in vſuſructu præſcribendo, titulo opus eſſe: cùm pars dominij ſit [5]: quod Dinus retulit [6], & Bartolo [7], & Panormitano placet [8]. Quin & Coraſius diuerſè ab omnibus ſentit in eo genere, an titulus requiratur in incorporalibus, quem vide [9].

In vſuſructu titulus neceſſarius.

AN VNVS. L. XI.

PERTINET Ad id quod dicitur in l. in re communi. de ſeruit. vrb. præd.

IS CVIVS. L. XVIII.

Miſſo refici debent expenſæ omnes

HOC Reſponſum facilimum eſt, nec alia interpretatione indiget. Ex qua habes, miſſum in poſſeſsionem non debere diſcedere de poſſeſsione, niſi refectis impenſis & omni eo, quod ſi primum datum eſſet, miſsio facta non fuiſſet [10].

SI DE COMMVNI. L. XIX.

ANNECTITVR His quæ dicuntur in l. loci corpus. §. ſi fundus. ſupra eo. Et adde quòd etiam quo caſu ſententia contra vnum data alij nocet, tamen id verum eſt, niſi ob imprudentiam [11], negligentiam [12], vel dolum eius contra quem pronūtiatum eſt, lata ſit: quod vltimum ex hac lege impletur, & CVRIAE Pariſienſis decreto approbatum eſt [13].

Sententia lata ob dolum alteri non nocet.

TESTATRIX. L. XX.

Pro iure paſcuorum competit cōfeſſoria.

AN Legata re, vel vendita, via quoque ſequi putetur, ſuprà reſponſum eſt [14]. Præterea ex hac lege [15] relata ad titulum ſatis efficitur, pro iure paſcuorum & ſimilibus rebus, vt pro illationibus, decimis, portoriis confeſſoriam competere: quod & ſuprà ex omnium ſententia retulimus [16]. Reliqua huius legis vide in l. in tantùm. §. vniuerſitatis. de rer. diuiſ.

Quemadmodum ſeruitutes amittuntur.

QVI ITER. L. II.

AN Vſu partis totum retineatur, ex iis quæ ſuprà [17] diximus patet.

SERVITVS. L. V.

PERTINET Ad id quod poſitum eſt in l. Pomponius. Quib. mod. vſuf. amit.

1 *lib. j. anniverſ. diſp. cap. xxxiiij.*
2 *l. j. pro dote. infrà. Item tit. pro lega. tit. pro empt. & ſimilib.*
3 *c. j. de præſcrip. lib. vj. l. quemadmodū. de agric. & cenſ. lib. xj. C.*
4 *l. cùm de in rem verſo. vbi poto. infra de vſur.*
5 *l. iiij. ſuprà. de vſufr.*
6 *in reg. poſſeſſor. de regu. iur. lib. vj.*
7 *l. in ſtb. §. non mutat. de vſucap.*
8 *in c. de quarta. pen. col. de præſcrip.*
9 *l. ſeruitutes iiij. de ſeruit. ver. titulus.*
10 *l. ſi pecuniæ. vt in poſſ. leg. infrà.*
11 *l. ſi per imprudentiam. de euict.*
12 *l. ſi ideo. de euict.*
13 *Anno 1533.*
14 *Gaurus. de ſeruit. vrb. præd.*
15 *ibi, plures ex municipibus.*
16 *in l. ij. ſupra eod.*
17 *in l. is qui vſumfructū. Quib. mod. vſuf. amit.*

NAM SATIS. L. VI.

Diuiſo fundo cuilibet parti ſeruitus debetur.

ADIVNGITVR Iis quæ poſita ſunt in l.ad partem. ſuprà de ſeruit. Quanquam autem ſeruitus indiuidua eſt ea quæ vni fundo debetur, commoditas tamen diuiditur [1]: vnde diuiſo fundo regionibus inter hæredes, vel dominos plures, cenſentur quoque ſeparatæ ſeruitutes, quæ partibus ſingulis debentur: vnde retenta ſeruitute in vna parte, in alia amittitur, & contrà, vt hîc. vide fuſiùs in textu, & glo. Item & hic textus pertinet ad ea quæ poſita ſunt in l.ſi cui ſimplicius. ſuprà de ſeruitu.

1 Paul.de Caſt.in l.ex meo.de ſeruit.ruſt.

SI SIC CONSTITVTA. L. VII.

Seruitutes quę lõgo tempore interpellantur.

HANC Superius citamus, cùm quæritur de præſcriptione ſeruitutum [2]. Et quemadmodum dicitur hîc, in ſeruitutibus quæ habent vſum magno temporis interuallo interruptum, duplari tempus [3]: ita in his ad quærendam poſſeſſionem non requiritur multis vicibus quem vſum eſſe: ſed ſufficiet probationes implere de vna & vltima vice [4]. Vnde cùm aliquis turbatur in poſſeſſione eligendi, ſufficit probare ſe vltimæ electioni interfuiſſe [5]. Sic poſſeſſio conferendi probatur per vnam, vel duas collationes poſtremùm factas [6]. In cæteris autem rebus quomodo poſſeſſio quæratur, ſuprà dictum eſt [7]. Item quæſitum ſcio, an in præſcriptione decimarum debeat duplari tempus, quòd quodammodo habere videatur vſum magno tempore interpellatum: ſed probatur Innocentij [8] opinio, vt non dupletur tempus: quondie enim poſſunt decimæ percipi. Quod & Guidoni Papæ videtur [9]: licet Panormitanus in d.c.de quarta.contrà ſenſerit.

2 l.ſeruitutes.iiij.de ſeruitut.
3 l.vlt.de ſeruit. & aqu.
4 Bar.in l.j.§. hoc interdicto.ij.col.de itin.actúque priuat.
5 c.cùm eccleſia Sutrina. & gl.in verb. trium.& ibi Panor.de cauſ.poſſ. & propr.
6 c.cùm olim. de cauſ. poſſ. & propr.
7 l.ſeruitutes. de ſeruit. vrb.
8 in c.de quarta.de præſc.
9 q.cclxvj. in deciſ. Cyn. in l.ij.de ſeruit.C.

SI STILLICIDII. L. VIII.

Quantùm poſſeſſum tantùm præſcriptum, quo modo intelligatur.

QVOD Extremo reſponſo dicitur, per vſum partis totum ius retineri, in retinendo rationem habet [10]: ſed in acquirendo non item: quantùm enim probatur poſſeſſum, tantùm dicitur præſcriptum, nec vlterius perducitur præſcriptio [11]: quod & aliâs retulimus [12]. Itaque ſi præſcribis ius imperij vel iuriſdictionis, vel ius vectigalis in aliqua ciuitate: contra eos tantùm tibi ius acquiſitum eſt à quibus exegiſti: in cæteros, non. quod tamen admirabiliter temperauit Paulus Caſtrenſis [13], vt hoc locum habeat cùm anteà nullum ius portorij & vectigalis in illo oppido eſſet impoſitum. Quòd ſi alius illud ius habens, permittit ab altero præſcribi, rectius dici ait, vt omnimodo ius illud præſcribenti acquiratur, licet à nonnullis non exegerit: nam ei qui præſcribit, idem ius redit, quod erat apud alium contra quem præſcribitur.

10 fac.l.ij.ſupra eod.
11 l.j.§.ſi quis in hoc.& ibid. Bar. de itiner.act. priuat.
12 in l.is qui vſumfructum.quib.mod.vſufru.amitt.
13 l.ſi quis diuturno. ſi ſeruit.vind.ſuprà.

SI COMMVNEM. L. X.

Non priuilegiatus accipit beneficiũ propter priuilegiarium.

EGREGIVM Eſt quod dicitur: in indiuiduis, eum qui priuilegiarius non eſt, accipere priuilegium ex perſona priuilegiarij. Ex quo apud Abbatem relatum eſt [14], cùm eccleſia & priuatus poſſident fundum communem pro indiuiſo, retineri poſſeſſionem ipſi priuato, propter eccleſiam, neque rem omnino præſcribi, niſi annis quadraginta. Si tamen res explicari poſſit ſine damno eccleſiæ, in priuato decem annorum præſcriptio ſeruaretur: in eccleſia, quadraginta annorum tempus [15]. Sic clerico & laico pro vno fideiubentib

Laicus coram epiſcopo conuenitur propter clericum confideiuſſorem.

14 c.de quarta.v.col.de præſcript.
15 c.ad audientiã.de præſ. noto in l.cùm ſponſus. §.in vectigalibus.de public.in rem act.

tibus, apud iudicem clericum intrabitur [1]. Quod verò hîc ad finem dicitur, pertinet ad notata in l. is qui vſumfructum. quib.mod. vſuf. amit. & intellige hîc eſſe plures ſeruitutes, aliâs enim ſi vna fuiſſet, per vſum partis tota retineretur [2].

1 *fac.l.præcipimus. ad fi. & Bar.ibi de appel. & l.4.de diuer.reſcrip.*

2 *l.ſi ſtillicidij.ſupra eo.*

Si is cui L. xi.

AN Extinctoiure concedentis concidat quoque ius accipientis, aliâs dictum eſt [3].

3 *l.ſi ex duobus.de in diem addict.*

Qui fundum. L. xii.

PERTINET Ad poſita in l.Pomponius.quibus modis vſusf.amitt.

Si locus. L. xiiii.

An per alienum in poſſit.

HIC Eſt caſus quo per alienum quis iuſte ingredi poteſt, nempe cùm via deſtructa eſt, de quo vide quæ ſuprà poſita ſunt [4].

4 *l.diuus. de ſeruit. ruſt. prædio.*

Aqvam. L. xvi.

In diuerſis rebus ius accreſcendi non eſt.

Ius accreſcêdi non habet locum poſt portiones acquiſitas.

CVM Plures per eundem riuum aquam ducunt, totidem ſunt & ſeparatæ ſeruitutes, propter pluralitatem fundorum [5]. Ideo ſi vnus conſtituto tempore aqua vſus non ſit, cæteris nihil accreſcit: in rebus enim diuerſis & ſeparatis neque coniunctio eſt, neque ius accreſcendi [6]. Alia præterea ratio eſt, quòd nunquam ius accreſcendi locum habet poſt portiones acquiſitas [7]: quod & ſuprà noto [8]. Sed hoc in vſufructu non habet locum [9], nec in liberalitate principis [10]. Planè & illud obſeruatur, vt ſi, qui acquiſiuit portionem ſuam, per reſtitutionem eam à ſe abdicet, illa ad coniunctum iure accreſcendi pertineat [11].

5 *l.nam ſatis.ſupra eod.*

6 *l.huiuſmodi.§. de quibus.de legat.3.*

7 *Bar.in l.re coniunctli.ix. col.ibi,quarto.de leg. iij.*

8 *l.dominus.de vſufr.*

9 *l.4.§.interdum.de vſufr accreſ.*

10 *l. vna.ſi liberalit. imper. ſocius.C.l.x.*

11 *l.ex cõtractu.infrà de re iudic.l.ſi minor. de acq. hæred.Bar.in l.ſed quũ patrono.de bo.poſ.infrà.*

Si partem. L. xix.

Conſtituta quando dicatur ſeruitus.

QVAE Suprà de præſcribendis ſeruitutibus explicantur [12], habent locum quoties ſeruitutes ſunt conſtitutæ: nec verò cõſtitutæ omnino dici poſſunt, niſi ea quæ ad vſum illarum ſunt neceſſaria, facta ſint, vt hîc in aquę ducendę ſeruitute vſuuenit, quæ non ante conſtat, quàm riuus ſit factus, per quem aqua ducatur. Quòd ſi ſeruitus contractu quidem eſt promiſſa, ſed non conſtituta, quia forſan neceſſaria ad vſum illius non ſunt facta, non præſcribetur ſpatio quod in ſeruitutibus præſcribendis diximus ſufficere [13]: Sed triginta annorum interualla numerabuntur, ſicut in reliquis actionibus perſonalibus [14]. Si tamen nulla eſſent neceſſaria ad conſtituendum vſum ſeruitutis, vt in itinere, via, hauſtu, & ſimilibus, exiſtimo tam per ipſum contractum quàm teſtamentum ſeruitutem conſtitutam eſſe, & ita intelligo hunc text. licet Bartolus & Paul. aliud dixerint. Item notandum valde eſt, eum cui via legata eſt ignoranti, ſi fundum ſuum vendat, non poſſe repudiare viam in perniciem emptoris [16]. Sic ſi teſtator fundum ſibi ignoranti legatum, mihi leget, hæres non poterit damno meo legatum repudiare [17].

12 *l.ſeruitutes.iij. de ſer. l.foramen.de ſerui.vrb.*

13 *d.l.ſeruitutes.*

14 *l.ſicut.de præſc.triginta annorum.C.*

15 *§.ſi per fundum.*

Legatarius non poteſt repudiare legatum in damnũ alterius.

16 *vt hoc text.ad fin.*

17 *l. liberto octoginta. de bonis libe.infrà.*

Servitute. L. vlt.

Bona-fides in ſeruitutibus an requiratur.

HAEC Lex ab omnibus allegatur, ad probandũ in ſeruitutibus præſcribendis bonam fidem eſſe neceſſariam. quod alibi diximus [18].

18 *l. hac autem. ſuprà de ſeruit.vrb.præd.*

LIBER NONVS PANDECTARVM.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

Si qvadrvpes. L. i.

EX Summa æquitate profectum eſt hoc edictum: cui toties locus eſt, quoties ſine culpa mea, animal meum tibi nocuerit. Benignè verò mihi qui culpa vaco id conceditur, vt aut noxiam præſtem, hoc eſt damni æſtimationem, aut ipſum animal dedam. Vſurpatum eſt enim, vt res noſtræ non vltra ſoleant nos onerare, quàm valeant [1]: quod alibi fuſiùs [2]. Et valde ſingulare eſt quod hîc ſubiicitur [3], cùm arietes, aut boues commiſerunt, vnúſque alterum occidit, vel offendit, hoc edicto teneri dominum prouocantis. Ex quo apud Bartolum, & Abb. relatum eſt [4]: duo pacem inierunt ſub pœna, vt qui alterum offenderet, ſolua t decem: certè ſi poſteà commiſerint, is pœnam præſtabit, qui prouocauit, alter minimè. Quòd ſi non apparet vter prior prouocauit, neuter de pœna appellatur [5]: nam mutua delicta compenſatione abolētur [6].

Res noſtræ non plus onerant nos, quàm valent.

Is dicitur contra fœdus & pacem facere qui prouocat.

1 l. prætor. §. hoc edictum. de dam. infect.
2 in l. cùm fructuarius. de vſufr. ſuprà.
3 §. cùm arietes.
4 Bar. hîc. & Abb. in c. 4. de treug. & pace.
5 l. ſcientiam. §. ſtramenta. infrà ad l. Aqu.
6 l. viro. & l. cùm mulier. ſol. matrim.

Ex hac lege. L. iii.

SI Animal libero capiti damnum dederit, erit & huic edicto locus: quod hactenus verum eſt, vt impenſarum in curatione factarum, & operarum amiſſarum reputatio fiat: non autem vt liberum corpus æſtimetur. Ex quo profectum eſt quod hodie apud nos in vſu eſt, vt mortuo aliquo ex vulnere accepto, hæres vel filius rectè intendat, vt recipiat id quod ſua intereſt ratione operarum, quas defunctus in vita potuiſſet exhibere [7]. quod etiam contra eum dici puto, qui ſine culpa occidit, vt ſuprà dicitur. nam ſi culpa arguitur, Aquiliæ locus eſſet, quæ non tantùm id quod intereſt, ſed pœnam perſequitur [8]. Item adde perpetuum eſſe in æſtimatione damni faciendα, affectionem rei amiſſæ, aut filij mei amiſſi & cæſi non ſpectari, ſed id tantùm, quanti omnibus id damnum eſt [9].

Qui occidit vel damnum dat ad expenſas & dāna tenetur.

Aeſtimatio vtilitatis quæ fiat.

7 per hunc tex. & Pano. in c. 4. de iniur.
8 l. item Mela. infrà ad l. Aquil.
9 l. ſi ſeruum. infrà ad l. Aquil. pretia. ad l. falcid. infrà.

Ad legem Aquiliam.

Item Mela. L. xi. §. si plvres.

IN Pluribus debitoribus etiamſi inſolidum teneantur, tractatum eſt, an vnius ſolutio aliis ad liberationem proſit: quod ferè eſt, ſi ex contractu debent [10]: quod tamē aliâs fuſiùs dictum eſt [11]. In pœnalibus autem contrà ſtatuitur: nec enim vno ſoluente cæteri dimittuntur, vt hîc [12], etiamſi is inſolidum ſolueret, & totum damnum præſtare eſſet paratus, diceretque ſuo nomine delictum geſtum eſſe: & hoc à cvria Pariſienſi iudicatum eſſe Ioan. Galli refert [13]. quod tamen non habet locum ſi pœnale iudicium eſſet ex parte vnius tantùm [14]: vel ſi actio pœnalis

In pœnalibus vno ſoluente an cæteri liberentur.

10 l. ſi plures. de dolo. ſuprà.
11 l. nec vllam. §. item ſi quis dolo. de pet. hæred.
12 & l. adeò. de iuriſd. omn. iud.
13 q. cxrj. in quæſt. per areſt. decis.
14 l. 1. §. ſi plures. de eo per quem fac. er.

Qui plures ſimul & ſemel offendit, an toties cōdemnetur quot ſunt perſonæ.

nalis deſcenderet ex quaſi delicto [1]. Item ſolet generaliter dici, quòd cùm multi ad pœnam tenentur proſpectu officij, eos pro parte ad pœnam teneri [2]. Ex diuerſo quæri poteſt, ſi vnus ſimul plures offenderit, an cuiq; ad pœnam inſolidum obligetur. Et melius eſt cùm iniuria in perſonam fit, ex perſonis quæ offenduntur, totidem pœnas conſtitui & exigi. Ideo ex iniuria nuptę illata, & vir & pater agent ſeparatim, & ſinguli pœnam auferent [3]. Cùm verò delictum circa res committitur potiſſimum, plures ad quos hæc iniuria pertinere poteſt, loco vnius ſunt [4]: quod & Bartolo videtur [5]: & ſummā rationem habet, etiam ſi nulla lege comprobaretur. Item alia quæ ad hanc legem pertinent, vide in l. ita vulneratus. infra eodem.

1 l. iij. de his qui deiec. vel eff. l. licet. in fin. ſuprà naut. caup. ſtab.
2 l. ſi multi. & ibi Bart. de public. fac. glo. in l. qui in contractibus. de iur. fiſ.
3 L. cum qui. §. ſi nupta. de iniur.
4 l. item apud Labeonem. §. vlt. cū l. ſeq. de iniur.
5 l. iij. §. ſi ad plures. de ſepul. viol.

LIBER HOMO. L. XIII.

Nemo eſt dominus mēbrorum ſuorum.

NOTA neminem eſſe dominum membrorum ſuorum. Ex quo deſcendit, vt nemo poſſit pro reo capitis fideiuſſionē præſtare: vt reo non comparente ſimilitudine ſupplicij teneatur [6]: nec poteſt aliquis ad amputationē mēbri etiam cum iuramento, obligare ſe [7]: aut ad quæſtionē [8]. Cui ſimilis eſt quæſtio, an aliquis ad carcerem ſe obligare poſſit, quod aliâs excuſſimus [9]: vbi etiā vide quid iuris ſit in clerico & ſacerdote.

Obligatio ad carcerem.

6 l. ſi quis reum. de cuſto. & exhib. reor. & ibi Barto.
7 Guid. Pap. q. cclxxviij.
8 Bar. in l. pen. de condi. cauſ. dat.
9 in l. alia. §. eleganter. ſolut. mat.

HVIC SCRIPTVRAE. L. XV.

A die vulneris inflicti quis creditur mortuus.

PRAECLARE dicitur, eum qui mortiferè vulneratus eſt reputari occiſum tēpore vulneris, licet pòſt multo interuallo moriatur [10]. ideo cùm in libellis accuſationum adijci lex [11] iubeat diē & locum in quo delictum factum eſt, debet dies & locus vulneris apponi, nō mortis [12]. Plurimum verò intereſt, hic dies an ille diſpiciatur: cùm ex tempore delicta creſcant, aut minuantur [13].

Dies vulneris non mortis in libello adijcitur.

10 fac. l. ait lex. infra eo.
11 l. libellorum. de accuſ. infrà.
12 Bart. in d. l. libellorum. & l. damni ſ. §. Sabini. de dam. infect.
13 l. aut facta. §. j. infrà de pœnis.

PROINDE I. L. XXII.

QVAE vtilitas veniat in reputationem, admonuimus in l. numis. de in litem iuran.

PROINDE II. L. XXV.

QVOD hoc tex. ad finem dicitur, nullas eſſe partes iudicis in confitentes, non ideo probatur, in confeſſum ſententiam reddendam non eſſe. Si enim de criminibus quæritur, certum eſt etiam poſt confeſsionem ſententia opus eſſe [14]: nec cōfeſſio executioni mandabitur, niſi ſententia conſequatur [15]. Erit verò in poteſtate iudicis, ſecundum confeſsionem, ex cōtinenti ſententiam ferre: niſi in tormentis confeſsio ſit facta: tunc enim altera cōfeſsio & perſeuerantia in reo requiritur [16]. Planè in ciuili cauſa, etiam ſententia poſt confeſsionem requiritur, ſi poſt litem conteſtatam cōfeſsio facta eſt [17]: ſi verò ante litem conteſtatam ſecus. eo enim caſu rectius dicitur, cōfeſſum pro condemnato haberi [18]: & ſufficiet præceptum fieri à iudice, vt ſoluatur debitū. His adiunge confeſſum ex ſola confeſsione infamiam non contrahere [19]: nam ad infamiam, ſententia & condemnatio ſubſequi debet [20]: quod tamen ſine diſtinctione non eſt, ſed vide Bar. in l. infamem. de public. iudic.

In criminibus ſententia opus eſt poſt confeſsionem.

In ciuilibus quando poſt confeſsionem ſit opus ſententia.

14 l. ſi confeſſus. infrà de cuſto. & exhib. reor.
15 Inno. in c. quærenti. de off. deleg. ext.
16 l. j. §. diuus Seuerus. de quæſtio. Bart. in l. j. de cuſto. & exhib.
17 l. Iulianus. infrà de cōfeſſ.
18 l. j. de confeſſ. C. & ibi glo. Bar. & Paul.
19 l. ſi reus. de procu.
20 l. j. & l. furti. de his qui notan. infam.

Litera explicata.

Hunc verò tex. in quo dicitur nullas eſſe partes iudicis in confitentes, explica ſic, vt reuera non poſſit iudex in ſententia ferenda contra confeſsionem ſtatuere, ſed neceſſariò ſecundum confeſsionem iudicabit, & ęſtimabit: ſententia igitur opus eſt.

Si servvs servvm. L. xxvii.

§. Si fornicarivs. Ita legitur in Pandectis Florentinis: quanquam Budæus fornacarium legat, piſtrinarium ſeruum vel piſtorem intelligens. Et vides hîc dominum ex incendio à familia concitato teneri: ferè eſt enim, vt in incendio culpa verſetur [1]: quod tamen potes ex his quę ſuperius relata ſunt temperare [2].

Dominus an teneatur de incendio à familia excitato.

1 l. iij. de off. præfe. vigil. ſuprà, & l. ſi vendita. de pericul. & commod. rei vendi. infrà.
2 in d. l. iij. de offic. præfe. vigil.

Qvemadmodvm. L. xxix.

§. Si protectvm. Hîc duo ſunt. Primum, vt non liceat mihi id quod in meo pendet, modo non in meo ſit ædificatum propria authoritate tollere: tamen didici in arborum ramis in meo pendentibus, contra eſſe: licebit enim mihi mea authoritate euellere, poſt denuntiationem tibi factam vt eos amoueas [3]. Aliud eſt, vt quod in meo poſitum & ædificatum eſt, liceat mihi etiam iudice non adito tollere [4]: quod tamen ità admittimus, ſi ego in poſſeſſione ſim, nam aut deſtruere [5], aut propria authoritate ædificium in meo poſitum occupare potero [6]: quòd ſi non poſſideo rem meam, nec id quod in ea poſitum eſt, propria authoritate deſtruam: ſed iudice opus erit [7]: nã nec rei meæ poſſeſſionẽ propria authoritate auferre poſſum [8]. Itẽ fauor religióis poſtulat, vt in meo poſitum propria authoritate non reuellam [9]: vnde eccleſiam in ſolo meo exædificatam, propria authoritate non deſtruam [10]: imò ſolum cedit ædificio [11], licet in aliis contrà [12]. Item ſi ſocius ædificat in communi, non poſſum meo iure tollere, ſed actione opus eſt: at ſi in proprio meo, vel actione vtar, vel opus perdam & deſtruam. Vtrunque reſponſo Pomponij demonſtratur [13]. Additúmque eſt, quòd cùm fructuarius in ſolo in quo vſumfructum habet, ædificat, ius eſſe domino propria authoritate deſtruendi [14]: ſecus ſi emphyteuta vel vaſallus ædificarent: nam ij fundum meliorem efficere debent [15]. quod Alexander probat [16]. Et hæc adiuuant id quod belliſsimè ex Innocentio & Abbate retuli in lege, extat. ſuprà quod metus cauſa.

Quod in meo pendet, non licet mihi mea authoritate reuellere.

Quod in meo poſitũ eſt, licet.

Socius an ædificium in communi poſitum poſsit deſtruere.

3 l. j. & ibi B.ar. de arbori. exd[illegible]
4 vt hîc, in ver. aliud.
5 vt hoc tex & l. j. §. nunciatio. de oper. no. nunt.
6 per l. ſi in area. ibi, cùm ant[illegible]. & Bal. de condic. indeb.
7 l. de pupillo. §. meminiſſe. de ope. no. nuntiat.
8 l. extat. quod met. cauſ. ſuprà l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.
9 l. oſſa. infrà de religio.
10 Alex. in d. l. j. §. nunciatio. de oper. noui. in princip.
11 glo. in c. apoſtolicos. xij. q. ij.
12 l. ij. de rei vindi.
13 l. ſed ſi inter me. de ſeruit. vrb. præd.
14 arg. l. vſufructuarius. j. & ij. de vſufr.
15 l. j. de iur. emphyt.
16 in l. j. §. nunciatio. de oper. no. nunt.

§. Labeo. Pertinet ad id quod ſingulariter dicitur in l. iij. de in litem iuran.

§. Magistratvs. Ex hoc textu efficitur minores magiſtratus conſtante officio in ius vocari poſſe: quod explica vt aliâs dictum eſt [17]. Et vides hîc magiſtratus teneri de damno dato & iniuria: quod tamen ita verum eſt, ſi non ex officio damnum & iniuriam intuliſſent. nam quod officio poſtulante damnum dant, extra noxam eſt [18]. Vnde bellè apud Canoniſtas tractatum eſt [19], an ſpoliatus à iudice, poſsit intendere reſtitui ſe debere ex interdicto vnde vi: quod ſine dubitatione eſt, ſi iudex extra iudicium hoc fecerit, & tanquam priuatus, vel ſi tanquam iudex & in iudicio hoc exequutus eſt, ordinem tamen iuris prætermiſit [20]: quòd ſi ordinem ſeruauit, melius eſt vt poſſeſſorio non ſit locus aduerſus eam ſententiam: quæ quamuis iniuſta ſit, tamen in rem iudicatam

Minores magiſtratus in ius vocantur.

Officiales tenentur de dãno dato in officio.

An interdictũ poſſeſſoriũ detur contra ſententiam iniuſtam.

17 l. ij. ſuprà de in ius voc.
18 l. iniuriarum. §. j. de iniuriis.
19 c. conquerente. de reſtit. ſpolia[illegible].
20 per tex. in d. c. conquerent.

tranſit

tranſit [1], & exequenda eſt [2]: quod Panormitano videtur [3].

Qvi occidit. L. xxx.

Vulneratus qui poſt moritur, an credatur ex vulnere obiiſſe.

SI vulneratus ſeruus non mortiferè, periit vel negligentia, aut alia quſa cauſa, qui vulnerauit non de occiſo, ſed de vulnerato tenebitur. In obſcuris autem cùm quæritur, an qui mortuus eſt ex vulnere perierit, credimus ex vulnere mortuum eſſe, cùm illico mortuus eſt [4]: ſi autem longo pòſt interuallo, ſecus: vt in eo qui octo menſibus poſt acceptum vulnus deceſsit, reſcriptum eſt [5]: quanquam hoc vniuerſum in arbitratu iudicis eſt [6], qui rem conſulto & vocato medico explicabit [7].

Illvd. L. xxxii.

VBI eadem ratio eſt, ibi & idem ius obſeruandum eſt. ſed hæc nimis generalia, quàm vt lege & regula aſtringi poſsint.

Ex interuallis diſtinctis totidē delicta iudicantur.

Et nota ad finem legis, eum qui multis interuallis diſtinctis deliquerit, totidem delicta ſeparata videri commiſiſſe. At ſi vno tempore & vulnerauerit & occiderit, vnum erit delictum, nempe occiſio. In contractibus autem ſæpe ex vna verborum conuerſione, plures contractus & ſtipulationes coaleſcunt [8]: quod & pertinet ad id quod dictum eſt in l. vlti. quib. mod. pig. ſoluit [9].

Qvamvis. L. xxxix.

Pecus in meo inuentū an iure includam.

QVI inuenit pecus alienum in agro ſuo, iure illud non includit, nec retinet: ſed pro damno accepto propria actione experietur. Si tamen ignoret cuius ſit animal, hactenus retinebit, quoad certior ſit factus [10]. At res inanimas, quæ alienæ in fundum meum fluminis vi aut ventorum delatæ ſunt, rectè retineo, quouſque mihi dominus damnum ſarciat [11]: ſicut dicimus rem retineri pro expenſis [12].

In lege Aqvilia. L. xl.

ISTVD reſponſum vulgò creditur tripliciter legi poſſe: ſed quo modo plus vna lectione legi poſsit, non video.

Litera explicata.

Agebam verò contra eum qui chirographum deleuit, in quo ſcriptum erat deberi mihi à quodam pecuniam ſub conditione: ſed quia conditio nondum euenerit, & ſic mihi nihil debebatur adhuc [13], poterat mihi agenti obiici ante tempus agere me, cùm dies non ceſſerit nec venerit [14]. Verùm quia teſtes poſſunt non eſſe tempore euenientis conditionis, & ſic deſinente probatione damnum mihi crearetur, rectè intendam vt condemnetur is qui meum chirographum deleuit: & ſic curabo teſtes interrogari & debebo vincere, ſed exactio in tempus conditionis differetur: quod tamen intelligo, ſi reus dolo vacat: nam ſi doloſè deleuit, illico fiet executio [15]. Item quamuis actor non poſsit facere interrogari teſtes ad futuram memoriam, niſi cùm timetur de morte aut abſentia teſtium [16], agere enim quando vult poteſt: ſi tamen ita ſe res haberet, vt non poſsit agere illico, ei conceditur vt faciat interrogari teſtes, etiam ſi metus mortis vel abſentia verè non ſubſiſtat: ſufficit enim quòd poſsint non eſſe eo tempore quo actio competet [17]. At reus ſine diſtinctione, cùm

Actor an poſſit facere interrogari teſtes ad futuram fidem.

Item an reus id poſsit.

1 *l. ſeruo. §. prætor. ad Trebell. infrà.*
2 *c. paſtoralis. §. quia vero. de offi. ord.*
3 *d. c. conquerente.*
4 *per ea quæ notant in l. Martius. infrà locat.*
5 *c. ij. de clerico percuſ. extrà.*
6 *ſecundum Panor. d. c. ij.*
7 *l. nec ſemel. de re milit. libr. xij. C. l. j. de vent. inſpi. infrà.*
8 *l. ſcire debemus. de ver. obligat.*
9 *& l. quidam exiſtimauerunt. ſi cer. petat.*
10 *arg. l. capite quinto. ad leg. Iul. de adult. Bal. in l. ij. de ſeruis fugit.*
11 *l. hoc amplius. §. j. de dam. infe. & ibi Bar. & Alex. & Pan. in c. ſi le ſerui. de iniur. et dā. dat.*
12 *l. in rebus. §. poſſunt. cō mod. vbi noto.*
13 *l. ſub conditione. de cō dict. indeb. infrà.*
14 *l. cedere diem. infrà de verb. ſignifi.*
15 *l. locum. § condemnatio. de tab. exhib. & noto in l. ij. de euict.*
16 *c. quoniam frequenter. vt lit. non conteſta.*
17 *per hunc tex.*

1 *l.j.vt nemo inuit. age.l. purè.§.fi.de except. rei iudic.*

2 *l.vlti.de vſur.pupill.C. c.ſignificauit.de teſtib. ext.*

non ſit in eius poteſtate quando conueniatur [1], poteſt petere vt teſtes interrogentur ad futuram memoriam & fidem [2].

SCIENTIAM. L. XLV.

Ad tutelam corporis & rerum ſuarũ vim licet inferre.

3 *vt hic,& l.iij.de iuſtic. & iure.*

4 *l.j.C.vnde vi.l.iij.§. eum igitur.infrà de vi armat.*

5 *d.l.j.C.vnde vi.*

6 *l.ſi ex plagis.§.tabernarius.infra eod.*

§.QVI CVM ALITER. Non ſolùm ad tutelam corporis noſtri alteri damnum dare poſſumus 3: ſed ad conſeruandam rem & poſſeſsionem noſtram, vim inferre licet 4, ſed vtroque caſu moderatio ſeruanda erit 5. Itaque quanquam domino ſit integrum rem à ſe ablatam ex continenti à fure auferre: hoc tamen ciuili modo faciendum eſt: nam ſi verberaret immodicè, dum rem ſuam vult recipere, lege Aquilia teneretur [6]:quod notandum eſt.

ITA VVLNERATVS. L. LI.

Si plures vulnerant mortiferè, an omnes teneantur de occiſo.

7 *l.item Mela.§.Celſus. ſupra eo.*

8 *l.item Mela.§.ſed ſi plures.ſupra eo.& infra ea.l.§.idque.*

9 *d.l.item Mela.§.Celſus.*

10 *l.huic ſcripturæ.§.ſi ſeruus.ſupra eo.*

11 *in intell.ſing.in intell.l. item Mela.*

12 *in l.qui occidit.ſupra eo.*

EX hac lege generaliter dici poteſt, plures qui lethaliter vulnerauerunt, teneri de occiſo: puta vulneraſti Titium mortiferè, eundem poſteà & Mæuius vulnerauit, ita vt mortem accelerarer: in te enim & Mæuium de occiſo actio eſt, vt hîc dicitur: ſi tamen Mæuius eum, quem tu mortiferè cæcideras, ita opprimit, vt ex continenti exanimet, tu de vulnerato tantùm teneberis 7: & ita duo reſponſa mirabiliter pugnantia conuenire poſſunt. Primo enim caſu nihil proponi poteſt cur potius ex ſecundo, quàm primo vulnere perierit: cùm vtrunque vulnus lethale ſit, & poſt vtriuſque vulneris illationem ex interuallo perierit cæſus: vnde in obſcuro vterque teneri debet [8]. At cùm ſecundus ita vulnerat, vt eum, qui aliâs ex primo vulnere accepto erat ex interuallo moriturus, in continenti opprimat, quia certum eſt vulneratum ex ſecundo ictu periiſſe, non ex primo, ideo primus de vulnerato tantùm tenebitur: cùm non occiderit 9. Cui ſimile eſt quod dicitur [10] de eo qui à Titio mortiferè vulneratus, ruina vel qua alia vi ſine facto hominis oppreſſus eſt: quia enim certum eſt ex ictu Titij non periiſſe, Titius de vulnerato tantùm tenebitur, non de occiſo. Et ita diſſoluitur fortis ἀντινομία: quod & Zazius ferè probat [11]. Quibus adde quod paulò ſuperiùs dictum eſt [12].

De noxalibus.

IN DELICTIS. L. IIII. §. SI DETRACTA.

13 *l.ij.ſupra eo.tit.*

SI ſeruus occidit domino ſciente, inſolidum in dominum actio eſt: quòd ſi inſciente, noxalis competit [13]. Vtro autem iudicio ſit actum, ſententia reddita in vno, exceptionem rei iudicatæ in altero pariet, vt hîc, pendente verò iudicio licet ei qui noxali tantùm egit, ſcientiam addere libello, & ſic petere vt detracta noxæ deditione, inſolidum reus dãnetur. Item qui inſolidum egit, donec res agitur mutabit libellum, &, ſi ita videtur, offeret ſe contentum noxæ deditione: augere enim & diminuere vſque ad ſententiam libellum poſſumus, modò ſeruetur eadem ſpecies obligationis [14]. at corrigere libellum non poſſumus immutata ſubſtãtia actionis, niſi vſq; ad litem conteſta

Augeri & minui libellus quãdo & vſq; ad quod tẽpus poſsit.

14 *vt hic, & l.edita.C.de eden.§.ſi minus.Inſtit. de actio.*

teſtatam [1]: nam in eo quod principale eſt, ad finem vſq; perſiſtendum eſt [2], nec mutatio recipitur [3], quod poſt Bartolum Alciatus probat [4].

SI COMMVNIS FAMILIA. L. VIII.

Cõuentis alieno nomine actio cedi debet.

Tutor inſolidũ conuentus ſine ceſsione agit.

QVI communi nomine, hoc eſt, pro ſe & aliis conuenitur, iuſtè deſyderat ſibi cedi actiones in eos, pro quibus pulſatur: aliâs ſi non cedantur, non condemnabitur [5], & repellet agentem exceptione cedendarum actionum [6]. In tutoribus etiam hoc admitti placuit, vt exacti pro aliis habeant vtilem actionem etiam ſine ceſsione [7]: quæ actio cæteris non datur niſi ceſſa [8]. Sed vtroq; caſu, ſiue is qui pro aliis exoluerit, habeat vtilem actionem abſque ceſsione, ſiue ceſsione ſit opus, nunquam aget vtili, nec poterit deſiderare ſibi cedi, ſi ex dolo ſuo conuenitur [9]: at beneficium diuiſionis, cùm per modum exceptionis competat, datur etiam conuento ex dolo ſuo [10].

Ex dolo conuentus nõ habet beneficiũ cedendarũ, ſed diuiſionis habet.

SI SERVVS. L. XXII.

Non dicitur facere poſſe q non habet pecuniã in promptu, licet habeat poſſeſsiones.

NOTANDVM eſt quod hîc dicitur, eum demum dici facultatẽ habere rei recipiendæ, qui habet pecuniã ad manus: qui autem habet res tantùm, licet illis vẽditis facilè rem ſit recepturus de pecunia refecta, non tamen dicitur habere facultatẽ: non enim debet cogi vendere res, vt ſoluat pecuniam. Ex quo infertur, eũ dici pauperẽ qui habet poſſeſsiones, ſed pecuniã numeratã non habet [11]. Vnde belliſsimè eſt quæſitũ in iis qui priuilegiũ habent, vt niſi quatenus facere poſsint non teneantur, an dicantur facere poſſe, ſi habent magnam & amplam domum, licet paucos redditus. Sed ne fraus creditoribus fiat, magis eſt vt facere poſſe dicantur: ideóq; vendere cogentur illam domũ & ſatisfacere [12]. Hîc & alia applicatur quæſtio: Mater filio, cuius tutelã gerebat, neceſſaria miniſtrauit: in eam erogationem non ſufficiebant bona pupilli quoad annuos redactus, ſed tamen ex venditione bonorum facta, facilè poterat impenſarum ſumma refici: quæro an mater præſumatur id feciſſe intuitu pietatis, an animo repetẽdi? Et certum eſt parentes gerentes patrimonia filiorum, ſi alimenta miniſtrent filiis, credi non de ſuo, ſed de filiorum patrimonio erogaſſe [13], quòd ſi filius patrimonium non habeat, proſpectu pietatis erogatio iudicatur eſſe facta: ideóque repetitio inhibetur [14]. In quæſtione autem propoſita, magis eſt vt repetitio non fit: ei enim dicuntur præbitæ expenſæ, qui non habet patrimonium. Nam qui ex patrimonij redditibus non habet vnde ſe ſuſtentet, licet ex venditione rerum ſuarum id facere poſſit, bene dicitur non habere facultatem ſe alendi. Cui conſequens eſt vt ſaltem in eam ſummam, quæ vltra redditus ſuos eſt, pupillus non cogatur expenſas reficere [15]. Huius rei argumentum eſt, quod dicitur de eo qui ceſsit bonis, vt poſteaquam ditior ſit effectus, poſsit coueniri quatenus facere poterit [16]: at non dicitur facere poſſe, ſi non tantùm habet vt ex annuo reditu poſsit debitum diſſoluere, licet aliâs ſolutio ex venditione bonorum illius fieri poſſet [17]. Nec mutat quod forte ex ſtatuto obiici poſſet, parentem non poſſe plus vni filiorum concedere quàm alteri, ſi illi ad parentis ſucceſsionem admitti velint: quoties enim prohiberi donatio dicitur,

Si parens erogauit pecuniã filio qui habebat poſſeſsiones, ſed nõ tot redditus vnde ſe aleret, an repetat.

1 *l. non poteſt videri. de iud.*
2 *Authen. qui ſemel. C. quem. & quan. iud.*
3 *l. denuntiare. §. quid tamen. de adul.*
4 *in l. edita. C. de eden.*
5 *l. qui mandato meo. de fideiuſſ. infrà.*
6 *l. Stichum. §. pen. infrà. de ſolut.*
7 *l. j. §. nunc tractemus. de tut. & rat. diſtr.*
8 *l. vt fideiuſſor. de fideiuſſ. infrà.*
9 *per hunc tex. & l. ſi plures tutelam. de admi. tut. l. j. §. planè. de tut. & rat. diſtrah.*
10 *d. l. ſi plures tutelam. et ibi Nicol de Neapolit.*
11 *l. in fundo. ibi, finge pauperem. & ibi Bal. de rei vind. fac. l. vitium. de impen. in reb. dot. fac. l. diuortio. de neg. geſt.*
12 *Bal. in l. ij. C. quod c eo qui in alien. pote.*
13 *l. Neſennius. ſuprà. de neg. geſt.*
14 *l. j. l. alimẽta. & l. ſi paterno. C. de neg. geſt. l. ex duobus. §. vlt. de neg. geſt. Bar. in l. Sticus. de pecul. leg.*
15 *per hunc tex. et l. in fundo. & ibi Bal.*
16 *l. is qui bonis ceſsit. ij. de ceſſ. bon.*
17 *l. qui bonis ſuis. & ibi Bar. de ceſſ. bon. infrà. Decius in l. Diuus. de reg. iur. vide Imol. in l. Neſennius. de neg. geſt.*

toties id verum eſt, niſi ad alimenta donatur. ſic vir & vxor inuicem donant ad alimenta [1], ſic donatio damnato in metallum vel deportato facta, procedit ad alimenta [2], ſic ſpurio liciṫe donatur [3], licet is nec ex teſtamento, nec inter viuos capere poſsit [4]. Sic monachis mendicantibus, & cæteris omnibus qui lege & religione impediuntur, res immobiles acquirere & omnino recipere, ritè res immobilis donatur, & eam permutabunt cum pecunia: idque alimentorum fauore [5]: neque enim ij dicendi ſunt mortui ſi cibum & potum ſpectes [6].

Donatio nunquam prohibetur ad alimẽta.

1 *l. ex annuo. l. ſi vir. §. pe. de dona. inter vir. & vxo.*
2 *l. ſi in metallum. de his quæ pro non ſcript. haben. glo. in l. j. de hæred. inſtit.*
3 *c. cùm haberet. de eo qui dux. in matrimonium. quam polluit per adult.*
4 *l. j. de filiis natur.*
5 *c. recolentes. in ver. cõmutatis, de ſtat. reg. & ibi Pano.*
6 *glo. in Auth. Idem eſt. de bonis quæ lib. C.*

ELECTIO. L. XXI.

§. NEQVE HAEREDI. Vides mendacium reuocari poſſe ante litem conteſtatam, & pertinent ad id quod pono in l. ſed & eæ. quod cum eo qui in alie. pot eſta. infrà. vnde ſi ſtatuta minuunt pœnam iis qui confeſsi fuerunt, qui negauit, poſteà poterit reuocata negatione confiteri & admitti ad priuilegium [7].

Mẽdacium reuocatur ante litem conteſtatam.

7 *Bal. Ang. Saly. & Iaſon in l. cũ qui. in prin. de iure iurand.*

ET GENERALITER. L. XXVIII.

HIC tex. ſolet in hoc citari, vt procedat præſcriptio etiã cum mala fide in titulo adiudicationis, & ſententiæ: idq; propter iudicis authoritatem. Quod certè iure ciuili nullam dubitationem habere videtur: ſed quæſitum eſt, an hoc etiam de iure Pontificio procedat, quod non admittit Paulus Caſtrenſis & Alexander [8]: neque enim debet eſſe maior authoritas iudicis, quam iuris, quo omnino malæfidei poſſeſſor non præſcribit [9], quamuis enim authoritas iudicis, ſiue decretum ſiue ſententia ſit, præbeat cauſam vſucapiendi [10], cætera tamen quæ ad præſcribendum requiruntur, adiungi debent.

In titulo adiudicationis an requiratur bona fides.

8 *in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de damno. infec.*
9 *c. poſſeſſor. de reg. iur. lib. vj. c. vlt. de præſcr. extr.*
10 *l. prætoris. de damno. infec. l. ſi per errorẽ. de vſuca. l. Pomponius. §. ſi iuſſu. de acq. poſſe. infrà.*

ET SI CONDEMNATVS. L. XXXV.

AN ſententia in filium reddita, iudicatum facere debeat pater, dicitur in l. iij. §. Idem ſcribit. de pecul.

Ex ſententia in filium data an cõueniatur pater.

SI AD LIBERTATEM. L. XLII.

QVI pro ſeruo qui mortuus erat iudicium noxale accepit, abſolui debet, ſi probet eum periiſſe [11]. Generaliter enim dicitur debitorem qui proſpectu ſpeciei quantitatem debet, etiam à quantitate abſolui cùm ſpecies perierit [12]: ſi quas tamen actiones habet contra eum, cuius facto factum eſt vt ſpecies periret, eas cedere debebit [13]. Aliâs autem cùm quantitas vel genus ſimpliciter ſunt cum obligatione, nunquam perempto genere liberatur debitor [14]. Item eius quod dixi liberari debitorem quantitatis perempta ſpecie, cum proſpectu ſpeciei quantitas debetur ratio eſt, quòd vnum tantùm in ſolutione eſt, aliud in obligatione. Quod ſi quantitas & ſpecies in obligatione ſint, alterutra perempta in alia remanet debitor obligatus [15]. Ideóque cùm venditor deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, agere poſsit alternatiuè vel ad rem, vel ad ſuppletionem pretij [16], rectè dicitur, re perempta nihilominus ad reſiduum pretium agi poſſe: quod & Pano. probat [17], & verum eſt.

Debitor quantitatis reſpectu ſpeciei liberatur ſpecie perempta.

Cùm quãtitas & ſpecies alternatim debẽtur, vna perempta, alia in obligatione reſtat.

11 *vt hîc §. j.*
12 *l. quidam §. ij. & l. Titia. §. vit. de lega. j.*
13 *l. j. §. ſi poſt. ſupra. ſi quadrupes pauperiẽ feciſſe.*
14 *l. incendium. C. ſi certũ peta. noto in l. quod te. infrà. ſi cert. peta.*
15 *l. Stichum. infra. de ſol.*
16 *c. iij. c. cùm cauſam. de empt. & ven. l. ij. C. de reſc. ven.*
17 *in d. c. iij. ad fi.*

Serui

SERVI. L. VLT.

In delictis quis ibi puniri debet vbi deliquit.

GENERALE eſt ibi quenque defendi debere, vbi deliquit, & ibi puniri, licet ſit alterius prouinciæ [1]. Vnde ſi alibi ſit, iuſtè iudex in cuius territorio factum eſt delictum, petet eum ad ſe remitti [2]. Item ſecundum ſtatuta & conſuetudinem loci in quo delictum factum eſt, pœna erit ſtatuenda delinquenti [3]. His annecte quæ pono in l. hęres abſens. §. ſi quis tutelam. de Iudic.

1 l. ſi cui. §. idem. & l. vlt infrà. de accuſ.
2 §. ſi verò quis comprehenſorum. Auth. vt nulli iudic. clc. paſtoralis. §. quia ſi punitio. & ibi glo. de ſent. & re iud.
3 Bar. in d. l. ſi cui. §. idem.

LIBER DECIMVS PANDECTARVM.

Finium regundorum.

EINIVM REGVNDORVM. L. I.

Finiũ regundorum actio mixta.

Fines an præſcribi poſsint.

FINIVM regundorum actio miſta eſt, vnde ei non præſcribitur niſi triginta annorum ſpatio [4]: quod in actionibus miſtis generale eſt [5]. Sed huic videtur aduerſari, quod apud Canoniſtas relatum eſt [6], fines parochiarum & diœceſum nunquam præſcribi: quod ita verum eſſe putamus, ſi euidentiſsimis rationibus appareat fines olim eſſe aſsignatos & poſitos: aliâs enim præſcribi poſſent. Præterea illud à Canoniſtis dicitur in parochiarum, dignitatum, regnorũ, aut ducatuum finibus præſcribẽdis: vt nec tanto tempore cuius memoria non extat, præſcriptio procedat [7]: in priuatorum autem prædiorum finibus quominus pręſcriptio ſit, nihil proponitur [8]. Nec omittẽdum eſt quod vulgò in finibus regundis obtinuit, vt probentur per inſtrumenta propter aliud emiſſa, & per libros antiquos [9].

Fines probantur per inſtrumẽta ob aliud emiſſa.

4 l. vlt. C. fin. reg.
5 l. hæreditatis. & l. vnic. C. in quib. cauſſ. ceſſ. long. tem. præſ.
6 cap. ſuper eo. de paroc. ext.
7 vt d. c. ſuper eod. & ibi Panor. arg. l. agros. de fund. limitr. lib. xj. C.
8 d. l. vlt. C. eo. tit. l. in finalibus. infra eo.
9 c. cùm cauſam. de prob. glo. in c. cùm olim. de cẽſib. Pano. in c. ſuper eo. de paroch.

SED ET LOCI. L. IIII.

Iudex maleficiorum quãdo cognoſcat de ciuili cauſa, & contrà.

§. SI DICANTVR. Nota iudicem maleficiorum etiã de cauſa ciuili cognoſcere, ſi ea in litem incidat. Sic è diuerſo iudex ciuilis de criminali quęſtione in cauſam incurrẽte cognoſcet [10], quæ etiam in delegato iudice locum habẽt. Vnde delegatus in cauſa matrimonij, poteſt etiam de dote reſtituenda cognitionem interponere, ſi illa quæſtio incidat [11]. Sed de his fuſius in l. ſolemus. §. latrunculator. de iudic. ſuprà.

10 l. quoties. C. de iud.
11 c. de prudentia. de don. inter vir. & vxor.

SI IRRVPTIONE. L. VIII.

POTEST iudex in rẽ præſentẽ venire & oculis cõtrouerſiã terminare: quod pertinet ad id quod ſupra poſitũ eſt [12].

12 in l. illicitas. §. veritas de off. præſ. ſuprà.

EOS TERMINOS. L. XII.

Ij fines ſunt ſeruandi quos ſtatuit vẽditor, non antiqui.

HIC textus ſatis ſe ipſe prodit, et mea ſententia falſam Accurſij & cæterorũ [13] interpretationẽ arguit. Agitur enim hîc de eo, qui cùm duos fundos haberet, vnũ vẽdidit, & cõtra antiquum finium modum, nouos fines ſtatuit. Certè ſi emptor latiores fines & antiquos obſeruandos eſſe velit, errore labitur, & cauſa cadet: fundi enim non natura, aut antiqua conſuetudine, ſed deſtinatione domini ſtatuuntur [14]. Ex quibus efficitur demonſtrationẽ finium ſimplicem, vim pacti babere. Bene igitur Zaſius [15] Accurſium & alios reprehẽdit, qui quòd in hac lege inter duos emptores diuerſorum fundorum lis eſ-

13 hîc. & in l. omnibus. de teſtib. C.
14 l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. de leg. j. l. ſi quis duas. §. ſi quis partem. ſupra. Comm. præd.
15 in Intell. ſing. in intell. huius l.

ſet, denuntiatum venditori teſtimonium interpretatur, quaſi venditor ſit teſtis idoneus in cauſa emptoris.

SCIENDVM EST. L. VLT.

ISTA lex vetus Solonis in finibus perquàm vtilis eſt. Et ex eo quòd in translatione Bulgari legebatur, quinque pedes, ſuſpicione adducor, etiam in græca lege veteres legiſſe, τὰ δὲ ἄλλα δένδρα πέντε πόδας, hoc eſt alia autem ligna quinque pedes. & ita in Pandectis Florẽtinis ſcriptum animaduertimus: quãquam Alciatus ſecundum vulgatos codices δύο πόδας legerit [1]. Sed & idem Alciatus eleganter docuit [2], olim lege xij. tabul. cautum fuiſſe vt inter vicinorum prędia conſtitutis finibus, quinque pedum ſpatium relinqueretur, quò ire agere vterque dominus poſſet. Horum quinque pedum præſcriptionem inhibitam fuiſſe M. Cicero teſtatur [3]: quod & lege Codicis euidenter oſtenditur [4]. Cùm enim illi quinque pedes cuiuſdam facultatis modo ſint inſtituti, ad eos vſucapio non pertinet [5]. Et ita recentiores ignorationem Ioannis Batalardi Iuriſconſulti (vt Crinitus teſtatur [6]) doctiſsimi ſarcierunt. In reliquis autem vſucapionibus quæ ad fines pertinent, obſeruatur id quod ſuprà paulò ante retulimus [7].

Litera teſtituta.

Lex quinque pedũ explicata.

Familiæ erciſcundæ.

HAEC ACTIO. L. I

HAEC actio neceſſaria fuit volentibus cohæredibus à cõmunione diſcedere. Ex quibus verbis retinenda eſt opinio Placentini, & Mart. qui hãc actionem naſci ex voluntate cohęredum voluerunt: vnde non prius præſcriptio curret contra hanc actionem, quàm ab vno renuntiata fuerit communio. Vt enim pacto effici non poteſt, ne à communione diſcedatur [8]: ita nec præſcriptione illud effici poterit. Item cùm vterque poſsideat, quo modo præſcriptio poteſt procedere pendente communione? quod & Bartolus [9], & Baldus [10] probant. Quòd autem lege prohibemur [11] poſt triginta annos iudicia quæcunque ſiue familiæ erciſcundæ, ſiue communi diuidundo intendere, habet locum quando non poſſedimus: & ita interpretatur Baldus [12], & verum eſt. Sed hîc quæri commodè poſsit, quomodo inter fratres fiat diuiſio: & retulit Iaſon ferè omnes ſecutus [13], ſorte rem expediendam eſſe, & partes ſortitione aſsignandas [14]. Sed tamen rectius opinor ſecundum Guidonem pap. [15] dixerimus antiquiorem fratrum diuidere debere, & minorem eligere [16]: quod & Aemilius Ferretus reſpondit [17]. Nec verò hîc omittẽdum eſt in licitationibus & adiudicationibus quæ fiunt inter hæredes, aut communium rerum ſocios, laudemia & cætera quæ honoris cauſa pendi ſolent, non deberi. Itaque ſi res mihi & tibi communis, tota mihi adiudicatur, nihil omnino ei qui directus dominus eſt debetur: neceſſaria enim emptio eſt; & ita CVRIAE Pariſienſi placuit [18], & Bartolo videtur [19].

Præſcriptio in hoc iudicio quãdo incipiat.

Quomodo facienda ſit diuiſio.

In diuiſione laudemia non debentur.

PLANE AD OFFICIVM. L. III.

BONORVM appellatio tria continet: mobilia, immobilia, & nomina [20]: quod & alibi dictum eſt [21]. In mobilibus

Triplex bonorũ appellatio.

& im

---

1 *lib. ij. diſpunc. cap. vj.*
2 *in l. quinq; pedũ. C. eo.*
3 *lib. j. de legib.*
4 *d. l. quinque pedum.*
5 *l. viam publicã. de via pub. infra. not. Bart. & alij in l. cùm notiſsimi. de præſcri. xxx. vel xl.*
6 *lib. xxv. cap. iiij. de honeſt. diſcip.*
7 *in l. j. eo.*
8 *l. nulla ſocietatis. infra. pro ſoc.*
9 *in l. j. de annal. excep. C.*
10 *in l. vlt. ad fi. C. eo.*
11 *l. j. §. adhæc. de ann. excep. Iaſ. in l. ſi non ſortẽ. §. ſi centũ. infrà. de cõd. indeb.*
12 *d. l. vlt. C. eo.*
13 *in l. iij. Comm. de legat. C.*
14 *per l. ij. quãdo & quib. quar. pars hær. deb.*
15 *q. cclxxxix. in deciſ.*
16 *per tex. in c. 4 de paroch.*
17 *Conſil. 4.*
18 *anno. 1538. die Mercurij ante Paſcha.*
19 *in l. & ideo. infrà. de cond. fur.*
20 *l. à Diuo Pio. §. in venditione. infra. de re iud.*
21 *l. quam Tuberonis. infrà. de pecul.*

Mobilia & immobilia per iudicem. Nomina ipſo iure per hæredes diuiduntur.

& immobilibus diuidendis iudicis facto opus eſt, ſi aliâs inter cohæredes non poteſt conuenire [1]. At nomina ipſo iure diuiduntur ex lege xij. Tab. idque pro hæreditariis portionibus [2]. Et quamuis vtilitatis gratia iudex ſingulis pro ſolido debita & credita poſsit attribuere, per hûc textum, quòd partium exactio ſoleat incommoditatem afferre, vt & infra dicetur [3]: hoc tamen inter ipſos cohæredes tantùm obſeruabitur [4]: at creditoribus talis diuiſio nihil nocebit, quin ſit illis integrum cum ſingulis experiundi pro partibus hæreditatis: quod tam in diuiſione per iudicem, quàm extra iudicium facta, rectiùs dicitur [5].

Inter inſtitutum in mobilibus & aliũ inſtitutum in immobilibus quomodo æs alienũ diuidatur.

Sed eleganter quæſitum eſt, de his hæredibus quorum alter in mobilibus, vel alia re certa, alter in immobilibus aut alia quapiam re inſtitutus eſt: quomodo diuiſio æris alieni inter eos fiat. Et melius eſt, vt diuiſio æris æqualiter fiat, licet vnius pars alterius parte multò ſit ſuperior. quàm æquitatẽ in iis quorum alter in Italicis, alter Prouincialibus rebus erat inſtitutus, Vlpianus probat [6]. quod tamen in teſtamento militis non habet locum: quia enim is iure ſpeciali habere dicitur diuerſa patrimonia, vnum Caſtrenſium rerum, aliud vrbanarum: inter inſtitutum in vrbanis rebus, & inſtitutum in caſtrenſibus fiet æris diuiſio eiuſmodi, vt caſtrenſia debita ſolus inſtitutus in caſtrenſibus, vrbana alius agnoſcat [7]. Quanquam Gulielmus de Cuno in propoſita ſpecie, nempe in inſtitutis mobilium & immobilium, exiſtimârit pro rata patrimonij æs alienum diuidendum eſſe [8].

SI HAERES. L. VII.

Victoria & pactũ vnius hæredis an cæteris proſit.

AN Victoria, vel pactum hæredis vnius proſit reliquis, & an pactum falſi hæredis vero proficiat, ſuprà relatum eſt [9].

ITEM PRAEDIA. L. X.

Prædium emphyteuticũ an diuidi poſsit ſine authoritate domini

PRAEDIA Vectigalia rectè diuiduntur, nec ad iſtam diuiſionem domini authoritatem lex requirit: licet enim diuiſio alienationis nomine dignetur [10]: hoc tamen caſu, quod aliâs alienari non poteſt [11], rectè diuiditur: ſic res litigioſa, quæ alienari [12], aut pignori dari nõ poteſt [13], rectè diuidetur inter hæredes, aut ſocios [14]. Cùm igitur emphyteutæ fundũ vectigalẽ diuiſerint, vt requirendus dominus non eſt, ita nec quicquam illi pro laudemio & cæteris rebus quæ honoris cauſa dantur, debebitur [15].

Feudum.

Sic & vaſallus feudum diuidere poteſt, nec per diuiſionem in commiſſum cadet, niſi eſſet ducatus, comitatus, aut marchionatus [16]. Sed quanquam fundum vectigalem, aut emphyteuticum diuidi dixerimus, melius tamen faceret iudex, ſi ab eius diuiſione abſtineret, ne præſtatio vectigalis confundatur [17]. Vni igitur adiudicabit, cæteris condemnatione facta.

SED ET SI VSVCAPIO. L. XIIII.

HVNC Textum citauimus in l. ſi poſt acceptum. ſuprà de rei vindicat.

HIS CONSEQVENTER. L. XVIII.

Hęres cohęredi non obiicit indignitatem, ſed fiſcus.

NOTA Hæredem non poſſe indignitatem obiicere cohæredi. non enim illius intereſt, ſed fiſci, cui ablatum ab indigno applicari ſolet [18].

1 l. j. & ij. ſupra eod.
2 l. ea quæ. C. eo. l. j. ſi cert. pe. C. l. pro hæreditariis. C. de hæred. act. in l. hæredes. infra eod.
3 l. quidam exiſtimauerunt. infrà ſi cer. pet.
4 l. epiſtola. §. j. de pact. ſuprà. l. licet. C. fam. erciſ.
5 vt hic. & l. pacto cohæredum. C. de pact.
6 l. ex facto. §. cùm hæc ita ſint. de hæred. inſtit.
7 l. hæredes. §. j. infra eo. l. ſi certarum. §. j. & ibi Bar. de mil. teſt.
8 in l. hinc quæri. de pecul. vide Alex. conſ. xcij. & conſ. cxj. volu. iiij.
9 in l. ſi cùm emptore. §. cùm poſſeſſor. de pact.
10 c. nulli. de reb. eccl. non alien.
11 l. vlt. de iur. emphy.
12 l. quicunque. de litig. C.
13 l. j. §. vlt. quæ res pig. vel hypoth. infrà.
14 l. vlt. ad fi. C. de litig.
15 Bar. in l. & ideo. de cõd. furt.
16 c. Imperialem. §. præterea. de prob. feu. alien. per Fed.
17 l. communi diuidundo. infrà. Com. diuid.
18 l. Papinianus. §. meminiſſe. de inoff. teſt. ſuprà, & ibi not.

SI FILIA. L. XX.

Vt familiæ erciſcundæ iudicio agi poſſit, conferendũ eſt. *Dos quando conferatur.* *Pecunia ſine vſuris confertur.*

NOTA Ad iudicium familiæ erciſcundæ intendendum collatione opus eſſe. Ideo filia quæ bona defuncti patris vult cum reliquis fratribus diuidere, conferre debet, vel dotẽ reponendo, vel minus accipiendo [1]: quod ita locum habet, ſi vir illius locuples eſt à quo facile poſſit dotem ſeruare, vel ſi ſaltem illa fuerit in culpa quòd ab eo ad inopiam tendente, dotem non exegerit. Nam ſi illi non eſſet dos ſalua, ad collationem non teneretur [2]. idem ſi teſtator collationem prohibuiſſet [3]. In cõferenda autem dote placuit CVRIAE Pariſiẽſi [4] filiam, dotalem quidem pecuniam non etiam vſuras conferre debere. Et quanquam iure ciuili multi ſint caſus, in quibus nõ ſit collatio, vt in donatione ſimplici, quæ filio in poteſtate fit [5]; tamẽ hoc iure in Gallia vtimur, vt nemini liceat familiæ erciſcundæ iudicium intendere, niſi conferendo quod quocunque titulo ad ſe ex bonis defuncti peruenit. Conferet autem hæres cohæredi, rem quam accepit in ſpecie, nec ſufficeret æſtimationẽ conferre, quod & decreto CVRIAE Pariſienſis extat iudicatum [6]. Si tamen hæres fundum vel rem collationi ſubiectam alienaſſet, nec in ſpecie conferre poſſet, ſatis eſſe æſtimationem conferre, facta reputatione temporis quo collatiò petitur, eadem CVRIA cenſuit [7]. Qui autem hæreditatem repudiat, à lege ad collationem nõ vrgetur [8]. Sed an eius quod retinuit, hæreditate refutata, euictionis actionem in hæredes habeat, infrà dicetur [9].

Species conferenda non æſtimatio. *Repudians hæreditatem collationi nõ illigatur.*

1 l. dotis. C. de collat.
2 Auth. quod locum. de collat. C.
3 Auth. ex teſtamento. de collat. C.
4 xij. Cal. Septemb. anno 1546.
5 l. pe. de collat. C. & doct. poſt glo. in d. auth. ex teſtamento.
6 x. Cal. Ianuar. an. 1524.
7 iij. Cal. Mart. ann. 1551. adde quod dicitur in l. ex parte. §. j. infra eod.
8 l. vlt. de coll. dot. infrà. l. ex cauſa. C. famil. ercis.
9 l. creditor fundum. §. filia. infrà de act. empt.

Quod quis titulo oneroſo accepit nõ confert. *Actiones hæredũ hodie nõ confunduntur.*

§. SI FILIVSFAMILIAS. Quæ ſuprà de collatione facienda relata ſunt, locum non habent, ſi filio, filiæ vel alteri diuiſionem petenti, teſtator aliquid nomine debiti dediſſet. Ideoq; ſi pater meus vxoris meæ nomine dotẽ mihi dederit, ad eam conferendam non tenebor, vt hîc: hunc enim accipio, vt creditor, & ex cauſa non lucratiua [10]. quòd ſi eam non abſtulero à patre viuo, debebo illam in diuidenda hæreditate præcipere, vt hîc dicitur [11]. Quod & hodie ſine dubitatione eſt: cùm iure nouo [12] actiones quas contra defunctum hæredes habent, non confundantur, ſed ſimiles in eo reliquis creditoribus hæredes ſint, ſi modo inuentarium confecerint.

10 l. ex promiſſione. de act. & oblig.
11 & infra ead. l. §. idem ſcribit.
12 l. ſcimus. §. in computatione. de iure delib. C.

Pater diuidit hæreditatẽ inter filios in nõ ſolenni teſtamento.

§. SI PATER. Poteſt pater diuidere inter liberos bona ſua & diuiſio eiuſmodi etiam in teſtamento minus ſolenni facta, valet quoad filios, non quoad cæteros [13]. Sed tamen teſtamentum completum eſſe oportet, quantum ad voluntatem pertinet [14], licet ſolemnitas deficiat. Ideo ſi teſtator habens duos filios, dum id agit, vt inter eos hæreditatem diuidat, ita dicit: *Lego tale prædium filio meo*, & poſt hæc verba obmutuit, in diuiſione facienda filius id prædiũ præcipuum non habebit. quod & Bal. notat [15]. Quod enim dicitur iudicẽ ſuper hæreditate diuidẽda acceptũ, ſeruare debere voluntatem patris qui inter filios voluit diuidere [16]: æquitatẽ habet, ſi perfecta eſt illius volũtas [17]. ſi tamen omnia inter liberos diuiſiſſet, quamquam forſitan de nonnullis aliis rebus loqui volens

13 l. vlt. C. fami. erciſcund. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. de teſta.
14 l. ſi quis eum. de teſtamen. infrà.
15 l. vlt. C. eod.
16 l. filij. & l. quotus. C. famil. ercis.
17 d. l. ſi quis eum. & Bar. in d. l. vlti.

lens

lens morbo ſit oppreſſus, valebit opinor illa diuiſio, per hūc text. & ita potes cum Bartolo Panormitanum conciliar, qui voluit [1], teſtamentum inter liberos & ad pias cauſas qualecunque ſit, valere, ſiue deficiat in ſolemnitate, ſiue nō ſit perfectum. His adde quòd cùm diuiſio facta eſt inter viuos, ſeruanda erit, vt hîc: & ſi qua indiuiſa reſtiterūt, hoc iudicio poſt mortem diuidentur [2].

1 *c.j. de ſucceſſio. ab inteſtat. extrà.*
2 *l. quæ pater. §. infra eod.*

§. Item Papinianvs. Maritus vnū ex hæredibus dotem ſoluere iuſſit vxori: ſi mulier aduerſus omnes hęredes de dote conſiſtat, is cui id onus impoſitum eſt, vt dotem ſolueret, reliquos debebit defendere [3]. Nec diſsimilis ſpecies relata eſt [4] de teſtatore, qui vxori in compenſationem dotis legatum dedit ab vno ex pluribus hæredibus: ſi enim mulier malit dotem quàm legatum, dos erit ſoluenda ab illo qui legatum ſoluere debuiſſet. Quòd ſi legatum eſt ab omnibus hæredibus vxori, in id vt dotem compenſet, aut ſi nolit legatum, ab vno hærede dotem recipiat: ſi mulier nolit legatum & malit dotem, eleganter dicitur legatum ad eum hæredem pertinere, qui dotem ſoluere iuſſus eſt.

Qui iuſſus eſt æs alienum diſſoluere reliquos hæredes defendere debet.

3 *per hunc text.*
4 *l. cùm ab vno. de lega. ij.*

Haeredes. L. xxv.

§. Si miles. Hic text. intellectum & rationem habet in militie, qui duplicis generis patrimonium habere poteſt: vnde vnumquodque patrimonium habet annexum ſibi æs alienum ſuum [5]. Inter Paganos autem vix eſt, vt vnius duo patrimonia ſint [6]. Ideóque in paganis quanquam vnus rerum Italicarum, alter prouincialium hæres ſit nuncupatus, ex æquo tamen æri alieno tenentur [7], quod & ſuprà poſuimus [8]. Quòd autem hîc dicitur familiæ erciſcundæ iudicium ceſſare, cum omnia ſunt in nominibus, rationem habet: nomina enim miniſterio iudicis non egent, cum ipſo iure ex lege xij. Tabularum ſint diuiſa [9], vt & ſuprà dictum eſt [10]. Ex quo & illud rectè placuit, vt vno ex hæredibus paupere effecto, alter ad eius partem à creditore conueniri non poſſit [11], facta enim diuiſione inter debitores, improbè vnus propter alterius inopiam conuenitur, vt in fideiuſſoribus dicitur [12], inter quos tamen ante diuiſionem, qui locuples eſt, alio facto non ſoluendo, tenetur [13]: nec enim epiſtola diui Adriani inter eos ipſo iure diuiſionem inducit [14]. His adiungitur, quòd cùm hæredes hypothecaria ex perſona defuncti conueniuntur, teneri, alio facto paupere: hypothecaria enim inſolidum eſt [15]: quod & alibi dictum eſt [16]. Hinc glo. canonica [17] effici credidit pro vſuris reſtituendis hæredes inſolidū conueniri, & diſtringi. Quod tamen neque Panormitanus neque recentiores probant [18]. Nullo enim iure hypothecam in bonis vſurarii creari, proditum accepimus. Datur & caſus quo vnus ex hæredibus ob alium non ſoluentem oneratur, nempe cùm pœna appoſita eſt [19].

Vnius duo nō ſunt patrimonia.

Vno ex hæredibus paupere effecto, alter non tenetur.

Hypothecaria inſolidum eſt.

Bona vſurarij an hypothecata pro vſuris.

5 *l. ſi certarum. §. j. infrà de teſta. milit.*
6 *l. iuriſperitos. §. j. infrà de excu. tut. & ibi Bar.*
7 *l. ex facto. §. j. infrà de hæredib. inſti.*
8 *l. planè. ſuprà eod.*
9 *l. ea quæ in nominibus. C. eod.*
10 *l. planè. eod.*
11 *l. legatorum. de leg. ij.*
12 *l. inter eos. §. pen. de fideiuſſ. infrà.*
13 *Auth. præſente. de fideiuſſ. C.*
14 *l. inter fideiuſſores. de fideiuſſ. infrà.*
15 *l. ij. C. ſi vnus ex plurib. hæred.*
16 *l. ſi poſſeſſor. de rei vin.*
17 *in c. tua. de vſur. ext.*
18 *d. c. tua nob.*
19 *infra eod. l. §. idē iuris.*

In indiuiduis familiæ erciſcundæ iudicio non eſt opus.

§. AN EA STIPVLATIO. Quæ dicta ſunt [1] de diuiſione facienda in hæreditate defuncti, per iudicium familiæ erciſcundæ, locum non habent in ſtipulationibus earum rerum quæ diuiſionem non recipiunt: vt ſi quis ſtipulatur viam, actum, & res ſimiles: hæredibus enim ſtipulatoris inſolidum actio eſt, & contrà in hæredes promiſſoris inſolidum agetur. Sed & hîc [2] incidit quæſtio, de qua valde addubitatũ eſt. Quidam promiſit neque per ſe, neq; per hęredem ſuum fieri quominus ire alteri liceat, ſi contrà fiat per vnum ex hæredibus promiſſoris, an obligentur omnes inſolidum: quod verum eſſe euidenter hîc arguitur, dum dicitur, *vno prohibente, inſolidum committitur ſtipulatio*: quod ita verũ eſſe Alciatus putat [3], ſi hæredis mentio ſit facta: quo caſu noua cenſetur ab hæredibus promiſsio facta: magíſque ab hæredibus incipere, quàm à defuncto manaſſe iudicatur [4]. At ſi nulla mentione hæredis facta, per ſe non fieri promittit, vno hæredum contrà faciẽte, ꝓ partibus hæreditatis ſtipulatio cõmittitur [5]: & ita Alciatus ea quæ cõmuniter ab omnibus dicebãtur [6] tẽperauit. Reliqua de ſtipulationibus diuiduis & indiuiduis aptius dicentur in l. ij. §. j. & ſe. de ver. ob. Et nota hîc pœnã dationi adiectã nõ poſſe niſi inſolidũ cõmitti [7]: quòd ſi adiicitur facto, diſtingui ſolet in factis diuiduis & indiuiduis [8]. Sed & hoc alibi dictũ eſt [9].

Promiſsio neque per ſe, neque per hæredem ſuum.

1 *in l. planè. ſuprà eo.*
2 *§. item ſtipulatio.*
3 *lib. j. parad. cap. xiij.*
4 *l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. & ibi Bart. de verb oblig. l. repeti. & ibi gl. in prin. quib. mod. vſufr. amitt.*
5 *l. iiij. § Cato. de ver. obl.*
6 *d. §. Cato.*
7 *vt hîc: & l. v. de verb. oblig.*
8 *§. Cato.*
9 *l. ſi ſeruus. § j. ſuprà. ſi quis caut.*
10 *non idcirco. de ind. l. ſi cum vno. ſi ex nox. cauſ. ag.*

IN HOC IVDICIO. L. XXVII.

AN Res iudicata pro parte valere poſsit alibi dictũ eſt [10].

SI PIGNORI. L. XXIX.

HAEC Lex propter breuitatem ſubobſcurior eſt. Agitur autem de re pignori defuncto data, an in iudiciũ familiæ erciſcundæ veniat: quod certè dubitationem non habet: nam omnia quæ in hæreditate reperiuntur, licet hæreditaria non ſint, in hoc iudicium veniunt: modò periculum ad hæredes ſpectet. Vnde depoſitæ, commodatæ, & pignoratæ res hoc iudicio continebuntur [11]. is verò cui res pignorata adiudicabitur, cæteris damnari debebit pro parte pretij, quo pignus eſt obſignatũ, non autẽ pro parte æſtimationis rei [12]. Nec verò ei cui pars nominis datur, cauere tenebitur is cui pignus adiudicatũ eſt, de indemnitate aduerſus debitorẽ qui pignus obligauit, quíq; luendo poteſt aduerſus omnes hæredes pigneratitia conſiſtere. Similis enim eſt is cui pignus adiudicatum eſt cæteris cõpenſatione facta, illi qui cũ à ſe per hypothecariam peteretur res, æſtimationẽ volenti præſtitit: in quo receptum eſt, vt ei cui æſtimationẽ ſoluit, cauere non cogatur, ſed ab illo omnino abſoluatur. Sic qui pignus adiudicatum ſibi tenet, ei cui ad debiti partem condemnatus eſt, cauere nõ tenebitur, vt hîc [13]. & hæc interpretatio ex litera neceſſariò capienda eſt, licet glo. contrà velit. Non enim ſenſus nobilior, ſed literæ intellectus diſquirendus eſt. Plus etiam is cui pignus adiudicatum eſt, in eo à lege adiuuatur, vt rem domino vindicanti reſtituere nõ cogatur, niſi receptis iis omnibus quæ pro re illa pependit [14]. Item ſi dominus qui & debitor eſt, agat vt pignus recipiat, non cogetur is cui pignus adiudicatũ eſt, pignus reſtituere, niſi in vniuerſum debitor luat [15]: nã niſi vniuerſum debitũ offeratur, pignus nõ dimittitur [16]. debet igitur à debitore

Pignus & depoſitum in hoc iudicium veniunt.

11 *l. & non tantùm. de pet. hær.*
12 *l. communi diuidundo. § inter eos. infrà comm. diuid.*
13 *in verb. ne cauere.*
14 *ibi, vt & is qui. & l. ſi creditor infrà de pig. act.*
15 *in verb. contra quoque.*
16 *l. ſi neceſſarias. §. ſi vnus. infrà de pig. act. l. hæredes. §. idem iuris. ſuprà eod.*

repr

Creditori id omne quod pro pignore impédit ſarci ri debet.

Animoſa licitatio.

repræſentari ei cui pignus adiudicatū erat, id omne qđ iuſſus eſt dare per licitatione, aut adiudicatione: neceſsitate enim & iudicio (quod in inuitū redditur [1]) id præſtitit. Planè ſi animoſè iſte cohæres eſſet licitatus, iniuſtè reputationē eorū deſyderabit, quæ propter immodicā affectionē dedit [2]. res enim non affectu ſingulorum, ſed cōmuniter funguntur [3]. At iuſtè eius ratio habebitur, quod creditor neceſſariò & vtiliter expenderit [4]. Et hæc in licitante & eo cui adiudicatio facta eſt, locum habent. At nō idem in eo qui à cohæredibus emit partem prædij pignori dati, hoc eſt partem iuris pignoris: quia enim voluntate contraxit, ideo non totum quod dedit auferet à debitore, ſed id tantùm reputabit, quod iuſtum pretium eſt [5].

Qvae pater inter filios. L. xxxii.

HANC l. citamus. ſuprà in l. ſi filia. §. ſi pater. eod.

Si paterfamilias. L. xxxiii.

Res legata ab hærede luenda.

SI res pignori data Mæuio, legetur mihi, hæredes luere debent [6]. Ita ſi paterfamilias, dum inter hæredes diuiſionem vult facere, ſingulis ſingula legat, quod ex eis legatis pignori tenebitur, de communi luendum erit, per hunc tex. Ex quo nō id effici volumus, vt in diuiſione facta per teſtatorem euictio locum habeat: expeditum eſt enim in ea non eſſe euictionē [7], niſi modo exceptionis [8]: quod tamen temperabis vt infrà dicemus [9]: & hanc ſentētiam Bartol. probat [10]. Nec mutat quod. hîc dicitur: neque enim negandum eſt, quin ſi res euincatur ab vno ex hæredibus, ob id quod cæteri illam non luerint, illi eo caſu de euictione obligati ſint.

In diuiſione per teſtatorem facta non eſt euictioni locus.

Pomponivs philadelphvs. L. xxxiiii.

Donatio inter patrē & filium quando confirmat.

CONSTITIT patrem filio quem in poteſtate habet, donare non poſſe [11]: quod tamen in cauſa dotis ſpeciali iure non procedit, vt hîc [12]: & hoc eò vſque perduci placuit, vt donatio nihilominus ſubſiſtat, etiam ſi matrimonium non ſequatur [13]: quod Alexandro videtur [14]. Item filio ob bene merita pater iure permittente donat [15]: nā prohibita donatione, non ideo cenſetur inhiberi remuneratio [16]. non tamen præſumuntur benefacta & merita, niſi probentur [17]: quia enim donatio ꝓhibetur ſuſpicio eſt colorē quæſitū ex meritis [18]. Itē quàquā non valeat donatio patris in filium in poteſtate, tamen morte vel emancipatione cōfirmatur [19], ſi tamē traditio facta eſt [20]. Et quemadmodum dicimus patrem filio donare nō poſſe, ita nec frater alteri fratri donare poteſt, cùm vterque in vnius poteſtate ſunt: neque enim frater poteſt donare niſi res patris donet, & ſic perinde eſt atque ſi pater donaret: itaque ſola naturalis obligatio oritur [21].

Frater fratri non donat ſi vterque in poteſtate eſt.

Cvm pvtarem. L. xxxvi. cvm l. seq.

In iudicijs enūtiatiua verba nō diſponunt.

QVI accipit iudicium cum eo quem hæredem putat, qui hæres non eſt, non tamen eum hæredem confitetur [22]. vulgo enim proditum eſt, verba enūtiatiua in iudiciis diſpoſitionem non facere [23]: ſi tamen ſequatur ſententia, & inuicem cōdemnationes & adiudicationes ſint factæ, repetitio non eſt, vt hîc.

1 *l. inter ſtipulantem. §. j. de verb. oblig. infrà.*
2 *ibi, niſi obiiciatur.*
3 *l. pretia. ad leg. Falc. l. ſi ſeruum meum. ſuprà ad leg. Aquil.*
4 *vt hic ad fin. quia quod creditor. & l. ſi neceſſarias. de pig. act. l. in ſumma. de pignor.*
5 *per hunc tex. in ver. non idem. facit. l. item ſi verberatum. §. j. infrà de rei vindic.*
6 *l. ſi res. de leg. j. infrà. & l. rem pignori. ſupra eod.*
7 *tex. in l. ex parte. §. vlti. infra eod.*
8 *l. cùm pater. §. euictis. de leg. ij. infrà.*
9 *l. ſi cùm venditor. §. vlt. de euict.*
10 *l. qui Romæ. §. vlt. in fi. de verb. oblig.*
11 *l. j. §. j. infrà pro donat. l. ij. de inoffi. donat. C.*
12 *& l. ſi eum dot. in prin. infrà ſolut. mat.*
13 *l. ſi extraneus. ad fin. de cond. cau. data.*
14 *d. l. ſi eum dotem.*
15 *Bar. in l. j. §. j. pro donat. tex. in l. ſi fortè. de caſtr. pecul.*
16 *l. quod autem. §. ſi vir. infrà de dona. inter vir.*
17 *gloſ. in l. ſi donatione. de colla. C. Bar. in d. l. j. §. j. pro dona.*
18 *l. qui teſtamētum. in fi. infrà de prob. l. cū quis. §. pen. de leg. iij.*
19 *l. filiæ. C. eod. & l. donationes. de dona. inter vi. & vxo.*
20 *l. Papinianus. infrà de donat. inter vir. l. ij. C. ſi quis alter. vel ſib. & ibi Bart. & Bal. in d. l. ij. de inoff. donat.*
21 *l. frater à fratre. & ibi Iaſ. iiij. notab. de condic. indeb.*
22 *l. qui familiæ. infra eod.*
23 *Bar. in l. ex ea. in fi. de donat.*

nunquam enim ex cauſa iudicati ſolutũ, repetitur [1]. Cui conſequens eſt, vt ſi diuiſio extra iudicium facta eſſet, repetitio quoque ſit [2]: nec ex tali diuiſione titulus ad vſucapiẽdum acquiratur [3]. at in diuiſione per iudicem facta, contra [4]. Planè ſi diuiſio per iudicem facta eſt non inſpectis tabulis teſtamenti, ex ea tamen erit condictio [5]. Item ſi teſtamentum oſtenſum eſt & viſum, ſed falſi arguitur, omnia in priſtinum ſtatum per reſtitutionem reponentur [6] & ceſſabit iſta lex.

Solutũ authoritate iudicati non repetitur.

Ex parte haeres. L. xxxix.

QVOD pro omnibus factum eſt, ab omnibus ſarciri debet [7]: itaque quod vnus præſtitit in cauſa cõmuni, ab aliis ſeruat per hoc iudicium [8]: & ſi vnus ex hæredibus litem, quam omnes cohæredes patiebantur, defendit, plerunque credimus communi nomine factam eſſe expenſam [9]: ideóque eam cæteris reputabit [10], niſi nõ amplius in litẽ expendit, quã expẽſurus eſſet pro ſe ſolo, per hũc tex. Sed tamen in dubio præſumimus magis expendiſſe agentem pro omnibus, quàm ſi pro ſe ſolo egiſſet, ſecũd. Bar. hîc, quod æquum eſt. Sed & aliâs quæſitum ſcio, Mæuius nomine ſuo & Caius duorum pupillorum nomine quæſtionem cuidam mouerunt, & condemnati ſunt; vtrum in expenſis agnoſcendis tres partes fiant, an vero duæ, quod magis placuit, idq́ue Placito CVRIAE Pariſienſis decretũ eſt in propoſita ſpecie [11], cùm duo pupilli duos trientes haberent in re controuerſa, & Mæuius vnum trientem [12].

Expenſę communi nomine factę ab omnibus ſarciendæ.

Expẽſę litium

§. INTESTATO. De collatione facienda iis qui iudicio familiæ erciſcundæ experiri volunt, ſuprà tetigimus [13], quibus iungitur hoc reſponſum. Ex quo opinor potes cõſuetudinem quę in Gallia plurima eſt, tẽperare: in ea cauetur, vt nemo ſiue ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato alicui ſit hæres cum cæteris, niſi conferendo. Si tamen teſtator diuiſiſſet inter filium & filiã bona, & longè amplius filio contuliſſet quàm filiæ, quòd ea aliâs dotem accepiſſet, videtur non abſurdè defendi poſſe filiæ non eſſe neceſſe dotem conferre, per hunc textum.

Caſus quo collatio ceſſat.

§. FILIVS. Si fratres in communione rerum hæreditariarum perſtant, non tamen ideo ſocij dicuntur: vnde fit vt quod æs alienum vnus contraxerit, ab alio non ſit luendũ, per hunc textum [14]: & ſi vnus fundum emerit, alteri communicare nõ cogetur [15]. Planè ſi illi ſimul mercaturã exercerent, videtur quodammodo ſocietas contracta inter eos, eorum videlicet quæ ex quæſtu proficiſcuntur [16]: quod ita admittit Bartolus [17], ſi maiores ſint ambo: ſi enim alter minor eſſet, nec tacitè, nec expreſſè ſocietas ſubſiſtit, niſi tutor authoritatem accommodet [18].

Fratres ſimul habitantes an dicantur ſocij.

§. PATER. Ex hoc text. ſatis euincitur, quòd aliâs [19] ex opinione Bartoli [20] confirmauimus, in diuiſione à patre facta locum euictioni non eſſe, quod nota.

Qvaedam mvlier. L. xli.

QVIN iudici qui de appellatione cognoſcit, liceat ſententiam in parte confirmare, in parte infirmare, nemo dubitat [21]. Sed & illud ex facto quæſitum eſt: quidam à taxatione & æſtimatioue expenſarum appellauit: in quibuſdam capitibus taxationis iuſta prouocatio, in quibuſdã fruſtratoria iudicata

Iudex appellatus ſententiam ex parte poteſt confirmare.

1 l. j. C. de cond. ind. & l. eleganter §. j. de cond. ind.
2 vt hîc in fin. & l. ſi poſt diuiſionem. de in. & ſa. ignor. C.
3 l. cùm ſolus. de vſucap.
4 l. ſi per errorẽ. de vſuca. vide fusè Bal. in l. j. com. mu. vtr. iud. C.
5 l. de his. ſuprà de trãſa. l. j. quemad. teſta. aper.
6 l. diuus. de re iud. infrà. & l. j. C. ſi ex fal. inſtru.
7 l. j. infrà ad leg. Rhod.
8 l. hæredes. §. ſi vnus. ſupra eod.
9 l. ſed etſi. §. adeo. de pet. hæred. C.
10 l. iiij. §. ſed etſi. ſuprà fini. regund.
11 menſe Nouembri, anno 1534.
12 fac. l. ſi fundus. ad fin. de cond. & demõ. infrà.
13 l. filia. eod.
14 fac. l. cùm duobus. §. itẽ Papinianus. pro ſoc.
15 c. ſi duo. §. j. de fratr. de nou. benefi. inueſt. in vſi. fen. Iaſ. in l. ij. C. de furt.
16 l. coiri. infrà pro ſoc.
17 in l. ſi patruus. C. cõmu. vtr. iud. in fi.
18 l. vt in conductionibus. infrà pro ſoc. Bal. in d. l. ſi patruus.
19 in l. ſi paterfa. ſuprà eod.
20 in l. qui Romæ. infrà de verb. oblig.
21 per hunc tex. & l. vlt. de iure patro. infrà.

dicata eſt, quæro an toties multam fruſtratoriæ appellationis pendere debeat,quot reperiuntur capita,à quibus malè & peperam appellatum eſt. Et extat CVRIAE Pariſienſis placitum [1], quo vnam & alteram tantùm multam pendi debere pronuntiatum eſt.

1 *Pridie Idus Iunij, anno 1499.*

SI FAMILIAE. L. XLVIII.

Quando per vnum procuratoré plures litigare debeant.

PERTINET ad ea quæ ſcripta ſunt in l.ſi quis cum procuratorio.§.vnius.ſuprà de procur. vbi habes quando plures per vnum procuratorem litigare debeant.

QVI ERAT HAERES. L. XLIX.

AN procurator,executor,creditor & ſimiles, de euictione teneantur, & an ſi promiſerint ,ex promiſſione conueniri poſſint,ex his quæ infrà diximus reſponſum eſt [2]. Reliqua vide in l.Plautius.ſuprà de procur.

2 *in l.ſi pignora. de euict.*

QVAE PATER. L. L.

Filius an teneatur conferre quæ habuit à patre.

Militia ſiue dignitas an à filio ſit conferenda.

ISTA lex de genere eorum eſt quæ ſuperius annotata ſunt [3], vt enim quæ pater piè in filium contulit,nõ reputat [4], ita mortuo patre ea filius non cogetur conferre [5]. Sed vtrunque non procedit,ſi pater penes ſe habuiſſet bona ad filiũ pertinentia:de his enim bonis filij,expenſæ potius factæ iudicantur,quàm de bonis patris [6]. Sed quæſitum eſt an id quod nomine dignitatis aut militiæ pater filio erogauit, conferri à filio debeat.In quo ferè placuit eam militiam,quæ neque vẽdi poteſt,neque ad hæredes trãſit, non cõferri [7], nec in legitimam imputari:quod & Bartolus [8], & Baldus [9] tenent. quòd ſi talis militia & dignitas vendi poteſt,licet ad hæredes non tranſeat, conferetur,& in legitimam cedet [10]:vt & multis authoritatibus CVRIAE Pariſienſis comprobatum eſt. Idem planè eſt, ſi è diuerſo res à patre empta ad hæredes tranſiret, ſed vendi non poſſet,vt in feudo & emphyteuſi: nam talia conferri debebunt:ſufficit enim ad collationis neceſsitatem,rem quæ data eſt,aut vendi,aut ad hæredes tranſmitti poſſe [11].

3 *l.Neſennius.de nego.ge.*
4 *l. alimenta.l.ſi paterno. de neg.geſt.*
5 *per hunc tex. & l.filia. C.eodem.*
6 *d.l.Neſennius.l.vlt. de pet. hære.ſuprà. ſcripſimus in l.Neſennius. de neg.geſt.ſuprà.*
7 *l.j.§. nec caſtrenſe. de colla.bon. l.filia.§.idem ſcribit.ſuprà eod.*
8 *in d.§.nec caſtrenſe.*
9 *in l.omnimodo.§.imputari.C.de inoff.teſt.j.col.*
10 *d.§.imputari.*
11 *per tex.in d.§.imputari. & Barto.in d.§.nec caſtrenſe.*

FVNDVS. L. LI.

Litera explicata.

Mala-fides nõ obeſt repetenti expenſas rei melioris factę.

VXOREM Mæuiam duco,pro qua in dotẽ datur fundus dotalis patri meo,qui quia onera matrimonij ſuſtinet,licitè fructus ſuos facit, oneribus enim illis inſeruiunt [12]: ſed defuncto patre meo quæritur quomodo, & cum qua cauſa fundus mihi ſit reſtituendus à cohæredibus meis : & magis eſt vt poſt litem conteſtatam omnes mihi fructus debeantur : tum enim in mora eſſe incipiunt hæredes, & in mala-fide [13]. ſed mala-fides non obeſt,quin impenſarum ratio habeatur, ſi modo eæ ad rem meliorem reddendam factæ ſunt : de quo fuſius aliàs dictum eſt [14]. Fructuum autem reſtitutio à quo tempore incipiat infrà dicemus tam in contractibus [15], quàm in legatis & fideicommiſsis [16].

12 *l.pro oneribus.C.de iure dotium.*
13 *l.certum.de rei vind.C.*
14 *l.in fundo.ſuprà de rei vind.*
15 *l.cum fundus.ſi cer.pet. & l. videamus.ij.de vſur.infrà.*
16 *l. in fideicommiſſi. de vſur.*

Communi diuidundo.

COMMVNI DIVIDVNDO. L. VII.

Vectigalis fundus an poſſit diuidi.

NOTA vectigalem fundum nõ diuidi, quod verum eſt, ſi iudici id expedire viſum fuerit: aliâs enim poſſet diuidi, vt ſuprà annotauimus[1]. Quòd autem quærit gl. cùm duo ſunt emphyteutæ hæredes, & vnus alio ceſſante ſoluit, an tota res in commiſſum cadat, alibi tetigimus[2].

Creditor pignoratitius ad diuiſionẽ prouocatur.

§. SI DEBITOR COMMVNIS. Creditor cui pignori res data eſt, quandiu pignori incumbit ad diuiſionem rectè prouocatur: & poteſt res creditori adiudicari tota vel pars[3]: & eam diuiſionem eo modo cum creditore expeditam, tenebitur ratam habere debitor. Si enim fuerit omnino res adiudicata creditori, non eſt audiendus debitor qui vult partem ſuam tãtùm recipere, ſed & aliam recuperare tenebitur data æſtimatione. Idem ferè dixi[4], cùm duo fratres vendunt fundum communem cum facultate redimendi, neque enim vnus partem ſuam rectè ex pacto auocare intendit, niſi & aliam auocet, quod & placito CVRIAE Pariſienſis continetur[5]. Planè ſi creditor volens ſine iudice diuiſiſſet, nec prouocatus, exiſtimo eam diuiſionem debitori non nocere[6]. Quòd ſi debitor qui fundum cum alio communem pro indiuiſo habebat, fundum obligauerit, rectè quidem ad diuiſionem prouocatur: ſed ea diuiſio nõ officit creditori, quin eam quoque partem quæ alteri ſocio adiudicata eſt, ſibi oppigneratam habeat[7]: quod aliâs admonuimus[8].

Pactitia redhibitio.

Debitor diuidens non officit iuri creditoris cui res obligata eſt.

ITEM QVAMVIS. L. X.

Vſus indiuiduus.

VSVM vnius indiuiduum eſſe ſatis conſtat, quod & ſuprà diximus[9]: ſi tamen duo vſum habent, poterit id neceſſitatis cauſa admitti, vt vnus ſolus vtatur, & alteri pecuniam reficiat, vt hîc.

IN HOC IVDICIVM. L. XIIII.

HANC legem explica vt aliâs dicetur[10]. Reliqua autem de impenſis ſeruandis habes in l. in fundo. infrà de rei vind. Et eſt valde ſingulare quod hîc dicitur, ſingularem ſucceſſorem retentionem habere, propter impenſas ab authore factas.

Societas in æternũ an poſſit coiri.

§. SI CONVENIAT. Conuenire inter partes poteſt, vt ad certum tempus in communione ſint, puta quandiu viuunt[11]: hactenus tamen conuentio obſeruabitur, quatenus ſocietas non erit oneroſa: ſi enim vnus ex ſociis iniurioſus aut prodigus ſit factus, poteſt etiam nihil nocente pacto, ſocietas & cõmunio renuntiari[12]. Sed vt in æternum nõ diſcedatur à communione, non valet, vt hîc[13]. Quæſitũ eſt autem an teſtator poſſit iubere, vt fratres aut hæredes in ſocietate perſtẽt, quod ſine dubio obtinet, ſi ad certum tempus in communione eſſe iuſſi ſint[14]: ſi autem in æternum teſtator iuberet non diſcedere, magis eſt per hunc textum, vt non valeat iuſſus, quod Paulus & Iaſon probant[15]. Sæpe enim eadem cauſa eſt teſtamentorum atque contractuum[16]. Plus etiam quæritur, an conuentio qua ſolet conueniri inter partes, ne in æternum diuidant, firmetur

Teſtator quãdo poſſit iubere vt hæredes in cõmunione ſint.

1 *l. item prædia. ſuprà fa. erciſc.*
2 *l. ſi neceſſarias. §. ſi vnus. infrà. de pig. act.*
3 *vt hîc. & l. ſi probatum. C. commu. diuid.*
4 *l. quod ſi vno. infrà. de in diem addict.*
5 *xj. Calend. Maij, anno 1548.*
6 *l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. de euict.*
7 *l. ſi quis putans. §. ſi fundus communis ſuprà co. l. ſi conſenſit. §. vl. infrà. quib. mod. pig. vel hypot. ſol.*
8 *l. Iulianus. §. idem Celſus. de act. emp. infrà.*
9 *l. vſus pars. de vſu & habitat.*
10 *in l. ſi in area. infrà de cond. indeb.*
11 *l. j. infrà pro ſoc.*
12 *l. ſi conuenerit. infrà pro ſocio.*
13 *& l. nulla infrà pro ſoc.*
14 *l. ſi qui ita ſint inſtituti. infrà de cond. inſt. & ibi Bal. & Ang. Bar. in l. Quintus. de annu. leg.*
15 *in l. ſi non ſortẽ. §. ſi centum. de cond. indeb.*
16 *l. ſeruum filij. §. cũ qui. de leg. j.*

Societas in æternum coita non firmatur iuramento.

firmetur iuramento: quod vix eſt [1]: ſic teſtator qui iurauit teſtamentum non reuocare, licitè reuocat [2]: & idem in eo qui iurauit non reuocare procuratorem [3].

Vt fvndvs. L. xviii.

Arbiter ſuper alio iudicare nõ poteſt, quàm de eo de quo eſt acceptus.

ARBITER non poteſt ſuper alio iudicare, quàm de eo ſuper quo eſt aditus. Ideóq; bene retulit Bartolus [4], arbitrum ſuper diuiſione acceptum, non poſſe occaſione diuiſionis iudicare, vt vnus det rem quæ communis non eſt, & de qua non eſt controuerſia, alteri [5]. Non enim rectè facit iudex, qui ad ea quæ libello non continentur, condemnat [6]. Sed hæc in ciuilibus & iis quæ priuatam litigantium vtilitatem reſpiciunt, in quibus iudex nihil debet decernere niſi petitus [7]. At in criminalibus in quibus vindicta publica depoſcitur, ad libellum non eſt proſpectus [8]: ad officium enim iudicis de crimine cognoſcentis pertinet inquirere tam de delicto, quàm innocentia delati [9].

In ciuilibus iudex non plus poteſt quàm libello continetur.

Si is cvm qvo. L. xx.

NOTAT hîc Bartolus poſſe iudicem in odium eius qui contumax eſt, & ad edictũ non venit, iubere vt villa illius diruatur, aut arbuſta ſuccidantur. Quod ſi villa quæ diruta eſt, erat mihi communis cum contumace, rectè intendam, eum ad ſarciẽdum damnum cõdemnari, vt hîc. Sic cùm ex facto vnius ex hæredibus, omnes hæredes pœnam incurrerunt, familiæ erciſcundæ iudicio ille cæteris damnum reficere debet [10]: ſic cùm propter delictum vnius ciuis, ius pignerationis ſiue Marcæ datum eſt contra ciuitatem, ſi quod damnum reliqui ciues contemplatione pignerationis acceperint, ab illo ſeruabunt qui cauſam pignerationi præſtitit [11]. Quòd verò dixi ex veterum ſententia, eius qui ad edictum non reſpondiſſet, villam à iudice dirui poſſe, perquàm durum eſt: ſufficere enim videtur, ſi contumacia damno litis coerceatur [12], vel ſi magis expedire iudex animaduerterit, bona illius iubeantur poſsideri, ſecundum formam quæ iure relata eſt [13]. Itaque bene eſt, ſi hîc ex Pandectis Florentinis reponamus, ſi is *cum quo fundum communem habes, ad delictum non reſpondit*: nec enim probè, *ad edictum*, legi videtur poſſe. Nec abſurdum eſt in delictis domos & fundos dirui, quorum nomine & perſonæ interficiuntur, quanquam Duarenus [14] hîc legi contendat, *ſi quis ad delectum non reſpondit*, ex eo quod alibi dicitur [15], eos qui olim ad delectum non reſpondebant, vt proditores libertatis, in ſeruitutem redigi: quæ lectura vera eſſe poteſt.

Damnum ſarciendum eſt ab eo qui cauſam damno dedit.

Sabinvs. L. xxviii.

Socius an reficere poſsit.

PERTINET ad ea quæ ſuperiùs dicta ſunt in l. ij. de ſeruit. An verò ſocio ius ſit reficiẽdi, etiam ſuprà monuimus [16].

Ad Exhibendum.

In hac actione. L. iii. §. sciendvm.

Iudex in iudicando ſolennitates ſeruare debet.

FERE eſt vt in omnibus iudex plenã inquiſitionem interponere debeat [17]: nec valeret ſententia non ſeruato iudiciorum ordine [18]: quod adeò verum eſt, vt inferior à Principe vel à Papa, vt legatus cardinalis nõ poſsit cognoſcere, vel alteri cognoſcendũ commit-

C

1 *ſecund. Iaſ. in d. §. ſi ctũ. ſi. col.*
2 *Bar. in l. ſi quis. in prin. de leg. iij.*
3 *glo. in ver. reuocatus. in c. vlt. de procur. lib. vi.*
4 *in l. cum Aquiliana. de tranſact.*
5 *l. non diſtinguemus. §. de officio. & l. ſi cũ dies. §. plenum. de arbit.*
6 *l. vlt. de fideicõ. libert. C.*
7 *l. iiij. §. hoc antẽ. & ibi Bar. de damno. infecto*
8 *l. quid ergo. §. pœna grauior. & ibi Barto. & glo. de his qui not. infami.*
9 *l. ſi non defendantur. de pœnis.*
10 *l. iiij. §. item ſi in facto. de verb. oblig.*
11 *Bar. in l. nam & Seruius. de neg. geſt. in prin.*
12 *l. contumacia. infrà. de re iud.*
13 *c. quoniam frequenter. §. in aliis. vt lit. non conteſt. Auth. & qui iurat. de bon. auth. iud. poſſ.*
14 *l. j. annincr. diſp. c. iiij.*
15 *l. qui cum vno. de re mil.*
16 *l. in re communi. de ſeruit. vrb. præd.*
17 *l. iudices. C. de iud.*
18 *l. prolatã. de ſent. & interl. C. & ibi glo.*

tere ſummatim & de plano [1]. Multæ tamẽ ſolent cauſæ numerari, in quibus ſummatim & de plano cognoſci poteſt: vt ſunt cauſæ viles & paruæ [2]: itẽ inter domeſticos, patrẽ & filiũ, libertos & ſimiles [3]: itẽ cùm petitur exhiberi, vt hoc tex. & multis caſibus quos gloſ. hîc recenſet. Sed admonendi ſumus his verbis *ſummatim & de plano*, duo potiſsimũ cõtineri. Primum enim exiſtimatur ſublata ſolẽnitas, quę iure prodita eſt [4], hoc eſt vt prætermiſſo iuris ordine de cauſa cognoſcatur. Alterum eſt, vt ſemiplenę & ſummarię probationes ſufficiãt. Vtrũq; verò habet locũ cùm de re modica & parui momenti agitur, vt cùm exhiberi petitur: nã & remittitur ſolẽnitas in iudiciis cõſueta: itẽ ſufficiũt ſemiplenæ probationes, nempe iuramẽtũ [5]: quæ autem exceptiones altiorẽ quęſtionẽ habent, in directum iudiciũ ſuſtinentur, vt infra. ea. l. §. ibidẽ: idẽ cùm agitur de alimentis [6]: & ſimilibus cauſis. quod ideo admitti placuit, quia præiudiciũ per ſummariã illam cognitionẽ nõ creatur veritati. [7] Aliquando autẽ ſunt cauſæ graues, in quibus iure permittente, procedi poteſt ſummatim & de plano: quibus verbis id tantùm ſignificatur, vt abſq; forma & ordine ſolito iudiciorũ lis peragatur: vt euenit in cauſis beneficiorũ, decimarũ & vſurarum, quæ de plano tractari iubentur [8]: item in crimine læſæ maieſtatis [9]. In his neq; citatio, neq; litis conteſtatio, neq; multa alia quę ad iudiciorum formam pertinent, requiruntur: plenæ tamẽ probationes & defenſiones admitti debent [10], in magnis enim cauſis illa verba *ſummatim, & de plano*, ſolennia quidem iudiciorum remittunt, ſed non probationes.

§. IBIDEM SVBIVNGIT. Ex hoc textu generaliter dici ſolet, exceptiones oppoſitas in iudicio præparante, reiici ad iudiciũ directũ, ſi altiorẽ quæſtionẽ deſyderent: quod verum eſt, niſi eſſent exceptiones litis finitę, vt hîc: aut niſi qui eas obiicit ex continẽti & ad manum probationes haberet [11]: nam ſi ex longinquo probatio eſſet petenda, differuntur [12]. Quæ ſint autem exceptiones quæ altiorem quæſtionem habẽt, facti magis, quàm iuris quæſtio eſt: ideo in exiſtimatione iudicis reſponẽda erit: quanquã & Bar. in eã ſententiã plura ſcripſerit [13]. Huc pertinet quod & iure canonico manifeſtè proditũ eſt [14], perẽptorias exceptiones non impedire litis ingreſſum, aut cõteſtationẽ: ſed cõmodius de illis poſt litis conteſtationẽ diſceptabitur [15], quod tamẽ ipſum rationẽ habet niſi eſſent exceptiones litis finitæ, vt de re iudicata & trãſacta [16], & deciſa iureiurando [17]. Nam inter omnes conſtitit [18], eas exceptiones omnes quibus ipſo iure actio perimitur, impedire litem: neq; enim ſine actione aliquis experiri poteſt [19], quod euſq; perducendũ eſſe exiſtimo, vt habeat locum etiamſi exceptiones illæ altiorem tractatũ poſtulẽt, idq; per hunc textũ, qui manifeſtè hoc conuincit. Ex quo exiſtimo communẽ omnium opinionẽ [20], falſam eſſe qui exceptiones litis finitę, quæ altiorem quæſtionẽ deſyderant, differendas eſſe cenſuerunt. ſicut enim hîc dicitur, exceptiones litis finitæ, in iudicio præparante examinari debere, etiamſi altiorẽ quæſtionẽ poſtulẽt, nec ad aliud iudicium reiici: ita & dici poteſt in eo iudicio cui nullũ aliud conſequitur, exceptiones litis finitæ ante litem conteſtatam oppoſitas, impedire litis conteſtationem, nec differendas poſt

præ

1 *glo. ſing. in c. vlt. verb. figura. de hæret. lib. vj.*
2 *Auth. niſi breuiores. de ſent. ex breuic. reci. C.*
3 *l. nec quidquã. §. de plano. ſupra. de off. procõſ. & leg.*
4 *Auth. offeratur. C. de lit. conteſt. & glo. in d. l. prolatam.*
5 *l. theſaurus. infrà. eo.*
6 *l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parẽs. de lib. exhib.*
7 *l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper. de re iud. d. l. ſi quis à liberis. § meminiſſe.*
8 *c. diſpendioſam. de iud. in clem.*
9 *extrau. ad reprimendũ. Qui ſint rebell. vbi Bar. fusè.*
10 *c. ſæpe. de verb. ſign. in clem.*
11 *l. ſi is à quo. vt in poſſ. leg. ſeu fideic.*
12 *l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ad Treb.*
13 *l. iiij. §. condemnatũ. de re iud. & d. l. is à quo.*
14 *c. j. de lit. conteſt. lib. vj.*
15 *l. peremptorias. Senten. reſc. non poſſ.*
16 *d. c. j. de lit. conteſt.*
17 *l. nam poſteaquam. ibi, actio denegatur. de iureiur.*
18 *Bar. Alex. Iaſ. in d. l. nam poſteaquam.*
19 *l. ſi pupilli. §. vlt. ſuprà. de neg. geſt.*
20 *Bar. & aliorum in d. l. nam poſteaquã. in prin.*

In nonnullis cauſis ſummatim iudicatur.

Quid ſignent verba *ſummatim et de plano.*

Iuramentum in ſummariis cognitionibus ſufficit.

Exceptiones oppoſitæ in iudicio præparãtæ, reiiciuntur ad iudiciũ principale.

Peremptoriæ exceptiones litis ingreſſum nõ impediunt.

Niſi ſint de lite finita.

litem conteſtatam: nam quæ ante litis conteſtationem fiunt, præparatoria dicuntur iudicij [1]: ſicut actio ad exhibendum eſt præparatio aliarum actionum [2], Igitur ante litem conteſtatam examinabuntur eæ exceptiones litis finitæ, adhibita altiori diſceptatione, ſi res ita poſtulet, nec tamē per hoc omnino dici poteſt, conteſtationem litis factam eſſe: vt enim per dilatoriam exceptionem conteſtatio non fit [3]: ſic nec per peremptoriam [4], quod ſanè admittit Panormit.[5]

Nec perēptoria nec dilatoria obiecta facit cōteſtationem.

DE EO EXHIBENDO. L. XII.

Qui in mora eſt, periculo rei obligatur, licet res apud dominum ſimiliter fuiſſet peritura.

§. SI POST IVDICIVM. Notandum eſt eum qui moram in reſtituendo fecit teneri de interitu rei, etiam ſi res æquè peritura erat, apud actorem ſi ante moram fuiſſet reſtituta [6]: quod ex communi omnium opinione infrà annotaui mus [7]. Sed tanto magis condemnatio erit facienda, ſi res eo caſu perierit qui non accidiſſet, ſi fuiſſet res reſtituta, vt hîc. Si tamen eſſet aliqua iuſta litigandi cauſa, qui non reſtituit, non continuò in mora eſt [8]: ideo nec teneri poteſt periculo rei, etiamſi non fuiſſet res æquè apud actorem peritura, quamuis Bald. hîc diſſentiat.

1 *glo. in verb. proœmiis. §. pe. in Auth. in med. lit. non fier. ſacr. iuſſ.*
2 *ſupra. ea. l. §. eſt autem.*
3 *l. j. de litis conteſt. C. & c. j. de lit. conte. ext.*
4 *c. ſi oblato. de lit. conteſta. lib. vj.*
5 *in d. c. j. de lit. cont.*
6 *l. ſi filio. §. ſi poſt. ſolut. mat.*
7 *l. quod te mihi. ſi cert. perat.*
8 *l. ſi quis ſolutioni. in princ. de vſuris.*

THESAVRVS. L. XV.

HANC legem repete ex his quæ diximus. in l. iij. §. ſciendum. ſupra eod.

De interrogationibus in iure faciendis & interrogatoriis actionibus.

TOTIES HAERES. L. I.

Quare interrogatoriæ actiones dictæ.

INTERROGATORIAS actiones appellari Duarenus ait [9], non quòd per eas actor intenderet reum ad reſpondendum cogi debere: ſed ita nomen acceperūt, quòd ex interrogati reſponſione darentur. Has Iuriſconſultus hîc in deſuetudinem abiiſſe dicit: videbatur enim durum, ante iudicium conſtitutum de ſuo iure aliquem cogi reſpondere, ſucceſsit verò edictum prætoris, quo aliquis poſt iudicium inchoatum cogitur de poſſeſsione & iure ſuo quaſi profeſsionem edere, & reſpondere: vt ſi rogetur qua ex parte poſsideat, item an hæres aut qua parte hæres ſit [10], & ex cæteris cauſis quas hîc glo. enumerat. Eius ferme generis eſt, quod de poſitionibus apud Canoniſtas explicatur [11]: vt enim hîc interrogationibus factis tenetur reus reſpondere, ita & poſitionibus: & qui iuſſus reſpondere poſitionibus non reſponderit, pro confeſſo habetur, quantum ad poſitiones attinet [12]: idem in interrogationibus dicitur [13], quòd ſi reſponderit, ipſi actori valebit ad probationem reſponſio [14]: & ſi confeſsio negotium principale reſpicit, pro condemnatione eſt [15].

Poſitiones interrogationibus reſpōdent.

Contumax in reſpōdēdo pro confeſſo eſt.

9 *cap. xliij. lib. j. anniuerſar. diſput.*
10 *l. qui interrogatur. infra eo.*
11 *c. j. & ibi. ſuſè gloſ. de cōfeſſ. lib. vj. & per Bar. hîc.*
12 *c. ij. de confeſſ. lib. vj.*
13 *l. de ætate. §. qui tacuit. infra eo.*
14 *l. ii. infrà eo.*
15 *l. j. C. de confeſſ.*

QVI INTERROGATVR. L. V.

HOC caput videtur labefactare id quod aliâs dixi-

mus [1], neminem cogi titulum ſuæ poſſeſsionis dicere [2], cùm hîc dicatur cogi quem reſpondere an ſit hæres. In quo animaduertendum eſt, eum qui conuenitur hæreditatis petitione, cogi titulum ſuæ poſſeſsionis dicere: id enim ſpecialiter inductum eſt [3]: ſi autem alia actione conuenitur qui hæreditatem poſsidet, puta à creditoribus, cogetur quidem reſpondere an ſit hæres, hoc eſt, an pro hærede poſsideat [4]: non autem de iure & titulo vt ſuprà dixi, quod ita Baldus [5] poſt Speculatorē [6] definit, vt hactenus reus interrogationi & poſitioni actoris cogatur reſpondere, quatenus de iure actoris interrogatur: at interrogatus reus de iure ad ſe pertinēte & ex quo nihil actori poſsit accreſcere, reſpondere non cogetur [7]. Nec omittendum eſt quod alias CVRIA Pariſienſis cenſuit, interrogationes fieri debere expenſis eius qui eas fieri petit: quanquam iure ciuili iudici arbitrandi poteſtas eſt, an communibus expenſis an verò vnius partis fieri debeant [8].

Interrogatus de titulo an cogatur reſpondere.

Cuius expenſis fiunt interrogationes.

1 in l. qui petitorio, de rei vindica. infrà.
2 l. in ſpeciali. ſuprà. de rei vindic. & l. cogi. C. de pet. hære.
3 l. cogi. de petit. hæred.
4 d. l. qui petitorio.
5 in d. l. cogi. j. col.
6 de teſte. §. nunc nobis. §. item agens.
7 Bal. in l. in ſpeciali. de rei vind. ſuprà.
8 l. pe. §. his. de præſentibus. & ibi doct. de reb. cred. C.

SI SINE INTERROGATIONE. L. IX.

§. QVI INTERROGATVS. Valde notandum, ſemper ad interrogata reſponſionem referendam eſſe [9]. Itaque qui interrogatus an ſit hæres ex dimidia, reſpondit ſimpliciter, ſe hæredem, ex dimidia hæredem ſe confitetur, vt hîc. vnde dici ſolet in eo qui multa à principe petiit, & ſimpliciter reſponſum accepit per *fiat* vel *conceditur*, vt videatur in omnibus reſponſum meruiſſe [10].

Reſponſio ad petita refertur.

9 facit. §. quoties. & §. prætereà. de inut. ſtipulat. Inſtit.
10 Pano. in c. ij. de treug. et pace. Bart. in l. j. ad l. Iuliam maieſt.

NON ALIENVM. L. X.

QVOD hîc dicitur quem poſſe interrogari an res ſit ſua, cùm ab eo damni infecti ſtipulari volumus, intellectum habet vt teneatur reſpondere de poſſeſſione, non de dominio, vt ſuprà diximus [11], quod cum ratione dicitur: nam etiam ab eo qui bona-fide alienum emit, de damno infecto ſtipulari poſſumus [12].

11 l. qui interrogatur. ſupra eo.
12 l. qui bona fide. de dāno. inf. infrà.

DE AETATE. L. XI.

§. QVI TACVIT. Qui cùm ex maiore parte hæres eſſet reſpondit ſe ex minore hæredem eſſe, propter mendacium inſolidum conuenitur [13]: cui conſequens eſt, vt in eadem quoque cauſa ſit, ſi cùm hæres ex parte eſſet, & omnino ſe hæredem negaſſet. Neque enim in iure ciuili nouum eſt, vt qui mendacium commiſerit, pœnam ex continenti mendacij ferat. Itaq; ab eo qui eū poſsideret, dixerit ſe non poſsidere trāſlatio poſſeſsionis fit, idq; tam in actione in rem [14], quàm hypothecaria [15]. Sic ob mendacium perditur beneficium, vt quis quatenus facere poteſt cōueniatur [16]: & diuiſionis [17]. Sic vaſallus qui feudum vel feudi qualitatem fuerit inficiatus, feudum perdit [18]. Hîc autem quæritur de eo qui hæres eſt ex parte, & tacuit, nec edicto prætoris, quod de interrogationibus in iure faciendis propoſitum eſt morem geſsit: & placuit eum pro negante haberi, & ſic inſolidum teneri, & ita exiſtimo hunc §. legendum. Qui enim cum nullo modo eſſet hæres, interrogatus tacuit, non ideo tenebitur [19]. Et nota in odiū cōtumacis ſemper accipi quod nocet illi: ideo qui hæres eſt ex parte, & interrogatus an ſit hæres, tacet, pro negante habetur, vt ſic

Mendaciū punitur.

Intellectus literæ.

Contra contumacē accipi tur quod illi nocet.

13 ſupra ea l. §. ſi cū eſſet.
14 l. vlt. & ibi. nota. de rei vind. ſuprà.
15 Auth. idem poſſeſſor. Qui potio. C.
16 l. cū quod cū eo. infrà.
17 l. ſi dubitet. §. j. de fideiuſſ. infrà.
18 c. j. §. ſi vaſallus. ſi de feud. def. conten. ſit int. domi. & agna. vaſ.
19 l. ſi filius. infra eo.

vt ſic ex quaſi mendacio teneatur:nec habetur pro confitente,quia hoc ſibi prodeſſet. Vnde ſi poſtulante ſubſtituto, datum ſit tempus inſtituto ad adeundum, & in tempore non adeat,poſt tempus habemus eum pro abſtinente [1]: hoc enim illi nocet,& ſubſtituto prodeſt. Quòd ſi hæres inſtitutus poſtulantibus creditoribus diem haberet ad adeundum, & intra diem non adiit,rectè dicimus eum non pro abſtinente,ſed pro adeunte haberi elapſo die [2]:hoc enim illi nocet,nempe vt alligetur oneribus hæreditariis.Itaque in poſitionibus & interrogationibus illud ferè eſt,vt contra contumacem habeantur vel admiſſæ [3],vel negatæ [4],prout nocent contumaci [5]. quod & CVRIA Pariſienſis iudicauit contra eum, qui euocatus ad reſpondendum non affuerat,vt pro confeſſo haberetur [6].Sed nec illud omittendum eſt,eum qui cõtumax eſt,aut tacet, non haberi pro conteſtante litem:nam ad litis conteſtationem facto eſt opus [7]:ideo nec contra contumacem rite teſtes poterunt examinari ante litem conteſtatam [8]: quod notandum eſt.

Poſitiones vel confeſſæ vel negatę habentur cõtra contumacem.

Contumax nũquam habetur pro conteſtante litem.

Mẽdaciũ ante litẽ cõteſtatam reuocatum nõ nocet.

§. CELSVS. Nota poſſe aliquem pœnitere poſt confeſsionem:ídque ſi nulla captio fit agenti ex eiuſmodi pœnitentia, quod & aliâs dixi [9]: fiétque reuocatio illa ante litem cõteſtatam [10].Planè qui ſciens & prudens confeſſus eſt, non poteſt omnino confeſsionem reuocare [11].

SI FILIVS. L. XX.

Cõfeſsio facta in iudicio nullo non valet. Confeſsio coram iudice incompetẽte facta an valeat.

CVM eo quem in poteſtate habemus,nullum iudicium nobis eſſe poteſt [12]. Vnde fit vt quia iudiciũ quod pater cum filio accepit nullum eſt,nec valeat quoq; confeſsio cum eo facta,vt hîc.ſic confeſsio facta coram iudice non competente, non valet [13]:habet tamen indicium ad torturam [14].quod tamen Panormitanus [15] intelligit ſi facta eſt voluntariè & nullo cogente.Sed & illud admitti ſolet,vt qui coram iudice remittente & non competente fuerit confeſſus, cogatur pòſt coram iudice competente in confeſsione perſeuerare [16]: quod enim quis ſua voce proteſtatus eſt, vix eſt vt reuocare poſsit [17].

VBICVNQVE. L. XX.

Laicus iudex poteſt interrogationes facere de ſpiritalibus rebus.

Etiam poſt cauſam cõcluſam, fiunt interrogatoria.

QVOTIES æquum iuſtúmque prætori videbitur,toties interrogationes in iure faciendæ erunt,& cogetur reſpondere interrogatus:ne eam pœnã incurrat,de qua ſuprà mentio facta eſt [18].Sed & illud Baldus hîc ex Speculatore [19] admonuit, iudicem laicum poſſe interrogationes facere parti, de clericatu, matrimonio, cæteríſque quæ ad forum eccleſiæ pertinent.non enim vt cognoſcat de illis rebus, ſed vt ex eis ad cauſam ſit inſtructior,interrogat. Item ex hoc textu dici ſolet,liberum eſſe iudici interrogare partem etiam poſt concluſionem cauſæ:quod & CVRIA Pariſienſis ex appellatione iudicauit [20]. Sed hoc parte petente, aliâs fruſtra iudex interrogaret [21];vt eadem CVRIA cenſuit [22].

1 *l.quandiu inſtitutus.infrà de acquir.hæredit.*
2 *l.ſcimus. §.fin.antẽ hoc aliquis.de iure delib. C. & Bar.in d.l. quandiu. de acqui.hæred.*
3 *c.ij.de confeſſ.lib.vj.*
4 *per hunc tex.*
5 *glo ſingu.in c.ij. de confeſſ. in verb. pro confeſſo.*
6 *die xx.Decẽb.an. 1519.*
7 *c.j.& ibi Panor.nume. 5. vt lite non conteſt.*
8 *d.c.j.*
9 *l.ſi is qui ſe.de rei vind.*
10 *l.electio.§.neque hæredi.ſuprà de noxalib.*
11 *l.ſi mulier in iure. ad Velleia.& ibi Paul.de Caſtro.*
12 *l.lis nulla.de iudic.ſuprà.*
13 *c. at ſi clerici. de iudic. extrà. l. diuus. & ibi Bar.de cuſto. & exhib. reo.*
14 *glo.ſing.in l.capite quinto.ad leg.Iul. de adult. tex.in l.quæro. de ædil. edict.*
15 *d.c.at ſi clerici.iiij.col.*
16 *Inno.in d.c.at ſi clerici.& Guido Pap.q. ccij. in deciſio.*
17 *l.generaliter. C.de non numer.pec.*
18 *l.de ætate.§.qui tacuit. ſupra eo.*
19 *de conuen. & reconuentione.*
20 *die vij. Auguſti. anno.1539.*
21 *l.iiij. §. hoc autem. & ibi Bar.de dam.infecto.*
22 *die xix. Nouemb. anno 1522.*

Quibus de rebus ad eundem iudicem eatur.

IN cauſis connexis & continentibus, vt per vnum procuratorem lis agi [1], quod & ſuprà monui [2]: item apud eundum iudicem peragi & terminari debet, etiam ſi ad plures negotium pertineat, vt hîc. Pridem enim reſcriptum eſt, denegari audientiam ei qui cauſæ continentiam diuidet [3]. Huc annectitur quod dici ſolet, petitorium & poſſeſſorium apud eundem iudicem intendi & terminari debere [4]: licet enim illa ſeparatam rationem habeant, neque illis ſit quicquam commune [5]: quia tamen ratione eiuſdem rei dantur, ideo apud eundem finiri debent: & finito altero ex duobus, actor coram eodem iudice, aliud iudicium ſuſcipere debebit, etiam ſi ſit alterius fori. At reus ſi alterius fori eſt, poſſet petere vt ad ſuum iudicem res remittatur [6]. Item ſi mihi cum vno plures actiones perſonales ſunt, nõ poſſum eum coram diuerſis iudicibus diſtringere [7]: qui autem ad diuerſos iudices reſcripta impetrauerit, beneficio reſcriptorum priuabitur [8]: ſed cauſam non perdet, niſi in liberali cauſa [9]. Igitur poſtulante eo cuius maximè intereſt, plures ad eundem iudicem mittuntur in cauſis connexis: ex quibus verbis, cùm ad iudicem referantur, patet hoc in iudicis arbitratu ſitum eſſe, ad quod forum remittat: idque ex ea definitione, quæ ſingulariter apud Bartolum relata eſt [10]. Iudex autem motũ animi ſui informabit, ex iis quæ iure cauta ſunt: nempe vt cauſam remittat vbi maior pars hæreditatis eſt [11], vel vbi res ſita eſt [12]: nec ſi inter conſortes litis eſſet clericus, beneficio fori ſui adiuuaretur, quod Baldus notat [13], & verum eſt: quibus adiunge quod ſuprà poſui in l. venditor. de iudic. Si tamen nihil tale proponeretur, quo potius apud iſtum, quàm alium iudicem ſit agendum, puto ſeruari ipſi clerico priuilegium ſuum: ex cuius capite & alij conſortes idem priuilegium accipient [14].

Apud eundem iudicem multi cõſortes agere debent.

Petitorium & poſſeſſorium quando apud eundẽ iudicem terminari debeant.

Ad diuerſos iudices reus ab eodem non eſt trahendus.

Clericus inter plures cohæredes de hæreditate conuentus quãdo alleget fori priuilegiũ.

1 l. iam tamen. §. pe. iudicat. ſol.
2 l. ſi quis eum. §. vnius. de procur.
3 l. nulli. de iudic. C.
4 d. l. nulli. & c. j. de cauſ. poſſ. & propriet.
5 l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poſſ.
6 per tex. in c. vlt. ſecund. intellectum. Panor. extrà de iudic.
7 c. vlt. ext. de reſcr.
8 c. ex tenore. de reſcript.
9 l. j. §. vlt. de aſſer. tollen. C. & gloſ. & Panor. in d. c. ex tenore.
10 l. j. §. expilatores. de effractorib. infrà.
11 l. ſi fideicommiſſum. de iudic. l. j. C. vbi de hæred. agi oport.
12 l. j. & ij. vbi in rẽ actio.
13 in l. vl. xij. col. vj. quæſt. de edict. diui Adr. toll.
14 l. præcipimus. ad fin. & ibi Bar. de appellat. l. ſi communem. & ibi pone. ſuprà quemadmod. ſeruit. amitt.

ADVERSARIORVM EX PANDECTIS IVSTINIANI IMPERATORIS

PARS TERTIA.

LIBER DVODECIMVS PANDECTARVM.

De rebus creditis, ſi certum petetur & de condictione.

MVTVVM. L. 11.

PER MANVS ACCEPIMVS, ex iis rebus conſtitui mutuum, quæ functionem in genere ſuo reciperent: puta cùm ea res quæ redditur, tanta ſimilitudine cum prima conuenit, vt eandem vtilitatem & affectionem referre videatur [1]. Et ex hac lege illa generalis ſententia eſt profecta, aliud pro alio non poſſe ſolui inuito, ſed volenti quælibet ſolutio facta, pro iuſta ſatisfactione eſt [2]. Hinc gloſ. Bartolus & cæteri hîc affirmant, pro frumento aut vino non poſſe ſolui pecuniam [3]: niſi ſponte creditor ad æſtimationem, & id quod intereſt, ageret [4]. Planè regula non procedit in caſu neceſsitatis, puta cùm res dari non poteſt: nam ſuccedit æſtimatio ipſi rei [5]: & ſic aliud pro re neceſſariò ſoluitur, vt & aliâs annotatum eſt [6]. Sed nec locum habet cùm deberetur quantitas proſpectu ſpeciei, ibi enim ſpecies ad ſolutionem prodeſt [7]. Idem conuenit in contractibus innominatis, in quibus naturale eſt, vt aliud pro alio permutetur [8]. Cætera vide hîc apud Iaſonem & alios. Dicuntur autem res in genere ſuo functionem recipere magis quàm in ſpecie: quòd ſi eædem ipſæ reddentur, nihil ferè eo contractu vtilitatis accipienti accederet. In quam ſententiam vide apud Duarenum multa [9]. Quod autem ad §. *appellata*. pertinet, licet huic contractui naturale ſit, vt de meo fiat tuum vt hîc, nihilominus is cui mutuum dedi, non poteſt excipere contra me repetentem, quòd non fuerim dominus [10]: ſicut nec in con-

Aliud pro alio non ſoluitur.

Functionem recipere in genere.

Contra mutuũ danté exceptio domipij nõ eſt vtilis.

1 *l. certum. infra eo. & l. res in dotem. de iur. dot. infrà.*
2 *l. 1. §. an poteſt. de pecunia conſt. & l. ſi rem. §. omnis. de pigno. act. infrà.*
3 *l. ſi domus. §. cùm alicui. de leg. j. l. j. de fabricen. lib. xj. C.*
4 *l. vinum. infra eo. l. ratio. §. cùm per venditorem. infrà de act. emp.*
5 *l. non amplius. §. vlti. de leg. j. & ibi Bar. l. deducta. §. nummis. ad Trebell. infrà.*
6 *l. in re furtiua. infrà de condi. furt.*
7 *l. ſi fundum per. infrà de leg. j. l. ſi verò. §. vlt. ſol. matrimo.*
8 *l. naturalis. §. j. infrà de praeſc. verb.*
9 *lib. j. annin. diſput. c. xiiij.*
10 *Bar. & communiter alij in l. nam & ſi fur. infra eodem.*

tractibus illis in quibus translatio dominij fieri non ſolet [1]. Adde in mutuo nihil intereſſe, an de meo tuum, vt hîc, an verò de mihi debito tuum fiat, volente tamen domino [2].

§. CREDITVM. Verè illud mutuum appellatur, in quo pecunia & res proficiſcitur, vt hîc: ſi autem ſtipulatio interuenit, iam non eſt mutuum, ſed verborum obligatio. Cui conſequens eſt vt cùm ante vel poſt ſtipulationem pecunia numeratur ex ſtipulatione, non ex mutuo agi poſsit [3]. Idem eſt in chirographo quo quis poſt biennium obligatur, qui contractus literarum eſt [4]. Ex quo efficitur ſecundum Fulgoſium & Iaſ. non aptè ſtatui triplex mutui genus.

Mutuum per pecuniam, non per verba fit.

CVM QVID MVTVVM. L. III.

IN mutuo tacitè venit vt æquè bonum reddatur, vt hîc: tamen hoc poſſet pacto immutari, & inter partes conuenire, vt res deterior ſolui poſsit [5]: nam naturalia contractus pacto poſſunt immutari [6]. Item quod dicitur rē debere reddi in eadem bonitate, vulgò intellectum habet [7], de bonitate intrinſeca: nam bonitas externa (vt ſi fortè diſceptetur, quanti res mutuo data digna eſt) non conſideratur, niſi à tempore moræ [8]. Ideo ſi mutuum mihi vinum dederis, poſſum tibi eiuſdem generis vinum reddere, licet non tanti dignum, quanti tempore mutui. Sic mutuatus à te decem aureos reddendo tibi decem aureos liberabor, licet pretium decreuerit [9]. Secus ſi ipſa moneta mutata fuiſſet in materia aut forma [10], quod tamen aliâs annotauimus [11]. At in teſtamentis ſemper valor ſpectatur ex tempore teſtamenti [12]. Quod idem in ſtatutis Iaſon hîc affirmat: nam de illis ad teſtamenta argumentatio recipitur [13].

Bonitas interna nō externa in mutuo ſpectatur.

SI QVIS NEC CAVSAM. L. IIII.

PRO confeſſo eſt apud omnes, in contractibus non transferentibus dominium qui fiunt gratia recipientis, non tamen periculo illius rem eſſe, vt in commodatario lex definit [14]: ſed hoc ita verum eſt, niſi culpa præcedat [15]: nam perpetuum eſt rem perire domino [16]. Si autem quęritur quis teneatur de culpa, ſic res temperatur, vt ſi contractus celebretur gratia accipientis, is teneatur de omni culpa, vt hîc [17], ſecundum Azonem & omnes [18]. vnde ſi depoſitum fiat gratia depoſitarij, ille culpę tenebitur: niſi eſſet tale depoſitum in quo transfertur dominium numeratione: propè enim ad naturam & nomen mutui accedit [19]. Et ex eo quod ſequitur in textu [20], habes eum qui finita locatiōe fructus percipit furti teneri, vt hîc [21]: imò & qui pendente locatione ita fructus colligit, vt futurorum annorum perceptio imminuatur, etiam tenetur [22]. Sed nec colonus qui ſeuit, poteſt fructus colligere, ſi perceptio fructuum incidat in tempus quo colonus non eſt: hi enim nō iure ſeminis ei qui ſeuit, ſed iure ſoli domino debentur [23]. Item hîc datur domino condictio contra creditorem ad rem pignori datam: ſi tamen is furtum cōmiſerit: nemo enim rem ſuam condicit præterquàm à fure [24].

Res perit domino, niſi adſit culpa.

Colonus poſt tempus ſuum fructū non lucratur.

QVOD TE MIHI. L. V.

DEBITOR quantitatis, interitu ipſius minimè obligationi

1 l. ſi quis conductionis. C. loc. l. commodare. & ibi Barto. infrà comm. vbi annotamus.
2 l. ſingularia. infra eo. l. ſi fundus. §. i. de pignor.
3 l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de verbo. oblig. infrà.
4 l. in contractibus. de nō nume. pec. C.
5 ſecundum Paul. Caſtr. & Iaſ. hic.
6 glo. in l. pacta conuēta. de cont. emp
7 ſecundum glo. Bart. & alios hic.
8 l. vinum. infra eo.
9 c. olim cauſam. & c. pe. de cenſib.
10 Bar. in l. Paulus. de ſolut. & hic. & Panor. in c. quanto. de iureiur.
11 l. res in dotem. de iure dot. infrà.
12 l. vxorem. §. teſtamento. de leg. iij. & l. vlt. §. j. de leg. a. ij. & l. ſi ita. de auro & arg. leg.
13 Bar. in l. j. de his quib. vt ind. C.
14 l. in rebus in prin. infrà comm.
15 l. ſi vt certo. §. nunc videndum. comm.
16 l. pignus. & l. quæ fortuitis. de pig. act. C.
17 & l. rogaſti. in prin. infra eo. l. ſi vt certo. §. nūc videndum. infrà comm.
18 & Bar. hic & alij.
19 l. incendium. C. eo. l. Lucius. depoſ. Iaſ. hic.
20 ibi, nam & ſi colonus.
21 & l. inficiando. §. vlti. de furt.
22 l. & hæc diſtinctio. §. cùm fundum. infrà loc.
23 l. qui ſcit. infrà de vſur.
24 l. vlti. vſuf. quemadm. caue. glo. & Bar. hic.

Debitor generis quãdo liberetur interitu.

tioni eximitur [1]:ſic nec debitor generis ſummi:cùm per naturam rerum genus perire non poſsit [2]: & vniuerſalia ſint æterna. Si tamen aliquis debet quantitatem proſpectu certæ ſpeciei, placuit ſpecie perempta, etiã generis ſiue quantitatis obligationem non perdurare, ſed debitorem liberari [3]. Idem planè eſt ſi debitor generis obtulerit debitum: nam poſterioris temporis à ſe periculum transfert [4]. Plus etiam dicitur debitorem quantitatis qui præcipuum lucrum creditori ex illa ſumma inferre debet, interitu ſummæ liberari [5]. Sed qui generis ſubalterni aut ſpeciei debitor eſt, perempto illo genere vel ſpecie, ab obligatione abſoluitur [6]: niſi in mora fuit, quæ per interpellationem [7], aut alterius partis implementum contrahi credita eſt [8]. Nec enim ſatis affert mala fides ad efficiendam moram [9]: niſi iis caſibus quibus dies interpellare dicitur, quod alibi monuimus [10]: & niſi in realibus actionibus, vt rei vindicatione [11], & petitione hæreditatis [12]: quam realem eſſe pluribus Iaſon comprobauit [13]. Quod verò dixi rem poſt moram peremptam, debitori perire, huc perducitur, vt etiã ſi intra tempus ad purgandam moram comparatum, res perierit, nihilominus ſemper debitoris periculo caſus nuncupetur [14].

Debitor ſubalterni generis.

Mora per malam fidem non efficitur.

Delictũ & mora obligant periculo etiam ſi res fuiſſet peritura æquè penes creditorẽ.

Et quod in mora dicimus, fortius in delicto procedit: vtrunque enim periculo rei obligat debentem [15]: nam illa duo inter ſe comparantur [16]. Nec fieri ſolet diſtinctio an res æquè apud creditorem periiſſet, necne: vtroque enim caſu indiſtinctè mora & delictum periculo obligant: vt ex verbis Iuriſcõſulti apertè oſtenditur, qui maritum, qui in mora fuerit, *omnimodo*, hoc eſt, ſine diſtinctione, periculo dotis obligari ait [17]. Et hoc omnes probant hîc. Sed quia qui iuſtam cauſam litigãdi habet, moram feciſſe non dicitur [18], ideo nec interitum rei præſtabit, & ita intelligitur, quod aliâs contra hanc ſentẽtiam obiici ex Iuriſconſulto ſolet [19]. Hæc autem in contractibus nominatis rectè admittuntur: nam in innominatis cõſtitit debitorem, etiamſi in mora non ſit, periculo rei teneri [20]. Quòd autem hîc dicitur difficultatem excuſare à mora, aliâs dicetur [21]. Et quod dicimus interitum excuſare à rei præſtatione: non impedit quominus agi poſsit ad id quod intereſt ratione rei deterioris factæ, ſecundum ea quæ notata ſunt in l. ſiue manifeſtus. §. tandiu. de cond. furt.

In cõtractibus innominatis periculum eſt debitoris indiſtinctè.

Certi condictio. L. ix.

Stipulatio alteri facta quãdo valeat.

§. Qvoniam. Quod dicitur alteri quæri non poſſe per ſtipulationem [22], fallit in numeratione; quæ ſi alterius nomine fiat, & in illum ſtipulatio concipiatur, illi quæritur [23]: ſi autem non illius nomine fieret numeratio, ſed illi tantùm ſtipulatio eſſet facta, nihil ei quæritur, ſed numeranti condictio datur, vt hîc. Plane cùm aliquis mihi ſuper re mea ſtipulatur, mihi quærit [24]: idem eſt ſi ſuper re ſua, quæ ſua durat, mihi ſtipularetur [25]. ſed & in donatione vſurpatum eſt [26], & in cauſa dotis [27], vt alteri ſtipulatio facta vtilis ſit. Sic per tutorem directa quidem pupillo non quæritur [28], ſed vtilis accommodari ſolet [29]. Item in publicis per-

D

1 *l. incendium. C. ſi cer. pe.*
2 *l. in ratione. §. incerta. infrà ad leg. Falc.*
3 *l. electio. §. ſi is quem. de noxal. l. Titia. §. vlt. & l. quidam. §. ij. infrà de leg. j. l. in nauc. loc. infrà.*
4 *l. qui decem. de ſolu.*
5 *l. Titius. infrà de praeſc. ver. & ibi Iaſ. & Pau.*
6 *d. l. in ratione. §. incerta.*
7 *vt hîc. & l. mora. infrà de vſur.*
8 *l. curabit. de act. emp. C.*
9 *Cyn in l. non intereſt. de eo quod met. cau. & Iaſ. hîc iij. col.*
10 *l. pecunia. §. vſurarum. infrà de vſur.*
11 *l. nõ ſolũ m. & l. item. §. vlt. de rei vind.*
12 *l. illud. & l. ſed etſi. §. petitio. ſuprà de pet. hære.*
13 *ſupra eod. in rub.*
14 *l. ſancimus. §. vlt. de fideiuſſ. C.*
15 *l. ſubſtracto. de furt. C. l. j. § rectiſsimè. & l. merito. infr. de vi & vi ar.*
16 *l. inter ſtipulantem. §. pen. infrà de verb. oblig.*
17 *l. ſi filio. §. ſi poſt. ibi, omninõ. ſol. ma. & ibi Imo.*
18 *l. ſi quis ſolutioni. infrà de vſur.*
19 *l. ſi plures. §. vlti. infrà depo. noto in l. de eo. §. ſi poſt. ad exhib.*
20 *l. vl. & ibi Alexan. de cond. ca. n. d. n. infrà.*
21 *l. vltim. §. idem iuris. ad leg. Rhod. de iact.*
22 *l. cum res. de donat. C. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. infrà de verb. obliga. l. j. per quas perſo. C. & hîc.*
23 *infrà §. proxi. & l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. de verb. oblig.*
24 *l. pe. ad exhi. l. quod procurator. ſuprà de procu. l. ſi quis cùm venderet. de pigno. act.*
25 *l. publia. depoſi.*
26 *l. quoties. de donat. quæ ſub modo. C.*
27 *l. Caius. infrà ſolut. mat. vbi not.*
28 *l. ſolutum. §. per liberã. de pign. act.*
29 *l. ij. qu. ind. ex fact. tut.*

ſonis obtinuit, vt alij vtiliter ſtipulentur [2]: quod alibi dictum eſt [3]. Reliqua ponuntur in l. ſi procurator. de procuratoribus.

2 l.ij.rem pup.ſal.fo.infrà.
3 l.non aliter. de adop.ſuprà.

Rem in conſpectu non incipio poſſidere niſi voluntate domini.

§. Deposvi. et l. seq. Hîc oſtenditur quòd cùm voluntate domini res eſt penes me, ſi poſtea dominus voluerit me rem poſſidere & habere, poſſidere incipio hoc ipſo actu, licet res non ſit in conſpectu. Sin autem res non eſſet penes me voluntate domini, contra eſt: non enim ſufficeret animus, ſed traditio requireretur [4], vt Bartolus & Iaſon hîc Et hic §. ſequenti reſponſo opponitur: quæ res mirè perturbatur opinionibus doctorum. Sed propius eſt, vt ſequamur Iaſonem qui à textu non recedit. Nam in hoc textu, qui depoſuerat pecuniã, poſtea permiſit depoſitario ea vti, purè: ſtatim enim primus contractus in ſecundum migrat, & de mutuo recipiens appellabitur, licet pecuniam non attigerit. At in lege ſequenti, permiſit ab initio deponens depoſitario pecunia vti, ſi volet: quæ conditio cùm contractui ſit dicta, depoſitarius velut ex mutuo non tenebitur, niſi incœperit vti pecunia, & ita voluntatem declarauerit. neque enim voluiſſe dicitur, niſi qui aliquid fecit [5]. nam cùm ſtatutum punit volentem tranſcendere murum, intelligitur de tranſcendente [6].

Portis obex remouus.

4 l.iij.& l.quemadmodũ. de acquir. poſſ.l.licet.C. illo titul.
5 glo.in l.j. verſ. voluerit. de leg.ij.
6 Bar.in l.vlt.de rer.diui. & ibi Pau.de Caſt.

Rogasti. L. xi.

PERTINET ad notata in l. ſi quis nec cauſam. ſupra eodem. Et intellige hunc textum, quando is cui res vendenda data erat vt pretio vteretur, pretium recepit: aliâs non contraheretur mutuum [7]. Et ex eo quod infrà ſequitur [8], efficitur quòd licet ex nudo pacto ex continenti appoſito actio detur [9], non idem eſt tamen, ſi pactum vſurarium eſſet, vt hîc [10]. Planè in caſu §. huius, qui ſe redditurum plus pecuniæ quàm acceperit, ſpondet, non tenetur, nec valebit illud pactum tanquàm donatio [11]: cùm alia coniectura poſſit capi quàm donationis, nempe vt facilius mutuum impetraret, Bartolus hîc [12]. Quòd autem hîc gloſ. tentat an factum, vel pœna adiecta promiſſioni quantitatis, vſuram ſapiat, non eſt huius loci, ſed alibi dicetur [13].

Ex pacto nu̇do vſurario actio non eſt.

7 l.rogaſti.infrà de præſc. verb.Bar.hîc.
8 §.ſi tibi decem.
9 l.legem. C.de pact. & l. iuriſgentiũ.§.quinimò. ſuprà de pact.
10 & l.quãuis.C.de vſur. Bar.hic.l.Titius.de præſcrip.verb.infrà.
11 l.cùm de indebito.infrà de proba.
12 Bal.in l.generaliter.de non nume.pecun.
13 in l.Iulianus.§.idẽ Papinianus.de act.emp.

Si a fvrioso. L. xii.

QVAERVNT hîc gloſſ. & doct. vtrum quoties reconciliatio mutui per conſumptionem fit, toties oriatur actio ex numeratione. quod verum eſt, ſi vtriuſque partis conſenſus affuerit [14]: ſin autem abeſt conſenſus, vt in caſu huius legis, cùm furioſus mutuat, orietur actio ex numeratione, non quidem iure, cùm conſenſus deficiat, ſed ex æquitate inducta per l. ſi & me & Titium. infra eodem, quæ ſuadet, vt quod apud te eſt ſine cauſa, domino tenearis reſtituere [15]. Iam qui alienam pecuniam mutuam recipit, nec eam vult cõſumere, de mutuo appellari non poteſt: vt gloſſ. hîc docet: quod tamen verum eſt, ſi bona-fide id facit, vt quia à domino ei renunciatum eſt ne pecuniam illam daret mutuanti, vel

In reconciliatione mutui an actio oriatur ex numeratione.

14 l.ſi quis pro.§.ſi nũmos. infrà de fideiuſſ.
15 Bart.Iaſ.& omnes.

ne

ne conſumeret [1]:ſinautem mala-fide nolit conſumere, ne condictio,ex conſumptione mutuantis quæratur, tenetur atque ſi conſumpſiſſet,cùm per eum ſtet [2].

SI FILIVSFAMILIAS. L. XIIII.

Filiofam. mutuum reddenti an repetitio ſit.

SI filius contra Macedonianum mutuatus, pecuniam reddiderit, non agit, nec ex ſua,nec ex patris perſona, cui hæres eſt [3]:at pater poteſt pecuniam vindicare, ſi extat,vt hîc:quòd ſi conſumpta eſt, non aget condictione, ſi bona-fide ſit conſumpta,vt hîc:ſi autem mala-fide,aget in omnem euentum [4].

SINGVLARIA. L. XV.

In mutuo de meo,& de mihi debito tuum fieri poteſt.

BENIGNE & cauſa coniungendarum actionum receptum eſt,vt non tantùm,cùm de meo ſit tuum, mutuum diceretur [5]:ſed etiam cùm de mihi debito,ſit tuum,vt hîc.Et illud eſt ſingulare præceptum in mutuo,quia id contra naturã mutui eſt. Et hîc eſt intellectus communis omnium. Nec enim dicendum eſt,hoc ideo in mutuo ſpeciale dici,quòd ad reliquos contractus extendi non poſsit:nam & in mutuo & in mandato, & in ſimilibus contractibus, pecunia quæ non eſt præſens, ſed tamen ſolutioni parata ex vna cauſa conuerti poteſt in aliũ cõtractũ & cauſam,vt hîc [6].Iã verò intellige hîc pecuniã (quã iuſsi debitorẽ meũ, ei cui mutuatã volebã, numerare vel promittere)non fuiſſe in pręſentia:nam ſi preſens & in oculis fuiſſet,nihil contra regulas mutui fieret, & re vera à me ad te trãſiret [7]:ſi modo ſolutioni ſit parata:quod & Iaſon & cæteri probant.Tunc enim etiam pacto nudo debitũ ex vna cauſa in aliã traducitur [8]:ſi autẽ præſens vel ſolutioni parata non eſſet ſtipulatio requireretur [9].

Præſens pecunia & ſolutioni parata in aliam cauſam transferri poteſt.

In quo valde notandum eſt,nõ ideo contractum inutilem & ſimulatum dici, quòd in eo contractus quidam nominetur, & ſubſit alius:vel ſi pecuniam numeratã fuiſſe dicatur, at nullã pecuniam interceſſiſſe poſtea conſtet. non enim minus contractus valet, cùm vnus contractus in alium,voluntate partium, tranſire poſsit: & poſsit pecunia pręſens dici,propter delegationes,& ſimiles ſatisfactiones [10]. ſimulatus autẽ cõtractus tunc dicitur,cũ re vera nil agitur, & hic non ſubſiſtit [11]. Quod ergo hîc dicitur eũ qui ob pecuniã nomine meo receptã mandati mihi obligatus eſt,incipere mutuã habere ſi id conuenerit,pro regula tenendũ erit.Nec mutat reſponſum Africani [12], quòd quidẽ in ſpeciẽ pugnat: ſed ibi multa proponuntur, quare pecunia de mãdato in cauſa mutui non ſit cõuerſa,tũ quòd ibi de vſuris conueniebat,quæ niſi ſtipulatione interpoſita nõ debẽtur [13]:tum quòd ibi ſola abſentis procuratoris epiſtola oſtenditur,quæ conuerſionẽ non habet, niſi domini conſenſus adſit:vt fuſè Coraſius docuit [14].

SI SOCIVS. L. XVI.

In particularibus & vniuerſalibus quando dominium ſine traditione trãſferatur.

QVEMADMODVM in particularibus dominiũ nõ transfertur, niſi ſecuta traditione, vel quaſi [15]: ita & in vniuerſalibus [16]:ſed cùm titulus vniuerſalis perſonæ accedit,tũc ex illo titulo vniuerſali ſine traditione dominiũ transfertur [17]: vt in ſocietate, in qua ea vniuerſa communicantur, quæ ſociorum ſunt [18].

Quæſita ab vno ex ſocijs nõ communicantur,niſi tradantur.

quæ autẽ poſteà ab aliquo eorũ acquiruntur, in ſocietatẽ nõ tranſeũt,niſi revera ſocietati inferantur,vt hîc:ex quo efficitur, vt acquirens,interea poſsit illa iure alienare,actione tamen pro ſocio ad illa cõmunicanda tenetur [19].Sic ſi res nõ-

1 l.Titia.ſol.ma.c.veniẽs. de teſti.l.vlt.de leg.commiſſ.infrà.
2 l.iure ciuili.de cond. & demonſtr.infrà.gloſſ.& Bar.hîc.
3 l.qui exceptionem.infrà de cond.inde. & l.ſi non ſortem. §.ſi filiusfamil. illo titul.
4 l.ſed etſi. §.j.infrà ad Macedo.ſecund. vnam ſolut.gloſſ.hîc.
5 l.ij.§.appellata.ſupra e.
6 & l.ſi ſponſalibus. §.j. de iur.dot.l.iij.§.vlt. de donat.inter vir.infrà.
7 l.pecuniam.de ſol.infrà. l.quod meo. §.ſi venditorẽ.& l.j.§.ſi iuſſerim. de acquir.poſſ.infrà.
8 per hunc textum.
9 l.ſi ex pretio.C.eod.
10 Bart.hic.pen.& vlt.col. & alij in l.ſi ex pretio. per illum tex.C.eod.
11 l.j.& ſequẽ.plus valere quod agit.C.
12 l.qui negotia.infrà mãd.
13 l.iij.de vſur.C.
14 lib.vj.Miſcell.c.xvj.
15 l.ſi ager.de rei vin.& l.traditionibus.C.de pac.
16 glo.in l.j.in §.vniuerſæ. pro dot.tex.in l.qui tibi. de her.vel act.vẽ.l.qui tibi.de his qui à non do.
17 l.ſi adeptauero.infrà de precar.auth.ingreſſi.de ſacroſanct.eccle.C.
18 l.j.& ij.infrà pro ſoc.
19 l.ſi quis ſocietatem.pro ſocio.infrà.

dum illata ſocietati, ſit ſurrepta ei ſoli dabitur furti actio, qui eam emit, non alteri, licet omnium bonorum ſint ſocij [1].

CVM FILIVSFAMILIAS. L. XVII.

Filiusfam. & monachus an agit ſine patre & prælato.

VVLGATVM eſt filiumfamilias non poſſe verſari in iudicio, niſi conſenſu patris [2]: ſi tamen abſit pater, humaniter filio conceditur extra ordinem iudicem implorare, vt hîc [3]: & verum eſt, ſi cōſumpſerit pecuniam creditor: nam ſi extat, filiusfamilias vindicabit: Alexander hîc: ſic abſente patre poterit iniuriam ſuam proſequi [4]: idem volunt in monachis abſente prælato [5]. Nec verò filiusfamilias, vel monachi agentes tenebuntur cautionem præſtare, patrem vel prælatum ratum habituros, ſecundum Baldum & Alexand. [6] quod verum eſt, ſi actio deſcendit ex contractu quem inierint ipſi. Nam & ſeruo & filiofamilias ex contractibus ſuis poteſt ſolui [7], atque adeo prædoni ex ſuo contractu [8]. Sin autem ex contractu inito à patre, vel à ſe & patre ſimul, cautio præſtanda eſt [9]. Planè in criminalibus, filius in iudicio ſine patris conſenſu eſſe poteſt, idque retulit Baldus [10]. quod ad pœnas corporis verè opinor dicitur. at ſi bona filij ob crimen fiſco inferri iuberentur, nihil ea res patri nocitura eſt, qui & profectitium filij peculium, & vſumfructū quem in aduentitio habet ex lege, ſeruaturus eſt [11]. Item an canonicus ratione ſuæ præbendæ agere poſſit, vide textum & ibi Panormitanum in capit. tertio. de probationib.

SI EGO PECVNIAM. L. XVIII.

Diſſenſus impedit tranſlationem dominij.

NOTA diſſenſum impedire tranſlationem dominij, per hunc textum. Quod locum non habet, ſi debitum præcedebat: tunc enim fauore liberationis non inſubtiliter defenditur trāſferri dominium. & ita communiter ſoluitur l. cùm in corpus. de acquir. rer. domi. [12] quæ ſolutio licet forſan non ſit accommodata legi illi (poteſt enim & huic legi conuenire) prætereà & diuinationem habeat, non eſt tamen refutanda. Quis enim res tam repugnantes, & in ſpecie contrarias bene poſſit diſſoluere, niſi ineptè?

NON OMNIS. L. XIX.

Donatio cauſa mortis reuocatur.

NOTA donationem cauſa mortis reuocari, ſi donans à morbo recreetur: quod verum erit, ſi infirmitate conſtāte donauerit: nam ſi ponas ſanum dediſſe, & poſteà in morbum incidiſſe, habet rationem vt recepta ſanitas non reuocet donationem [13]. idem eſt ſi pactus eſſet ſe nō reuocaturum [14]. Planè quod dicitur, pœnitentia donationem cauſa mortis reuocari, locum non habet, ſi donans ſine hærede deceſſerit [15]. Sed & reuocatur ſi donans alteri donauerit [16]: ſicut dicitur in legato [17]. Item hæc lex pertinet ad notata in l. in illa. infrà de verb. oblig. Et ex §. ſi pupillus. efficitur, Pupillum verum debitorem ſoluentem creditori non liberari, vt hîc [18]. nec enim rerum ſuarum geſtionem habet [19]: ſic res quæ ſeruando non ſeruantur (in quibus & pecunia eſt [20]) non alienat. Sed hæc in adulto, qui curatorem non habet, non recipientur, qui cùm habeat adminiſtrationem, dominium pecuniæ transfert [21]. Sed & in pupillo perpetuum eſt, vt quoties conditionem ſuam meliorem facit, toties ſine tutore contrahere poſſit [22].

Pupillus ſoluēs an liberetur.

Quidam

1 *l. ſi quis vxori. §. ſi ex duobus. de fur. infrà.*
2 *l. j. §. neceſſitate. de bon. qua lib. C. c. vlt. ad fi. de iud. lib. vj.*
3 *& l. ſi libertus. de in ius vocā. l. ſi longius. §. j. ſuprà de iudi.*
4 *l. ſed ſi vnius. §. filio. de iniur.*
5 *glo. & doct. in c. cum dilecta. ad fi. de reſcr.*
6 *in l. ſi cùm dotē. §. ſi patri. ſolu. mat. & Iaſ. hîc.*
7 *l. quod ſeruus. de ſol. & Barto. in l. ſi filiusfamilias. de pact. C.*
8 *l. ſi vrbana familia. & ibi Bart. de condi. indeb. Panor. in c. qualiter. de elect.*
9 *d. l. ſi cùm dot. m. §. ſi patri. ſolu. mat. & Iaſ. hîc.*
10 *conſi. lxxxiij.*
11 *Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de damno infect. infrà. noto in l. iij. §. ſed vtrum. de minor.*
12 *glo. Bart. & Alex.*
13 *l. ſi is ſeruus. in ver. aut ſuſpicione. infrà de don. inter vi. & vxo. l. cond. §. vlt. de exce. dol. infrà. Iaſ.*
14 *l. ſi alienam. §. j. & l. vbi ita. de dona. cau. mor.*
15 *l. j. qui ſine manu. ad li. & Ang. in l. qui Romæ. §. Flauius. de verb. obli. & Iaſ. hîc.*
16 *argu. l. ſi maritus. C. de dona. inter vir. & vxo. l. vxori. illo tit.*
17 *l. rem legatam. de adim. leg. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de leg. iij.*
18 *& l. quòd ſi fortè. §. vl. de ſolut.*
19 *l. videamus. de in litem iurand.*
20 *§. conſtituitur. de vſuf. Inſtit. ponimus. in l. Iulianus. de pet. hæred.*
21 *gl. ſing. in l. j. §. fuit quæſitum. ad Treb. Iaſ. hîc.*
22 *l. non ideo. de procu. l. pupillus. de acquir. rer. do.*

QVIDAM EXISTIMAVERVNT. L. XXI.

Particularis ſolutio an admittatur.

CVM Plura debita ex pluribus cauſis ſubſiſtunt, ſufficit ex vna illarum ſolutionem implere [1]. Dicuntur autem plures cauſæ, & plura debita, cùm ſunt plures res, & plures ſummæ vna ſtipulatione, vel vno contractu comprehenſæ [2]. In eodem autem debito non admittitur particularis ſolutio [3], ſi liquidum eſt: at ſi pars negaretur, & alia pro confeſſa haberetur, contrà, vt hîc, vbi creditor partem confeſſam tenetur recipere. Planè debitore offerente totam ſortem ſine vſuris, tenebitur creditor recipere: debitori enim ſoluenti licet eligere, qua ex cauſa ſoluere velit [4]. Item particularis ſolutio admittitur fauore eius cui tributa imperantur, vt Bartolus refert. Quæ ſententia & periculoſa eſt, & non eſt opinor vera: quod enim emphyteutis & colonis ſuis princeps indulget, vt particulariter canonem inferant [5], non eſt ad priuatos perducendum, vt Baldus & Alex. volunt.

VINVM. L. XXII.

In æſtimatione iure actionis facienda ſpectatur tẽpus condemnationis.

Aeſtimatio ſit officio iudicis per affectionis iuramentum.

HOC reſponſum ſi à textu non recedas, planum eſt: ſed ſi cum aliis quæ in eandem ſententiam ſcripta ſunt, comparetur, tam difficile eſt, vt propè cum illis conuenire nequeat. Cùm igitur quærimus quod tempus in æſtimatione facienda diſpici debeat, magis eſt vt rem ita temperemus. Aliquando enim æſtimatio iure actionis debetur, puta cùm aliquis æſtimationem promiſit: & eo caſu tempus contractus ferè ſpectari ſolet [6]. Euenit verò vt non actionis iure, ſed officio ius dicentis æſtimatio fiat: in quo placet Bartoli, Bald. Salyce. & Alexand. opinio [7], quæ tempus rei iudicandæ, hoc eſt ſententię, obſeruandum eſſe voluit: ſi fiat æſtimatio per iuramentum in litem, quod affectionis eſt [8]. Sinuerò æſtimatio ſecundum veritatem fiat, ſubſiſtimus: quædam enim reſponſa [9] æſtimationem referendam eſſe voluerunt ad id tempus, quo iudicium conteſtatum eſt: alia ad tempus moræ [10]. In quo & ſi difficile factu eſt aliquid aſſerentem non offendere, habet tamen ſummam rationem opinio Bartoli, quæ generaliter definit, ſemper moræ tẽpus obſeruari: nempe quanti res fuit à mora contracta [11]: vel à delicto commiſſo [12].

Aeſtimatio per veritatem ſit à mora.

Accidit autem vt interdum in limine contractus fiat mora, ſcilicet cùm vna pars implet: puta in contractu venditionis emptor ſoluit pretium: venditor autem rem non tradit; hîc in veſtibulo contractus propter implementũ emptoris, venditor in mora eſt [13]: non eſt igitur mirum, ſi in æſtimatione facienda contra venditorem non tradentem, etiam tempus contractus quo res vænit diſpici iubeatur [14]: tempus enim contractus, tempus moræ eſt. & licet propriè nulla mora interceſſerit [15], quæ per interpellationem ſolùm fieri creditur [16]: fit tamen mora in rem [17]: ſi enim nulla omnino mora efficeretur per alterius partis implementum, quo modo ex implemento vẽditoris emptor ad vſuras teneretur, cùm tamen etiam iure canonico vſuras debere eum, ſatis conſtet [18]. Et ſi vſuras debet, cur non & ratione eius quod intereſt damnari poſſit? conſtitit enim vſuras non tanquam vſuras, ſed tanquam id quod intereſt in hoc caſu capi [19]. Propter imple-

Mora per implementum vnius partis fieri ſolet.

1 *l. vlti. quib. mod. pig. ſol. infrà.*
2 *l. ſcire debemus. de verb. oblig.*
3 *l. planè. infrà fam. erciſ. l. tutor. §. Lucius. de vſu.*
4 *l. j. de ſolut. Dig. & C. ſecund. Paul. hîc.*
5 *l. placuit. de coll. fund. patrim.*
6 *l. hominem. infrà mãd. l. fundum Cornelianum. de nouat. l. id quod. in fi. de conſtit. pecunia. l. vbi. §. j. de eden. ſecun. Bart. Alex. & alios hîc.*
7 *hîc & in l. iij. §. in hac. commod.*
8 *per text. in d. l. iij. §. in hac.*
9 *hîc tex. & l. vlt. de triti.*
10 *l. datio. §. cùm per venditorem. de actio. empti. l. pe. infrà de cond. tritic.*
11 *vt hîc. & l. pe. & vltim. infrà. de tritica.*
12 *l. in re. §. j. infrà de condic. furt.*
13 *l. curabit. de actio. empt. & l. Iulianus. §. ex vẽdito. infrà de act. empt.*
14 *per l. datio. §. cùm per vẽditorẽ. de act. empt.*
15 *vt tex. in d. l. curabit. ad fin.*
16 *l. mora. de vſuris.*
17 *per d. l. curabit. & ibi Bartol.*
18 *glo. in c. conqueſtus. de vſur. & ibi Panor. Bal. in l. ij. de vſu rer. iudic. nota in l. j. de vſur.*
19 *gl. in d. c. conqueſtus.*

COMMVNI DIVIDVNDO. L. VII.

Vectigalis fundus an poſsit diuidi.

NOTA vectigalem fundum nō diuidi, quod verum eſt, ſi iudici id expedire viſum fuerit: aliâs enim poſſet diuidi, vt ſuprà annotauimus[1]. Quod autem quærit gl. cùm duo ſunt emphyteutæ hæredes, & vnus alio ceſſante ſoluit, an tota res in commiſſum cadat, alibi tetigimus[2].

Creditor pignoratitius ad diuiſionē prouocatur.

§. SI DEBITOR COMMVNIS. Creditor cui pignori res data eſt, quandiu pignori incumbit ad diuiſionem rectè prouocatur: & poteſt res creditori adiudicari tota vel pars[3]: & eam diuiſionem eo modo cum creditore expeditam, tenebitur ratam habere debitor. Si enim fuerit omnino res adiudicata creditori, non eſt audiendus debitor qui vult partem ſuam tãtùm recipere, ſed & aliam recuperare tenebitur data æſtimatione. Idem ferè dixi[4], cùm duo fratres vendunt fundum communem cum facultate redimendi, neque enim vnus partem ſuam rectè ex pacto auocare intendit, niſi & aliam auocet, quod & placito CVRIAE Pariſienſis continetur[5]. Planè ſi creditor volens ſine iudice diuiſiſſet, nec prouocatus, exiſtimo eam diuiſionem debitori non nocere[6]. Quòd ſi debitor qui fundum cum alio communem pro indiuiſo habebat, fundum obligauerit, rectè quidem ad diuiſionem prouocatur: ſed ea diuiſio nō officit creditori, quin eam quoque partem quæ alteri ſocio adiudicata eſt, ſibi oppigneratam habeat[7]: quod aliâs admonuimus[8].

Pactitia redhibitio.

Debitor diuidens non officit iuri creditoris cui res obligata eſt.

ITEM QVAMVIS. L. X.

Vſus indiuiduus.

VSVM vnius indiuiduum eſſe ſatis conſtat, quod & ſuprà diximus[9]: ſi tamen duo vſum habent, poterit id neceſsitatis cauſa admitti, vt vnus ſolus vtatur, & alteri pecuniam reficiat, vt hîc.

IN HOC IVDICIVM. L. XIIII.

HANC legem explica vt aliâs dicetur[10]. Reliqua autem de impenſis ſeruandis habes in l. in fundo. infrà de rei vind. Et eſt valde ſingulare quod hîc dicitur, ſingularem ſucceſſorem retentionem habere, propter impenſas ab authore factas.

Societas in æternū an poſſit coiri.

§. SI CONVENIAT. Conuenire inter partes poteſt, vt ad certum tempus in communione ſint, puta quandiu viuunt[11]: hactenus tamen conuentio obſeruabitur, quatenus ſocietas non erit onerosa: ſi enim vnus ex ſocijs iniurioſus aut prodigus ſit factus, poteſt etiam nihil nocente pacto, ſocietas & cõmunio renunciari[12]. Sed vt in æternum nō diſcedatur à communione, non valet, vt hîc[13]. Quæſitū eſt autem an teſtator poſsit iubere, vt fratres aut hæredes in ſocietate perſtēt, quod ſine dubio obtinet, ſi ad certum tempus in communione eſſe iuſſi ſint[14]: ſi autem in æternum teſtator iuberet non diſcedere, magis eſt per hunc textum, vt non valeat iuſſus, quod Paulus & Iaſon probant[15]. Sæpe enim eadem cauſa eſt teſtamentorum atque contractuum[16]. Plus etiam quæritur, an conuentio qua ſolet conueniri inter partes, ne in æternum diuidant, firmetur

Teſtator quãdo poſsit iubere vt hæredes in cõmunione ſint.

1 l. item prædia. ſuprà ſa. erciſc.
2 l. ſi neceſſarias. §. ſi vnus. infrà. de pig. act.
3 vt hîc. & l. ſi probatum. C. commu. diuid.
4 l. quod ſi vno. infrà. de in diem addict.
5 xj. Calend. Maij, anno 1548.
6 l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. de euict.
7 l. ſi quis putans. §. ſi fundus communis ſuprà eo. l. ſi conſenſit. §. vl. infrà. quib. mod. pig. vel hypot. ſol.
8 l. Iulianus. §. idem Celſus. de act. emp. infrà.
9 l. vſus pars. de vſu & habitat.
10 in l. ſi in arca. infrà de cond. indeb.
11 l. j. infrà pro ſoc.
12 l. ſi conuenerit. infrà pro ſocio.
13 & l. nulla infrà pro ſoc.
14 l. ſi qui ita ſint inſtituti. infrà de cond. inſt. & ibi Bal. & Ang. Bar. in l. Quintus. de annu. leg.
15 in l. ſi non ſortē. §. ſi centum. de cond. indeb.
16 l. ſeruum filij. §. cū qui. de leg. j.

Societas in æternum contracta non firmatur iuramento.

firmetur iuramento: quod vix eſt [1]: ſic teſtator qui iurauit teſtamentum non reuocare, licitè reuocat [2]: & idem in eo qui iurauit non reuocare procuratorem [3].

VT FVNDVS. L. XVIII.

Arbiter ſuper alio iudicare nõ poteſt, quã ſuper eo de quo eſt acceptus.

ARBITER non poteſt ſuper alio iudicare, quàm de eo ſuper quo eſt aditus. Ideóq; benè retulit Bartolus [4], arbitrum ſuper diuiſione acceptum, non poſſe occaſione diuiſionis iudicare, vt vnus det rem quæ communis non eſt, & de qua non eſt controuerſia, alteri [5]. Non enim rectè facit iudex, qui ad ea quæ libello non continentur, condemnat [6]. Sed hæc in ciuilibus & iis quæ priuatam litigantium vtilitatem reſpiciunt, in quibus iudex nihil debet decernere niſi petitus [7]. At in criminalibus in quibus vindicta publica depoſcitur, ad libellum non eſt proſpectus [8]: ad officium enim iudicis de crimine cognoſcentis pertinet inquirere tam de delicto, quàm innocentia delati [9].

In ciuilibus iudex non plus poteſt quam libello continetur.

SI IS CVM QVO. L. XX.

NOTAT hîc Bartolus poſſe iudicem in odium eius qui contumax eſt, & ad edictũ non venit, iubere vt villa illius diruatur, aut arbuſta ſuccidantur. Quod ſi villa quæ diruta eſt, erat mihi communis cum contumace, rectè intendam, eum ad ſarciẽdum damnum cõdemnari, vt hîc. Sic cùm ex facto vnius ex hæredibus, omnes hæredes pœnam incurrerunt, familiæ erciſcundæ iudicio ille cæteris damnum reficere debet [10]: ſic cùm propter delictum vnius ciuis, ius pignerationis ſiue, Marcæ datum eſt contra ciuitatem, ſi quod damnum reliqui ciues contemplatione pignerationis acceperint, ab illo ſeruabunt qui cauſam pignerationi præſtitit [11]. Quòd verò dixi ex veterum ſententia, eius qui ad edictum non reſpondiſſet, villam à iudice dirui poſſe, perquàm durum eſt: ſufficere enim videtur, ſi contumacia damno litis coerceatur [12], vel ſi magis expedire iudex animaduerterit, bona illius iubeantur poſſideri, ſecundum formam quæ iure relata eſt [13]. Itaque bene eſt, ſi hîc ex Pandectis Florentinis reponamus, *ſi is cum quo fundum communem habes, ad delictum non reſpondit*; nec enim probè, *ad edictum*, legi videtur poſſe. Nec abſurdum eſt in delictis domos & fundos dirui, quorum nomine & perſonæ interficiuntur, quanquam Duarenus [14] hîc legi contendat, *ſi quis ad delectum non reſpondit*, ex eo quod alibi dicitur [15], eos qui olim ad delectum non reſpondebant, vt proditores libertatis, in ſeruitutem redigi: quæ lectura vera eſſe poteſt.

Damnum ſarciendum eſt ab eo qui cauſam damno dedit.

SABINVS. L. XXVIII.

Socius an reficere poſſit.

PERTINET ad ea quæ ſuperius dicta ſunt in l. iij. de ſeruit. An verò ſocio ius ſit reficiẽdi, etiam ſuprà monuimus [16].

Ad Exhibendum.

IN HAC ACTIONE. L. III. §. SCIENDVM.

Iudex in iudicando ſolennitates ſeruare debet.

DERE eſt vt in omnibus iudex plenã inquiſitionem interponere debeat [17]: nec valeret ſententia non ſeruato iudiciorum ordine [18]: quod adeò verum eſt, vt inferior à Principe vel à Papa, vt legatus cardinalis nõ poſſit cognoſcere, vel alteri cognoſcendũ commit-

C

---

1 ſecund. Iaſ. in d. §. ſi certum. ſi. col.

2 Bar. in l. ſi quis. in prin. de leg. iij.

3 glo. in ver. reuocatus. in c. vlt. de procur. lib. vj.

4 in l. cum Aquiliana. de tranſact.

5 l. non diſtinguemus. §. de officio. & l. ſi cũ dies. §. plenum. de arbit.

6 l. vlt. de fideicõ. libert. C.

7 l. iiij. §. hoc autẽ. & ibi Bar. de damno. infecto

8 l. quid ergo. §. pœna grauior. & ibi Barto. & glo. de his qui not. infami.

9 l. ſi non defendantur. de pœnis.

10 l. iiij. §. item ſi in facto. de verb. oblig.

11 Bar. in l. nam & Seruius. de neg. geſt. in prin.

12 l. contumacia. infrà. de re iud.

13 c. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lit. non conteſt. Auth. & qui iurat. de bon. auth. iud. poſſ.

14 l. j. an iniur. diſp. c. iiij.

15 l. qui cum vno. de re mil.

16 l. in re communi. de ſer uit. vrb. præd.

17 l. indices. C. de iud.

18 l. prolatã. de ſent. & interl. C. & ibi glo.

In nonnullis cauſis ſummatim iudicatur.

tere ſummatim & de plano [1]. Multæ tamẽ ſolent cauſæ numerari, in quibus ſummatim & de plano cognoſci poteſt: vt ſunt cauſæ viles & paruæ [2]: itẽ inter domeſticos, patrẽ & filiũ, libertos & ſimiles [3]: itẽ cùm petitur exhiberi, vt hoc tex. & multis caſibus quos gloſ. hîc recenſet. Sed admonendi ſumus his verbis *ſummatim & de plano*, duo potiſsimũ cõtineri. Primùm enim exiſtimatur ſublata ſolẽnitas, quę iure prodita eſt [4], hoc eſt vt prætermiſſo iuris ordine de cauſa cognoſcatur. Alterum eſt, vt ſemiplenę & ſummarię probationes ſufficiãt. Vtrũq; verò habet locũ cùm de re modica & parui momenti agitur, vt cùm exhiberi petitur: nã & remittitur ſolẽnitas in iudiciis cõſueta: itẽ ſufficiũt ſemiplenæ probationes, nempe iuramẽtũ [5]: quæ autem exceptiones altiorẽ quęſtionẽ habent, in directum iudiciũ ſuſtinentur, vt infra. ea. l. §. ibidẽ: idẽ cùm agitur de alimentis [6]: & ſimilibus cauſis. quod ideo admitti placuit, quia præiudiciũ per ſummariã illam cognitionẽ nõ creatur veritati. [7] Aliquando autẽ ſunt cauſæ graues, in quibus iure permittente, procedi poteſt ſummatim & de plano: quibus verbis id tantùm ſignificatur, vt abſq; forma & ordine ſolito iudiciorũ lis peragatur: vt euenit in cauſis beneficiorũ, decimarũ & vſurarum, quæ de plano tractari iubentur [8]: item in crimine læſæ maieſtatis [9]. In his neq; citatio, neq; litis conteſtatio, neq; multa alia quę ad iudiciorum formam pertinent, requiruntur: plenæ tamẽ probationes & defenſiones admitti debent [10], in magnis enim cauſis illa verba *ſummatim, & de plano*, ſolennia quidem iudiciorum remittunt, ſed non probationes.

Quid ſignent verba *ſummatim et de plano.*

Iuramentum in ſummarijs cognitionibus ſufficit,

Exceptiones oppoſitæ in iudicio præparãte, reiiciuntur ad iudiciũ principale.

§. IBIDEM SVBIVNGIT. Ex hoc textu generaliter dici ſolet, exceptiones oppoſitas in iudicio præparante, reiici ad iudiciũ directũ, ſi altiorẽ quæſtionẽ deſyderent: quod verum eſt, niſi eſſent exceptiones litis finię, vt hîc: aut niſi qui eas obiicit ex continẽti & ad manum probationes haberet [11]: nam ſi ex longinquo probatio eſſet petenda, differuntur [12]. Quæ ſint autem exceptiones quæ altiorem quæſtionem habẽt, facti magis, quàm iuris quæſtio eſt: ideo in exiſtimatione iudicis res ponẽda erit: quanquã & Bar. in eã ſententiã plura ſcripſerit [13]. Huc pertinet quod & iure canonico manifeſtè proditũ eſt [14], perẽptorias exceptiones non impedire litis ingreſſum, aut cõteſtationẽ: ſed cõmodius de illis poſt litis conteſtationẽ diſceptabitur [15], quod tamẽ ipſum rationẽ habet niſi eſſent exceptiones litis finitæ, vt de re iudicata & trãſacta [16], & deciſa iureiurando [17]. Nam inter omnes conſtitit [18], eas exceptiones omnes quibus ipſo iure actio perimitur, impedire litem: neq; enim ſine actione aliquis experiri poteſt [19], quod eouſq; perducendũ eſſe exiſtimo, vt habeat locum etiamſi exceptiones illæ altiorem tractatũ poſtulẽt, idq; per hunc textũ, qui manifeſtè hoc conuincit. Ex quo exiſtimo communẽ omnium opinionẽ [20], falſam eſſe qui exceptiones litis finię, quæ altiorem quæſtionẽ deſyderant, differendas eſſe cenſuerunt. ſicut enim hîc dicitur, exceptiones litis finitæ, in iudicio præparante examinari debere, etiamſi altiorẽ quæſtionẽ poſtulẽt, nec ad aliud iudicium reiici; ita & dici poteſt in eo iudicio cui nullũ aliud conſequitur, exceptiones litis finitæ ante litem conteſtatam oppoſitas, impedire litis conteſtationem, nec differendas poſt

Peremptoriæ exceptiones litis ingreſſum nõ impediunt.

Niſi ſint de lite finita.

1 glo. ſing. in c. vlt. verb. figura. de haret. lib. vj.
2 Auth. niſi breuiores. de ſent. ex breui. reci. C.
3 l. nec quidquã. §. de plano. ſupra. de off. procon. & leg.
4 Auth. offeratur. C. de lit. conteſt. & glo. in d. l. prolatam.
5 l. theſaurus. infrà. eo.
6 l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parẽs. de lib. exhib.
7 l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper. de re iud. d. l. ſi quis à liberis. § meminiſſe.
8 c. diſpendioſam. de iud. in clem.
9 extrau. ad reprimendũ. Qui ſint rebell. vbi Bar. fuſè.
10 c. ſæpe. de verb. ſign. in clem.
11 l. ſi is à quo. vt in poſſ. leg. ſeu fideic.
12 l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ad Treb.
13 l. iiij. §. condemnatũ. de re iud. & d. l. is à quo.
14 c. j. de lit. conteſt. lib. vj.
15 l. peremptorias. Senten. reſc. non poſſ.
16 d. c. j. de lit. conteſt.
17 l. nam poſteaquam. ibi, actio denegatur. de iureiur.
18 Bar. Alex. Iaſ. in d. l. nam poſteaquam.
19 l. ſi pupilli. §. vlt. ſuprà. de neg. geſt.
20 Bar. & aliorum in d. l. nam poſteaquã. in prin.

litem conteſtatam: nam quæ ante litis conteſtationem fiunt, præparatoria dicuntur iudicij [1]: ſicut actio ad exhibendum eſt præparatio aliarum actionum [2], Igitur ante litem conteſtatam examinabuntur eæ exceptiones litis finitæ, adhibita altiori diſceptatione, ſi res ita poſtulet, nec tamē per hoc omnino dici poteſt, conteſtationem litis factam eſſe: vt enim per dilatoriam exceptionem conteſtatio non fit [3]: ſic nec per peremptoriam [4], quod ſane admittit Panormit. [5]

Nec perēptoria nec dilatoria obiecta facit cōteſtationem.

1 *glo. in verb. proœmiis. §. pe. in Auth. in med. lit. non fier. ſacr. iuſſ.*
2 *ſupra. ea. l. §. eſt autem.*
3 *l. j. de litis conteſt. C. & c. j. de lit. conte. ext.*
4 *c. ſi oblato. de lit. conteſta. lib. vj.*
5 *in d. c. j. de lit. cont.*

DE EO EXHIBENDO. L. XII.

§. SI POST IVDICIVM. Notandum eſt eum qui moram in reſtituendo fecit teneri de interitu rei, etiam ſi res æquè peritura erat, apud actorem ſi ante moram fuiſſet reſtituta [6]: quod ex communi omnium opinione infrà annotauimus [7]. Sed tanto magis condemnatio erit facienda, ſi res eo caſu perierit qui non accidiſſet, ſi fuiſſet res reſtituta, vt hîc. Si tamen eſſet aliqua iuſta litigandi cauſa, qui non reſtituit, non continuò in mora eſt [8]: ideo nec teneri poteſt periculo rei, etiamſi non fuiſſet res æquè apud actorem peritura, quamuis Bald. hîc diſſentiat.

Qui in mora eſt, periculo rei obligatur, licet res apud dominum ſimiliter fuiſſet peritura.

6 *l. ſi filio. §. ſi poſt. ſolut. mat.*
7 *l. quod te mihi. ſi cert. petat.*
8 *l. ſi quis ſolutioni. in princ. de vſuris.*

THESAVRVS. L. XV.

HANC legem repete ex his quæ diximus. in l. iij. §. ſciendum. ſupra eod.

De interrogationibus in iure faciendis & interrogatoriis actionibus.

TOTIES HAERES. L. I.

INTERROGATORIAS actiones appellari Duarenus ait [9], non quòd per eas actor intenderet reum ad reſpondendum cogi debere: ſed ita nomen acceperūt, quòd ex interrogati reſponſione darentur. Has Iuriſconſultus hîc in deſuetudinem abiiſſe dicit: videbatur enim durum, ante iudicium conſtitutum de ſuo iure aliquem cogi reſpondere, ſucceſſit verò edictum prætoris, quo aliquis poſt iudicium inchoatum cogitur de poſſeſsione & iure ſuo quaſi profeſsionem edere, & reſpondere: vt ſi rogetur qua ex parte poſsideat, item an hæres aut qua parte hæres ſit [10], & ex cæteris cauſis quas hîc glo. enumerat. Eius ferme generis eſt, quod de poſitionibus apud Canoniſtas explicatur [11]; vt enim hîc interrogationibus factis tenetur reus reſpondere, ita & poſitionibus: & qui iuſſus reſpondere poſitionibus non reſponderit, pro confeſſo habetur, quantum ad poſitiones attinet [12]: idem in interrogationibus dicitur [13], quòd ſi reſponderit, ipſi actori valebit ad probationem reſponſio [14]: & ſi confeſsio negotium principale reſpicit, pro condemnatione eſt [15].

Quare interrogatoriæ actiones dictæ.

Poſitiones interrogationibus reſpōdent.

Contumax in reſpōdēdo pro confeſſo eſt.

9 *cap. xliij. lib. j. anniuerſar. diſput.*
10 *l. qui interrogatur. infra eo.*
11 *c. j. & ibi. ſuſè gloſ. de cōfeſſ. lib. vj. & per Bar. hîc.*
12 *c. ij. de confeſſ. lib. vj.*
13 *l. de ætate. §. qui tacuit. infra eo.*
14 *l. ij. infrà eo.*
15 *l. j. C. de confeſſ.*

QVI INTERROGATVR. L. V.

HOC caput videtur labefactare id quod aliâs dixi-

mus [1], neminem cogi titulum ſuæ poſſeſſionis dicere [2], cùm hîc dicatur cogi quem reſpondere an ſit hæres. In quo animaduertendum eſt, eum qui conuenitur hæreditatis petitione, cogi titulum ſuæ poſſeſsionis dicere: id enim ſpecialiter inductum eſt [3]: ſi autem alia actione conuenitur qui hæreditatem poſsidet, puta à creditoribus, cogetur quidem reſpondere an ſit hæres, hoc eſt, an pro hærede poſsideat [4]: non autem de iure & titulo vt ſuprà dixi, quod ita Baldus [5] poſt Speculatorẽ [6] definit, vt hactenus reus interrogationi & poſitioni actoris cogatur reſpondere, quatenus de iure actoris interrogatur: at interrogatus reus de iure ad ſe pertinẽte & ex quo nihil actori poſsit accreſcere, reſpondere non cogetur [7]. Nec omittendum eſt quod alias CVRIA Pariſienſis cenſuit, interrogationes fieri debere expenſis eius qui eas fieri petit: quanquam iure ciuili iudici arbitrandi poteſtas eſt, an communibus expenſis an verò vnius partis fieri debeant [8].

Interrogatus de titulo an cogatur reſpõdere.

Cuius expenſis fiunt interrogationes.

SI SINE INTERROGATIONE. L. IX.

§. QVI INTERROGATVS. Valde notandum, ſemper ad interrogata reſponſionem referendam eſſe [9]. Itaque qui interrogatus an ſit hæres ex dimidia, reſpondit ſimpliciter, ſe hæredem, ex dimidia hæredem ſe confitetur, vt hîc. vnde dici ſolet in eo qui multa à principe petiit, & ſimpliciter reſponſum accepit per *fiat* vel *conceditur*, vt videatur in omnibus reſponſum meruiſſe [10].

Reſponſio ad petita refertur.

NON ALIENVM. L. X.

QVOD hîc dicitur quem poſſe interrogari an res ſit ſua, cùm ab eo damni infecti ſtipulari volumus, intellectum habet vt teneatur reſpondere de poſſeſsione, non de dominio, vt ſuprà diximus [11], quod cum ratione dicitur: nam etiam ab eo qui bona-fide alienum emit, de damno infecto ſtipulari poſſumus [12].

DE AETATE. L. XI.

§. QVI TACVIT. Quicùm ex maiore parte hæres eſſet reſpondit ſe ex minore hæredem eſſe, propter mendacium inſolidum conuenitur [13]: cui conſequens eſt, vt in eadem quoque cauſa ſit, ſi cùm hæres ex parte eſſet, & omnino ſe hæredem negaſſet. Neque enim in iure ciuili nouum eſt, vt qui mendacium commiſerit, pœnam ex continenti mendacij ferat. Itaq; ab eo qui eũ poſsideret, dixerit ſe non poſsidere trãſlatio poſſeſsionis fit: idq; tam in actione in rem [14], quàm hypothecaria [15]. Sic ob mendacium perditur beneficium, vt quis quatenus facere poteſt cõueniatur [16]: & diuiſionis [17]. Sic vaſallus qui feudum vel feudi qualitatem fuerit inficiatus, feudum perdit [18]. Hîc autem quæritur de eo qui hæres eſt ex parte, & tacuit, nec edicto prætoris, quod de interrogationibus in iure faciendis propoſitum eſt morem geſsit: & placuit eum pro negante haberi, & ſic inſolidum teneri, & ita exiſtimo hunc §. legendum. Qui enim cum nullo modo eſſet hæres, interrogatus tacuit, non ideo tenebitur [19]. Et nota in odiũ cõtumacis ſemper accipi quod nocet illi: ideo qui hæres eſt ex parte, & interrogatus an ſit hæres, tacet, pro negante habetur,

Mendacij pœnitur.

Intellectus literæ.

Contra contumacẽ accipitur quod illi nocet.

vt ſic

1 in l. qui petitorio. de rei vindica. infrà.
2 l. in ſpeciali. ſuprà. de rei vindic. & l. cogi. C. de pet. hære.
3 l. cogi. de petit. hæred.
4 d. l. qui petitorio.
5 in d. l. cogi. j. col.
6 de teſte. §. nunc nobis. §. item agens.
7 Bal. in l. in ſpeciali. de rei vind. ſuprà.
8 l. pe. §. his. de præſentibus. & ibi doct. de reb. cred. C.
9 facit. §. quoties. & §. præterea. de inut. ſtipulat. Inſtit.
10 Pano. in c. ij. de treug. et pace. Bart. in l. j. ad. l. Iuliam maieſt.
11 l. qui interrogatur. ſupra eo.
12 l. qui bona fide. de dãno. inſ. infrà.
13 ſupra ea. l. §. ſi cũ eſſet.
14 l. vlt. & ibi nota. de rei vind. ſuprà.
15 Auth. idem poſſeſſor. Qui potio. C.
16 l. cũ quod cũ eo. infrà.
17 l. ſi dubitet. §. j. de fideiuſſ. infrà.
18 c. j. §. ſi vaſallus. ſi de feud. def. conten. ſit int. domi. & agna. vaſ.
19 l. ſi filius. infra eo.

vt ſic ex quaſi mendacio teneatur:nec habetur pro confitente,quia hoc ſibi prodeſſet. Vnde ſi poſtulante ſubſtituto, datum ſit tempus inſtituto ad adeundum, & in tempore non adeat,poſt tempus habemus eum pro abſtinente [1]: hoc enim illi nocet,& ſubſtituto prodeſt. Quòd ſi hæres inſtitutus poſtulantibus creditoribus diem haberet ad adeundum, & intra diem non adiit,rectè dicimus eum non pro abſtinente,ſed pro adeunte haberi elapſo die [2]:hoc enim illi nocet,nempe vt alligetur oneribus hæreditariis.

Poſitiones vel confeſſæ vel negatę habentur cõtra contumacem.

Itaque in poſitionibus & interrogationibus illud ferè eſt,vt contra contumacem habeantur vel admiſſæ [3],vel negatæ [4],prout nocent contumaci [5]. quod & CVRIA Pariſienſis iudicauit contra eum, qui euocatus ad reſpondendum non affuerat,vt pro confeſſo haberetur [6].

Contumax nũquam habetur pro conteſtante litem.

Sed nec illud omittendum eſt,eum qui cõtumax eſt,aut tacet, non haberi pro conteſtante litem:nam ad litis conteſtationem facto eſt opus [7]:ideo nec contra contumacem rite teſtes poterunt examinari ante litem conteſtatam [8]: quod notandum eſt.

Mẽdaciũ ante litẽ cõteſtatam reuocatum nõ nocet.

§. CELSVS. Nota poſſe aliquem pœnitere poſt confeſſionem:idque ſi nulla captio ſit agenti ex eiuſmodi pœnitentia, quod & aliâs dixi [9]: fiétque reuocatio illa ante litem cõteſtatam [10].Planè qui ſciens & prudens confeſſus eſt, non poteſt omnino confeſſionem reuocare [11].

SI FILIVS. L. XX.

Cõfeſſio facta in iudicio nullo non valet.
Confeſſio coram iudice incompetẽte facta an valeat.

CVM eo quem in poteſtate habemus,nullum iudicium nobis eſſe poteſt [12]. Vnde fit vt quia iudiciũ quod pater cum filio accepit nullum eſt,nec valeat quoq; confeſſio cum eo facta,vt hîc.ſic confeſſio facta coram iudice non competente, non valet [13]:habet tamen indicium ad torturam [14].quod tamen Panormitanus [15] intelligit ſi facta eſt voluntariè & nullo cogente.Sed & illud admitti ſolet,vt qui coram iudice remittente & non competente fuerit confeſſus, cogatur pòſt coram iudice competente in confeſſione perſeuerare [16]: quod enim quis ſua voce proteſtatus eſt, vix eſt vt reuocare poſſit [17].

VBICVNQVE. L. XX.

QVOTIES æquum iuſtúmque prætori videbitur,toties interrogationes in iure faciendæ erunt,& cogetur reſpondere interrogatus:ne eam pœnã incurrat,de qua ſuprà mentio facta eſt [18].

Laicus iudex poteſt interrogationes facere de ſpiritalibus rebus.

Sed & illud Baldus hîc ex Speculatore [19] admonuit, iudicem laicum poſſe interrogationes facere parti, de clericatu, matrimonio, cæteríſque quæ ad forum eccleſiæ pertinent.non enim vt cognoſcat de illis rebus, ſed vt ex eis ad cauſam ſit inſtructior,interrogat.

Etiam poſt cauſam cõcluſam, fiunt interrogatoria.

Item ex hoc textu dici ſolet,liberum eſſe iudici interrogare partem etiam poſt concluſionem cauſæ:quod & CVRIA Pariſienſis ex appellatione iudicauit [20]. Sed hoc parte petente, aliâs fruſtra iudex interrogaret [21];vt eadem CVRIA cenſuit [22].

1 l.quandiu inſtitutus.infrà de acquir.hæredit.
2 l.ſcimus. §.ſin autẽ hoc aliquis.de iure delib. C. & Bar.in d.l. quandiu. de acqui.hærd.
3 c.ij.de confeſſ.lib.vj.
4 per hunc tex.
5 glo ſingu.in c.ij. de confeſſ. in verb. pro confeſſo.
6 die xx.Decẽb.an. 1519.
7 c.j.& ibi Panor.nume. 5. vt lite non conteſt.
8 d.c.j.
9 l.ſi is qui ſe.de rei vind.
10 l.electio.§.neque hæredi.ſuprà de noxalib.
11 l.ſi mulier in iure. ad Velleia.& ibi Paul.de Caſtro.
12 l.lis nulla.de indic.ſuprà.
13 c. at ſi clerici. de indic. extrà. l. diuus. & ibi Bar.de cuſto. & exhib. reo.
14 glo.ſing.in l.capite quinto.ad leg. Iul. de adult. tex.in l.quæro. de adil. edict.
15 d.c.at ſi clerici.iiij.col.
16 Inno.in d.c.at ſi clerici.& Guido Pap.q. ccij. in deciſio.
17 l.generaliter. C.de non numer.pec.
18 l.de ætate.§.qui tacuit. ſupra eo.
19 de conuen. & reconuentione.
20 die vij. Auguſti. anno.1539.
21 l.iiij. §. hoc autem. & ibi Bar.de dam.infecto.
22 die xix. Nouemb. anno 1522.

Quibus de rebus ad eundem iudicem eatur.

Apud eundem iudicem multi cõſortes agere debent.

IN cauſis connexis & continentibus, vt per vnum procuratorem lis agi [1], quod & ſuprà monui [2]: item apud eundum iudicem peragi & terminari debet, etiam ſi ad plures negotium pertineat, vt hîc. Pridem enim reſcriptum eſt, denegari audientiam ei qui cauſæ continentiam diuidet [3]. Huc annectitur quod dici ſolet, petitorium & poſſeſſorium apud eundem iudicem intendi & terminari debere [4]: licet enim illa ſeparatam rationem habeant, neque illis ſit quicquam commune [5]: quia tamen ratione eiuſdem rei dantur, ideo apud eundem finiri debent: & finito altero ex duobus, actor coram eodem iudice, aliud iudicium ſuſcipere debebit, etiam ſi ſit alterius fori. At reus ſi alterius fori eſt, poſſet petere vt ad ſuum iudicem res remittatur [6]. Item ſi mihi cum vno plures actiones perſonales ſunt, nõ poſſum eum coram diuerſis iudicibus diſtringere [7]: qui autem ad diuerſos iudices reſcripta impetrauerit, beneficio reſcriptorum priuabitur [8]: ſed cauſam non perdet, niſi in liberali cauſa [9]. Igitur poſtulante eo cuius maximè intereſt, plures ad eundem iudicem mittuntur in cauſis connexis: ex quibus verbis, cùm ad iudicem referantur, patet hoc in iudicis arbitratu ſitum eſſe, ad quod forum remittat: idque ex ea definitione, quæ ſingulariter apud Bartolum relata eſt [10]. Iudex autem motũ animi ſui informabit, ex iis quæ iure cauta ſunt: nempe vt cauſam remittat vbi maior pars hæreditatis eſt [11], vel vbi res ſita eſt [12]: nec ſi inter conſortes litis eſſet clericus, beneficio fori ſui adiuuaretur, quod Baldus notat [13], & verum eſt: quibus adiunge quod ſuprà poſui in l. venditor. de iudic. Si tamen nihil tale proponeretur, quo potius apud iſtum, quàm alium iudicem ſit agendum, puto ſeruari ipſi clerico priuilegium ſuum: ex cuius capite & alij conſortes idem priuilegium accipient [14].

Petitorium & poſſeſſorium quando apud eundẽ iudicem terminari debeant.

Ad diuerſos iudices reus ab eodem non eſt trahendus.

Clericus inter plures cohæredes de hæreditate conuentus quãdo alleget fori priuilegiũ.

1 l. iam tamen. §. pe. iudicat. ſol.
2 l. ſi quis eum. §. vniuſ. de procur.
3 l. nulli. de indic. C.
4 d. l. nulli. & c. j. de cauſ. poſſ & propriet.
5 l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poſſ.
6 per tex. in c. vlt. ſecund. intellectum. Panor. extrà de iudic.
7 c. vlt. ext. de reſcr.
8 c. ex tenore. de reſcript.
9 l. j. §. vlt. de aſſer. tollen. C. & gloſ. & Panor. in d. c. ex tenore.
10 l. j. §. expilatores. de effractorib. infrà.
11 l. ſi fideicommiſſum. de iudic. l. j. C. vbi de hæred. agi opor.
12 l. j. & ij. vbi in rẽ actio.
13 in l. vl. xij. col. vj. quaſt. de edict. diui Adr. toll.
14 l. præcipimus. ad fin. & ibi Bar. de appellat. l. ſi communem. & ibi pono. ſuprà quemadmod. ſeruit. amitt.

ADVERSARIORVM EX PANDECTIS IVSTINIANI IMPERATORIS

PARS TERTIA.

LIBER DVODECIMVS PANDECTARVM.

De rebus creditis, ſi certum petetur & de condictione.

MVTVVM. L. II.

Aliud pro alio non ſoluitur.

PER MANVS ACCEPIMVS, ex iis rebus conſtitui mutuum, quæ functionem in genere ſuo reciperent: puta cùm ea res quæ redditur, tanta ſimilitudine cum prima conuenit, vt eandem vtilitatem & affectionem referre videatur [1]. Et ex hac lege illa generalis ſententia eſt profecta, aliud pro alio non poſſe ſolui inuito, ſed volenti quælibet ſolutio facta, pro iuſta ſatisfactione eſt [2]. Hinc gloſ. Bartolus & cæteri hîc affirmant, pro frumento aut vino non poſſe ſolui pecuniam [3]: niſi ſponte creditor ad æſtimationem, & id quod intereſt, ageret [4]. Planè regula non procedit in caſu neceſsitatis, puta cùm res dari non poteſt: nam ſuccedit æſtimatio ipſi rei [5]: & ſic aliud pro re neceſſariò ſoluitur, vt & aliâs annotatum eſt [6]. Sed nec locum habet cùm deberetur quantitas proſpectu ſpeciei, ibi enim ſpecies ad ſolutionem prodeſt [7]. Idem conuenit in contractibus innominatis, in quibus naturale eſt, vt aliud pro alio permutetur [8]. Cætera vide hîc apud Iaſonem & alios. Dicuntur autem res in genere ſuo functionem recipere magis quàm in ſpecie: quòd ſi eædem ipſæ redderentur, nihil ferè eo contractu vtilitatis accipienti accederet. In quam ſententiam vide apud Duarenum multa [9].

Functionem recipere in genere.

Quod autem ad §. *appellata*. pertinet, licet huic contractui naturale ſit, vt de meo fiat tuum vt hîc, nihilominus is cui mutuum dedi, non poteſt excipere contra me repetentem, quòd non fuerim dominus [10]: ſicut nec in con-

Contra mutuũ danté exceptio domiņ nõ eſt vtilis.

1 l.certum.infra eo.& l. res in dotem.de iur.dot. infrà.

2 l.j.§.an poteſt.de pecunia conſt.& l.ſi rem.§. omnis.de pigno. act. infrà.

3 l.ſi domus.§. cùm alieni.de leg.j.l.j.de fabricen.lib.xj.C.

4 l.vinum.infra eo.l.ratio.§.cùm per venditorem.infrà de act. emp.

5 l.non amplius.§.vlti.de leg.j.& ibi Bar.l.deducta.§.nummis.ad Trebell.infrà.

6 l.in re furtiua.infrà de condi.furt.

7 l.ſi fundum per.infrà de leg.j.l.ſi verò.§.vlt.ſol. matrimo.

8 l.naturalis.§.j.infrà de praeſc.verb.

9 lib.j.anniu.diſput.c. xiiij.

10 Bar.& communiter alij in l.nam & ſi fur. infra eodem.

tractibus illis in quibus translatio dominij fieri non ſolet [1]. Adde in mutuo nihil intereſſe, an de meo tuum, vt hîc, an verò de mihi debito tuum fiat, volente tamen domino [2].

§. CREDITVM. Verè illud mutuum appellatur, in quo pecunia & res proficiſcitur, vt hîc: ſi autem ſtipulatio interuenit, iam non eſt mutuum, ſed verborum obligatio. Cui conſequens eſt vt cùm ante vel poſt ſtipulationem pecunia numeratur ex ſtipulatione, non ex mutuo agi poſſit [3]. Idem eſt in chirographo quo quis poſt biennium obligatur, qui contractus literarum eſt [4]. Ex quo efficitur ſecundum Fulgoſium & Iaſ. non aptè ſtatui triplex mutui genus.

Mutuum per pecuniam, non per verba fit.

CVM QVID MVTVVM. L. III.

IN mutuo tacitè venit vt æquè bonum reddatur, vt hîc: tamen hoc poſſet pacto immutari, & inter partes conuenire, vt res deterior ſolui poſſit [5]: nam naturalia contractus pacto poſſunt immutari [6]. Item quod dicitur rē debere reddi in eadem bonitate, vulgò intellectum habet [7] de bonitate intrinſeca: nam bonitas externa (vt ſi fortè diſceptetur, quanti res mutuo data digna eſt) non conſideratur, niſi à tempore moræ [8]. Ideo ſi mutuum mihi vinum dederis, poſſum tibi eiuſdem generis vinum reddere, licet non tanti dignum, quanti tempore mutui. Sic mutuatus à te decem aureos reddendo tibi decem aureos liberabor, licet pretium decreuerit [9]. Secus ſi ipſa moneta mutata fuiſſet in materia aut forma [10], quod tamen aliàs annotauimus [11]. At in teſtamentis ſemper valor ſpectatur ex tempore teſtamenti [12]. Quod idem in ſtatutis Iaſon hîc affirmat: nam de illis ad teſtamenta argumentatio recipitur [13].

Bonitas interna nō externa in mutuo ſpectatur.

SI QVIS NEC CAVSAM. L. IIII.

PRO confeſſo eſt apud omnes, in contractibus non transferentibus dominium qui fiunt gratia recipientis, non tamen periculo illius rem eſſe, vt in commodatario lex definit [14]: ſed hoc ita verum eſt, niſi culpa præcedat [15]: nam perpetuum eſt rem perire domino [16]. Si autem quæritur quis teneatur de culpa, ſic res temperatur, vt ſi contractus celebretur gratia accipientis, is teneatur de omni culpa, vt hîc [17], ſecundum Azonem & omnes [18]. vnde ſi depoſitum fiat gratia depoſitarij, ille culpę tenebitur: niſi eſſet tale depoſitum in quo transfertur dominium numeratione: propè enim ad naturam & nomen mutui accedit [19]. Et ex eo quod ſequitur in textu [20], habes eum qui finita locatiōe fructus percipit furti teneri, vt hîc [21]: imò & qui pendente locatione ita fructus colligit, vt futurorum annorum perceptio imminuatur, etiam tenetur [22]. Sed nec colonus qui ſeuit, poteſt fructus colligere, ſi perceptio fructuum incidat in tempus quo colonus non eſt: hi enim nō iure ſeminis ei qui ſeuit, ſed iure ſoli domino debentur [23]. Item hîc datur domino condictio contra creditorem ad rem pignori datam, ſi tamen is furtum cōmiſerit: nemo enim rem ſuam condicit præterquàm à fure [24].

Res perit domino, niſi adſit culpa.

Colonus poſt tempus ſuum fructū non lucratur.

QVOD TE MIHI. L. V.

DEBITOR quantitatis, interitu ipſius minimè obligationi

1 l. ſi quis conductionis. C. loc. l. commodare. & ibi Barto. infrà comm. vbi annotamus.
2 l. ſingularia. infra eo. l. ſi fundus. §. 1. de pignor.
3 l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de verbo. oblig. infrà.
4 l. in contractibus. de nō nume. pec. C.
5 ſecundum Paul. Caſtr. & Iaſ. hic.
6 glo. in l. pacta conuēta. de cont. emp
7 ſecundum glo. Bart. & alios hic.
8 l. vinum. infra eo.
9 c. olim cauſam. & c. pe. de cenſib.
10 Bar. in l. Paulus. de ſolut. & hic. & Panor. in c. quanto. de iureiur.
11 l. res in dotem. de iure dot. infrà.
12 l. vxorem. §. teſtamento. de leg. iij. & l. vlt. §. j. de lega. ij. & l. ſi ita. de auro & arg. leg.
13 Bar. in l. j. de his quib. vt ind. C.
14 l. in rebus in prin. infrà comm.
15 l. ſi vt certo. §. nunc videndum. comm.
16 l. pignus. & l. quæ fortuitis. de pig. act. C.
17 & l. rogaſti. in prin. infra eo. l. ſi vt certo. §. nūc videndum. infrà comm.
18 & Bar. hic & alij.
19 l. incendium. C. eo. l. Lucius. depoſ. Iaſ. hic.
20 ibi, nam & ſi colonus.
21 & l. inficiando. §. vlti. de furt.
22 l. & hæc diſtinctio. §. cùm fundum. infrà loc.
23 l. qui ſcit. infrà de vſur.
24 l. vlti. vſuf. quemadm. cau. glo. & Bar. hic.

Debitor generis quãdo liberetur interitu.

tioni eximitur [1]:ſic nec debitor generis ſummi:cùm per naturam rerum genus perire non poſsit [2]: & vniuerſalia ſint æterna. Si tamen aliquis debet quantitatem proſpectu certæ ſpeciei,placuit ſpecie perempta,etiã generis ſiue quantitatis obligationem non perdurare,ſed debitorem liberari [3]. Idem planè eſt ſi debitor generis obtulerit debitum: nam poſterioris temporis à ſe periculum transfert [4]. Plus etiam dicitur debitorem quantitatis qui præcipuum lucrum creditori ex illa ſumma inferre debet,interitu ſummæ liberari [5].

Debitor ſubalterni generis.

Sed qui generis ſubalterni aut ſpeciei debitor eſt,perempto illo genere vel ſpecie,ab obligatione abſoluitur [6]: niſi in mora fuit, quæ per interpellationem [7], aut alterius partis implementum contrahi credita eſt [8]. Nec enim ſatis affert mala-fides ad efficiendam moram [9]: niſi iis caſibus quibus dies interpellare dicitur, quod alibi monuimus [10]: & niſi in realibus actionibus, vt rei vindicatione [11],& petitione hæreditatis [12]:quam realem eſſe pluribus Iaſon comprobauit [13].

Mora per malam fidem non efficitur.

Quod verò dixi rem poſt moram peremptam, debitori perire, huc perducitur,vt etiã ſi intra tempus ad purgandam moram comparatum, res perierit, nihilominus ſemper debitoris periculo caſus nuncupetur [14].

Delictũ & mora obligant periculo etiam ſi res fuiſſet peritura æquè penes creditoré.

Et quod in mora dicimus, fortius in delicto procedit: vtrunque enim periculo rei obligat debentem [15]. nam illa duo inter ſe comparantur [16]. Nec fieri ſolet diſtinctio an res æquè apud creditorem periiſſet, necne:vtroque enim caſu indiſtinctè mora & delictum periculo obligant:vt ex verbis Iuriſcõſulti apertè oſtenditur,qui maritum, qui in mora fuerit, *omnimodo*, hoc eſt,ſine diſtinctione, periculo dotis obligari ait [17]. Et hoc omnes probant hîc.Sed quia qui iuſtam cauſam litigãdi habet,moram feciſſe non dicitur [18],ideo nec interitum rei præſtabit,& ita intelligitur, quod aliâs contra hanc ſentẽtiam obiici ex Iuriſconſulto ſolet [19].

In cõtractibus innominatis periculum eſt debitoris indiſtinctè.

Hæc autem in contractibus nominatis rectè admittuntur: nam in innominatis cõſtitit debitorem,etiamſi in mora non ſit,periculo rei teneri [20].Quòd autem hîc dicitur difficultatem excuſare à mora, aliâs dicetur [21]. Et quod dicimus interitum excuſare à rei præſtatione: non impedit quominus agi poſsit ad id quod intereſt ratione rei deterioris factæ,ſecundum ea quæ notata ſunt in l.ſiue manifeſtus.§. tandiu.de cond.furt.

Certi condictio. L. ix.

Stipulatio alteri facta quãdo valeat.

§. Qvoniam. Quod dicitur alteri quæri non poſſe per ſtipulationem [22], fallit in numeratione; quæ ſi alterius nomine fiat,& in illum ſtipulatio concipiatur, illi quæritur [23]: ſi autem non illius nomine fieret numeratio, ſed illi tantùm ſtipulatio eſſet facta, nihil ei quæritur, ſed numeranti condictio datur, vt hîc. Planè cùm aliquis mihi ſuper re mea ſtipulatur,mihi quærit [24]: idem eſt ſi ſuper re ſua, quæ ſua durat, mihi ſtipularetur [25]. ſed & in donatione vſurpatum eſt [26], & in cauſa dotis [27], vt alteri ſtipulatio facta vtilis ſit. Sic per tutorem directa quidem pupillo non quæritur [28], ſed vtilis accommodari ſolet [29]. Item in publicis per-

D

1 *l.incendium.C.ſi cer.pe.*
2 *l.in ratione.§.incerta.infrà ad leg.Falc.*
3 *l.electio.§.ſi is quem.de noxal.l.Titia.§.vlt.& l.quidam.§.ij.infrà de leg.j.l.in naue.loc.infrà.*
4 *l.qui decem.de ſolu.*
5 *l.Titius.infrà de præſc.ver.& ibi Iaſ.& Pau.*
6 *d.l.ĩ ratione.§.incerta.*
7 *vt hîc.& l.mora.infrà de vſur.*
8 *l.curabit.de act.emp.C.*
9 *Cyn in l.non intereſt.de eo quod met.cau.& Iaſ.hîc.iij.col.*
10 *l.pecuniæ.§.vſurarum.infrà de vſur.*
11 *l.nõ ſol.m.& l.item.§.vlt.de rei vind.*
12 *l.illud.& l.ſed etſi.§.petitio.ſuprà de pet.hære.*
13 *ſupra eod.in rub.*
14 *l.ſancimus.§.vlt.de fideiuſſ.C.*
15 *l.ſubſtracto.de ſurt.C.l.j.§.rectiſsimè.& l.merito.infr.de vi & vi ar.*
16 *l.inter ſtipulantem.§.pen.infrà de verb.oblig.*
17 *l.ſi filio.§.ſi poſt.ibi,omninò.ſol.ma.& ibi Imo.*
18 *l.ſi quis ſolutioni.infrà de vſur.*
19 *l.ſi plures.§.vlt.infrà depo.note in l.de eo.§.ſi poſt.ad exhib.*
20 *l.vl.& ibi Alexan.de cond.cau.dat.infrà.*
21 *l.vltim.§.idem iuris.ad leg.Rhod.de iact.*
22 *l.cùm res.de donat.C.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.infrà de verb.obliga.l.j.per quas perſo.C.& hîc.*
23 *infrà §.proxi.& l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.Chryſogonus.de verb.oblig.*
24 *l.pe.ad exhi.l.quod procurator.ſuprà de procu.l.ſi quis cùm venderet.de pigno.act.*
25 *l.publia.depoſi.*
26 *l.quoties.de donat.quæ ſub modo.C.*
27 *l.Caius.infrà ſolut.mat.vbi not.*
28 *l.ſolutum.§.per liberã.de pign.act.*
29 *l.ij.quand.ex fact.tut.*

2 *l.ij.rem pup.ſal.fo.infrà.*
3 *l.non aliter. de adop.ſuprà.*

ſonis obtinuit, vt alij vtiliter ſtipulentur [2]: quod alibi dictum eſt [3]. Reliqua ponuntur in l. ſi procurator. de procuratoribus.

Rem in conſpectu non incipio poſſidere niſi voluntate domini.

§. Deposvi. et l. seq. Hîc oſtenditur quòd cùm voluntate domini res eſt penes me, ſi poſtea dominus voluerit me rem poſsidere & habere, poſsidere incipio hoc ipſo actu, licet res non ſit in conſpectu. Sin autem res non eſſet penes me voluntate domini, contra eſt: non enim ſufficeret animus, ſed traditio requireretur [4], vt Bartolus & Iaſon hîc. Et hic §. ſequenti reſponſo opponitur: quæ res mirè perturbatur opinionibus doctorum. Sed propius eſt, vt ſequamur Iaſonem qui à texto non recedit. Nam in hoc textu, qui depoſuerat pecuniã, poſtea permiſit depoſitario ea vti, purè: ſtatim enim primus contractus in ſecundum migrat, & de mutuo recipiens appellabitur, licet pecuniam non attigerit. At in lege ſequenti, permiſit ab initio deponens depoſitario pecunia vti, ſi volet: quæ conditio cùm contractui ſit dicta, depoſitarius velut ex mutuo non tenebitur, niſi incœperit vti pecunia, & ita voluntatem declarauerit. neque enim voluiſſe dicitur, niſi qui aliquid fecit [5]. nam cùm ſtatutum punit volentem tranſcendere murum, intelligitur de tranſcendente [6].

4 *l.iij.& l.quemadmodũ. de acquir. poſſ.l.licet.C. illo titul.*

Fortis obex remouetur.

5 *glo.in l.j. verſi. voluerit. de leg.ij.*
6 *Bar.in l.vlt.de rer.diui. & ibi Pau.de Caſt.*

Rogasti. L. xi.

PERTINET ad notata in l. ſi quis nec cauſam. ſupra eodem. Et intellige hunc textum, quando is cui res vendenda data erat vt pretio vteretur, pretium recepit: aliàs non contraheretur mutuum [7]. Et ex eo quod infrà ſequitur [8], efficitur quòd licet ex nudo pacto ex continenti appoſito actio detur [9], non idem eſt tamen, ſi pactum vſurarium eſſet, vt hîc [10]. Planè in caſu §. huius, qui ſe redditurum plus pecuniæ quàm acceperit, ſpondet, non tenetur, nec valebit illud pactum tanquàm donatio [11]: cùm alia coniectura poſsit capi quàm donationis, nempe vt facilius mutuum impetraret, Bartolus hîc [12]. Quòd autem hîc gloſ. tentat an factum, vel pœna adiecta promiſsioni quantitatis, vſuram ſapiat, non eſt huius loci, ſed alibi dicetur [13].

7 *l.rogaſti.infrà de præſc. verb.Bar.hîc.*
8 *§.ſi tibi decem.*
9 *l.legem. C.de pact. & l. iuriſgentiũ.§.quinimò. ſuprà de pact.*
10 *& l.quãuis.C.de vſur. Bar.hic.l.Titius.de præſcrip.verb.infrà.*
11 *l.cùm de indebito. infrà de proba.*
12 *Bal.in l.generaliter. de non nume.pecun.*
13 *in l.Iulianus. §.idẽ Papinianus.de act.emp.*

Ex pacto nudo vſurario actio non eſt.

Si a fvrioso. L. xii.

QVAERVNT hîc gloſſ. & doct. vtrum quoties reconciliatio mutui per conſumptionem fit, toties oriatur actio ex numeratione. quod verum eſt, ſi vtriuſque partis conſenſus affuerit [14]: ſin autem abeſt conſenſus, vt in caſu huius legis, cùm furioſus mutuat, orietur actio ex numeratione, non quidem iure, cùm conſenſus deficiat, ſed ex æquitate inducta per l. ſi & me & Titium. infra eodem, quæ ſuadet, vt quod apud te eſt ſine cauſa, domino tenearis reſtituere [15]. Iam qui alienam pecuniam mutuam recipit, nec eam vult cõſumere, de mutuo appellari non poteſt: vt gloſſ. hîc docet: quod tamen verum eſt, ſi bona-fide id facit, vt quia à domino ei renuntiatum eſt ne pecuniam illam daret mutuanti, vel

In reconciliatione mutui an actio oriatur ex numeratione.

14 *l.ſi quis pro.§.ſi nũmos. infrà de fideiuſſ.*
15 *Bart.Iaſ.& omnes.*

ne conſumeret [1]:ſinautem mala-fide nolit conſumere, ne condictio ex conſumptione mutuanti quæratur, tenetur atque ſi conſumpſiſſet, cùm per eum ſtet [2].

SI FILIVSFAMILIAS. L. XIIII.

Filiofam. mutuum reddenti an repetitio ſit

SI filius contra Macedonianum mutuatus, pecuniam reddiderit, non agit, nec ex ſua, nec ex patris perſona, cui hæres eſt [3]:at pater poteſt pecuniam vindicare, ſi extat, vt hîc:quòd ſi conſumpta eſt, non aget condictione, ſi bona-fide ſit conſumpta, vt hîc:ſi autem mala-fide, aget in omnem euentum [4].

SINGVLARIA. L. XV.

In mutuo de meo, & de mihi debito tuum fieri poteſt.

BENIGNE & cauſa coniungendarum actionum receptum eſt, vt non tantùm, cùm de meo ſit tuum, mutuum diceretur [5]:ſed etiam cùm de mihi debito, fit tuum, vt hîc. Et illud eſt ſingulare præceptum in mutuo, quia id contra naturã mutui eſt. Et hîc eſt intellectus communis omnium. Nec enim dicendum eſt, hoc ideo in mutuo ſpeciale dici, quòd ad reliquos contractus extendi non poſsit:nam & in mutuo & in mandato, & in ſimilibus contractibus, pecunia quæ non eſt præſens, ſed tamen ſolutioni parata ex vna cauſa conuerti poteſt in aliũ cõtractũ & cauſam, vt hîc [6]. Iã verò intellige hîc pecuniã (quã iuſsi debitorẽ meũ, ei cui mutuatã volebã, numerare vel promittere) non fuiſſe in pręſentia:nam ſi preſens & in oculis fuiſſet, nihil contra regulas mutui fieret, & re vera à me ad te trãſiret [7]:ſi modo ſolutioni ſit parata:quod & Iaſon & cæteri probant. Tunc enim etiam pacto nudo debitũ ex vna cauſa in aliã traducitur [8]:ſi autẽ præſens vel ſolutioni parata non eſſet

Præſens pecunia & ſolutioni parata in aliam cauſam transferri poteſt.

ſtipulatio requireretur [9]. In quo valde notandum eſt, nõ ideo contractum inutilem & ſimulatum dici, quòd in eo contractus quidam nominetur, & ſubſit alius:vel ſi pecuniam numeratã fuiſſe dicatur, at nullã pecuniam interceſsiſſe poſtea conſtet. non enim minus contractus valet, cùm vnus contractus in alium, voluntate partium, tranſire poſsit: & poſsit pecunia pręſens dici, propter delegationes, & ſimiles ſatisfactiones [10]. ſimulatus autẽ cõtractus tunc dicitur, cũ re vera nil agitur, & hic non ſubſiſtit [11]. Quod ergo hîc dicitur eũ qui ob pecuniã nomine meo receptã mandati mihi obligatus eſt, incipere mutuã habere ſi id conuenerit, pro regula tenendũ erit. Nec mutat reſponſum Africani [12], quod quidẽ in ſpeciẽ pugnat: ſed ibi multa proponuntur, quare pecunia de mãdato in cauſa mutui non ſit cõuerſa, tũ quòd ibi de vſuris conueniebat, quæ niſi ſtipulatione interpoſita nõ debẽtur [13]:tum quòd ibi ſola abſentis procuratoris epiſtola oſtenditur, quæ conuerſionẽ non habet, niſi domini conſenſus adſit:vt fuſè Coraſius docuit [14].

SI SOCIVS. L. XVI.

In particularibus & vniuerſalibus quando dominium ſine traditione trãſferatur.

QVEMADMODVM in particularibus dominiũ nõ transfertur, niſi ſecuta traditione, vel quaſi [15]: ita & in vniuerſalibus [16]:ſed cùm titulus vniuerſalis perſonæ accedit, tũc ex illo titulo vniuerſali ſine traditione dominiũ transfertur [17]: vt in ſocietate, in qua ea vniuerſa communicantur, quæ ſociorum ſunt [18]. quæ autẽ poſteà ab aliquo eorũ acquiruntur, in ſocietatẽ nõ transeũt, niſi revera ſocietati inferantur, vt hîc:ex quo efficitur, vt acquirens, interea poſsit illa iure alienare, actione tamen pro ſocio ad illa cõmunicanda tenetur [19]. Sic ſi res nõ-

Quæſita ab vno ex ſocijs nõ communicantur, niſi tradantur.

1 *l. Titia. ſol. ma. c. veniẽs. de teſti. l. vlt. de leg. commiſſ. infrà.*
2 *l. iure ciuili. de cond. & demonſtr. infrà. gloſſ. & Bar. hîc.*
3 *l. qui exceptionem. infrà de cond. inde. & l. ſi non ſortem. §. ſi filiusfamil. illo titul.*
4 *l. ſed etſi. §. j. infrà ad Macedo. ſecund. vnam ſolut. gloſſ. hîc.*
5 *l. ij. §. appellata. ſupra e.*
6 *& l. ſi ſponſalibus. §. j. de iur. dot. l. iij. §. vlt. de donat. inter vir. infrà.*
7 *l. pecuniam. de ſol. infrà. l. quod meo. §. ſi venditorẽ. & l. 4. §. ſi iuſſerim. de acquir. poſſ. infrà.*
8 *per hunc textum.*
9 *l. ſi ex pretio. C. eod.*
10 *Bart. hic. pen. & vlt. col. & alij in l. ſi ex pretio. per illum tex. C. eod.*
11 *l. j. & ſequẽ. plus valere quod agit. C.*
12 *l. qui negotia. infrà mãd.*
13 *l. iij. de vſur. C.*
14 *lib. vj. Miſcell. c. xvj.*
15 *l. ſi ager. de rei vin. & l. traditionibus. C. de pac.*
16 *glo. in l. j. in §. vniuerſæ. pro dot. tex. in l. qui tibi. de her. vel act. vẽ. l. qui tibi. de his qui à non do.*
17 *l. ſi adoptauero. infrà de precar. auth. ingreſſi. de ſacroſanct. eccle. C.*
18 *l. j. & ij. infrà pro ſoc.*
19 *l. ſi quis ſocietatem. pro ſocio. infrà.*

QVIDAM EXISTIMAVERVNT. L. XXI.

Particularis ſolutio an admittatur.

CVM Plura debita ex pluribus cauſis ſubſiſtunt, ſufficit ex vna illarum ſolutionem implere [1]. Dicuntur autem plures cauſæ, & plura debita, cùm ſunt plures res, & plures ſummæ vna ſtipulatione, vel vno contractu comprehenſæ [2]. In eodem autem debito non admittitur particularis ſolutio [3], ſi liquidum eſt: at ſi pars negaretur, & alia pro confeſſa haberetur, contrà, vt hîc, vbi creditor partem confeſſam tenetur recipere. Planè debitore offerente totam ſortem ſine vſuris, tenebitur creditor recipere: debitori enim ſoluenti licet eligere, qua ex cauſa ſoluere velit [4]. Item particularis ſolutio admittitur fauore eius cui tributa imperantur, vt Bartolus refert. Quæ ſententia & periculoſa eſt, & non eſt opinor vera: quod enim emphyteutis & colonis ſuis princeps indulget, vt particulariter canonem inferant [5], non eſt ad priuatos perducendum, vt Baldus & Alex. volunt.

1 *l. vlti. quib. mod. pig. ſol. infrà.*
2 *l. ſcire debemus. de verb. oblig.*
3 *l. planè. infrà fam. ercif. l. tutor. §. Lucius. de vſu.*
4 *l. j. de ſolut. Dig. & C. ſecund. Paul. hîc.*
5 *l. placuit. de coll. fund. patrim.*

VINVM. L. XXII.

HOC reſponſum ſi à textu non recedas, planum eſt: ſed ſi cum aliis quæ in eandem ſententiam ſcripta ſunt, comparetur, tam difficile eſt, vt propè cum illis conuenire nequeat. Cùm igitur quærimus quod tempus in æſtimatione facienda diſpici debeat, magis eſt vt rem ita temperemus. Aliquando enim æſtimatio iure actionis debetur, puta cùm aliquis æſtimationem promiſit: & eo caſu tempus contractus ferè ſpectari ſolet [6]. Euenit verò vt non actionis iure, ſed officio ius dicentis æſtimatio fiat: in quo placet Bartoli, Bald. Salyce. & Alexand. opinio [7], quæ tempus rei iudicandæ, hoc eſt ſententię, obſeruandum eſſe voluit: ſi fiat æſtimatio per iuramentum in litem, quod affectionis eſt [8]. Sinuerò æſtimatio ſecundum veritatem fiat, ſubſiſtimus: quædam enim reſponſa [9] æſtimationem referendam eſſe voluerunt ad id tempus, quo iudicium conteſtatum eſt: alia ad tempus moræ [10]. In quo & ſi difficile factu eſt aliquid aſſerentem non offendere, habet tamen ſummam rationem opinio Bartoli, quæ generaliter definit, ſemper moræ tẽpus obſeruari: nempe quanti res fuit à mora contracta [11]: vel à delicto commiſſo [12]. Accidit autem vt interdum in limine contractus fiat mora, ſcilicet cùm vna pars implet: puta in contractu venditionis emptor ſoluit pretium: venditor autem rem non tradit: hîc in veſtibulo contractus propter implementũ emptoris, venditor in mora eſt [13]: non eſt igitur mirum, ſi in æſtimatione facienda contra venditorem non tradentem, etiam tempus contractus quo res vænit diſpici iubeatur [14]: tempus enim contractus, tempus moræ eſt. & licet propriè nulla mora interceſſerit [15], quæ per interpellationem ſolùm fieri creditur [16]: fit tamen mora in rem [17]: ſi enim nulla omnino mora efficeretur per alterius partis implementum, quo modo ex implemento venditoris emptor ad vſuras teneretur, cùm tamen etiam iure canonico vſuras debere eum, ſatis conſtet [18]. Et ſi vſuras debet, cur non & ratione eius quod intereſt damnari poſſit? conſtitit enim vſuras non tanquam vſuras, ſed tanquam id quod intereſt in hoc caſu capi [19]. Propter imple-

In æſtimatione iure actionis faciẽda ſpectatur tẽpus condemnationis.
Aeſtimatio fit officio iudicis per affectionis iuramentum.

Aeſtimatio per veritatem fit à mora.

Mora per implementum vnius partis fieri ſolet.

6 *l. hominem. infrà mãd. l. fundum Cornelianum. de nouat. l. id quod. in fi. de conſtit. pecunia. l. vbi. §. j. de eden. ſecun. Bart. Alex. & alios hîc.*
7 *hîc & in l. iij. §. in hac. commod.*
8 *per text. in d. l. iij. §. in hac.*
9 *hîc tex. & l. vlt. de triti.*
10 *l. datio. §. cùm per venditorem. de actio. empti. l. pe. infrà de cond. tritic.*
11 *vt hîc. & l. pe. & vltim. infrà. de tritica.*
12 *l. in re. §. j. infrà de condic. furt.*
13 *l. curabit. de actio. empt. & l. Iulianus. §. ex vẽdito. infrà de act. empt.*
14 *per l. datio. §. cùm per vẽditorẽ. de act. empt.*
15 *vt tex. in d. l. curabit. ad fin.*
16 *l. mora. de vſuris.*
17 *per d. l. curabit. & ibi Bartol.*
18 *glo. in c. conqueſtus. de vſur. & ibi Panor. Bal. in l. ij. de vſu rer. iudic. notę in l. j. de vſur.*
19 *gl. in d. c. conqueſtus.*

mentum igitur vnius partis alier in mora conſtituitur,& fit mora re ipſa in limine contractus: ergo eo caſu à tempore contractus, hoc eſt moræ, æſtimatio poterit fieri:& ita intelligitur quod Pomponius refert [1]: ibi enim ſtatim venditor in mora fuit per ſolutionem pretij ab emptore factam: vel è diuerſo emptor, per rem traditam à venditore ſperante vt mox pretium ſibi inferatur [2]. Quòd ſi ſimpliciter venditor tradidiſſet, neque appareret eum ex continenti pretium recipere voluiſſe, in dubio fidem de pretio videtur habere [3]: cui conſequens eſt vt emptor non dicatur in mora, licet venditor impleuerit. Sic cùm dedi tibi ſcyphos, vt viciſsim Stichũ des: ſi nulla mea voluntas manifeſtè appareat de Sticho ſtatim recipiendo: videor fidem habere de Sticho: non igitur tu in mora eris, & ſic periculo tuo Stichus non erit [4]. Et ita diſſoluimus ea quæ à Fulgoſio, Paul.& Alexand. Alciat. obiecta, ſententiæ Bartoli aduerſari videbantur. Aliquando verò mora nulla erat, ſed per conteſtationem incipit, quo caſu in æſtimatione facienda tempus litis conteſtatæ inſpicitur,

Mora per conteſtationẽ fit.

vt hîc [5]: & tamen verum eſt dicere à mora tempus ſpectari: mora enim cum litis conteſtatione naſcitur. Aliquando mora contrahitur per diem adiectam (vt hîc euidenter oſtenditur: [6]) quæ vulgò pro homine interpellare credita eſt [7], etiã ſi non ſit adiecta, ſed tacitè ſubintelligatur [8]: vt nos aliâs con trà recentiores demonſtrauimus [9]: & tunc æſtimatio eius temporis & diei admitti ſolet, quo dari debuit, per hunc tex. Planè in fructibus id erit obſeruãdum, quod paulò pòſt dicetur [10]. Et vt ſciant omnes hanc ſententiam è medio iure profectam eſſe, magnum argumẽtum eſt id reſponſum, quod infrà ex Vlpiano ſequitur [11]. Cùm enim dixiſſet in conditione triticaria, ad æſtimationem faciendam tempus condemnationis ſpectãdum eſſe, aut mortis: ſubdit ex Celſo, hoc ἐν πλάτει, hoc eſt latius intelligendum eſſe: & vtroque caſu ad tempus morę reducendam æſtimationem. Ex quibus ferè illud eſt, vt tanti damnetur reus, quanti res fuit à tempore moræ. ſed multis CVRIAE Pariſienſis authoritatibus exploſa eſt nimia illa ſeueritas, benignéque agitur cum debitoribus & cæteris, qui debita & reliqua traxerunt, vt non quanti plurimo res fuit à mora, ſed in communem cuiuſque rei æſtimationem damnentur: & hoc in colonis fructus & illationes non ſoluentibus ſua die, decretum eſt, vt cuiuſque anni communis fructuum æſtimatio attendatur [12]. Quòd ſi tanta eſſet debitoris fruſtratio, vt iuſtè quanti plurimo deberet condemnari, fiet reputatio, non à die quo ſolui debuit, qui & interpellare dicitur, ſed à petitione ſiue lite conteſtata: vt eadem CVRIA cenſuit [13]. Nec verò me mouent ea, quæ contra ſententiam quam ſuprà retulimus, ab Alciato relata ſunt [14]. quod enim ille in contractibus ſtricti iuris in quibus datio verſatur, æſtimationem fieri debere ait eius temporis, quod fuit litis conteſtatæ, falſum euidenter oſtenditur ex reſponſo iij. de tritica. Ex quo, in æſtimatione in illis contractibus facienda diſpicitur tempus moræ. Et hæc de quæſtione propoſita plus ſatis: ſinautem quærimus vſque ad quod tempus excurrit æſtimandæ rei poteſtas, infrà dicetur [15].

Mora per diẽ.

Lex pe. de triticaria.

Humana Galliorũ interpretatio.

1 *d. l. ratio. §. cùm per venditorem.*
2 *l. iij. de pign. actio. infrà.*
3 *glo. in l. procuratoris. §. planè. de tribut. & noto in l. quod vendidi. de cõtrah. emptio.*
4 *l. naturalis. §. ſed ſi ſcyphos. de praſ. ver. infrà.*
5 *& l. vlti. de cond. tritic.*
6 *& d. l. vlt.*
7 *l. magnam. C. de cõtrah. & commi.*
8 *l. quoties in diem. cum l. ſeq. & ibi Alex. & l. ſi ſtipulatus eſſem. de ver. obligat.*
9 *l. pecuniæ. §. vſurarum. de vſuris.*
10 *l. cùm fundus. infra eo.*
11 *l. in hac. infrà de tritic.*
12 *Die iiij. Febr. an. 1548. die iiij. Decem. 1529. & die xix. Febr. 1534.*
13 *Die xxij. Ianu. an. 1548. vide Molinæum in tractat. vſurarum.*
14 *l. j. in verſiculo explicitis. diſſentent. qua pro eo quod inter.*
15 *l. in hac. de tritic.*

SI EVM SERVVM. L. XXIII.

Cõtra eum qui habet lucrum à me actio mihi competit.

NOTAT Iaſon poſſe me in ſubſidium agere contra eum qui habet commodum ex re mea: ſi tamen res extaret, non haberet locum huius legis conditio [1] :eſſet enim paratum remedium contra tenentem. Sed & hoc remedium competit tantùm contra eum qui ex lucro tenet, ſecus ſi ex cauſa oneroſa [2]. Vnde ſi mutuam dedi pecuniam cuidam pauperi, qui ex ea filios nutriuit, in ſubſidium contra filios mihi actio prodita eſt, per hunc textum [3]. Item licet in particularibus pretium non ſuccedat loco rei [4]: tamen fallit in hoc caſu propter æquitatem. Et ſicut dicimus actionem mihi eſſe contra eum qui ex re mea lucrum habet, idem ſtatuitur cõtra eum qui ex re mihi pignorata pretium habet: idque in ſubſidium [5]: aliâs enim contra poſſeſſorem pignoris agendum eſſet [6].

1 gl. & Bart. hic.
2 l. ſi filiusfamilias. ſupra eo l. mater. de rei vind. noto in l. Iulianus. de rei vind. ſuprà.
3 l. ſi & me. infra eo. & l. ei qui. §. vlt. C. quod cũ eo. & Bart. in l. bis ſolus. infrà de cond. ind.
4 l. qui vas. §. vlt. de furt.
5 gl. & Bar. in l. j. de diſtr. pig. infrà.
6 tex. in d. l. j. de diſt. pig.

CREDITOR. L. XXV.

DE Hac lege ſermonem fecimus in l. interdum. infrà qui potio. in pignor.

SI PECVNIAM. L. XXVI.

Militi, pupillo, Eccleſię ex eorum pecunia quęritur ab alio.

NOTA Priuilegium militis, pupilli, & eccleſiæ, vt ſi procurator concipiat verba ſtipulationis promiſsiua in eorum perſonam, illis quæratur [7] :quod in cæteris non admittitur [8]. Aliud eſt & illorum priuilegium, vt empta ex eorum pecunia ad illos pertineant [9]: quod in aliis non vtique eſt dicendum [10]. Et hæc faciunt ad id quod ponitur in l. ſi procurator. ſuprà de procur.

7 vt hic. & l. eum qui. §. Iulianus. infrà de cõſt.
8 l. quæcunque. de act. & obl. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. de verb. oblig.
9 l. ſi vt proponis. C. de rei vind. & ibi glo. & doct. in l. ij. quãd. ex fact. tut.
10 l. ſi ea. de rei vind. C. l. procuratoris. de tribut. §. planè. tot. tit. ſi quis. alt. vel.

CIVITAS. L. XXVII.

Ciuitas quãdo obligetur delicto aut cõtractu adminiſtratorum.

QVEMADMODVM Ciuitas non obligatur ciuium & rectorum delicto, niſi ad hoc conſultò & deliberato acceſſerit [11] ita nec contractu adminiſtratorum, niſi ille contractus conſilio ciuitatis ſit initus [12]. Sin autem ſoli adminiſtratores mutuum contraxerint, non aliter ciuitas obligatur, quàm ſi creditor in rem ciuitatis verſum probauerit, vt hîc: quod priuilegium etiam ad eccleſiam porrigitur [13]: ſed & eo vſque deueniendum erit, vt quoties ij ſpeciale mandatum ad accipiendas pecunias habebunt, toties obligetur ciuitas, licet non probetur verſum [14]. Et hoc priuilegium habet ciuitas & eccleſia in mutuo, non autem in cæteris contractibus [15]. Ferèque inter omnes cõuenit, creditorem contra priuilegiarias illas perſonas obſtringi vt re vera probet verſum, vt per Bartolum hîc. In cæteris autem ſatis impleri probationem illam, ſi recipientẽ pecunia indiguiſſe probetur [16]. Si tamen eccleſia vel ciuitas quæſtuariam artem exerceret, ceſſabit hoc priuilegium, & habebit locum lex vltim. de exercit. infrà [17]. Vbi vide aliqua. De minore reſtitutionis beneficiũ petente, an læſionem probet, an teneatur non in rem ſuam verſum oſtendere, ſuprà relatum eſt [18].

Minor an ad petitionem reſtitutionis læſioné probet.

11 per Bart. in l. aut facta. §. vlt. de pœ. & Iaſ. hic.
12 l. metum. §. animaduertendum. quod met. cauſ. ſuprà.
13 c. j. depoſ. Auth. hoc ius porrectum. ad fin. de ſacroſ. eccl. c. iij. de fideiuſ. vbi Panor. fusè.
14 l. habebat. de Inſtit. & Bart. & Iaſ.
15 Bar. in l. j. de vend. rer. ciuit. lib. xj. C.
16 l. vlt. de. exercit. infrà.
17 arg. l. ſed & ſi quis. §. j. de inſti. Bal. in rubr. de Exerc. C. pe. col.
18 l. verum. §. ſciendum. ſuprà de minor.

CREDITOR. II. L. XXVIII.

Accipiens pignus non idoneũ, an in debito reſiduo ſibi noceat.

ACCIPIENS Pignus non idoneum, in eo quod pluris debitum eſt, ſibi non nocet, vt hîc. Idem in eo quia principe impetrat, vt pignus incipiat habere iure dominij [19]. Sed

19 l. vlt. §. ſed & ſi quidẽ. C. de iur. dom. impet.

hoc verum erit in conuentionali pignore, in prætorio & iudiciali contrà dicitur [1].

1 *l. à Diuo. § ſi pignora. de re iud. & ibi Bartol. & Iaſ. hîc.*

Qvi pecvniam. L. xxx.

Qui promiſit reddere pecuniam quam non recepit, ſi in ſcriptis, obligatur quidem: ſed per exceptionem non numeratæ pecuniæ ius ſuum ſeruabit, & tutus erit, ſi ſine ſcriptis, non obligatur antequam receperit. & hunc ſenſum ad hanc legem afferunt Fulgoſius & Alber. hîc. & huc adiungitur quod inferiùs ponemus [2].

2 *in l. Titius. quæ res pig. vel hypoth. dat. obligat. non poſſ.*

Cvm fvndvs. in princ. L. xxxi.

IN Bonæ-fidei iudicio fructus, vſuræ, & id genus acceſſiones à mora debentur [3]. At in contractibus ſtricti iuris à tempore litis conteſtatæ, licet mora præceſſerit, vt hîc: niſi petat quis quod ſuum eſt [4], vel quod fuit ſuum [5]. Idem eſt cùm petitur fieri collatio [6]. Nec abſurdè ſecundum Iaſonem hîc diceretur, iure canonico ſemper fructus deberi à tẽpore moræ: cùm contractus omnes illo iure bonæ-fidei ſint [7]. Planè hic tractatus in actionibus in perſonam locum habet: nam in realibus, qui bonæ-fidei poſſeſſor eſt fructus ſuos facit, donec res euincatur [8]: qui autẽ prædo eſt, omnes reſtituit & perceptos & percipiẽdos [9]: quod tamẽ aliàs fuſius diximus [10]. Neq; verò nouũ videri debet ſi fructus & vſuras vna clauſula comprehẽdimus: nam ex Vlpiani ſententia vſuræ à fructibus non debent ſeparari [11]. Sin autem de æſtimatione faciẽda quæſtio eſt, cuius temporis ſit inſpectio, ponitur in l. vinum. ſuprà eod. Quòd autem ad id quod hîc ſequitur [12], magis eſt palæſtræ & olei, quàm fori: ideo vide fuſè apud alios hîc.

Fructus à quo tempore veniant.

Iure canonico omnes contractus bonæ-fidei ſunt.

3 *l. mora. §. in bonæ. & l. videamus. de vſu. & gl. magiſtra. in §. actionũ. de act. Inſt.*
4 *d. l. videamus. §. ſi actionem.*
5 *l. ij. de pact. inter empt. & vend. C. & Bal. in l. petens. C. de pact.*
6 *l. filius. §. vl. de coll. dot.*
7 *Bal. in l. j. de plus petit. vlti. col.*
8 *l. qui ſcit. §. vlti. infrà de vſu. § alterum. de off. iud. Inſtit.*
9 *l. fructus. ſuprà de rei vind.*
10 *in d. l. fructus.*
11 *l. vſuræ. infrà de vſur.*
12 *§. ſeruũ tuũ. infrà ea. l.*

Si et me et titivm. L. xxxii.

HVC Pertinent ea omnia quæ dicuntur in l. ſi eum ſeruum. ſupra eod. quæ lex cum iſto tractatu conuenit. Et per hanc legem temperabis omnes leges quæ volunt bonæ fidei poſſeſſorem fructus ex induſtria veniẽtes ſuos facere [13]: quia ex æquitate huius legis, ſi deducta omni opera locupletior inueniatur, conditione ex hac lege tenebitur [14].

Caſus quo poſſeſſor bonæ-fidei fructus reſtituit.

13 *l. bonæ-fidei. de acq. rer. dom. l. qui ſcit. de vſu. l. ex diuerſo. de rei vind.*
14 *Bald. in l. ſ. de vſur. & fruct. leg. Bart. in d. l. ex diuerſo. & Iaſ. hic.*

Principalibvs. L. xxxiii.

cvm lege seqvent.

Regentes prouincias, iudices & alij magiſtratus cum ſubditis nec contrahere, nec donationes recipere poſſunt. Contra eſt, ſi ſint perpetui [15]: aut ſi propter neceſſitatem victus & veſtiarij contrahant [16]: aut ſi eſſent in loco originis ſuæ [17]: planè æquitas dictat vt cùm non ſubditis imperio ſuo, cõtrahere poſſint [18]. Extra hos caſus id illis ferè interdicitur [19]. Nec omittendum eſt tales contractus tam eſſe prohibitos, vt etiam depoſita adminiſtratione, ex mutuo partium conſenſu non confirmentur [20]. Et hæc in procerbus & Palatinis Principis locum habent [21].

Magiſtratus non cõtrahũt.

15 *l. præſides. infrà eod.*
16 *l. ſ. de contract. iud. C.*
17 *l. ſeq. ad fin. infrà eod. ſecund. vnam lectur.*
18 *l. ſeq. ad fi. ſecũ. aliã lec.*
16 *l. quiſquis. & l. eos. C. eo.*
20 *l. j. §. pe. de cõtr. iud. C.*
21 *l. vlt. C. de reſcin. vend.*

Pecvniam. L. xxxvi.

SCITVM Eſt debitum purum per conditionalem ſtipulationem ſuſpendi, & pòſt adueniente conditione nouari, ea verò deficiẽte remanet: quod in cõtractibus locũ habet, vt hîc

Debitũ purum quãdo per cõditionalem ſtipulationẽ nouetur.

hîc:at in legatis, per legatum conditionale, debitum purum præcedens non ſuſpenditur, vt hîc glo. [1] Cùm igitur purum debitum animo nouandi ſub conditione promittitur, interim agi non poteſt:hoc intellige cùm ſpes eſt vt debitum nouetur cum effectu:ſinautem non ſperatur nouari,quia forſan ſtipulatio qua induceretur nouatio,effectum non habet,non expectabitur conditio,ſed interim actio dabitur [2].

1 *l.purè.de excep. dol.*

2 *l.aliquando. §. vlti. & ibi Paul. de Caſt. ad Velleia.*

LECTA. L. XL.

Informare. *Reformare.* *Litera explicata.*

AD ſententiam legis huius magnopere pertinent quæ in l.iuriſgentium.ſuprà de pact.continentur. Interdum enim ex veterum ſententia,contractus dicitur pacto informari, cùm nihil de priore contractu demitur,ſed ei additur:& tale pactũ informare creditur,ſi ex continenti addatur [3]. Dicitur & reformari contractus cùm renouatur prior contractus [4]: putà finge me vendere tibi rem mille : deinde pacto conuenit vt quingentis ſit empta:& hoc pactum etiam ex interuallo ad actionem valet [5], quem ſenſum habere creditur lex iſta ex Paulo,Lud.Rom.Fulg.& Iaſ.hîc. Conuenerat enim primùm calendis proximis totam ſummam reddi,aliâs vſurarum nomine denarios aliquot dari:pòſt verò adhibita correctione, permiſſum eſt debitori,vt poſſet totam ſummam non ſoluere,ſed denarios trecentos in ſingulos menſes appenderet:ex quo primus contractus intelligitur renouatus. Sed & ferè inter omnes conuenit,ſtipulationem,aut etiam pactum nudum ex continenti appoſitum,vel bonæ-fidei, vel ſtricti iuris contractibus, parere actionem præſcriptis verbis [6]: item actionem veterem informare,vt competat ad deducta in pactum [7]. Sed hoc vltimum locum non habet,ſi pactum idem cõtinet quod contractus [8], vel ſi apponeretur ad conditionalem contractum,quia actio quæ nata non eſt, pacto non informatur [9]: vel ſi cõtra naturam contractus pactum eſſet initum [10]. Item quod dicitur, pactum nudum informare contractum , vel ſecundum recentiores formare nouam actionem, intellige inter ipſos contrahentes,nõ autem quoad alios, vt fideiuſſores: qui non nudo pacto etiam ad contractum adhibito, ſed per ſtipulationẽ accipi debent [11]. Et receptum eſt, pactum non informare contractum,niſi ſit de iis quæ contractui annectuntur:ſi enim penitus diuerſam cauſam reſpiceret , nõ informat: vt in hac ſpecie,cùm dono tibi domum per ſtipulationem,deinde pacto tecũ ago,vt illa domus cum alia re permutetur [12]. Et hæc ex veterum ferè ſententia dicuntur. Verùm quòd contractum informari diximus,cùm pactum nihil de priore contractu adimit,ſed id tantùm efficit,vt actio nata ex primo contractu,etiam ad ea quæ pacto cõuenta ſunt,perducatur,& pro illis detur,non eſt à recentioribus [13] admiſſum: ex quorum ſententia dicitur,tunc non veterem augeri, ſed nouam creari & formari. Nam in Pandectis Florentinis legimus , pacta adiecta ſuper adminiculis contractus ex continenti , formare actionem [14]. quod vocabulũ ſignat creare nouam actionem, non autem addere aut diminuere. quæ lectio vera eſt, & doctis viris probata,licet veteres ex corruptis codicibus decepti *informare* legerint. Quando autem ex pactis actio naſcatur

Formare actionem.

3 *l.iuriſgen. §. quinimo. in verb. informari. ſuprà de pact.*

4 *l.iuriſg. §. ideo. in verb. reformari.*

5 *d. §. adeò. & l.pacta.de contr. emp.*

6 *Bar. Alex. Salyc. in d. §. quinimo.*

7 *l.petens. C. de pact.*

8 *l.qui bis. de verb. oblig. Iaſ. hîc.*

9 *ſecundum Bar. & omnes hîc.*

10 *l.rogaſti. §. ſi tibi. ſupra eod.*

11 *l.blanditus. de fideiuſſ. C. & l. v. §. ſatiſacceptio. de verb. oblig. Bal. in l. ex placito. de rer. permut.*

12 *Bald. in l. petens. C. de pact. Alex. in l. in bonæ fidei. de pact. C. Iaſ. hîc.*

13 *Duaren. in l. iuriſgentium. §. quinimo. de pac. Coraſ. in Miſcell. lib. iij. cap. x.*

14 *d. §. quinimo.*

ſuprà explicatum eſt [1]. Pacta autem ex continenti adiecta dicuntur, ſi adiiciantur antequam contractus ſit abſolutus, & perfectus [2]: quod etiam ad actus tractum & ſucceſsionem habentes perduci placuit. Itaque in tutela aut matrimonio non dicetur pactum ex continenti adiectum, niſi in principio adiiciatur: nec ſufficit ſuſcepta tutela, vel inito matrimonio pactionem fieri, licet adhuc conſtet matrimonium aut tutela [3]. Et ex hac lege efficitur, prorogationem termini in ſorte factam, ad vſuras & reliqua pertinere [4]. Et huc ſpectant quæ notaui in l. Labeo. §. vltimo. ſuprà de arbit. Nec omitto centeſimas vſuras dici, cùm duodecim in centenarium accipiuntur: & ſemiſſes, cum ſex: trientes, cum quatuor: quod Alciatus ex Hermolai Barbari & Budæi authoritate retulit [5].

Ex cōtinēd.

Prorogatio termini ad vſuras extendi. tur.

Vſuræ cur centeſimæ dicuntur.

EIVS QVI. L. XLI.

HAEC lex varietate quæſtionum difficilis habetur, ſed ſententia & tractatu facilis eſt. Ex ſpecie autem quæ proponitur aliquot quæſtiones proficiſcuntur. Cùm enim ſeruus gerens in prouincia calendarium domini, à domino liber & hæres eſſet inſtitutus ex parte, ignoránſque mortem domini ſui, exegiſſet, credidiſſet, aliáque egiſſet, vt inſtitor: primùm quæritur; vtrum debitores qui ei ſoluerunt, liberati ſint, cùm morte domini mandatum ſerui ſit reuocatum [6]: & certè eos liberari propius eſt, ſi mortem, & ſic reuocationem ignorauerint, vt hîc: neque enim reuocatio mandati vel expreſſa, vel tacita ignorantes tenet [7]: ſin autem debitores ſciſſent mandati reuocationem, non liberantur: duplici enim ratione mandatum hac in ſpecie reuocatum erat, morte domini [8], & mutatione ſtatus ſerui qui liber erat factus [9]: aliâs enim ſola mors domini non reuocat inſtitorem, propter vtilitatem promiſcui vſus [10]: at in procuratore contra eſt [11], & hoc communiter ab omnibus tenetur. Et eas pecunias quas hic ſeruus à debitoribus exegerit, ſeruabunt cohæredes actione negotiorum geſtorum, ſi poſt mortem domini exactæ ſint, per hunc textum. Planè ſi ante mortem ſint exactæ, ſicuti erant domini dum viueret, ita & illo defuncto hæreditatis fient: ideo familiæ erciſcundæ iudicium cohæredibus applicabitur [12]. Altera quæſtio eſt, ſi quas ille ſeruus pecunias credidit; an earum tranſtulerit dominium: quod non recipitur, niſi pro ea parte qua hęres eſt, vt hîc: quò facile deuenieudum eſt, finitum enim dicimus mandatum morte domini. Verùm quoties in mandatarium pecuniæ dominium tranſlatum eſſet, toties admittimus mandatum morte non reuocari [13]: idē eſt ſi id mandato continetur, quod dominus neceſſariò facere cogitur [14]: vulgarū eſt enim mandatum neceſſarium nunquam reuocari morte mādantis, cùm expreſſè reuocari nequeat [15]. Tertia quæſtio fuit, an ſi qua ſtipulatio interpoſita eſt per ſeruum, acquiratur ex illa actio iis ad quos ea res pertinet. & certè dicendum eſt, mutuum illud, quod aliâs non valebat (quia pecuniæ non ſuæ dominium non poterat transferre) per ſtipulationem firmari: neque enim ad mutuum ciuile, quod ſtipulatione contrahitur, translatio dominij neceſſaria eſt [16]. Sed hæc locum habent, ſi ſibi ſeruus fuerit ſtipulatus: magis eſt enim vt hæreditati quæratur. Sin autem

Litera explicata.

Prima quęſtio.

Mors mādantis an inſtitorē aut procuratorem reuocet.

Secunda quæſtio.

Tertia quæſtio.

Mutuū ciuile tranſlationem dominij non requirit.

1 *in l. iuriſgen. §. adeò. de pact.*
2 *l. contractus. de fid. inſtru. C. Bar. in l. 1. de ſolut. infrà.*
3 *Bar. in l. iuriſg. §. quinimo. de pact.*
4 *facit text. in l. 1. §. inde quæritur. de ope. no. nūt.*
5 *in c. 1 lib. iij. diſpunct.*
6 *vt hoc tex. & l. mandatum. C. mand.*
7 *l. quibus minem. §. ſi Titium. de ſolutio. & l. ſi mandaſſem. infrà mād. clem. 1. de renunt.*
8 *l. mandatum. C. mand.*
9 *l. cùm quis. de ſolutio. in princ.*
10 *l. ſi quis mancipiis. §. ſi pupillus. de inſtit.*
11 *d. l. mandatum.*
12 *per l. Maniet. §. 1. ſuprà fam. erciſ. ſecundum gl. Bal. & Alb. hic.*
13 *l. hoc iure §. ſi quis dederit. de donat. noto in l. inter cauſas. infrà mād.*
14 *l. fundi. § 4. de acq. poſſ.*
15 *l. ſi quis prohibuerit. de publici. c. ſuprà*
16 *l. ſi ex pretio. & ibi doct. ſi cert. pet. C.*

tem domino nominatim,& is iam ſit mortuus.nihil agitur, vt hîc [1].nam omnis actus in mortuum collatus,ſiue fauorem,ſiue odium habeat,non valet [2].& proſequere hanc quæſtionẽ, vt per textum hîc,qui ſatis patet. Et huc pertinet quod diximus in l.iij.§.j.ſuprà de tranſact.

1 ſac.lex pe.quæ ſent.ſine appell.infrà.
2 d.l.pe.& l.in ſumma.de re iud.

SI EGO DECEM. L. VLTI.

Fideiuſſor ſimplex.

DVPLEX eſt fideiuſſor:eſt fideiuſſor qui promittit illud cui tenetur principalis [3]:& iure veteri poterat prius conueniri [4]:ſed per auth.præſente.de fideiuſ.C.habet beneficium vt niſi diſcuſſo reo,conueniri nequeat, niſi obnuntiauerit illi beneficio.

Fideiuſſor indemnitatis.

Eſt & fideiuſſor indemnitatis,qui non tenetur, nec teneri poteſt, niſi prius reus excutiatur: nec enim promittit quod debet reus,ſed quod ab eo non poterit ſeruari: ex quo euenit vt prius non poſſit conueniri [5], niſi manifeſte conſtet reum non eſſe ſoluendo,vel propter impeditionem non poſſe conueniri,vt hîc [6]. Plus etiam dicitur hunc fideiuſſorem nõ poſſe renuntiare priuilegio diſcuſsionis: ante enim non debet [7]:niſi cum iuramento renuntiaſſet [8].

3 tot.tit.de fideiuſſ.
4 l.ij.de fideiuſſ. C.
5 l.decem.de verbo.oblig.
6 ſecundũ Bar.& omnes.
7 l.j.& ibi Bar.de conuenien.fiſ. deb it. lib.x. C.
8 c. ex reſcripto. & ibi Bal.de iureiur.

Imperſonalitas an noceat actui.

§. LABEO. Imperſonalitas (vt magiſtrorum verbo vtar) quam perſonæ ſuppreſsionem poſſumus appellare, circa eum qui diſponit & teſtatur non nocet [9]. Idem eſt ſi eueniret in perſona eius qui promittit,ſi modo circa verbum executiuum verſatur,vt hîc [10]. Si autem contingit in verbo obligationem efficiente,actum inutilem efficit [11]. Cùm verò in perſona ſtipulantis eſt imperſonalitas,non labefactatur ſtipulatio [12]. Et adde in teſtamentis ſuppreſsionẽ perſonæ nihil efficere: nam ſi ponas quid dari mihi teſtatorem iubere,id dari interpretamur ab hæredibus [13]. Idem ſi aliquid à legatario, vel ſtatulibero dari iuberetur,quia hæredi dandum interpretamur [14]. Sed nec ex Iaſonis ſententia,perſonæ ſuppreſsio iudiciis nocet: vt cum decem petuntur in libello,ea enim interpretamur peten ti dari [15]. Quæ ideo à nobis dicuntur, quòd huic legi obſtare videbantur: quanquam forſitan non eò ſpectaret Iureconſultus.

Qui promiſit dare decẽ,dando fideiuſſorẽ non liberatur.

Qui igitur promiſit curari tibi decem,idoneum fideiuſſorem dando abſoluitur:ſecus in eo qui decem dare promiſit, vt fuſiùs infrà docebimus [16].

9 l.j.§.hæc autem.de hæred inſtit.
10 & l.in illa.§.j.de verb. oblig.
11 auth.ſi quando.de cõſt. pecun.
12 l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. de verb.oblig. Bar.hîc.
13 l.ſi ſeruus legatus.§. pe. de leg.j.
14 l qui pecuniam.in prin. de ſtatulib.
15 l. ſi quis intentione. de iud.ſuprà.
16 l.item liberatur.§.j.infrà quib. mod.pig.ſolu.

De iureiurando ſiue voluntario ſiue neceſſario ſiue iudiciali.

MAXIMVM. L. I.

NON eſt omittendum quod hîc Paul.de Caſtro & Iaſ.referunt,in iure ciuili de iuramento fieri mentionem,quod litis deciſiuum eſt, vel de eo quod ad cõtractus cõfirmandos ac commodari ſolet: & ex iis actio naſci dicitur [17]:& ſic de eo quod de præſenti & præterito concipitur:at de futuro præſtari iuramentũ nequit,cùm

Iuramẽtum de futuro an concipiatur: & an ſit efficax ad pariedã actionem.

illud adiunctum nudæ promiſsioni, non ſit efficax ad pariendam actionem,vel obligationem [18]:niſi in liberto operas promittente [19]. At iure canonico etiam ad futurum porrigitur iuramentum,cùm omne iuramentum ſeruari debeat, niſi animæ interitũ afferat [20]. Et ex hac lege habes exceptionem iuramenti,eſſe litis finitæ exceptionem [21]: & litis ingreſſum

17 auth.ſacramenta. ſi aduer. vendit. vide Bart. in l.iuſiurandum quod. infra eo.
18 l.ſi quis pro eo. de fideiuſ.& ibi Bar.infrà.
19 l. vt iuriſiurandi. de oper.liber. infrà.
20 c.ſi verò.& c.cùm contingat.de iureiur.
21 c. poſt rem. de re indic.

impedire [1]: quod etiam verum eſt in iuramento extra iudicium propoſito, vt in hoc textu, in verbo *pactione*, ſatis probatur [2].

1 *l. nam poſteà. infra eod.*
2 *per glo. Bar. & Iaſ.*

AIT PRAETOR. L. III.

CONSTITIT non proficere iuranti iuramentum, niſi ſit ei vel à parte, vel à iudice delatũ, vt hîc [3]. quod locũ habet in iuramento quod ab homine deferri ſolet: ſin autem lex ipſa defert, ſecus eſt: vt cũ diſponitur lege vt contra furem, vel violentum, credatur iuramento damnum paſsi [4]. Rectiúſq; eſt vt iuramentum ſine delatione præſtitum valeat, ad præiudicium iurantis, vt teneatur de dolo [5]. Quòd autem gl. hîc voluit neceſſarium iuramentum non deferri in criminalibus, cùm clariſsimæ probationes requirantur [6]: adeò verum eſt, vt etiam in ciuilibus in quibus apertiſsima requiritur probatio, non ſit locus iuramento neceſſario [7]. nã & in cauſis grauibus (in quibus criminales numerantur [8]) nõ recipitur tale iuramentũ [9]. Iuramentum verò iudiciale & voluntarium, nõ admittitur in criminalibus criminaliter indictis: cõtrà eſt, ſi ciuiliter ad pœnam parti applicandam intenderentur: & hoc communiter tenetur [10]: & vide Bar. in l. maritus. de quæſt.

Iuramentum non delatũ iuranti an proficiat.

In criminalibus an deferatur iuramentũ.

3 *& l. videamus. §. deferre. infra de in lit. iur.*
4 *l. ſi quando. C. vnde vi. & c. vl. de eo quod met. per Alex. hîc. & Bal. in l. admonẽdi. infra eo.*
5 *l. ſi legatarius. ſuprà de dolo. glo. in l. ſi cum patruo. comm. vtriuſ.*
6 *l. ſciant. C. de prob.*
7 *glo. in verb. præſumptioni. in l. vlti. quod met. cauſ. & Iaſ. hîc.*
8 *l. in ſeruorum. de pœn.*
9 *glo. & doct. in l. admonendi. infra eo.*
10 *vt hac l.: in verbo, pœnali. §. ij.*

NON ERIT. L. V.

SI iuramento cauſa deciſa fuerit, ex capite periurij nõ retractatur, vt hîc [11]: quod in matrimonialibus non recipitur, in quibus iudicatum nunquam tranſit in rem iudicatam [12]. Item & de periurio quæri poteſt, quoties lex defert iuramẽtum, vt in caſu l. ſi quando. C. vnde vi. & probabitur contrariũ [13]. Sed etſi nulla præcedebat lis, de periurio quæretur [14]. Conſtitit quoq; iuramentum reddi poſſe per falſam religionẽ, ſi modò in ciuitate toleratur, vt in Iudæis videmus [15]: quòd ſi nõ toleratur, contrà, vt in Saracenis [16]. quod Bar. probat. Et ad fi. legis adde in iuramentis ineſſe tacitè, vt ex cõtinenti iuretur, vt hîc: niſi is cui defertur, petat tempus ad deliberandum [17]: quod ſi fuerit ſuſceptum, à deferente non poterit reuocari, niſi inciderit noua probationum copia deferenti [18].

Iuramẽtum ex periurio nõ reuocatur.

Iuramentum falſæ religionis.

11 *l. j. & ij. C. eo.*
12 *c. later. & c. conſanguinei. de re iud.*
13 *Bal. in l. j. de reb. cred.*
14 *ita gl. in l. ſi cum patruo. com. vtriuſ. ind. & ibi doct.*
15 *vt hac l. §. diuus.*
16 *hac l. verſ. ſed ſi.*
17 *l. iuſiurandum & ad pecunias, infra eo.*
18 *ita intell. l. ſi quis iuſiurandum. de reb. cred. C. ſecundum comm.*

NAM POSTEAQVAM. L. IX.

HOC principium alleg. in l. j. ſupra eo. & de exceptionibus, quæ iudicium accipi impediunt, aliqua ſuprà poſuimus [19]. Et ex eo quod paulò inferius dicitur, vides paria eſſe iurari, aut iuramẽtum remitti, vt hîc [20]: quod in deciſiuo iureiurãdo receptum eſt: in confirmatorio contractus, non item: vt in caſu auth. ſacramenta. ſi aduerſ. vend. [21] Plus datur ex iuramẽto actio, ſi nullo ſubiecto cõtractu ſit iuratum, vt hîc: ſin autẽ formiter (vt loquuntur) & ad certum contractum, ex cõtractu illo actio erit [22], licet ſit extra iudicium præſtitum [23]: ex iuramento autem actio nõ erit. Quod idem dicendum eſt, ſi ſtatutum vel lex noua ſuper contractu diſponeret: nam ex illo contractu actio eſt [24]: aliâs condictione ex illa lege, vel ſtatuto agendum eſſet [25]. Et ad §. *ſi damnetur.* animaduertendum eſt, contra ſententiam, quam in rem iudicatam tranſiiſſe certum eſt, latam ſecundam ſententiam non valere [26], non idem

Ex iuramento quando actio detur.

Sententia contra ſententiam & iuramẽtum an valeat.

19 *l. iij. §. ibidem. ad exhib. ſuprà.*
20 *& l. actore. C. eo.*
21 *& c. quamuis. de reſcr. lib. vj. ſecund. Alex. & Iaſ. in l. non erit. §. vlti. ſupra eo.*
22 *l. ſi duo. §. ſi quis. infra eo. & glo. in l. actori. C. eod.*
23 *per Iaſ. in d. l. ſi duo.*
24 *d. §. ſi quis. & ibi Bart.*
25 *l. j. de cond. ex lege. & ibi Bar. & alij.*
26 *l. 4. quand. prouoc. non eſt nec.*

eſt

eſt ſi dubium aliquod verſaretur [1], ſecundum omnes contra Bartolum hîc. At ſententia contra tranſactionem valet [2]: & contra iuramentum, vt hîc: nec enim iſta duo in rem iudicatam vnquam tranſeunt [3].

Iuramentum prorogat temporalem actionem.

§. Si is qvi. Scitum eſt, iuramentum perpetuam efficere actionem, quæ aliâs temporalis erat: habet enim vim iudicii, & litis conteſtationis [4], quæ in quadraginta annos actionem prorogat [5], quod etiam in iuramento extra iudicium præſtito locum habet [6]: ex quo euenit, vt ſi ſtatuto caueatur, debitorem poſt quinq;, vel decem annos actionem amittere, poſsit is nihilominus poſt illud ſpatium agere, ſi iuramentum in contractu ſit additum: & hoc notatu dignum eſt, propter ea ſtatuta, quæ hodie vbiq; ferè obſeruantur: quod & ex omnium ſententia dicitur [7].

Iuramentum moram facit.

Sed & additur iuramentum conſtituere in mora, cùm illud litis conteſtationi comparetur: ideóq; iurans tenebitur de interitu rei: quod verum eſt ſi debitum præceſsit, & iuramentum ſecutum eſt. Si enim eodem tempore vtrumque incœpit, non poteſt iurans in mora cõſtitui illo ipſo tempore, quo debere cœpit [8]: quod & Iaſoni videtur [9]. pro quo & illud eſt quod ex aliorum ſententia alibi relatum eſt, euentu conditionis non conſtitui quem in mora [10]: neque enim rationem habet, vt quo die obligatur, eo die ſit in mora.

§. Si minor. Hic §. pertinet ad ea quæ poſui in l. verum. §. ſciendum. de minor. vbi quæritur, an minor læſionem debeat probare. Et quod dicit textus, contra iuramentum à ſe delatum minorem replicatione vti, intellige reſtitutione impetrata [11]. Nam minor contra iuramentum à ſe delatum alteri, cognitionem impetrat, vt hîc: ſin autem ille ipſe iurauerit, non reſtituitur [12]. Et notantum eſt ex hoc textu [13] ex iuramento procuratoris, domino actionem & exceptionem eſſe: iuramentũ enim vt ſuprà diximus [14], inſtar iudicij eſt: at in iudiciis alteri per alterum etiam ſine ceſsione quæri poteſt, vt etiam alibi fuſius demonſtratum eſt [15]. Reliqua dicentur in l. iuſiurandum quod. §. vlt. infra eo.

Iuramentum procuratoris domino actionem dat.

Ex quibus iuramẽtis actio fit.

§. si petitor. et leges qvae seqvvntvr. Si quis iurauerit rem ſuam eſſe, habet actionem, inquit lex: ex quo deſcendit quod vno ore omnes tradunt [16], ex iuramento iudiciali & voluntario actionem naſci: non autem ex neceſſario, quod in defectum probationum & parte inuita defertur [17]. Et an ex iuramento competat publiciana [18], vel in factum actio, vide hîc gloſſ. quæ tenetur. Quòd verò in ſequente reſponſo [19] dicitur, ei qui iurauit rem ſuam eſſe, dari actionem ſi rem amiſerit, arguit ex ſententia oriri ius duplex: primùm vt res reſtituatur, deinde vt victor in poſſeſsione defendatur: ideo ſi qui ſententia vicerat, poſtea poſſeſsione deciderit, durat nihilominus ſententiæ vis ad rem recuperandam [20]: cuius effectu ad iudicem intrare poterit: quod verum eſſe puto in ordinario: at in delegato, vel exequente minimè [21]: nam illi ad exequendum annum habent [22]: poſt executionem autem factam, poteſtas eorum concidit quoad futura [23]: ſed præteritæ ſententiæ virtus ſemper manet etiam officio finito [24].

Sententia duas vires habet.

1 c. inter. de re iud.
2 l. eleganter. §. ſi quis. de cond. indeb.
3 glo. in l. ij. ſupra. eod.
4 l. ſed et ſi. §. j. ſupra. de iud. l. tutor. ad fi. infra eod. qui iuraſſe. ad fin. inſ. a eo.
5 l. vlt. de præſc. xxx. vel xl. ann.
6 ſecund. Bar & Iaſ.
7 Rom. Ang. Iaſ. & aliorum.
8 l. quod dicimus. de ſolut. fac. quod vult Bar. in l. quoties. de verb. oblig.
9 in l. eum qui. §. ſi iuramento. infra eo.
10 l. pecuniæ. §. vſurarũ. infra. de vſur.
11 Bar. hic.
12 Auth. ſacramenta. ſi aduerſ. vend. Bar. hic.
13 in §. iuſiurandum.
14 §. ſi is qui. ſupra ea. l.
15 l. ſi. procurator. ſuprà de procura.
16 hic. & in l. actori. C. eo.
17 vide Bar. hic, & Iaſ. et rationes per eos alleg.
18 ex l. eum qui. §. ſi petenti. de publicia.
19 l. ſed et ſi poſſeſſori.
20 vt per Bar. hic.
21 l. à Diuo Pio. §. ſi poſt addictum. de re iud.
22 c. quærẽti. de off. deleg.
23 vt d. §. ſi poſt. addictũ. fac. l. pe. de cõfeſſ. infra.
24 c. vlt. de offic. leg. ext.

Sed etsi possessori. L. xi.

§. Item si iuravero. Nota fieri interpretationem iuramenti ſecundum actum cui adiicitur: non enim iuramentum facit actum diuturniorem quàm erat [1]. Præterea ex hoc textu [2], qui affirmat iuramentum vim ſententiæ habere, notare licet iuramentum habere executionem paratam: quò cõmuniter ab omnibus [3] decurſum eſt: cùm enim iuramentum habeat vim iudicij, & litis conteſtatæ [4], conſequens eſt habere executionem: ea enim quæ in iudicio fiunt, habent executionem paratam [5]: quod tamen multis alibi Iaſon temperauit, vt apud eũ videre potes [6]. Sed & adde, poſſe nihilominus quęri, an fuerint habiles ij qui iuramentum detulerunt: & ſic hoc caſu non erit executio parata [7].

Iuramentum paratã executionem habet.

Si duo patroni. L. xiii.

PRAECLARVM eſt quod dicitur, ſi ex duobus patronis inſolidum, vnus eſt excluſus, alteri non accreſcere quoad ea quæ diuiſionem recipiunt, vt hæreditatis ius: ſecus eſt in iis quæ non diuiduntur, vt ius patronatus [8]. Ex his omnes hîc effici putant, ius accreſcendi nunquam locum habere cùm deficit portio iure exceptionis, vt in hoc textu: ſed tunc procedit illud ius, cum ipſo iure portio deficit [9]. Item per hunc §. omnes leges quæ volunt, res inter alios actas, aliis non nocere [10], temperantur: multùm enim fidei & præſumptionis adiungunt illis quos ea res contingit, vt glo. & omnes hîc. Quod autem pertinet ad §. *Idem Iulianus*, vno verbo abſolue. Cùm enim iuratur ſuper facto, tollitur omnis actio, quæ ex illo facto deſcendit: putà, iurat aliquis ſe nõ feciſſe furtũ: idq; per hũc textum. Si autem iurat ſuper actione, illa actio remouetur tantùm [11], non alia, licet ex eodem facto deſcendat. vt enim res iudicata non obſtat agenti ad idem, modo ex alia cauſa [12], ſic & iuramentum, vt hîc. Itidem & qui iurauit ſe furtum non feciſſe, poteſt rem tenens conueniri rei vindicatione, quæ cum furti actione nihil commune habet [13]. Plerunque autem id actum videbitur, vt iuramẽtum ſuper re & facto videatur interpoſitum nõ ſuper actione [14], nec ſuper perſona [15]. Et hic §. valet in quęſtione, an minor iurando ſuper contractu perdat beneficium reſtitutionis, licet nõ ſit certior factus: & dicit Bartolus [16], decidere eum ab omni beneficio: nam ſuper facto iuratum eſt: ſed opinio diuerſa communior & verior eſt: neque enim quis renuntiat iis quæ ſibi ignorat competere [17].

Ius accreſcẽdi nõ eſt cùm deficit portio per exceptionem.

Iuramentum ſuper facto interpoſitũ an ad omnia perducatur.

§. Si qvis, Quæ actio detur cùm iuratum eſt, habes in l. nam poſteà. §. j. ſupra eo. Quod autem ad finem legis pertinet, habes eum qui blaſphemias loquitur, capite puniri [18], qui verò iurat & periurus eſt, non punitur, ſi ſit iuramentum deciſiuum; neque enim tale iuramentum poteſt refutari [19], ſin autem aliud ſit iuramentum, punitur, vt hîc: item eſt infamis [20]; nec amplius in teſtimonium admittitur [21], & à dignitatibus & beneficiis repellitur [22]: item de dolo ciuiliter tenetur [23].

Pœna periurij.

Ad personas. L. xv.

EGREGIAE perſonæ quas alibi ſpecioſas Iuriſconſultur nominat [24], item & infirmæ, ad iudicem non debent venire

Iudex ad egregias perſonas ire debet.

nire

1 *fac. l. ſi duo. §. ſi quis. cũ §. ſeq. infra eo.*
2 *§. vlt.*
3 *Bar. Iaſ. & cæter. in l. ij. ſupra eo.*
4 *l. nam poſteà. §. ſi is. ſupra eo. & l. tutor. infra eo.*
5 *l. tale. §. qui prouocauit. de pact. ſecũd. Bar. lect.*
6 *l. ij. ſupra eo.*
7 *l. tutor. §. j. & ibi Iaſ. infra eo.*
8 *l. Carmelia. de iur. patr. Bal. in c. quanto. de iud. Iaſ.*
9 *l. à communi. de bo. liber. infra.*
10 *l. denũtiaſſe. §. vlt. Ad l. Iul. de adul. infra.*
11 *l. ſi pro fure. de cond. furt.*
12 *l. vlt. de excep. rei iud. l. Lucius. de pet. hær.*
13 *l. ſi quis vxori. §. ſi quis iurauerit. de furt.*
14 *l. duobus. §. exceptio. infra eo.*
15 *d. l. duobus. §. à fideiuſſore. vbi Bar. & l. vlt. infra eo.*
16 *hic & in l. ſciendũ. iij. col. de verb. oblig.*
17 *l. mater. de inoff. teſtam. ſupra.*
18 *§. j. vt non luxur. hom. cont. natu. in Auth.*
19 *l. ij. C. eo. vbi Bal.*
20 *l. ſi quis maior. C. de tranſac.*
21 *c. teſtimoniũ. & c. ſicut. de teſtib.*
22 *c. querelàm. de iureiur. l. quoties. de dignit. li. xij. C.*
23 *l. ſi legatarius. de dolo.*
24 *in l. ad ſpecioſas. de verb. ſig.*

nire:ſed ad eas mitti debet [1]. Quod tamen in criminibus locum non habere didici [2]:& rationem habet: nam in criminibus non per executorem,ſed per iudicem examen teſtium fieri debet [3]. Et placet opinio Speculatoris [4], quam etiam Alexander hîc probat:vt cùm ex ſpecie huius legis ad egregiam perſonam proficiſcitur,id fiat etiam communibus expenſis [5]: ne quod illis pro beneficio datum eſt,in pœna ſit.

1 c.ſi qui teſtium. ext.de teſtib. l. nec honore. de epiſ.& cler.cũ Auth. ibi poſita.
2 glo.in c.ſ.de teſtib.cog.
3 l.apud eloquentiſſimũ. de fid.inſtru.
4 de iuram.cal.§.reſtat.
5 l.iiij.infrà.fin.reg.

IVSIVRANDVM QVOD. L. XVII.

IVRAMENTVM quod ex conuentione ſuſcipi placuit non refertur,vt hîc: nec enim à conuentione diſcedi poteſt [6]:ſecus dicitur in cęteris [7]. Et ex eo quod infrà ſequitur [8], efficitur iuramentum à pupillo deferri non poſſe, vt hîc:& ſi deferat licet videatur obfutura exceptio, in effectu tamen nihil nocebit,quia replicatione elidetur [9]. Planè ſi pupillus ex delatione iurauerit, ſeruatur iuramentum [10], poterit autem deferre cùm authoritate tutoris,puta probationibus deficientibus [11]. Sed nec adultus ſine curatore iuramentum defert: quia quoad acta iudicij, adultus pupillo comparatur, & nunquam admittitur ſine curatore,aliàs iudicium & acta nulla eſſent [12],niſi iuraret ipſe:iuramẽtum enim facit valere & contractus & iudicia cõtra minorem [13]. Et quod dixi iuramentũ poſſe deferri pupillo,intellige in voluntario,quod vltro pars defert:ſecus dicitur in neceſſario,vt in iuramento in litẽ,quod pupillo inuita parte non defertur [14].

Pupillus an iurare, & an deferre iuſiurandum poſſit.

§. PROCVRATOR. Procurator his tribus caſibus qui lege continentur defert iuramentum: quod tamen non recipitur, ſi negotium eſſet liquidum, & extra dubitationem:tunc enim donaret:quod in generale mandatum etiam cum libera non venit [15]. Item ad commodum domini etiam defenſor ſine mandato iurat [16]:ergo & eadem ratione iuramentum deferre poterit,vt domino proſit: ſecus ſi noceat [17]. Et ex hoc textu effici volunt paria eſſe habere mandatum cum libera, atque ſpeciale [18]. De quo vide quod poſuimus in l.procurator cui.ſupra.de procur.

Procurator & defenſor quãdo iurent.

6 l.j.§.ſi conuenerit.infra.depoſ.
7 l.manifeſtæ.infra eod. vbi noto.
8 §.pupillus.
9 vt hic,& l.j.§.j. Quar. rer.act.quam ita ſolue.
10 l.qui iuraſſe.infra.eo. Auth.ſacramenta.C.ſi aduerſ.vend.
11 l.tutor.infra eo.
12 l.acta §.vlt.infrà.de re iud.glo.in l.pe.ſi aduerſ. rem iud.Iaſon hic.
13 d. Auth. ſacramenta. & ibi doct.
14 l.videamus.infra.tit.j.
15 l.contra ciuilis iuris.ſuprà.de pact.l.iij.§.planè.quod vi aut clam.
16 l.nam poſteà.§.pe.ſupra eo.
17 l.iuſiurandum & ad §.j infra eo.
18 c.qui ad agendum.§.vlt.de proc.lib.vj.

QVI IVRASSE. L. XXVI.

HOC principium pertinet ad ea quæ paulò ſuperius poſita ſunt [19]. Quòd autem ad §. *Si pater* pertinet, vere à Fulgoſio,Paulo,& Iaſ. hîc contra glo.& Bartolum dicitur, Iuramentum patris debere filio prodeſſe, ſiue ſit factum ei vt hæredi,ſiue vt extraneo: nam ea diſtinctio communiter prodita [20],in pactis ſeruabitur; non in iuramento quod vice ſolutionis eſt [21]. Ex quo deſcendit & illud, fideiuſſorem iurantem prodeſſe reo [22]:quod in paciſcente nemo dixerit [23]. Et vide glo.hîc de contrariis,quæ tandem incidenter dicit, neminem cogi reſpondere ei poſitioni ſi ex reſponſo poſſet turpitudo eius detegi:quod omnes ſequuntur [24].

Iuramentum patris an filio proſit.

19 l.iuſiurandum quod. §.ſ.ſupra eo.
20 in l.ſi tibi.§.ſi pactus, per glo. ibi & Bart. ſupra.de pact.
21 vt l.ſeq.infrà eo.
22 l.duobus.§.à fideiuſſore.infra eo.
23 l.fideiuſſoris.ſuprà. de pact.
24 vide gl.in c.vlt.in verb. rationabili. de confeſſ. lib.vj.

IN DVOBVS. L. XXVIII.

IN iuramento quod loco ſolutionis eſt admittitur indiſtinctè,vt vnus ex reis credendi noceat alteri, ſiue ſocij ſint,

ſiue non [1]:ſecundum communem. In pactis autem ſeruabitur quod ſuprà in l.ſi vnus.de pact. relatum eſt. Et de toto hoc genere rerum.vide ad ſatietatem Bar.in l.ex duobus.de duob. reis.Res enim eſt diffuſior quàm vt à nobis tractari debeat.

§. A FIDEIVSSORE. Pactum fideiuſſoris reo non prodeſt, nec nocet [2]:at iuramentum fideiuſſoris reo prodeſt, & nocet,vt hîc:idem in acceptilatione [3]:nam hæc duo fictam ſolutionem habent.Sed tamen quamuis fideiuſſor iurans proſit reo,non ſine ratione dicitur, eum non habere regreſſum in reum:nam ad regreſſum vera ſolutio neceſſaria eſt [4]:nam nec fideiuſſor ad reum reuerti poteſt, niſi veram ſolutionem probet. Ideo ſi oſtenderet inſtrumentum, quo creditor ſe habuiſſe eſt confeſſus,non tamen haberet regreſſum, niſi vera numeratio impleatur & probetur.Bar. hîc,licet multi diſſentiãt.cuius opinio vel hoc ipſo probabilior videtur, quòd talia inſtrumenta non probent numerationem, ſed cõfeſsionem [5]. Vnde non inſcitè conſulit Angelus [6], vt fideiuſſor curet in inſtrumento ſcribi, creditorem verè recepiſſe. Quæ tamen in Gallia non admitterentur, in qua ſola confeſsio numerationi comparatur: nec locum habet exceptio non numeratæ pecuniæ.Si enim ex opinione doctorum [7] illa exceptio inter mercatores locum non habet, cur potius inter Chriſtianos,quibus minimè congruit de ſummo iure,& apicibus diſputare [8]? Cur enim oppugnet quis id, quod propria ſcriptura recognouit [9]?

§. ITEM POMPONIVS. Licet iurauerim mihi furtum eſſe factum,non tamen continuò habeo condictionem,forſan enim dominus non ſum,at condictio furtiua niſi domino non datur [10], actio autem furti ſemper competit, quia datur & domino,& ei cuius intereſt [11]. Et vides hîc vltimo iuramento ſtari, & hoc in pluribus perſonis, vt hoc textu. Idem dicitur in vna perſona, quæ iurans poſtremò infirmat primum iuramẽtum,licet in periurium cadat [12]. Huc annectitur,quod ſi quis iurauit non reuocaturum ſe teſtamentum [13], vel procuratorem [14], ſi tamen reuocet, valet reuocatio etiam ſi illa iuramento firmata non ſit. Ex quo valde mihi ſuſpecta eſt glo.in cap.licet,de iureiur,libr.vj.quæ proſtremum iuramentum à primo infirmari notat,ſi poſtremum ſit illicitum : nam actum iuratum, vel non iuratum valere contra primum iuramentum iuris eſt pluſquam manifeſti [15].Item non ſolùm in iuramento, vt hîc, ſed in pactis [16], contractibus [17], procuratorum conſtitutione [18], reſcriptis [19], vltima voluntate [20] (in ſecundo enim teſtamento ſemper ineſt clauſula irritans primum [21]) &mora [22], vltima derogant primis, quod in contractibus adeò verum eſt, vt nõ ſit neceſſe addere clauſulam,qua primus contractus expreſsim reuocetur [23].

EVM QVI. L. XXX.

QVOD à iuriſconſulto relatum eſt, actionem alterius loco ſuffectam, illius naturam habere [24], ſic temperatur vt locum non habeat in natura, ſiue qualitate accidentali, vt hîc [25].Planè illud ex gl.& Bart.hîc adducitur:quod licet actor iura

Iuramentum fideiuſſoris reo proficit.

Fideiuſſor iurãs ſe ſoluiſſe non habet regreſſũ in reũ.

Iuramentum vltimũ ſeruatur.

Vltima derogant primis.

Surrogata res naturam habet eius cui ſurrogatur.

1 l.fideicommiſſa.§.plerunque.de leg.iij.
2 l.fideiuſſoris.ſuprà.de pact.
3 l.& per.§.etſi.infrà.de acceptil.
4 glo.Bar.& Iaſ.hîc.
5 glo.& doct.in l.ſi nõ ſinguli.ſi cer.pet.l.ſi ex cautione.de non num.pecu.
6 in l.Vranius.§.j.de fideiuſſ.
7 Iaſ & aliorum.in l.qui pecuniam.ſuprà.ſi cert.pet.
8 vide tex.in l.fideiuſſor.§.quædam.man.
9 l.generaliter.C.de non num.pec.
10 l.j.infra.de cond.furt.
11 l.ſi is qui.infrà.de furt.
12 c.tua nos.ext.de iureiu.
13 Bar.in l.ſi quis.in prin. de leg.iij.c.ſicut.de ſpõſal.
14 glo.in c.vlt.in verb.reuocari de procur.lib.vj.
15 d.c.ſicut ex literis.de ſponſal.
16 l.pacta nouiſſima.C.de pact.
17 l.eũ in plures.§.locator.Locat.l.j.§.vlt.de ſtipul.ſeruo.
18 l.ſi quis cum.§.vlt.de procur.
19 c.cæterum.de reſcrip.
20 l.iij §.vlt.de adim.leg.l.hac conſultiſſima.§.ſi quis autem.C.de teſta.
21 Bal.in l.vlt.de edic.D.Adr.toll.
22 l.illud.de peric.& cõm.rei vend.l.ſi per emptorem.de act.emp.
23 Bal.in c.j.per illũ tex.de tranſ.Iaſ hîc.
24 l.ſi cum.§.iniuriarũ.ſupra.ſi quis.caut.l.qui id quod.de donat.
25 & §.cùm prædixerimus.in l.item veniunt.de pet.hær.ſupra.

iurauerit ex ea cauſa quæ inficiatione creſcit,& ſic ex eo iuramento non habeat actionem niſi ad ſimplum, tamen poterit per teſtes probare,& ſic duplum conſequi: quod ſatis impletur ex texu ibi, *cum omiſſa*. Item ad hunc textum pertinet quod voluit glo. in l. vlt. de compenſ.

In popularibus iuramẽtum an deferri poſsit.

§. IN POPVLARIBVS. Quædã ſunt populares actiones quæ dantur potiſsimùm ob iniuriam priuati, licet quodammodo ius publicum reſpiciant: vt in actione ſepulchri violati [1]: in his propius eſt vt iuramentum ab agente delatum reliquis noceat [2]. Aliæ populares nominantur, quæ principaliter publicum ius reſpiciunt: in quibus actor iuramentum deferens reliquis nocet, ſi dentur pro facto quod finitum eſt, vt in violatoribus eccleſiæ, per hunc textum: modo bona-fide ſit iuramentum delatum, vt hîc: quod & alibi explicatur [3]. Sinautem dentur pro facto ſucceſsiuo, & adhuc conſtante, vt in ea actione quæ contra habẽtem appenſum in publico, intenditur, cum ratione eſt, iuramentum in illis ab vno delatum, reliquis non nocere [4]: ſicut & in eo qui liberum hominem retinebat, dicitur [5]. Et ex eo quod ad finem legis dicitur, vides per iuramentum non tolli exceptiones quæ naturæ contractus inſunt. cui annectitur & illa quæſtio, cùm ſtatuto cauetur, vt contra inſtrumentum nulla exceptio opponatur, vt poſsit nihilominus opponi exceptio non ſoluti pretij: quæ & ipſa de natura contractus eſt, per hunc textum [6]. Hinc ſi hæres à teſtatore iubeatur non eſſe moleſtus vxori, cui vſusfructus relictus eſt, nihilominus hæres poterit ab ea petere cautionem vſusfructus, nec tenebitur vſumfructum concedere non data cautione [7].

Iuramentum nõ mutat ſubſtantiam actus cui ſubijcitur.

ADMONENDI. L. XXXI.

INTER Omnes ferè conuenit, hîc ſententiam ex iuramento ſecutam eſſe. nec enim eſt nouum, ſententiam ad iuramentum adiungi, vt clarior ſit probatio [8]. Et ideo rectè dicitur, ſententiã latam ex iuramento neceſſario, reſcindi propter inſtrumenta nuper reperta, quæ tamen antiqua erant [9]. Sin verò poſt ſententiam ſint facta, reuocabitur ſententia indiſtinctè, etiamſi nulla falſitas arguatur, ſi tamen cõſenſus partium interuenerit [10]. Item id quod generaliter definimus locũ habet, cùm ex delatione neceſſarij iuramenti ſententia lata eſt, & ſic in odium periurij: at ſi ſententia ſine iuramẽto interueniſſet, contra dicitur [11]. ſed & alia ratio affertur: nã cum ſentẽtia ex iuramẽto, dicatur lata ex probationibus priuilegiariis, nẽpe ex proprio partis iuramento, quæ quodammodo in ſua cauſa iudex eſt, rationem habet vt retractetur, vt hîc: vix eſt enim vt eiuſmodi ſententiæ in rem iudicatã trãſeant [12]. Quod tamẽ intelligit Iaſon hîc, cùm ſentẽtia lata eſt ex priuilegiaria probatione, inuita parte, vt hoc textu, ſecus ſi volẽte. Ex quo efficitur ſententiã latã ex iudiciali & volũtario iuramẽto non retractari aliquo caſu, ſed in rẽ iudicatã trãſire, vt hoc textu: ſic trãſactio (quæ maximè partiũ cõſenſu cõtinetur) prætextu nouorũ inſtrumẽtorũ non reuocatur [13], nec ſentẽtia ex tranſactione & deciſione [14]: qđ & in ciuililibus, & in criminalibus admittitur [15]. Vt autem poſsit reuocari & reſcindi ſentẽtia ex iuramẽto neceſſario lata, propter noua inſtrumẽta, reſtitutio

Sententia lata ex iuramento neceſſario reuocatur.

Sententia lata ex iuramento voluntario & iudiciali nõ retractatur.

Reſtitutio neceſſaria ad retractationem.

1 *l. iij. de ſepul. viol. infrà.*
2 *l. non cogendum. §. qui ita. ſuprà de procu. Alex. hîc.*
3 *l. j. de calum. ſuprà.*
4 *l. nam poſteà. §. vlt. ſupra eod. cum l. ſequ. & Bar. & Iaſ. hîc cõtra gl.*
5 *l. iij. §. ſi tamen reus. de lib. hom. exhib.*
6 *fac. l. ex prædiis. de euic. & ibi Bal. fa. l. vlti. §. ij. de excep. dol.*
7 *Bal. in l. j. de vſufr. & Iaſ. hîc.*
8 *l. iuſiurandũ & ad. §. vlt. infra eod. & Iaſ. in l. j. ſupra eod.*
9 *vt. gl. hîc, & Bar.*
10 *l. iiij. §. ſi ex conuẽtione. infrà de re iud. ſecund. Iaſ. hîc. & Alex. contra Bar.*
11 *l. ſub ſpecie. C. de re iud. l. Imperatores. infrà de re iud.*
12 *l. ſi qui adulterij. de adul. C. Imo. in c. tua nos. de cohab. cleri. & Pano. in c. propoſuiſti. de prob.*
13 *l. ſub prætextu. de trãſact. C.*
14 *l. cùm putarem. famil. ercif. ſuprà.*
15 *l. diui. de pœn. & l. j. §. vlt. de quæſt. Bart. in d. l. diui.*

eſt petenda, ex commini ſententia [1]. Quod autem diximus neceſſarium iuramentum, hoc eſt, à iudice delatum, reuocari propter noua inſtrumenta, hoc CVRIA Parienſis non admittit: cuius extat decretum, quo res deciſa ex iuramento à iudice delato, non eſt retractata ex nouis inſtrumentis: quod & Lucius in Placitis refert [2]. Et ex eo quod hîc dicitur, *Solent enim iudices in dubiis cauſis exacto iuramento, &c.* profectum eſt illud quod magno conſenſu dici ſolet, in dubia cauſa, puta cùm ſemiplenè actor probauit, deferri iuramentum poſſe. quod eui denter verum eſſe conuincit lex codicis [3], quæ inopia probationum, iuramento cauſam decidi iubet. quod non eò deducendum eſt, vt actore nihil omnino probante iuramentum debeat deferri: eo enim caſu non defertur iuramentum [4], ſed reus abſolui debet [5]. Tunc verò dicetur inopia probationum cùm non integræ, ſed ſemiplenæ probationes ab actore datæ ſunt. quod neceſsitas cogit fateri: quanquam hoc Duarenus non probet [6], qui non cùm ſemiplenè probatum eſt, iuramẽtum deferri voluit, ſed cùm vtrinque tanta eſt paritas probationum, vt ex iuramento deciſio cauſæ ob dubium ſit petenda: quod ego aſſentiri non poſſum: tum quòd in paritate probationum reo eſſet fauendum, & pro illo ferenda ſententia, ſine remedio iuramenti [7], tum quòd vtraque parte ex æquo probante, res eò cedit atque ſi nihil actor probauiſſet: ideo reus eſſet abſoluendus [8], tum quòd rarò [redacted] conceditur reo qui aliqua de re conuincitur probationibus idoneis, vt contrarium probare poſsit [9]. Reliqua huius ſententiæ habes in l. manifeſtæ. infra eod.

Ob ſemiplenã probatione iuramentum defertur.

1 l. Diuus. de re iud. infrà. l. ij. ſi ex fal. inſtru.
2 lib. xj. de fruct. & in rem litémque expenſ. art. xvj.
3 l. in bonæ-fidei. de reb. cre.
4 c. vlt. de iureiur.
5 l. actor. C. de prob.
6 c. xxxiij. lib. ij. anniuer. diſput.
7 c. cùm ſunt. de reg. iur. li. vj. l. Arrianus. de obl. & act. infrà.
8 d. c. vlt. ext. eod.
9 c. ad noſtrã. de prob. extr.

IVRISIVRANDI. L. XXXII.

HANC ſuperius citamus in l. imperatores. de pact.

IVSIVRANDVM ET AD PECVNIAS.

LEX XXXII.

PERTINET ad l. non erit. §. vlt. ſuprà eod. vbi vide nonnulla. Et an iuramentum ſubeat pupillus, vide quod noto in l. iuſiurandum quod. §. j. ſupra eod. Et an tutor, vel defenſor, infrà dicetur [10].

§. QVI IVSIVRANDVM. Iuramentum deferens debet de calumnia iurare, vt hîc: ſic qui poſitiones facit, debet iurare ſe credere eas vero conſentaneas eſſe [11]: ſed eiuſmodi iuramentum remittitur parenti & patrono: quod in iuramento veritatis non recipitur [12]. Quòd autem pertinet ad §. *Ait prætor*, relatum eſt in l. manifeſtæ. infra eod.

Iuramentum calũniæ remittitur parenti & patrono.

10 in l. videamus. infrà tit. j.
11 gl. mag. in fi. in l. j. C. de confeſ.
12 l. quoties. ſuprà eod.

TVTOR. L. XXXV.

AN Tutor vel pupillus deferant iuramentum, habes in l. iuſiurandum quod. §. j. ſupra eod. Et ad §. vlt. vide quæ pono in l. nam poſteà. §. ſi is qui. ſupra eod.

MANIFESTAE. L. XXXVIII.

QVOD Dicitur manifeſtæ turpitudinis eſſe nolle iurare, vel non referre: non habet locum quoties iuramentum defertur in caſibus quibus non debet deferri: vt cũ defertur actori plenè probanti [13]: vel cùm actor nihil probat [14]. Hîc enim iuramentum deferenti mos non eſt gerendus. Idem placuit cùm actor haberet leuiſsimã præſumptionẽ ſibi fauentem

Quando iuramenti remitti poſsit.

13 c. ij. de prob. extr.
14 c. fi. §. vl. de iureiu. ext.

tem [1]: quod tamen ipſum non eſt expeditum, vt per Iaſonem hîc fusè. vel cùm cõdemnatio minueretur ex iureiurado: tũc enim actor non compellitur iurare, imo ſi iurauerit, poterit iterum plenè probare & totam cõdemnationem conſequi [2]. Idem eſt ſi deferretur iuramẽtum reo qui iam tempore tutus erat [3]. Item hæc lex habet locum in iudiciali, non autem in iuramento in litẽ, quod quis non cogitur ſuſcipere: poteſt enim probare per teſtes [4]. Vide alias cauſas hîc per doctores in quibus refutari poteſt iuramentum. Ad aliud verò membrum an is cui delatum eſt referre poſsit: & magis eſt poſſe, vt hîc: niſi ſuper eo caſu iuramentum eſſet delatum qui illi cognitus eſt, deferenti autem minimè [5]. Planè ſi vtrique æquè notus eſt, refertur iuramentum etiam in famoſis [6]. Quòd autẽ diximus actorẽ qui plenè inſtrumẽto vel teſtibus probauit nõ cogendũ eſſe iurare [7], nõ omnino CVRIA Pariſienſis recepit. Si enim reus alleget ſe paratũ credere iuramẽto creditoris, an receperit partẽ debiti necne, hoc illi erit cõcedendũ, & ad iuramentum deuenietur: vt eadẽ CVRIA cenſuit [8]. Sic dicimus poſt biennium elapſum non cogi, creditorem iurare an ſit numerata pecunia [9]: quod tamen non eſſe admittendum benignè CVRIA Pariſienſis ſtatuit [10]. Iurabit igitur creditor etiam lapſo tempore opponendæ exceptionis non numeratæ pecuniæ: & hoc cum illa æquitate coniunctum eſt, quæ hominem cum alterius iactura locupletari nefas eſſe cenſet.

Quando iuramentũ impune non referatur.

Actor plenè probans an iuret.

1 gl. in l. ij. in verſ. ſi lenior. ſuprà de minor.

2 l. eum qui. vbi gloſſ. & Bart. ſuprà eod.

3 l. in contractibus. §. in illo. C. de non num. pecun.

4 l. quod ſi poſſeſſor. de rei vind. Bartol. & Iaſ. in l. vlt. de in lit. iur.

5 l. Marcellus. infrà. rer. amot. Bar. in l. iniurandum & ad pecunias. §. ait prætor. ſuprà eo.

6 per tex. in c. vlt. ext. eod.

7 c. ij. de prob.

8 Die xij. Maij. ann. 1539.

9 l. in cõtractibus. §. de illo. de non num. pecu.

10 Die xxx. Ian. an. 1544.

SI QVIS CVM. L. XXXIX.

CVM Iuramentum interponitur ſuper præterito valet, vt hîc [11]: ſin autem ſuper futuro, remittitur & in contractibus & in teſtamentis [12].

11 & l. ſi cùm patruo. cõm. vtriuſ. iud. C.

12 l. quæ ſub conditione. infrà de cõd. inſt. Bart.

LABEO. L. XLI.

CVM Fit gratia iuriſiurandi alicui abſenti, vel quoties aliquid cum abſente geritur, nunquam valet actus niſi intercedat nuntius, in eam rem ſpecialiter datus [13]. Et adde quòd cùm fit gratia iuramenti etiam præſtiti, pars, cui remiſſum eſt non incidit in periurium, ſi id quod iurauit, non præſtiterit: quæ enim impediunt moram, impediũt & periurium [14]. Vulgatum etiam eſt apud doctores partem vim Apoſtoli ad remittendum iuramentum habere: imò verò cùm iam certum eſt debitorem, qui ſe ad diem conſtitutam ſoluturum cum iuramento recepit, non poſſe illo termino ſoluere, poſſet creditor illi prorogare diem, & impediret periurium [15]: niſi iam terminus lapſus eſſet, & ſic periurium eſſet incurſum [16].

Pars facit gratiam iuramẽti, & impedit periurium.

13 ſecund. Bar. Alex. Iaſ. hic. gl. & Bar. in l. ij. de act. & obligat. & l. j. de cont. empt.

14 tex. & ibi Panor. in c. ij. de ſponſ. & in c. j. de iureiur. l. vlt. infrà qui & à quib. l. & per. de accept.

15 Bar. in l. cùm ſtipulatus ſum mihi. infrà de verb. obligat.

16 d. l. cùm ſtipulatus. Bar. & Iaſ. hic.

CREDITORE. L. VLT.

BELLISSIME Dicitur ex hac lege iuramentũ præſumi interpoſitum ſuper re & facto, non autem ſuper perſona & actione: ex quo fit vt omnibus proſit ad quos factum vel res pertinet. Ideo exceptio iuramenti in vna cauſa interpoſiti obſtat agenti ex alia, ſi tamen ad eandem rem ageret [17]: quod in ſententia dici non poteſt [18]: nam ſententia ferè creditur reddita, non quia non ſit debitum, ſed quia non probatum [19].

17 l. duobus. §. exceptio. ſuprà eod.

18 l. vlt. de excep. rei iud. & l. Lucius. de pet. hær.

19 l. Iulianus. de cõd. inde. & ibi Bartol. & in d. l. duobus. §. j. & ibi Iaſ.

De in litem iurando.

REM IN IVDICIO. L. I

EX Hac lege communiter notatur, fideiuſſorem non teneri in id quod creuit ex contumacia rei [1]: puta cùm ex inficiatione rei dupli pœna indicitur: ſed hoc verum eſt, niſi in omnem cauſam ſponſor eſſet acceptus [2]: quod aliâs fuſius relatum eſt [3]. Obtinuit quoque in iudice cuius iuriſdictio certa ſumma concluditur, vt non diſpiciatur, ſi fortè res poſsit creſcere ex contumacia [4]. Item licet in æſtimanda re non ſpectetur æſtimatio particularis, vt hîc, tamen ob affectionem bene datur actio, quæ aliâs non daretur [5]. Et per hunc textum rectè defendi poteſt, inſtrumentum quod authenticum eſt, & executionem paratam habet, non habere executionem ad ea quæ ex mora creuerunt [6]. Sic cenſuit CVRIA Pariſienſis [7], eas ſententias quæ principalibus decretis executioni mandari poſſunt, nihil tardante appellatione, nõ eſſe executioni mandandas quoad expenſas, fructus & alias acceſsiones, quæ ex mora veniũt, niſi quoties nominatim cõſtitutione cõtinetur.

Fideiuſſor ad incrementa ex mora non tenetur.

1 *l. vlt. de fideiuſſ. infrà.*
2 *l. quæro. loc. infrà.*
3 *l. in. §. ſi is. Quod quiſq. iur. in alium. l. centũ. de eo quod certo.*
4 *l. vlt. de appel. C.*
5 *l. cũ ſeruus. infrà mãd.*
6 *doct. in l. vinum. ſuprà ſi cert. pet.*
7 *Die v. Decẽb. ann. 1521.*

SIVE NOSTRVM. L. II.

CONTRA Eum qui eſt in culpa non ſolet deferri iuramentum in litem, niſi in actione tutelæ [8]: ſed tantùm in eum qui doloſè verſatus eſt, vt hîc [9]. Sic receptum eſt iuramentum contra eum qui res ſurripuit [10]: eſt enim ſurripiens in dolo. Quòd ſi is qui rerum cuſtodiam habebat, conueniatur vt res repręſentet, quas alius ſurripuit, eo caſu non erit iuramento locus, cùm non ſit in dolo [11]: nunquam enim ex dolo alterius in litẽ iuratur [12], quanuis aliqua culpa arguatur, vt hîc. Quòd autem dicitur contra doloſum in litem iurari, intellige cùm iure actionis conuenitur, non ſi officio iudicis: tunc enim aliis probationibus, iiſque legitimis res explicatur [13].

Ob dolum, nõ culpam iuratur in litem.

8 *l. is qui. ſuprà. eod.*
9 *& l. non à iudice. de iud. l. videamus. ad ſi. infra eo. l. ſemper. §. in hoc interdicto. & ibi gl. quod vi aut clàm.*
10 *l. ſi quando. vnde vi. C. & c. vlt. quod met. cau.*
11 *Bart. in l. 5. furt. aduerſ. naut. camp.*
12 *l. 5. quando ex fact. tut. infra.*
13 *l. argentarius. §. cùm autem. ſuprà de eden. & Iaſ. ibi.*

NVMMIS. L. III.

IN Nummis iuramentũ in litem non deferri expeditum eſt, per hunc tex. Quod cur ita ſit obtentum, inter omnes non conuenit. Veterum certè opinio eſt, id à iuriſconſulto dictum eſſe, quòd in nummis affectio non verſetur. quæ ſententia recentiorum diſputationibus fracta eſt. Melior igitur erit ratio Vlpiani, in nummis non iurari in litem, quod certa ſit nũmorum æſtimatio [14]. Cùm enim non alia de cauſa ſit inuentum iuramentum hoc, quam vt dominus cõtra non reſtituentem, pretium rei ſuæ dicat [15]: quòd iniquitatem habeat dominum cogi inuitum ſuo & iuſto pretio rem vendere [16]: propius eſt in iis rebus quæ certam æſtimationẽ habent, vt ſunt nũmi, hoc iuramentũ locũ non habere. Quod & Coraſius [17] & Duarenus [18] retulerunt. Quia autẽ hîc dicitur, in nũmis haberi reputationẽ eius qđ intereſt extra rẽ: poteſt quæri, quãdo id quod intereſt extrinſecus peti poſsit. Et certe in delictis obtinuit id quod intereſt etiãſi extra rem ſit, taxari [19]. Cui cõſequens eſt vt cõtra furem aut aliũ delinquentẽ cuiuſuis lucri ratio inea-

Cur in nũmis non iuretur in litem.

In delictis id quod intereſt extra rem diſpicitur.

14 *vt hoc text.*
15 *l. ſi tutor. infra eo.*
16 *l. ſi cùm dos. §. vlt. infrà rerum amo.*
17 *in miſcella. lib. vj. ca. iij.*
18 *l. in actionibus. poſt prin. infra eod.*
19 *l. vnde Neratius. l. ait. & l. pe. ad l. Aquil.*

tur

tur[1]. nec verò ea conſtitutio[2] quæ id quod intereſt duplum non excedere voluit, ad delicta pertinet: ſi enim damnum paſſi etiam centies poteſt intereſſe, tanti fiet condemnatio[3]. Qui enim ſciens decipit, omne detrimentum tenetur ſarcire[4]. euenire autem poteſt, vt illud detrimentum duplum egrediatur. quam opinionem poſt Petrum Alciatus contra reliquos probat[5].

In cõtractibus intereſſe extra rem an reputetur.

In contractibus autem ſi quæratur an id quod intereſt, extra rem admitti debeat: res tam immẽſa eſt, vt inter eos qui hactenus ſcripſerunt non conſtet. In eo tamen id certi conſtituendum puto, vt in contractibus ſtricti iuris qui natura ſua arbitrarij fieri ſolent, id quod extra rem intereſt recipiatur, & cuiuſque lucri[6]. Quod ideo conſtitutum eſſe creditum eſt, quòd illę actiones ſint inopes, neque in eas fructus cæteræquẽ acceſsiones veniant, niſi à conteſtato iudicio[7]: ideo ſupplentur taxatione eius quod intereſt extra rem, & ratione cuiuſcũque lucri: quod etiam iure canonico locum habet[8]. Et hoc etiam ad contractus bonæ-fidei perducendum eſt[9]: quo modo & hunc textum intelligi poſſe puto.

In venditione id quod intereſt extra rem non venit.

Specialiter tamen obſeruatur in venditione & emptione vt intra rem id quod intereſt concludatur, extrinſecus autem reputatio nõ fiat: quod non ſemel cautum eſt[10]. In actione autem quæ pro euictione eſt, verius eſſe puto cõtra venditorem, id quod extra rem intereſt diſpici: nam Iulianus ait[11], venditorem ea quæ per ſeruum venditum, qui poſt euictus eſt, acquiri potuerunt, præſtare debere: quæ verba id quod intereſt extra rem ſignant. licet alij diſſentiant. neque enim multum eſt in euictione id quod extra rem intereſt præſtari, in qua dupla ex lege præſtari ſolet[12]. Plus etiam dicitur quoties in venditionis contractu res cadit in delictum, toties extra rem id quod intereſt taxari: vt cùm vẽditor tradidit ſed malè & vitioſè[13]. At propter ſolam moram talis reputatio non fiet vt ſuprà dixi[14].

VIDEAMVS. L. IIII.

Tutor an iuret.

AN pupillus iurare poſsit, aut iuramentum deferre, aliâs tractatũ eſt[15]. Tutor autẽ pro pupillo iurare poterit, ſi ita videtur, ſed non cogetur, vt hîc: quod tamen in iuramento affectionis admitti placuit: in iuramento autem veritatis aut calumnię diuerſa cauſa eſt[16].

Procurator an iuret.

Planè cõſtitit procuratori nec veritatis nec affectionis iuramentum deferri poſſe[17]: iuramentum autem calumniæ rectè deferetur[18].

Et iuramentũ.

§. DEFERRE. Ex hoc §. differentia conſtituitur inter hoc iuramentũ, & id de quo ſuprà titul. proximo: quia in iuramẽto in litem receptum eſt, vt niſi à iudice deferatur, non valeat, vt hîc: at neque à parte, neque à notario deferri poteſt: nam quæ ad iudicem pertinent, notarius non poteſt expedire[19], niſi à iudice ea mandarentur[20], quod tamen in iuramento ſimplici non vtique eſt, l. admonendi. ſuprà titul. j. Item cum iudex iuramentum in litem defert, taxare poteſt ſummam vſque ad quam iuretur: ſed non poteſt egredi duplum in taxando[21]:

Iudex quando poſsit partis iuramentum nõ ſequi.

poteritquẽ iudex poſtquam à parte præſtitum fuerit iuramentum illud non ſequi, vt hîc: quod tamen in iuramento iudiciali & voluntario non recipitur[22], nec etiam in iuramento veritatis[23]. quibus adiũge quod dicitur in l. qui reſtituere. de rei

1 *l. proinde. ad leg. Aqui. l. vlt. infrà de cõdi. furt.*
2 *l. j. de ſenten. quæ pro eo eo quod inter.*
3 *l. inficiando. §. j. de furt. l. ſemper. §. in hoc interdicto. quod vi aut clam.*
4 *l. Iulianus. in princi. infrà de act. empt.*
5 *in l. vna. §. ſupereſt. de ſent. quæ pro eo quod.*
6 *l. ſed et ſi hæreditas. ſuprà ad exhibẽ. l. ij. §. nũc de officio. de eo quod cer. loco.*
7 *l. ſi fundus. ſuprà ſi cert. petat.*
8 *c. j. de plus pe. c. P. & G. & ibi Abbas. j. colũ. de offic. deleg. Iaſ. in l. ij. §. nũc de officio. de eo quod cert. loco.*
9 *l. videamus. j. §. præterea. infrà de vſur.*
10 *l. ſi ſterilis. §. per venditorem. de act. emp. l. vlti. de peric. & commod. rei vend.*
11 *l. venditor. de euict.*
12 *l. ij. de euict. infrà.*
13 *l. tenetur. §. ſed ſi vas. & l. quidquid. de act. emp. l. in rebus. §. item qui ſciens. commod.*
14 *per d. l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem.*
15 *l. iuſiurandum quod. §. j. ſuprà de iureiur.*
16 *l. cùm etiam. de reb. cre. C. & l. ij. §. quod obſeruari. de iura. cal.*
17 *l. iuſiurandum & ad pecunias. §. pupillo. ſuprà titul. j.*
18 *§. quod obſeruari.*
19 *gl. in l. inſtar. de iur. fiſ. lib. x. C.*
20 *l. ad egregias. ſuprà ti. j. & c. ij. de iud. lib. vj.*
21 *per Bar. in l. vnic. de ſen. quæ pro eo quod inter. C. & Iaſ. hîc.*
22 *l. non erit. §. delato. & l. nã poſteà. §. j. ſuprà ti. j.*
23 *auth. poſt iuſiurandum. de iudic. C.*

vind.ſuprà. Nec ſanè video in quo Fulgoſij & Iaſ. ſententiam tueri poſsimus, qui etiam in hoc iuramento in litem, exiſtimāt iudicem alligatum eſſe vt illud ſequatur, niſi perrarò: nam hîc textus manifeſtè contrà ſentit. An autem ex culpa hoc iuramentum deſeratur, ſuprà dictum eſt [1].

IN ACTIONIBVS. L. v.

IN bonæ-fidei iudiciis in litem iuratur, vt hîc, ſi ſint directa, non ſi contraria: in iſtis enim nō de dolo & fide rupta, ſed de indemnitate agitur [2]: at iuramentum in litem non datur, niſi ſubſit dolus [3]: ſi tamen in contrario iudicio de fide rupta ageretur, iuratur in litem [4]. Item in bonæ-fidei iudiciis iuratur in litē, ſiue petatur quod à me profectum eſt [5], ſiue quod ad me pertinet, vt in petitione hæreditatis [6]: ſin autē peto mihi debitum, vt in emptione, iuratur in litem contra valentem reſtituere, vt hîc: aliâs ſi nō poſsit, agetur ad id quod intereſt [7], ſecundum Bartolum Alexand. & Iaſ. hîc. Plus dicitur iurari in litem in actionibus in rem, & ad exhibendum, vt hîc: etiamſi non ratione dominij dentur, vt hypothecaria [8]. Sed hæc habebunt locum ſi aliquo caſu factæ ſint arbitrariæ, adeo vt neceſſe ſit iudicem arbitrari: quod eueniet cùm pars non vult reſtituere [9], aliâs non iuratur, vt lege ſeq. & Iaſon hîc. Item in ſtricti iuris actionibus iuratur in litem: ſolæ enim actiones illæ poſſunt fieri arbitrariæ: at bonæ-fidei actiones nunquàm arbitrariæ fiunt, cùm ex diametro pugnent arbitrariis [10].

Quibus in iudicijs iuramētum in litē deferatur.

CVM FVRTI. L. IX.

SI agitur furti actione ad pœnam dupli aut quadrupli, cùm ſit quantitas, non iuratur in litem de affectione: ſed de veritate. habes vtrunque in l. nummis. ſuprà eod. [11] Sin verò agitur condictione furtiua, ſi præceſſerit ſententia, & ſic contumax fur ſit non reſtituendo, fit actio arbitraria, & ſic iuratur in litem [12]. An autem in arbitrariis duplex feratur ſententia, alibi retulimus [13].

1 l. ij. ſupra eod.
2 l. ei apud quem. depo. in princ.
3 ſuprà l. proxi.
4 glo. & Bar. in l. ſi pignore. §. ſi poſt. infrà de pigno. act.
5 l. j. §. in depoſiti. infrà depo. l. iij. commo. infrà.
6 l. ſi poſſeſſor. §. vl. de pe. hæred.
7 l. j. de act. emp. infrà l. ſi traditio. C. eo. & ibi glo.
8 l. ſi fundus. §. in vindicatione. infrà de pignor.
9 l. qui reſtituere. de rei vind. ſuprà.
10 l. in bonæ-fidei. infrà de eo quod cert. loc.
11 ſecundum communem intellect.
12 Bar. & Iaſ. hîc.
13 l. ſi cum exceptione. §. hæc autem. quod metus cauſa.

De condictione cauſa data, cauſa non ſecuta.

SI OB REM. L. I.

EX hoc textu potiſsimùm efficitur eum qui dedit pecuniam ob aliquam cauſam, cauſa nō ſecuta repetitionem habere: etiamſi per eum ſit effectum quominus cauſa ſequeretur: quod rationem habet, niſi id quod dedit ſit debitum, & ad id eſſet obligatus [14]. Planè vt repetitio ſit, debet illa cauſa vtrique parti ineſſe ſi tacita fuerit, vel ſaltem à dante exprimi: ſin verò ab vna parte tantùm fuiſſet intellecta, ceſſat repetitio [15]. Item aliud habes, implementum ſcilicet conditionis non inducere aditionē hæreditatis, vel legati agnitionem, vt hîc, & alibi expreſsius [16]: niſi in ſuis [17]: quod & Alexandro, Lud. Rom. & Iaſ. placet cōtra Bartolum: vel niſi animus manifeſtè oſtendatur [18]: neque enim tacitus vel præſumptus ſufficeret, vt hîc [19].

Pecuniā dans cauſa non ſecuta quando repetat.

Implens conditionem quādo dicatur adire.

14 l. iure ciuili. de reg. iur. l. ſi pupillus. in princ. ad leg. Falcid. quem nota.
15 l. ſi repetendi. C. eo. & l. cùm in plures. § locator. locat. infrà. c. j. de eo qui mit. in poſſ. ſibi, voluntatem.
16 in l. ei qui ita. de condit. inſtit. infrà.
17 l. iam dubitari. ad fi. de hæred. inſtit.
18 l. Amiſſius. de acquir. hæred.
19 & l. ſi filius. infra eod.

Dedi

Dedi tibi. L. iii.

In contractibus quando cautio ſit præſtanda.

CVM pecunia datur ne ad iudicem eatur, non repetitur quandiu non itur: nec ad cautionem deueniendum eſt. Nam expeditum eſt, neque in bonæ-fidei [1], neque in ſtricti iuris contractibus cautionem debere præſtari, vt hoc textu. Sed hoc mutat ſi cauſa ſubeſt [2]: puta ſi ſit ſuſpectus debitor [3]: vel quoties debitori datur tempus miſerationis gratia [4]: vel fortè beneficio principali [5]: vt accidit in iis qui quinquennales literas à principe obtinent. Sed nec procedit in debitis ex vltima voluntate [6]: iis enim caſibus ſemper cautio erit implenda. Rectè autem dicitur quem debere promittere, ſi res euincatur [7]: ſed re vera cauere non tenetur, vt dictum eſt. Vide tamen Iaſonem in l. vlt. infra eodem. Et ſic omnes leges quæ volunt in bonæ-fidei iudiciis cautionem interponendam eſſe [8], intellectum habent, ſi cauſa ſubſit: ſed ſine diſtinctione obtinuit in petitione hæreditatis [9], & in omnibus dilationibus quæ à lege dantur, vt cautio præſtetur. Vnde marito ad dotem reddendã, quæ in mobilibus eſt, datur annus [10], ſed cautionem dabit [11]: ſicut accidit in dilatione à principe conceſſa [12], & à iudice [13]. At in dilationibus quæ ex conuentionibus partium ſunt, contrà dicitur, per hunc textum: niſi caſibus certis quos ſuprà poſuimus. & hoc Alexander probat [14]. Huc annectitur, quòd cùm cautio implenda eſt, finge forſan ita conuentum eſſe, & fideiuſſores dati ad inopiam deueniant, non eſſe neceſsitatem imponendam ei qui dedit, vt alios præſtet, niſi ex noua cauſa quæ tempore cautionis datæ non conſtabat, ad inopiam ſint deducti [15].

In pia cauſa locus eſt pœnitentiæ.

§. Idem erit. Hic §. tractatu conſentit cum l. ſi pecuniam. infra eodẽ. Et ex eo quod in eo legitur, fauorem libertatis non obſtare, quin in contractibus innominatis pœnitentiæ ſit locus, idem obſeruari nonnulli [16] voluerunt in pia cauſa: quod tamen ipſum non rectè dicitur. In donatione enim dotis (quæ pia cauſa eſt [17]) pœnitentiæ non eſt locus [18]: cùm tamen ſit contractus innominatus, quia ob cauſam [19]. Sed huc erunt adiicienda quæ pòſt dicuntur in l. cùm is. §. mulier. infrà de cond. indeb.

1 *l. ij. de ha. vel act. vend.*
2 *l. i omnibus. & ibi Bar. de indic. l. ſi creditores. de priuil. cred.*
3 *l. quæſitum. de pig.*
4 *l. ſi debitori. de indi.*
5 *l. vniuerſa. de diuer. reſcrip. Guid. pap. q. cix.*
6 *tot. tit. vt leg. ſeu ſideic. nomi. cau.*
7 *l. vlt. infrà eod.*
8 *l. pro ſocio. infrà pro ſoc.*
9 *l. quod ſi in diem. de pet. hæred.*
10 *l. j. §. cùm autem. de rei vxo. act. C.*
11 *l. ſi conſtante. §. quoties. infrà ſol. mat. c. Odoardus. de ſolut.*
12 *l. vniuerſa. de diuer. reſcrip. C.*
13 *l. ſi debitori. de indi.*
14 *in d. l. ſi cõſtante. ſo. ma.*
15 *l. ſi ab arbitro. ſuprà qui ſatiſd. cog.*
16 *Lud. Ro. hîc & in l. ſi pecuniã. inf. eo. & Iaſ. hîc.*
17 *l. cùm is. §. mulier. de cõdi. ind. b.*
18 *l. quod Seruius. infrà e. & l. ſi ego. §. j. de iur. do.*
19 *vt per Bar. in l. ij. de condict. ob cau. dat. C.*

Si qvis accepto. L. iiii.

In liberatione an ſit cõdictio.

CONSTAT in pacto liberatorio ob cauſam, habere locum condictionem non ſecuta cauſa, vel etiam pœnitentiam, vt hîc: niſi fieret ex cauſa tranſactionis: quia in illa non eſt locus pœnitentiæ [20]: ſed bene condictio dabitur ex capite cauſæ non ſecutæ [21]. Cùm igitur quis ex cauſa liberatus eſt à debito liquido, cauſa non ſecuta, ad ipſum debitum condictio eſt, vt gloſſ. hîc [22]. Sin autem debitum diem, vel conditionem habebat, reponitur is qui remiſit in priſtinam obligationem, vt hoc textu: quod tamen in actione non vſquequaque eſt, quæ ſemel extincta conſenſu partium, nunquàm reuiuiſcit: vt in querela inofficioſi teſtamenti [23], vel actione iniuriarum, furti, vel alterius delicti [24]. Ex quo profectum eſt quod aliâs Barto. ſcribit [25], eum qui remiſerit Titio actionem iniuriarum ſub cauſa & modo, vt decem det Titius, non poſſe ad extinctam iniuriarum actionem reuenire, licet Titius decem dare nolit [26].

20 *l. quamuis. de tranſact.*
21 *not. in l. ij. ſuprà de trãſ.*
22 *per l. ſi mulier. infra eod.*
23 *l. cùm mota. C. de trãſac.*
24 *l. ſi vnus. §. pactus. de pact. Bar. hîc & Iaſ.*
25 *d. l. cùm mota.*
26 *fac. c. verũ. de cõd. appo.*

SI PECVNIAM. L. v.

NOTVM eſt in contractibus innominatis pœnitentiæ locum eſſe, & agi poſſe ad contractum reſoluendum, vt hîc [1]: id ita verum eſt, niſi aliud inter partes conueniſſet: vt in donatione cauſa mortis accidit [2]. ſed nec in permutatione rerũ venalium pœnitentia eſt [3]. idem eſt ſi contractus innominatus fieret per conditionẽ, puta, *do decem ſi vadas pro me Romam* [4]. idem eſt ſi iuramentum interponeretur, vt hîc gloſſ. id enim obligat præcisè: ſed nec pœnitentia eſt in tranſactione, cùm illa fiat ad finiendam litem [5]. idem ſi primùm aliquid eſt datum, deinde ex interuallo conuenit vt ires Romam, tunc enim pœnitere non licet [6]. Idem ſi res non eſſet integra, vt hoc textu. Aliâs ſemper licet pœnitere etiamſi alter obtulerit: quia in his contractibus oblatione non deſinit res eſſe integra, nec oblatio vim implementi habet [7]. quod tamen in contractibus innominatis hactenus verum eſt, vt ſit pœnitendi locus, ſi perſonam quę impleuit, ſpectemus: conuenit enim ex parte eius cui impletum & datum eſt, pœnitentiam non eſſe [8]. Et hæc in pœnitentia dicta ſunt: ſin autem ageretur ex capite cauſæ non ſecutæ, bene agitur ſi cauſa non eſt ſecuta, vel non legitimè ſecuta [9]: niſi per accipientem non ſteterit, vt hic textus: vel niſi cauſa ſit impellens non finalis [10]: vel ſi cauſa eſſet impoſsibilis ſciente dante [11]: qui ſi eam ignoraſſet impoſsibilem, contrà diceretur [12]. An autem in contractibus nominatis pœnitentiæ ſit locus, & an agi poſsit condictione ad contractum reſoluendum, noto in l. in commodato. §. ſicut. infrà commoda.

§. SI SERVVM. Vides hîc non habere effectum pœnitentiam, niſi eã, qui pœnitet, denuntiatione ſit cõplexus: quod habet locum ſine dubio cùm dominium rei eſt trãſlatum, vt hic textus oſtendit: at in ſimplici mandato, vide quæ ponuntur in l. ſi procuratorem. de procura. ſuprà.

In contractibus innominatis an pœnitere liceat.

Condictio ex cauſa non ſecuta.

1 *l. iij. §. idem erit. ſupra eodem.*

2 *l. ſi alienam. §. j. de don. cau. mort. & Alex. hic.*

3 *l. j. de rer. permut. C. & Iaſ. in l. rogaſti. in prin. de reb. cred. & hic.*

4 *c. verum. de cond. appoſ. Bar. Ang. & Fulg. in l. ſi quis cum. de iureiurã.*

5 *l. quamuis. C. de tranſa. & l. fratris. Pau. de Ca. in l. poſtquã. C. de pact.*

6 *glo. Bar. & Iaſ. in l. ſi cũ fundum. de pact. C.*

7 *gl. magn. in l. iuriſgẽtiũ. in prin. ſuprà de pac. & Iaſ. hic.*

8 *gl. in l. j. ſuprà eo. & Iaſ. infr. ea. l. §. ſed etſi acceperit.*

9 *l. iij. §. ſi liber. ſupra eod.*

10 *l. ij. §. vlt. de don. & glo. hic.*

11 *l. ſi militem. C. eo.*

12 *l. dictã. C. eo. & ibi Bar.*

SI EXTRANEVS. L. vi.

CASVS omiſſus iuri cõmuni accõmodatur: hinc qui paciſcitur ſibi dotẽ quã dabat, reddi ſoluto matrimonio, ſi nõ ſequãtur nuptiæ, condictione propter cauſam non ſecutã, & ſic iure cõmuni dotem repetet, vt hîc [13]. Si autem matrimonium contrahatur, qui ſtipulatus eſt ſibi ſoluto matrimonio vno caſu reddi, nõ poteſt alio caſu diſſolutione facta, dotem recipere [14]. Nam iure communi receptum eſt, vt qui contracto matrimonio dotem non ſtipulatur, donare videatur [15]. quod & aliâs fuſius tractabitur [16].

Pactus dotem ſibi reddi.

13 *& l. cùm veterum. & l. ſeq. de donat. ante nupt.*

14 *l. ſi cum dotem. in princ. infrà ſol. mat. ſ. ac. l. commodiſſime. de liberis & poſthumis.*

15 *l. j. §. accedit. de rei vxo. actio.*

16 *l. ſi cùm dotem. ſol. matr.*

QVI SE DEBERE. L. vii.

ISTVD reſponſum ſubtilitatis plenum eſt: de quo & vide Zaſium lib. ij. in intellectib. ſing. & nonnulla etiam de eo poſtea dicemus [17].

17 *l. qui exceptionem. infrà de cond. indeb.*

QVOD SERVIVS. L. viii.

QVANDIV ſpes ſponſaliorum præſentium & futuri matrimonij durat, nõ poteſt repeti datum, vt hîc. Et hic tex. videtur mirabiliter tẽperare quod dicitur, in contractibus innominatis ex pœnitentia datum repeti [18] vt habeat locum, ſi omnino à cõuentione principali diſcedatur: ſi autem ſtaret res principalis, datum illius cauſa ex pœnitentia nõ reuocatur, vt hîc.

Spes futuri matrimonij impedit dotis cõdictionem.

18 *l. ſi pecuniam. ſupra eod.*

hic. Vel ſi magis placet cõmunis opinio, ſpeciale erit in dote, vt non poſsit reuocari ex pœnitentia [1]: vt & ſupra monuimus [2]: quod tamen rationem habet quoties ſpes matrimonij durat: ſi enim vel ex conſanguinitatis, vel qua alia cauſa maniſeſtè appareret tale matrimonium perfici non poſſe, contrà eſt [3].

1 fac. l. ſi ego. §. j. infrà. de iur. dot.
2 in l. dedi. §. idem erit. ſupra eo.
3 l. iij. §. ſi liber. ſupra eod & Alex. hic.

SI DONATVRVS. L. IX.

HIC textus pertinet ad ea quæ notantur in l. ſi ſocer. §. Lucius. infrà. Solut. matr. Et ex reliqua lege [4] nota cauſam dotis oneroſam eſſe: de quo vide quæ ponuntur in l. ex promiſsione. de actio. & oblig.

4 in §. ſi quis indebitum.

SI MVLIER. L. X.

PERTINET ad ea quæ paulò ſuperius ſcripta ſunt [5].

5 l. ſi quis accepto. ſupra eod.

SI HAERES. L. XI.

Executor quî probet expẽſa.

NOTA ex hac lege executorem debere rationem reddere, & reliqua reſtituere: quod & ad omnem adminiſtratorem pertinet [6], excepto patre [7]: & adminiſtrator expenſas veriſimiles, aut paruas iuramento probabit, magnas autem legitimis probationibus [8].

6 l. j. §. officio. de tut. & rat. diſtr.
7 l. cùm oportet. §. cùm autem. de bon. quæ lib.
8 glo. in l. vlt. §. in computatione. de iur. delib. C. glo. in l. nulli. de epiſ. & cleric.

CVM QVIS. L. XII.

Reuocata donatione an fructus reuocentur.

CVM ratione dicitur [9], reuocata ſimplici donatione ex iis cauſis quibus poteſt reuocari, non tamen fructus & acceſſiones eandẽ cauſam ſequi, nec reuocari: quod tamen in donatione cauſa mortis reuocata non admittitur: nam & extantes & conſumpti fructus repetuntur per legem hanc [10].

9 in l. generaliter. §. proinde. in verb. ex aliqua cauſa. de fideic. lib.
10 ſecũd. Alex. & Ang. hic. et tex. in l. ſi mulier. & ibi Bal. §. ſed ſi. de leg. iij.

SI FILIVS. L. XIII.

PERTINET ad ea quæ ſuperius dicuntur in l. j. ſupra eod.

SI PROCVRATORI. L. XIIII.

Solui procuratori poteſt.

CVM ſoluitur debitum vero procuratori, liberatio ſequitur: ei enim ſolui poteſt [11], niſi eſſet ad lites tantùm [12], ſin autem indebitum ſit ſolutum repetitur à procuratore, nec quaſi domino ſolutum reputatur, niſi ratum habuerit dominus [13]. Qui autem ſoluit procuratori falſo, ſi ſcienter, nec liberatur, nec repetit [14], ſecundum Bartolum & alios: licet quidam diſſentiant, ſed hoc mutat cùm ſolutum eſſet procuratori falſo ea lege vt faceret ratum haberi à domino, ſecundum doctores hic: ſi autem ignoranter ſolutio facta eſt, liberatur ſoluens, ſi erat cauſa cur exiſtimare poterat recipientem procuratorẽ eſſe [15]. Ex quo euenit vt qui ſoluit ei qui nullum vnquã mandatum habuit non liberetur, cùm nulla poſsit eſſe iuſta cauſa, quæ ſoluentẽ ad ſolutionem incitare debuerit [16].

Soluẽs procuratori falſo an liberetur.

11 l. vero. de ſolut. l. ſi procurator. infra. de cond. indeb.
12 l. hoc iure. infra. de ſolu.
13 d. l. ſi procurator.
14 l. ſi non ſortem. §. qui filiofam. infra. de cond. ind.
15 l. cùm fundus. §. ſeruũ. ſuprà. ſi cert. pet. Bart. hic & Iaſ.
16 l. qui hominẽ. §. ſi nullo. de ſol.

Ex indebito procuratori ſoluto quãdo dominus teneatur.

Iam verò inter omnes ferè conuenit, hanc legem intelligendam eſſe de ſimplici procuratore falſo, cui ſi indebitum ſit ſolutum à creditore, & ratum habeat dominus, condictio indebiti & ſine cauſa in dominum competet [17]. Si autem debitũ ſit ſolutum, non ſecuta domini ratihabitione, contra falſum procuratorẽ conditionẽ ob cauſam, non indebiti dari Bartolus refert: quod cæteris non placet, in quorum ſententia ſum proclitior [18]. An autem falſus procurator pecuniam recipiẽdo furtum committat, vide per gl. in l. falſus. C. de furt. Nec

Procurator falſus furti teneatur.

17 ſecund. Lud. Ram. Pau. Alex. hic
18 per tex in l. creditoris. de cond. ind. C. l. ſi vendidero. §. vlt. de furt.

verò alienum videri debet, procuratorem falſum teneri furti, vt hîc [1]: licet in eum pecuniæ ſolutæ dominium ſit tranlatum, cùm omnis numeratio dominium transferat [2]: nam admittitur ineptus libellus contra furem [3]: ſicut & omnis condictio in eum degenerat [4] quod & Bart. [5] non diſplicet. Vide quod pono in l. in naue Saufeli. infrà locat.

Dedi. L. vlt.

APVD Paulum relatum eſt [6], tum demum emptionem & venditionem contrahi, cum pecunia pro re certa in ipſo cõtractu intercedit, ſi tamen verbũ *dari* apponatur cõtractui, erit contractus innominatus, per hunc textum: nec enim ad naturam emptionis & venditionis pertinet dari ſiue transferri dominum [7]: & ita leges mirabiliter repugnantes ex omnium ſententia ad conſenſum reuocantur. Sed hoc fallit cùm certum eſſet venditionem agi: quia licet verbum *dari* apponatur, non efficiet contractum innominatum [8]. Itidem & ſi pretij mentio facta eſt, ſemper eo caſu venditio intelligitur celebrari [9]. Similiter & cùm promitteretur dari genus non ſpecies certa, eſſet venditio, & veniret rem dari, non ex natura contractus, ſed ex natura rei [10] ſecundum Iaſonẽ hîc. Itẽ ex hoc tex. [11] manifeſtè cõſtat in cõtractibus innominatis rẽ eſſe periculo debẽtis: quod & rationẽ habet: neq; enim dicũtur hi cõtractus perfecti, antequã vtraq; pars impleuerit [12], & hoc Alex. Iaſ. & cæteri probãt. Quis enim vnquã dixit debẽtem periculo eximi, etiãſi cõtractus nominatus ſit, ante cõtractũ cõpletũ [13]? Ideo in iſtis contractibus innominatis, ſi res quã mihi dare debes perierit, tuum erit illud detrimentum, & quod dedi, repetere potero ex capite pœnitentiæ, etiamſi nulla tua mora, aut culpa arguatur: vt & alibi expreſsè Vlpianus ſcribit [14]. Hactenus autem meo periculo, erit res quam dare debes, vt ad rem illam agere non poſsim, aut ad id quod intereſt, cùm ſit perempta: & ita intelligitur ſecundum omnes reſponſum Pauli [15], quo dicitur, etiam in iis contractibus rem periculo eius cui debetur eſſe. quam ſolutionem & ſi demus falſam eſſe, erit nihilominus retinenda ſententia, qua generaliter diximus in contractibus innominatis rem & ſpeciem perire periculo eius qui debet, per ea quæ anteà diximus. Quanquam aliter contra reliquorum ſententiam Coraſius docuerit [16]. In contractibus autem nominatis, ſemper res eſt periculo eius cui debetur: vt aliâs fuſius ſcripſimus [17].

In contractibus innominatis res cui pereat.

In nominatis domino, & ei cui dari debet res perit.

De condictione ob turpem vel iniuſtam cauſam.

Omne qvod datvr. L. I. II. et III.

HIC titulus perquàm clarus eſt. Et quòd dicitur, ſolutum ex turpi cauſa repeti, intellige ſi cauſa turpis ſequatur ſolutionẽ: nam ſi præceſsiſſet, ſolutio ſubſequens abolet & purgat turpitudinem [18]: ſicut & metum [19]. Planè ſi ex parte vtriuſq; eſſet turpitudo, repetitio inhiberetur, vt hîc, modo in ſolutione turpitudo fuerit: ſin autem ſolutum fuerit ex honeſta cauſa, licet poſteà turpitu

Solutum ob turpẽ cauſam quando repetatur.

1 & l. falſus. §. j. de furt.
2 l. in naue. Loc. glo. in l. ei-us. Si cert. pet.
3 ſecund. Bal. in l. falſus. iij. col. C. de furt.
4 l. vlt. quem. ad. vſuf. amit. & §. ſi itaque. Inſt. de actio.
5 in l. quoniam. de cond. furt.
6 l. naturalis. §. j. de præſcrip. verb.
7 l. ex empto. de contr. emp.
8 l. ſi ſtipulatus. & ibi Bar. de vſur.
9 l. vlt. & ibi gl. de præd. Curia. lib. xj. C. Paul. de caſt. & Iaſ. hîc.
10 l. qui concubinam. §. ſi hæres. de leg. iij. l. ſi domus. §. ſi pro euictione. de leg. j. & Bar. in l. ij. in ſi. prin. Si cert. pet.
11 ibi, & ideo ſi.
12 l. iij. de rer. perm. C.
13 §. cum autem. de emp. & vend. Inſt.
14 l. ſi pecuniã. ſupra. eod.
15 l. naturalis. §. & ſi quidem. & ibi glo. & Pau. de caſt. de præſc. ver.
16 lib. ij. Miſcell. cap. ix.
17 l. quod te. ſuprà. ſi cert. pet.
18 l. pe. infra eo. Bar. ſupra eo. in rub.
19 l. ij. de eo quod met. cauſ. C.

turpitudo aliqua interuenerit, cõpetit repetitio [1]. Rectius autem dicetur contra Bartolum, Salyc. Paul. de caſt. & glo. hîc, eum qui dedit iudici vt bene iudicaret, datum repetere: cùm quòd ad ſe pertinet non videatur turpiter dediſſe. nec multùm facit quod dici poteſt hanc legem corrigi [2]: quia iura recentiora [3]: loquuntur de pecunia data ad corruptelam iudicis: at nõ corrumpit qui in bonum finem largitur, & hoc placet Alexandro, Fulg. & Iaſ. Et propius eſt nõ tantùm rem ob turpem cauſam, ſed & pignus datum repeti: quod poſt glo. Bartolus hîc probat.

Idem si. L. IIII.

Meretrici an donari poſſit.

VALET donatio facta ſcorto, nec repeti poteſt per rationem textus [4]: niſi à milite [5], & clerico vel aduocato, qui & militare dicuntur [6]. Hinc recipitur, vt meretrix de quæſtu ſuo ſoluat decimam, & tributum [7]: & teſtamentum condere poſſit [8]: quaquam ex opinione Speculatoris [9] à teſtimonio arceatur. Sic dicitur meretricem non ſuccedere: quod indubitanter ex Accurſij authoritate recipitur [10], cùm quæritur an ſuccedat ei cuius erat meretrix: in cæteris autem caſibus hæc nõ recipientur, vt Angelus ſcribit [11]. Et nota quod extrema lege dicitur, iuſtè accipi pecuniam vt fur indicetur: ex quo ſequitur quẽ nõ teneri furem indicare, aliâs enim daretur repetitio [12]: quod tamen nõ habet locum iure canonico [13]. item iudici inquirẽti tenebitur indicare ſecundũ gl. hîc: idẽ in grauibus criminibus [14]. Adde non poſſe quem pro re inuenta aliquid petere [15], ſed pro inuenienda id licet [16].

Indicarẽ furẽ.

Ex ea. L. VII. et l. seq.

Soluẽs ex actu per metũ geſto approbat actũ.

IAM dictum eſt [17], ſolutionem ſubſequentem purgare præcedentem turpitudinem, per l. pen. hîc. & metum [18]: niſi tamen ſolutio illa ex neceſsitate præcedentis promiſsionis emanaſſet, & ſic à nolente facta, Bartol. hîc: quia tandiu durat metus, quandiu durat illius cauſa [19]. Sed nec iſta exceptio approbationis metus & turpitudinis, habet locum in poſſeſſorio: in eo enim ex continenti debet res reſtitui [20]. Planè non quemadmodum qui ſoluit cenſetur approbare & purgare metum, ita & is qui recipit: vt in eo dicitur qui vendidit metu: nam recipiens pretium non cõtinuò actum dicetur approbare [21]: credẽdum eſt enim illum recepiſſe pretium, ne omnia perderet: & hoc rationẽ habet, ſi quæritur de approbatione actus qui vi metúve factus eſt: ſin verò diſceptetur an contractum aut venditionem de re ſua factam approbet aliquis, ferè eſt vt recipiendo pretium videatur venditionem approbare [22].

Recipiens non dicitur approbare actum.

Si vestimenta. L. vlt.

PERPETVVM eſt eum qui pecuniam accipit eius nomine quod gratis præſtare debuiſſet, turpiter accipere. Ex quo fit, vt qui remittit partem debiti ei, quem niſi ægrè ad ſolutionem potuiſſet compellere, poſsit repetere quod remiſit: & hoc omnes probant [23]: niſi tamen alia præſumptio capi poſſet, vt coniectura donationis [24].

1 *l. cùm mulier, ſol. matr. Bal. in l. cùm te. C. eo.*
2 *per l. j. de pœn. iud. qui. mal. iud. C.*
3 *d. l. j.*
4 *ſ. ec. lex affectionis. de donat. infrà.*
5 *l. ij. de donat. int. vir. & vxo. C.*
6 *glo. in l. miles. de re. iud. tex. in l. fori. de aduoc. diuerſ. iud. Bar. in d. l. ij.*
7 *glo. in c. ex tranſmiſſa. de decim.*
8 *Bal. in l. j. C. eo. Cynus. in l. merealem. ill. tit.*
9 *tit. de teſte. §. j. vlt. col.*
10 *glo in. Auth. de trien. & ſemiſſ. in §. cõſideremus. per illum tex.*
11 *in Auth. quib. mod. nat. eff. leg. §. j.*
12 *per l. vlt. infra eod.*
13 *c. qui eum fure. de furt.*
14 *l. vtrum. & ibi Bar. ad l. Pomp. de parric.*
15 *l. falſus. §. qui alienũ. de furt.*
16 *Bar. in d. §. qui alienũ. per. l. nauis onuſtæ. §. j. ad. l. Rhod. de iact.*
17 *ſupra. l. j.*
18 *l. ij. C. quod met. cauſ.*
19 *c. j. & ibi Panor. de eo quod met.*
20 *l. ſi quis ad ſe. ad l. Iul. de vi pub. Bar. & Iaſ. hic.*
21 *Bartol. & omnes hic. & Inn. in c. ſuper. de renũc.*
22 *l. quidã. de euict. infrà.*
23 *Ind. Ro. Alex. Iaſ. hic.*
24 *l. reſcriptum. & l. ſi plures. de pact.*

De condictione indebiti.

NVNC VIDENDVM. L. I.

Solutio indebiti habet donationem.

SOLVTIO indebiti à ſciente facta donationem habet, vt hîc [1]: idem eſt in promiſſione indebiti ſcienter facta [2], & ideo opus eſſet inſinuatione, ſi vtraque pars ſciuit nō ſubeſſe cauſam [3]: ſi verò ſciebat donans, at ignorabat recipiens, error ille impedit donationem [4]. Item qui ſoluit ſcienter procuratori reuocato cenſetur donare [5]. Sed hæc mutant, ſi qua neceſsitas vrgeret ad ſolutionē, vt in caſu c. debitores. de iureiur [6]. hîc enim donationis coniectura capi non poteſt: at contra erit, ſi poſsit capi alia coniectura quàm donationis [7]: ex quo fit vt qui quid debet ſub conditione, ſi illud ſcienter ſoluat, non eueniente conditione poſsit repetere [8], & hoc Iaſon cōtra gl. probat [9]. Alia eſt regula, quòd qui ſoluit indebitum ignoranter, repetit, vt hîc: idem ſi perſuaſionibus & blanditiis creditoris ſoluiſſet [10]. Quadrupliciter autem ſtatuitur hîc indebitum à glo. & doctorib. quos vide.

1 & l. cuius. de reg. iur.
2 l. fideicommiſſum. infra eod.
3 Bar. in l. j. de donat.
4 l. ſi ego. & ibi Iaſ. col. j. ſuprà. de reb. cred.
5 glo. in l. ſi procuratori. ſupra tit. ij. & ibi Bart.
6 & l. ſi non ſortem. §. ſi quis. infra eo.
7 d. l. ſi non ſortem. §. j.
8 l. ſub conditione. de ſol.
9 in l. qui promiſit. infra eod.
10 l. j. cum gl. in ver. extorta. & ibi Bal. C. ne fil. pro pat.

SI PROCVRATOR. L. VI.

Illicita nō veniunt generali mādato etiam cum libera.

HVC pertinēt quæ notantur in l. ſi procuratori. de cōd. cauſ. dat. Et hæc lex duo continet: aut enim procurator indebitum ſoluit, & repetitur à domino ſi ratum habeat, aliâs à procuratore [11]. Et hic eſt caſus in quo mandatum cum libera non comparatur ſpeciali, nempe in illicitis [12]: de quo retuli in l. procurator cui. ſuprà. de procur. nam ad illa etiam mandatum cum libera non porrigitur [13]. ſic nec procurator poteſt aliquid petere, vel facere, ex quo dominus poſſet pœnam ſubire [14], ſi verò procurator ſoluit debitum non repetitur, vt hîc [15].

12 facit l. qui abſentes. ſi cert. peta. C.
13 fac. l. ſi is cui. §. j. de ſolut. l. j. §. j. infrà. quod iuſſu.
13 l. ſi pater. de his quæ in fraud.
14 l. iij. §. ſi procurator. quod quiſq. iur. l. ſi procurator. de iur fiſc.
15 & d. l. ſi procuratori.

QVOD NOMINE. L. VIII.

Exceptio quatenus facere poteſt.

VERISSIME dicitur promittere & ſoluere paria eſſe quoad cōprobationē actus [16]: ſed quoad repetitionem attinet, non item. nam qui cùm exceptione vt quatenus facere poteſt conueniatur, tutus eſſet, ſoluerit, non repetit, vt hîc: at ſi tantùm illud promiſerit, non tenetur magis quàm anteà [17]: poſt ſententiā enim poteſt illa exceptio opponi [18]: ergo & poſt conſtitutum, & ſecūdam promiſsionem: quod & verum eſſe didici, etiamſi promiſsio nouationis animo emanauerit: cùm non poſsit ius illud reuerentiæ refutari [19], licet contrà Bart. hîc. Quando autem maritus quatenus facere poteſt teneatur, vide quod not. in l. maritum. Sol. matr.

16 l. vlt. ad l. Falc. C.
17 l. quòd ſi maritus. de conſt. pec.
18 l. ex diuerſo. §. vlt. infrà. ſol. matr. l. Neſennius. §. vlt. de re iud.
19 l. alia. §. eleganter. Sol. matr.

IN DIEM. L. X.

Debitum ſub conditione, aut ad diem an repetatur.

DEBITVM conditionale ſolutū pendente conditione, repetitur [20]: idē ſi eſſet debitū ſub die omnino incerta, puta cū eſt dubiū an ſit euentura [21]: nam dies incertus pro conditione eſt [22]: ſi autem diei euentus eſſet incertus, ſed tamen certum eſſet eum omnino euenturum: tunc debitum ſolutum non repetitur, vt hîc. neq; verò adduci poſſum vt exiſtimē interuſurium medij temporis hoc caſu repeti poſſe, cùm ſors principalis non repetatur [23]. & hæc opinio Baldo, Ang. Salyc. probatur: licet quidam diſſentiant [24].

20 l. ſub cōditione. infra eo.
21 d. l. ſub conditione.
22 l. j. & l. dies. infrà. de cond. & demon.
23 l. eos. C. de vſur. l. fœneratoi. de naut. fœn.
24 Iaſ. poſt Alber. et Fulg. hîc.

Natura

NATVRALITER. L. XIII.

EXPEDITVM eſt ſolutum ex naturali obligatione non repeti [1]: niſi per errorem probabilem facti eſſet ſolutum [2]: ſin autem ad ἀντίδωρα eſſet obligatio, nihilominus repetitur [3]: niſi idem in ſpecie vel genere ſolutum eſſet [4]: vel niſi obligatio ad ἀντίδωρα reſpiceret certum genus obligationis, vt in liberto qui ſoluit operas officiales domino quas non debebat: tunc non repetit, cùm generaliter ad eas teneatur [5]. Item obligatio ad ἀντίδωρα non eſt potens, vt per eam poſſim alteri paciſci, quaſi mea interſit [6]: debet enim alicuius pecuniariter intereſſe [7]: & effectus obligationis ad antidora vide per Iaſonem in l. ſi non ſortem. §. libertus. infra eodem, qui ponit octodecim.

NAM HOC NATVRA. L. XIIII.

EX hac lege proficiſcitur nobilis & pluſquam prætoria æquitas: de qua nõnihil in l. ſi quis negotia. ij. ſuprà de neg. geſt.

INDEBITI. L. XV.

HIC condicitur poſſeſsio nummorum quoties dominium non eſt translatum: quod certè habet locum in omnibus contractibus inutiliter factis, ex quibus tamen poſſeſsio transfertur [8]: & ſi dominium acceſſerit per vſucapionem aut præſcriptionem, etiam condicitur, vt hîc: quia acceſsio ciuilis, quæ eſt ſine damno debitoris condicitur, ac ſi eſſet naturalis [9]: ſecus ſi ciuilis acceſsio ad damnum debitoris pertineret, vt ſunt vſuræ, quæ non condicuntur [10]. Quod autem dicitur hîc recipientem indebitum præſcribere, rationem habet, ſi ignoranter recepit à domino: nam ſi ſcienter non præſcribet [11]: ſin autem ab alio recepiſſet, licet ſciret ſe indebitum recipere, præſcribit per hunc textum. Sic potes excuſare ſententiam Bartoli ex Iaſone hîc: ſufficit enim ſi procedat bona-fides contra dominum, licet ſit mala-fides contra dantem cauſam præſcriptioni: nam nihilominus contra dominum procedet præſcriptio [12]: quod & Bartolus probat, & hoc aliâs tentauimus [13]. Quòd autem pertinet ad id quod extrema lege dicitur, in his verbis (vt in Pandectis Florentinis legitur) *Sed & ſi vſusfructus in re ſoluta alienus ſit, deducto vſufructu, à te condicam*: poteſt ſubſiſtere communis interpretatio, vt intelligamus hîc agi de eo qui rem ſuam ſoluit, in qua tamen erat vſusfructus alienus: prius enim quæſierat de eo qui alienam pecuniam, vel rem indebitè ſoluerat: pòſt perſequitur quid ſtatuendum de eo qui rem quidem ſuam, ſed cuius vſusfructus eſſet alienus, ſoluit. quanquam Zaſius [14] quæri putet de eo qui rem non ſuam, & in qua etiam alterius eſſet vſusfructus ſoluit: quod mea ſententia cum præcedente reſponſo non ita conſentit. Quod autem hîc apud Accurſium & cæteros relatum eſt, de eo qui indebitè fundum ſuum, in quo tamen alienus eſt vſusfructus, ſoluit Titio, qui Titius poſteà fructuarium eiecit, vt à Titio vindicari poſsit non proprietas tantùm, ſed vſusfructus, habet rationem: nec enim Titio vſusfructus debetur, ſed alteri: ideo Titius de alterius iure non excipiet [15]: quod in vſufructu dicitur, qui perſonam reſpicit: ſi verò dedi tibi

Acceſsiões ciuiles an condicantur.

Recipiens indebitũ an præſcribat.

Litera explicata.

1 fac. l. naturales. de act. & oblig.
2 l. error. ad leg. Falci. C. glo. in l. j. ſupra eod.
3 glo. in l. ex hoc iure. de iuſt. & iure.
4 l. ex teſtamento. §. j. de fideiuſſ. & Iaſ. in l. j. ſupra eo. iij. col.
5 l. ſi non ſortem. §. libertus. & ibi Iaſ. iij. col. infra eo.
6 l. quod dictum. de pact. Bal. Ang. & Fulg.
7 l. ſi deiuſſoris. de pact.
8 l. j. §. ſi vir. de acq. poſſ. & Bar. hîc.
9 ſupra ead. l. in prin.
10 l. j. C. eo.
11 l. bominũ. pro ſuo. infrà.
12 l. ſi alienam. & l. qui alienam. de donat. cauſ. mort. l. ſi extraneus. de dona. inter vir. & vxo.
13 l. cùm ſponſus. §. ſi de vectigalibus. de publi. in rem actio. ſuprà.
14 lib. ij. intellec. ſing.
15 l. loci corpus. §. competit. ſuprà ſi ſeruit. vind.

rem meam indebitè, in qua alter emphyteuſim, vel ius feudi habeat, quem expuleris: in vindicanda re non auocabo emphyteuſim cum re: nam in ea parte quam meam probauero, tantùm vincere debebo, tu autem etiam quod vi abſtuleris, contra me ius non habentem ſeruabis [1]: & ſic ſiue licitè, ſiue illicitè emphyteuſim occuparis, contra me tutus es: quanquam Zazius [2] in vltimo caſu hoc non concedat, cuius opinio iure defendi non poteſt.

Svb conditione. L. xvi.

VIDE quæ ponuntur in l. in diem. ſupra eo.

Si poenae. L. xviiii.

Debitor liberatus præſcriptione ſtatuti ſoluens nõ repetit.

LIBERATVS à lege vel ſtatuto in pœnam creditoris, eximitur à ciuili obligatione: at naturalis remanet cùm iuris gentium ſit: ex qua ſi ſoluitur, repetitio inhibetur, vt hîc [3]. Hinc eſt quod debitor liberatus ex conſtitutione noſtra, quæ vel quinque, vel decem annis actiones perſonales concludit, ſi ſoluat poſt terminum, non repetet [4]. nam ferè præſcriptiones ex ſtatuto, odio negligentis induci ſolent. Idem obtinuit in præſcriptione longi temporis: ex qua debitor liberatus, ſi ſoluat non repetit: remanet enim naturalis obligatio, pro qua & fideiuſſor rectè accipitur [5].

Solutum alieno nomine præſumatur.

§. Qvamvis. Hic §. mirabiliter obſtat l. repetitio. infra eo. [6] Sed tu ſolue vt in glo. & ſolutionem illam tenent omnes. quod enim hîc dicitur repeti debitum ab eo qui ſuum recepit, ſi per eum qui non debebat ſit ſolutum, glo. rectius dici putat cùm aliquis ſuo nomine ſoluerit [7]: ſecus eſt ſi nomine debentis [8]: & hanc ſolutionem Zaſius in antinomiis probat. plerunque autem id agi credendum eſt, vt alieno nomine putetur ſoluiſſe [9], ſecundum Bartolum Fulg. Ang. & alios, licet Iaſon cõtrà. Nec obſtat l. & magis. de ſolut. quia illa procedit cùm ſunt duæ obligationes: tunc enim ſuam potius diſſoluiſſe quis præſumitur, quàm alienam, ſecus ſi vna eſſet [10].

Duobus indebitè ſoluẽtibus vtri condictio detur.

§. Si dvo rei. Cùm ſimul obligati, ſoluunt ſimul plus debito, vnuſquiſque admittitur ad repetitionem eius quod ſuper ſolutum eſt, & pro rata, vt hîc: ſecus dicitur ſi diuerſis temporibus ſoluiſſent, quia vltimus repetit [11]. nam hoc caſu recipitur vt poſterior tempore priori præferatur [12]: aliâs remanet regula, qua qui prior eſt tempore, potior eſt iure [13]. Verùm cuius eſt electio in ſoluendo ex alternata obligatione, eiuſdem permanebit in repetitione faciunda ex capite indebiti [14]. benignè tamen ſtatuitur vt ad recipientem pertineat electio, quoties plures ſoluiſſent, ne inter ſe de repetitione diſcordent [15]. Et hæc exiſtimo vera tam in alternatiua, quàm in obligatione generis, vt qui duas res ſoluit, quam velit repetat [16]: vel ſi ex multis certam rem debere ſe credens illã ſoluerit, repetat eandem: nam obligatio generis & alternatiua comparantur [17]: & hoc in contractibus in quibus electio eſt debentis [18]: ergo illius debet eſſe in repetendo [19]. at in teſtamentis cùm electio ſit creditoris & legatarij [20], debitor ſiue hæres ſoluens vnam rem non repetet: quia legatarius recipiendo,

1 *l. vlt. C. de rei vind. glo. Bar. & Iaſ. hic.*
2 *in intellect. lib. lib. ij.*
3 *& l. naturaliter. ſupra eodem.*
4 *ſecũd. Alex. & Iaſ. hic.*
5 *l. cùm quis. §. ſi quis pro reo. de fideiuſ. et ibi Bar.*
6 *& l. de hereditate. C. de pet. hered.*
7 *l. ſi quid poſſeſſor. ĩ prin. de petit. her. vbi noto.*
8 *d. l. repetitio.*
9 *l. ſiue generalis. de iure dot. l. cùm poſt. §. j. de admin. tut.*
10 *ſecund. Bar. hic.*
11 *l. cùm duo. & l. vlti. §. Titius. infra eo.*
12 *d. l. cùm duo. & Bal. & Iaſ. ibi.*
13 *l. potior. infrà qui potiores in pig.*
14 *l. pe. C. eo.*
15 *l. planè. infra eo. & Bar. hic.*
16 *d. l. pe.*
17 *l. cùm is. §. vlt. infra eo.*
18 *l. plerunque. de iur. dot. ad fi.*
19 *d. l. pen.*
20 *l. Lucio. de leg. ij. & l. legato. de leg. j.*

piendo videtur elegiſſe eam rem quæ ſoluta eſt [1].& hic intellectus licet ſit nouus, tamen non ſine ratione eſt. Belle autem

Qui ſoluit æſtimatione ei qui re poſt habuit, vtrum repetat.

huc quæſtio annectitur, de eo qui ſoluit æſtimationem, quia rem non poterat dare, an ſi res poſt perueniat ad recipientem, electio ſoluenti detur vt quod volet repetat:& diſtinguit Bartolus [2]: nam ſoluens habet tres actiones, actionem ex contractu, & tunc ad recipientem electio pertinet [3]: item datur actio in rem, & tunc res eſt reddenda [4]: ſi condictio ſine cauſa, æſtimatio reſtituetur [5].

SED ET SI ME. L. XXII.

CONDICTIO indebiti locum habet, quoties quod ſoluitur ſecundum ſubſtantiam eſt indebitum: ſin autem eſſet illud debitum in ſe, ſed propter aliquam qualitatem plus eſſet ſolutũ habet locum incerti condictio, per hunc tex. quæ condictio proprium eſt nomen actionis [6]: licet Bartolus contrà.

ELEGANTER. L. XXIII.

PERTINET ad ea quæ ponuntur in l. j. & in l. poſt rem. ſuprà de tranſactio.

Sententia poſt ſententiam data an valeat.

§ SI QVIS POST. An ſententia poſt ſententiam, tranſactionem, aut iuramentum valeat, habes in l. nam poſteaquàm. §. ſi damnetur. ſuprà de iureiur. Et nota exceptionem tranſactionis impedire litem: ex quo deſcendit vt ante litem conteſtatam debeat opponi: ſi tamen poſt litem conteſtatam incœpiſſet competere, poſſet poſt litem conteſtatam opponi, vt hîc [7]: ſi modo illa exceptio procedat ex facto aduerſarij: ſi enim ex facto excipientis, ſecus dicitur [8]. At nec illo caſu poſt concluſionem in cauſa opponi poterit, ſecundum Iaſonem hîc. Sed hanc ſententiam ſuprà fuſiùs diſcuſsimus [9]. Et quòd

Indebitè ſolutum in pœnalibus an repetatur.

ad finem legis ſpectat [10]: quædam ſunt iudicia pœnalia ab initio, vt furtum: & in his indebitè ſolutum repetitur, vt hîc. alia autem ſunt quæ per inficiationem creſcunt: & tunc non admittitur repetitio indebiti [11], ſi maleficium eſt commiſſum: nam ei qui ſoluiſſet ex maleficio non commiſſo, repetitionem eſſe conſtat [12].

CVM DVO. L. XXV.

PERTINET ad ea quæ in eodem genere ſuprà retulimus [13].

SI NON SORTEM. L. XXVI.

PLACVIT magiſtris principium legis huius intelligere cùm vſuræ promiſſæ ex nudo pacto, ſunt ſolutæ: quo

Ex obligationibus à lege non probatis ſolutũ quando repetatur.

caſu cùm lex non reſiſtat obligationi, licet eam non probet [14], oritur naturalis quæ impedit repetitionem [15]: at ciuilis non naſcitur. Sin autem lex reſiſtit obligationi, vt quia vltra modum ſunt promiſſæ vſuræ, nulla oritur naturalis nec ciuilis, nec tenerentur fideiuſſores aut pignora [16], & ſolutum ex ea cauſa repetitur, vt hîc, ibi, *ſed ſi vltra.*

§. SI QVIS FALSO. Hoc caſu indebitum ſolutum etiam à ſciente repetitur: quia ab inuito & neceſsitate preſſo ſolutum eſt [17], de quo vide in l. j. ſupra eodem.

1 *l. ſi is cui. de leg. ij. & l. cùm incertus. de leg. j.*
2 *in l. in commodato. §. vlt. commod.*
3 *d. §. vlt.*
4 *l. ſi culpa. ſuprà de rei vind.*
5 *l. ſi fullo. de condi. ſine cauſ. & l. ij. de condi. cauſ. dat.*
6 *ſecund. Bal. & Iaſ. hîc per l. ſi hæres. de act. emp. l. ſi binarum. de ſeruit. vrb. præd. cũ ſimili.*
7 *fac. c. inſinuante. de offi. deleg. l. ij. de cõſor. eiuſd. lit.*
8 *l. ij. §. numerum. & ibi doct. de excuſ. tut. c. paſtoralis. de except.*
9 *l. iij. §. ibidẽ. ad exhib.*
10 *§. ſi qua lex.*
11 *l. eaque. C. eo.*
12 *l. inde Neratius. §. vlt. ad leg. Aquil. ſuprà Bar. hîc.*
13 *l. ſi pœna. §. vl. ſupra eo.*
14 *l. iij. C. de vſur. l. Titius. de præſcr. verb.*
15 *l. naturalis. de act. & oblig. & hîc.*
16 *l. cùm lex. de fideiuſſ. l. non dubium. de legib. C.*
17 *fac. c. debitores. de iureiuran.*

Soluta maior quãtitas quàm debeatur, qualiter ſit repetitio.

§. Si centvm. Soluta quantitate maiore, quàm ſit debita, pars quæ debita eſt debito cedit, & reſiduum condicitur: at ſoluta ſpecies pluris digna quàm ſumma quæ debebatur, non cedit in debitum, ne ex ea quidem parte quæ debita eſt. idem intelligunt omnes [1], in omni datione in ſolutum, ſiue à parte, ſiue à iudice fiat, vt omnino datio inutilis ſit: quod intelligendum Baldus cenſet [2], cum erratum eſt in ſumma debiti principalis, puta quia erat ſumma centum, & putanturt eſſe ducenta: quòd ſi debitum eſſet verũ, ſed erratur in æſtimatione rei, quia pluris vel minoris æſtimatur: tunc magis eſt vt in ſummã debitam cedat ſolutum, & ſuperfluum repetatur, vel ad reſiduum agatur [3]. Sed tamen hæc non habebunt locum in iudiciali pignore, nempe quando per executorem fit addictio pignorum creditoribus: tunc enim pro toto debito cedit addictio, nec ad reſiduum agitur [4]: in pignore autem ex conuentione dato, contrà eſt [5]. An autẽ cùm debitoris mei res ad me peruenit, habeam ius retentionis, habes in l. in rebus. §. poſſunt. commo. infrà.

Datio in ſolutum an ex toto liberet.

Nemo factum ſuũ impugnat.

§. Si filivsfamilias. Scitum eſt nemini licere contra factum ſuum venire, nec ex ſua perſona, nec ex perſona alterius cui ſucceſſerimus [6]. Reliqua vide in l. ſi filiusfamilias. ſuprà ſi cert. pet.

Iura libertorum in vaſſallis locum habent

§. Si libertvs. Hic §. habet materiam operarum officialium, aut fabrilium, quæ eo ipſo ex nonnullorum ſententia tractatu pleniore dignãtur, quòd dicta in libertis, obtinent in vaſallis & feudatariis [7]. De his videbis copioſè apud omne: de quibus etiam multa contra reliquorum ſentẽtiam Zazius protulit in intellectibus [8]. Et ex hoc §. [9] habes clarius quàm alibi, condictionem non dari niſi ad id quo quis eſt factus locupletior. nam æquitati conuenit, vt qui obligatur vltra intentionem ſuam, teneatur tantùm de eo quod penes ſe habet. Ex quo ſatisfit quæſtioni gloſ. [10] quæ contra hanc legem voluit, recipientem indebitum in genere & quantitate, teneri ſi perdiderit etiã ſine dolo & culpa, cùm genus perire non poſſit [11]. ſed hoc in mutuo recipimus, non autem in condictione indebiti propter rationem quam ſuprà poſuimus. & hæc eſt crebrior ſententia [12], licet Bartolus contrà cum gloſ. Aliud habes quòd quoties res deſiit poſſe præſtari, petetur quidem res, ſed in æſtimatione condemnatio fiet [13]: qua de re & alibi dicetur [14].

Condictio indebiti ad id quo pars locupletata eſt datur.

Soluta parte ex rebus alternatim debitis an in ea liberatio ſit.

§. Si decem. Cùm ſoluitur pars ex rebus ſub alternatione debitis, liberatio in pendenti eſt, vt hîc: quod benignè admittitur, ne ſi reciperemus pro ea parte liberationem eſſe, contingeret vt debitor ſolueret partem ex alia alternatiua, & ſic ex duabus rebus diuerſis, quod non licet [15]. Sed hoc abſurdum cùm ab acceptilatione ſit alienum, aliud ſtatuetur in ea, vt ſolutio ex parte vnius alternatiuæ liberationem pariat [16]. Idem dicitur in pura obligatione, hoc eſt, quæ alternationem non habet [17]: niſi eſſet obligatio generis: quia poſſet deueniri ad illud abſurdum quod ſuprà dixi [18].

Qvi loco certo. L. xxvii.

HVC annectuntur quæ notantur in l. hæres abſens. §. j. ſuprà

1 *Bar. Iaſ. & cæteri hic.*

2 *in c. quoniam frequenter. §. ſin autem. vt lit. non cont. extrà.*

3 *l. vlt. §. ſed ſi quidem. de iur. dom. impet. C. Paul. de Caſt. & Alexand. hic.*

4 *l. à Diuo. §. ſi pignora. de re iud. infrà.*

5 *l. j. de pign. C.*

6 *vide l. poſt mortem. & ibi glo. de adop.*

7 *glo. in c. j. in ver. reuerentia. de milit. vaſal. qui contu. eſt. Bal. in l. liberti. de ope. lib. & Iaſ. hic.*

8 *lib. j. ca. iij.*

9 *in verſ. nempe.*

10 *in l. indebiti. §. ſed & ſi nummi. ſupra eo.*

11 *l. incendiũ. C. ſi cer. pet.*

12 *ſecund. Bal. Saly. Fulg. Alex. Iaſ. in d. l. indebiti. §. ſed & ſi.*

13 *l. ſi mihi vſusfructus in biennium. de vſuf. leg. fac. l. pe. de præſcr. verb.*

14 *l. in hac. de tritic. ar.*

15 *l. in executione. §. pro parte. infrà de verbor. obligatio.*

16 *l. qui hominem. infrà de accept. & Bar. hic.*

17 *l. ſtipulatus. §. j. de ſolu.*

18 *l. ij. §. j. de verb. obliga. infrà.*

ſuprà de iudic. vbi vide aliqua de hac gloſſ.

INTERDVM. L. XXIX.

Furioſus & pupillus repetunt ſolutum quod erat naturale debitum.

HABES hîc priuilegium pupilli & furioſi: nam licet in cæteris naturalis obligatio impediat ſoluti repetitionẽ [1]: hoc tamen contra pupillum & furioſum non admittitur: nam tale debitum repetunt, vt hîc, idqúe beneficio reſtitutionis [2]. Sic de debito naturali opponitur pupillo compenſatio [3], tamen reſtituetur [4]. Sed communior eſt intellectus, vt non requiratur reſtitutio, ob beneficium iſtius legis ſecundum Bartolum Iaſ. & alios poſt Placẽtinum: quod rationem habet niſi ſolutum eſſet tutore authoritatem accommodante, hîc enim reſtitutio neceſſaria eſt [5]. Nec obſtat quod dicitur in l. ſi eius. §. ſed ſi eius. ad ſenatuſconſultum Trebellianum. vbi pupillus ſoluens quod naturaliter tantùm debèbat, non reſtituitur: quia ibi ſecundum Paulum de Caſtro erat factus locupletior, quo caſu & ciuiliter tenebatur [6]. Alij etiam diuinando aliter ſoluunt: nec enim ſine diuinatione res teneri poteſt.

An reſtitutione ſit opus.

CVM IS QVI. L. XXXII.

QVOD dicitur hîc vnam ex duabus rebus alternatiuè debitis ſolutis peremptam, efficere vt altera remaneat in ſolutum, intellectum habet cùm ſimul vtraque res ſoluta eſt, vt hîc: ſin autem diuerſis interuallis, ſecunda ſemper repetitur, quia indebita eſt [7]. ſed etſi res perempta eſt iam moram faciente creditore, debet reſtituere id quod ſupereſt, vel mortui pretium [8].

§. MVLIER SI IN EA. Qui putabat ſe teneri ad dotandam aliquam ex teſtamento, vel alia qua cauſa, & hoc errore ſoluit, repetit [9]: nec enim cauſa dotis pia cauſa eſt [10]. qui autem exiſtimabat ſe officio pietatis teneri ad dotem dandam, ſoluens non repetit: ſubeſt enim cauſa pietatis, ſiue opinio ex qua non datur repetitio [11]. Et hoc ex ſententia Bartoli, & aliorum dicitur. quod tamen tralatitium eſſe nemo non videt. Hîc enim luce clarius eſt id voluiſſe conditorem, vt qui ſoluit ex cauſa dotis, putans ſe obligatum non repetat, quòd illa cauſa toto iure ciuili præcipua & fauorabilis ſit [12] habeátque pietatem: at facta & impenſa cauſa pietatis non repetuntur [13]: vt & ſupra demonſtrauimus [14]: itaque quia ea eſt noſtrorum in iure ciuili religio, vt etiam quæ ex diametro pugnant, conciliari poſſe putent, ſic exiſtimo rem explicari poſſe, vt qui ſoluit indebitè in dotem, non repetat, ſi modo exiſtimans ſe expreſsim pro dote obligatum, ſoluerit, vt hoc textu. Si autem qui falſò putabat ſe alia ex cauſa debere, in dotem ſoluerit, magis eſt vt repetat: & ita contraria reſponſa intelligi poſſunt [15]. qua ex ſolutione deſcendit nobilis temperatio ad id quod ſuprà retulimus, ſolutum ex cauſa pietatis non repeti: vt non ſufficiat ſolùm in piam cauſam eſſe ſolutũ, ſed requiratur ab eo ſolutum eſſe qui in illam cauſam ſe aut obligatione ciuili; aut natura teneri exiſtimabat. Quod verò ad finem legis pertinet, ſuprà relatum eſt [16].

Solutũ ex cauſa dotis an repetatur.

1 l. naturaliter. ſupra eod.
2 l. vlt. ſi aduer. ſolut. C.
3 l. iij. §. alterius. de nego. geſt. fac. l. etiã. de cõpen.
4 l. illud. de mino.
5 l. vlt. ſi aduer. ſolutio. & ibi Bald.
6 l. furioſus. de act. & obl.
7 l. cum duo. ſupra eod.
8 l. Stichum. in princ. de ſolut. Bart. hic.
9 l. ſi donaturus. & l. qui ſe debere. ſuprà de cõd. cauſ. dat.
10 vt d. l. ſi donaturus.
11 per hunc tex.
12 l. j. ſolu. mat. infrà.
13 l. ex duobus. §. vlt. ſuprà de neg. geſt. l. j. & l. alimenta. C. eo. tit.
14 d. l. ex duobus.
15 d. l. qui ſe debere. & l. ſi donaturus. de condict. cauſ. dat.
16 l. ſi pœna. §. vl. ſupra eo.

SI IN AREA. L. XXXIII.

ELEGANTER ex hac lege defenditur, eum qui in re aliena impenſas fecit, non poſſe eas ſeruare niſi per retentionem: quòd dubitationem non habet, ſi in rem alienam aut communem credens ſuam eſſe, impẽderit: neminem enim eo caſu ſibi vult obligare [1]. ideo expendens in rem non ſuam, caueat ſibi ne rem reſtituat: cùm re reſtituta nullo illi remedio poſsit eſſe cautum [2]. Et hoc non ſine ratione eſt: nullum enim negotium geſtum apparet inter ædificantem & dominum: vt in caſu legis huius, in qua qui in rem expẽdit, rem domino reſtituit. Quòd ſi per illum actum transferretur dominium, vt cùm hæres rem legatam, in qua fecit impenſas, legatario dat, repetitio eſt [3]: eo enim modo geritur negotium. Planè qui non ſuo nomine, ſed alterius proſpectu, & exiſtimans rem eſſe alienam, in eam impenſas facit, repetit [4]. Nec mutat ſi in rem impendat quam putet eſſe Mæuij, quæ ſit Titij: ſemper enim verum eſt, alienum negotium agere voluiſſe [5].

Impendens in re quando repetat.

1 *l. in hoc iudicio. §. diuerſum. infrà commun. diui.*
2 *Pau. de Caſt. & Ia. hic. & Ia. in l. ſi quis ſeiẽs. de rei vindic. C.*
3 *per tex. in §. qui exceptionem. §. j. infra eodẽ. & Iaſ. ibi.*
4 *l. ſi pupilli. §. ſed etſi quis. de neg. geſt.*
5 *l. item ſi cùm putaui. de neg. geſtis. l. in hoc iudicium. cõmu. diui. infrà.*

QVI OB REM. L. XXXV.

FACTA executione ſiue ab homine [6], ſiue à lege [7], non recipitur purgatio moræ. Ideo qui ſoluit intra tempus purgandi moram, debitum videtur ſoluiſſe, per hunc textum. vnde euenit vt ſi res perierit moram faciente debitore, ſed tamen intra tempus purgandæ morę, nihilominus debitori pereat [8]. Reliqua eius generis ponuntur in l. & ſi poſt tres. ſi quis cautio. ſuprà.

Purgatio morę non admittitur facta executione.

6 *vt hic.*
7 *l. traiectitiæ. §. j. de act. & oblig.*
8 *l. ſancimus. de fideiuſſo. C. in fi. & Bart. hic.*

SERVVS. L. XXXVI.

QVI accepit ignorans & bona fide rem alienam pignori, furtum nõ facit: & licet dominus rem poſsit vindicare non oblato pretio, vel pecunia debita ſub pignore [9]: ſi tamen ille vel eius procurator pecuniam ſoluiſſet, repetitio non daretur, per hunc textum. Contrà ſi creditor ſciſſet rem ſibi datam, alienam eſſe, fur eſt, vt hîc. præſumetur autem ſcientia ex conſuetudine contrahendi cum furibus, vel ex modico pretio dato [10], & ſimilibus præſumptionibus [11].

Qui ſciens rem alienã pignori accipit fur eſt.

9 *l. ij. C. de fur. l. ſi mancipium. & l. ſi mater. de rei vind. C.*
10 *glo. in d. l. ij. C. de fur. & ibi Bart.*
11 *l. dolum. C. de dolo. facit glo. in l. Fulcinius. §. animas. quib. ex cau. in poſ. eatur.*

FRATER A FRATRE. L. XXXVIII.

CAIVS à fratre Publio mutua centũ accepit, & vterque in eiuſdem patris poteſtate erat: ex hoc mutuo ciuilem obligationem oriri nemo dixerit: tum quòd hic textus naturalem oriri dicat, quaſi ciuilem excludens [12], tum quòd illa obligatio, quæcunque eſt quæ inter fratres contrahitur, neceſſario patri quæritur [13]: at vulgatum eſt filium patri in cuius poteſtate eſt, obligari ciuiliter non poſſe [14]. Reliquum igitur eſt vt naturalis oriatur ex illo contractu mutui: quæ quidem, vt dixi, patri quæritur. Sinautem patre mortuo Caius fratri Publio mutuum diſſoluerit, videndũ eſt an repetitio ſit. Et certè illud

Inter fratres qui in poteſtate ſunt ciuilis obligatio non oritur.

Frater fratri ſi mutuũ ſoluerit an repetat.

12 *l. cùm prætor. ſuprà de iud. c. nonne. de præſum.*
13 *l. placet. infrà de acqui. hæred.*
14 *l. actiones. infrà de act. & obligat. l. lis nulla. de iudic.*

illud incunctabile eſt, pro ea parte repetitionem Caio mutuum danti accommodari, pro qua hæres eſt. Nam obligatio ex mutuo illo profecta, patri ex continenti acquiſita eſt [1]: & ſic in perſona filij debitoris, patri ſuccedentis, confuſione ſublata pro ea parte qua filius ſucceſsit [2]: ideóque indebitè illa pars ſoluta fuit. Verùm pro ea parte qua Publius frater hæres eſt, conſtat repetitionem non eſſe: nam ex naturali obligatione ſolutũ eſt, ex qua quoties ſoluitur, toties repetitio inhibetur [3]. Planè ſi tantundem ex peculio Caij mutuum accipientis peruenerit ad fratrem Publium, quanta erat pars illa debiti quæ Publio debebatur, propè eſt vt Caius repetat, vt hîc dicitur [4], & rationem habet: nam peculium quiddam vniuerſale eſt, & ad quencunque tranſeat, tranſire dicitur cum oneribus ſuis [5]. Et qui quid de peculio cepit, pro tanto actionem perdit, quam contra peculium habuiſſet. Itaque in diuiſionem bonorum paternorum inter fratres, veniet & peculium Caij (patris enim erat) & ex eo pars dimidia Publio aſsignabitur: ex qua ſi tantùm habet, quanta eſt pars mutui quam frater Caius ſoluit, repetitio Caio dabitur. Nec rectè aliquis dixerit partem peculij Caij iure hæreditario ad Publium perueniſſe, & ſic quaſi illa iure proprio Publij eſſet, obligationem fratris Caij perſtare niſi revera ſoluatur: nam peculio ita ſunt annexa onera, vt quocunque deducatur, ſemper cum oneribus tranſeat, vt ex hoc tex. euidenter conſtat: & poſt gloſſ. Zaſius probat, hîc in ſcholiis, licet multi refragẽtur. Et huius rei magnum argumentum eſt, quòd ſi pater Caio debitori Publij peculium prælegaſſet, poſſet Publius de dimidia parte quæ à ſe legata eſt debitum ſubducere: quòd peculiũ oneribus ſuis inſeruiat [6]. Et hoc in obligatione peculiari ſpecialiter dicitur: in cæteris enim obligationibus vix eſt, vt ſi tantùm naturales ſint, deduci poſsint [7]. Si enim naturalia debita peti non poſſunt, quare compenſari? qui enim compenſat agere videtur [8]: Id verò tantùm creditori cui natura debetur, permittitur, vt naturale debitum retineat ſi ſolutum eſt [9]: at inter diuidẽdum rationem eius haberi iniuſtè deſyderabit, vt dixi. Et quòd debitum Caij ſit onus peculij ſui, iterũ Iuriſconſultus probat [10]: nam ſi Caius de peculio ſuo quid debuiſſet extraneo, & ſoluiſſet poſt mortem patris, partem debiti ſoluti in diuiſione facienda ſeruabit à Publio fratre familiæ erciſcundæ iudicio, cùm ad eum pars peculij deuenerit. Sed & illud additur [11], in diuiſione facienda peculij quod ad Caium ſpectabat, ita rem expediri debere: vt Caio præſtetur cautio de indemnitate à fratre Publio, qua ſcilicet Publius repromittat ſe ſeruaturum fratrem Caium indemnem, ſi fortè à creditore peculiari conueniatur inſolidum. Nam extraneus contrahens cùm filiofamilias obligat ſibi filium inſolidum, patrem autem de peculio tãtùm [12]. Ex quo euenire poſſit, vt mortuo patre ſolus ille filius qui contractum inijt, conueniri poſsit inſolidum, & ſic iuſtè ſibi caueri poſtulet. Sin autem hæreditario nomine patris conueniretur, pro parte tantùm qua fuit hæres, iudicium ſuſci-

Naturale debitum nec peti nec cõpenſari poteſt.

Filius contrahẽs patrem de peculio, ſe verò obligat inſolidum.

1 d.l. placet. & l. 4. ſi quis à par. fuer. manumiſſ.
2 l. debitori. C. de pact. l. Stichum. §. aditio. infrà de ſolut.
3 l. naturaliter. ſuprà eod. & l. naturales. infrà de act. & oblig.
4 ibi, pro ea verò.
5 arg. l. ſi quis ſeruum. infrà de pecu.
6 in tex. ibi, adeo vt.
7 l. ſi quid poſſeſſor. §. ſed etſi ſuprà de pet. hæred. l. Maenius. in prin. & ibi gl. fa. erciſc. Bar. & Iaſ.
8 l. amplius non peti. infrà rem rat. hab.
9 l. naturales. de actio. & oblig.
10 ibi, idque maximè.
11 in verſ. igitur etſi.
12 l. ſi quis cùm filio. infrà de peculio.

pere cogeretur:ex vulgatis regul.[1] Cui ſententiæ conſequens eſt quod hîc omnes ſcribunt [2], ſi ex pluribus hæredibus aut ſociis vnus pro ſocietate inſolidum obligatus eſt, non poſſe in diuiſione facienda poſtulare vt debitum illud ſibi re vera ſoluatur: ſed ſatis eſſe ſi cæteri de indemnitate illi repromittant [3]. ſi tamen is ſoluiſſet vel eſſet condemnatus, rectè intendet vt ſibi ſoluatur [4]: idem eſt ſi obligatus eſſet per ſcripturam ex qua executio parata ſit, quod rationem habet & Baldus probat [5]. Si ergo (vt ad textum redeam.) Publius cauere debet Caio frâtri & cohæredi de indemnitate aduerſus extraneum creditorem; certè & hoc iuſtius admittemus vt aduerſus ſe id præſtet Publius, nempe vt ſolutum ſibi à Caio debitũ reddat, pro ea parte quam ex peculio Caij habet [6]. Ex his nota, quòd quemadmodum inter patrem & filium obligatio ciuilis non eſt [7], nec donatio [8], nec lis [9], ita nec inter duos fratres qui in vnius patris poteſtate ſunt. perinde enim eſt atq; ſi à patre ipſi patri donatio aut obligatio quæreretur: quod & aliâs dictum eſt [10]: Quod autem pertinet ad §. *quæſitum*. omnia clara ſunt.

Qui ex pluribus ſocijs obligatus eſt, non poteſt exigere ſed tantũ cautionem poſtulabit.

Frater frati non donat.

1 *l. cùm à matre. de rei vindic. C. l. j. ſi cer. pe.*
2 *Ang. Alex. & Iaſ. hic.*
3 *per hunc textum. & l. certum. C. fami. erciſc. l. omne. cum ſeq. infrà pro ſocio.*
4 *d. l. certum. & l. fideiuſſor pro. de fideiuſſ.*
5 *d. l. certum. & in l. ſi pro ea. C. mand. Bar. in l. fideiuſſor pro. de fideiuſſ. noto in l. ſi quis mandati. de neg. geſt.*
6 *in tex. in ver. porrò enim.*
7 *l. actiones. de act. & obl.*
8 *l. j. pro donato.*
9 *l. lis nulla. de iud.*
10 *l. Pomponius. ſuprà fa. erciſcun.*

QVI EXCEPTIONEM. L. XL.

EX hac lege habes duo: primùm eſt, quòd qui debet naturaliter & ciuiliter: ſi tamen tutus eſt exceptione fauorabili, repetit. quod rationem habet, ſi exceptio illa perpetua, ſit nata cum re ſiue contractu, vt in exceptione Velleiani: ſin autem talis eſſet exceptio quæ non competit niſi ab homine opponatur expreſsim, vt exceptio compenſationis, ſecus [11]. Alia eſt regula, quòd ſoluens tutus exceptione perpetua & odioſa, non repetit, niſi errore facti ſolutum eſſet [12]. Item niſi exceptio illa odioſa, à iure communi inducta, & naturali æquitate profecta eſſet, vt in exceptione metus & doli vſuuenit [13]. Et hanc legem habes ſingularem, vt poſsis iudicare quando exceptiones ſint odioſæ, & quando fauorabiles. Cuius notio erit facilima, ſi rem ita ſtatueris, vt ea exceptio dicatur odioſa, quæ contra cuiuſquam dolum admiſſa eſt: vt in exceptione Macedoniani qua dolus fœneratorum coercetur, videre licet [14]. At ea dicitur fauorabilis, quæ ob alicuius imbecillitatem inuenta eſt: vt in exceptione Velleiani quæ mulierum infirmitati ſuccurrit. idem erit iudicium in omnibus exceptionibus deſcendentibus ex ſtatutis: ſecundum Bartolum & omnes. Quod autem pertinet ad reliquum legis [15] ſuprà explicatum eſt [16].

Tutus exceptiõe perpetua & fauorabili an repetat ſolutũ.

Tutus exceptione odioſa ſoluens an repetat.

Exceptio odioſa & fauorabilis quãdo dicatur.

11 *l. qui iudicem. ſupra eo. & Bart. in l. ſi pater. ſol. mat. & Iaſ. hic.*
12 *l. cùm quis. de iur. & fa. igno. C. & Bart. hic.*
13 *Bald. & Cy. in l. ij. C. de eo quod met. cau. l. qui ſe deuere. ſuprà de condic. cau. data.*
14 *l. j. ad Maced. infrà.*
15 *§. ſi pars domus.*
16 *l. ſi in area. ſupra eodem.*

QVOD PVPILLVS. L. XLI.

HIC ſatis apertè demonſtratur pupillum contrahentem nec natura obligari: quod & alibi etiam in Pandectis relatum eſt [17]. Sed hoc vulgò intellectum habet de eo pupillo qui proximus pubertati non eſt, & ſic nec doli capax creditur. Quòd ſi doli capax eſſet & pubertati proximus, naturâ dicitur obligari [18]. Is autem doli dicitur capax & pubertati proximus, qui decem annos habet & plus, vt gloſſ. retulit [19]. quam definitionem omnes ferè ſunt ſecuti [20]: niſi fortaſſe

Pupillus an natura obligetur.

Doli capax quando ſit pupillus.

17 *l. pupillus. de act. & obl. infrà. & l. pupillus. nec velle. de reg. iur.*
18 *l. j. ad fin. de nona. infrà cum ſimili.*
19 *in l. pupillus. de reg. iur.*
20 *Barto. Paul. de Caſt. & alij in l. j. de nouat.*

fortaſſe rectius ſit rem totam arbitrio ſedentis relinquere: quod Salicetus probat [1]. & ita reſponſa mirabiliter pugnantia conciliari poſſunt: quamuis fortaſſe vt Fulgoſius hîc prodidit, verè & ſine diuinatione ſolui non poſsint. Itaque Zazius [2] iureconſultus ſummus aliter rẽ expediens, exiſtimauit generaliter illud dici poſſe, pupillum natura non obligari, ſi de ea obligatione naturali intelligas, quæ verè naturalis eſt, & repetitionem impedit: per hunc text. at ea naturali quæ iuris admiſtum habet nihil, quæq́ue nullum effectum habet, obligari pupillum cõcedit: & ita leges aduerſantes accipi debere ait [3]: vt potius æquitate à natura procedente quàm natura obligari dicatur pupillus.

1 l. impunita. de pœn. C.

2 in tracta. de Iudæis. q. ij. poſt princip.

3 l. q. de nouat. l. ij. de autb. tuto. infrà.

INDEBITVM. L. XLVII

Habens mandatũ ad ſe obligandũ, cenſetur habere mandatum ad ſoluendum.

HANC Legem ibi, *Quoniam potes*, allegant omnes in id, vt fideiuſſor cenſeatur ſemper habere mandatum ad ſoluendum: qui enim mandatum habet vt ſe obliget, iudicatur habere mandatũ vt ſoluat: & hæres grauatus à teſtatore vt fideiubeat, intelligitur grauatus vt ſoluat, & hoc caſu non repetet [4]. Reliqua perquire ex textu qui manifeſtus eſt, & notandus [5].

4 l. tribus. de vſuf. ear. rer. quæ vſu conſ.

5 ſecund. Bar. & alios.

HIS SOLIS. L. XLIX.

Actio perſonalis nõ ſequitur ſucceſſorẽ ſingularem.

ACTIO Perſonalis non ſequitur ſingularem ſucceſſorem [6]; nec enim is obligatur, licet res ad eum deuenerit, vt hîc. quod tamen intellige niſi cauſam lucratiuam haberet [7]. idque admittitur benignè ex æquitate l. ſi eum ſeruum. ſuprà ſi cert. petat. Et ſic eo caſu cùm recipiens indebitum non eſſet ſoluendo, poſſet agi contra eum cui pecunia proficit. glo. hîc quam Bart. & omnes probant [8].

6 l. vlt. de contr. empt. l. ſi hæres. ad Treb. infrà.

7 l. vlt. de eo per quẽ factũ erit.

8 l. mater. de rei vind. & faciunt ea quæ notb. in l. Iulianus. ſuprà de rei vind.

DAMVS. L. LII.

Condictio indebiti an ſit ex cauſa præterita.

HAEC Lex [9] videtur titulum hunc vniuerſum labefactare; nam condictio indebiti datur ex cauſa antecedente, & tamen hic textus aſtruit datum ex cauſa præterita non repeti: quod habet locum niſi ſit obligatoria [10]: ſi autem obligatoria non eſt, vt quia pro me aduocaſti, repetitio non eſt; licet ſit falſa, vt hîc [11].

9 & l. in ſumma. infra eo.

10 l. ſi non ſortem. §. ſi quis quaſi. & toto hoc tit.

11 & l. in ſumma. infra eo. l. demonſtratio. §. j. de cond. & demonſt.

DOMINVS. L. LIII.

Circuitus euitandus.

EX Hoc reſponſo efficitur euitandum eſſe circuitum quo ad eius fieri poteſt: idque euenit celeritate actionũ coniungendarũ. ex quo deſcendit & illud, vt qui promiſit ſe obligaturum ad decem, poſsit recta via ad decem conueniri [12], ſecundum Iaſonem hîc. Et tractatum eſt an eam actionem quam alter mihi cedere debet, poſsim exercere non ceſſam: quod certè non admittitur mero iure [13]: benigna tamen interpretatione, & cauſa euitandi circuitus hoc recipitur, ſi qui debet cedere, abeſt [14]. Sin autem is adeſt, nonquam; niſi tria concurrant: primum, vt is contra quem agitur ſit factus locupletior ex re agentis [15]. Alterum, quod is tertius in quem poſſes actionem intendere, liberaretur cedendo [16]. Tertium, vt agens agat ad ſuum [17], per Bartolum & Iaſ. hîc.

Actioné quam mihi alter cedere debet, an ſine ceſsione poſsim intendere.

12 fac. cle. auditor. de reſt.

13 l. vt fideiuſſor. infrà de fideiuſſ.

14 l. damni. §. vlt. infrà de dam. infect. fac. l. ſi longius. de iud.

15 l. ſi eum ſeruum. ſi cert. petat.

16 l. ſi vrbana. infra eod. l. cùm fundus. §. ſeruum tuum. ſuprà ſi certum. pet.

17 per d. §. ſeruum tuum.

SI VRBANA. L. LVI.

HAEC Lex tractatu nobilis eſt; ex qua habetur, poſſe

ſolutionem fieri prædoni ex contractu ipſius prædonis: & talis ſolutio debitorem liberabit. Sic licet filiofamilias, & ſeruo ex contractibus patris vel domini non poſsit ſolui [1]: bene tamen ex eorum contractibus illis ſoluetur [2]: ſic & negotiorum geſtori ſolutio facta procedit, ſi modo ex eius contractu illi ſoluatur [3]. Prędo igitur ex ſuo cõtractu vtiliter agit: domino autem ex illo contractu actio non eſt, ſecundum gl. hîc, quã tenet Bartolus [4]. Ex quibus effici voluerũt Bar. Bal. Ang. Pau. de Caſt. & Iaſ. hîc, colonum qui intulit penſionem falſo prælato, liberari ſi ex contractu falſi prælati ſoluerit. Sic ex ſententia Panormitani [5], qui ſoluit epiſcopo non confirmato, liberatur, ſi ex cõtractu cũ epiſcopo inito ſolutio proceſſerit: aliâs cũ non confirmato nihil quod valeat, geritur [6]. Quæ tamen locũ non habent, ſi qui ſoluit, ſciebat prælatum prædonem eſſe, & minime legitimũ [7]. qui autem ſoluit prædoni & intruſo ex contractu veri prælati, non liberatur, per hunc textũ [8]: niſi probabili aliqua opinione potuiſſet adduci, vt crederet eum verum prælatum [9]. quibus adiunge quæ ſuprà annotauimus [10].

Prędoni ex ſuo cõtractu rectè ſoluitur.

Prædo agit.

Qui ſoluit prędoni ex cõtractu veri domini nõ liberatur.

1 l. filius fa. de ſol. l. filius. de pact. C.
2 l. quod ſeruus. depoſ.
3 l. fili a. de ſolut.
4 per tex. in l. ſi pactus. §. cùm poſſeſſor. de pact.
5 in c. qualiter & quãdo. de elect.
6 c. noſti. & d. c. qualiter. de elect.
7 l. ſi à patre. §. verſum. ad fin. & ibi Paul. de Caſt. de in rem verſ.
8 ibi, quòd ſi vecturas.
9 l. cùm fundus. §. ſeruũ tuum. ſi cert. pet.
10 in l. Barbarius. de off. præt. Bart. hîc.

Svfficit. L. lvi.

CLARVM Ex hac lege eſt, exceptionem in qua dubitatur an ſit tẽporalis, an perpetua, pro peremptoria & perpetua haberi. Cui bene annectitur quod voluit Bartolus [11], magiſtratũ poſitum ad nutũ & voluntatẽ, iudicari perpetuũ [12].

Magiſtratus ad nutum poſitus perpetuus creditur.

11 in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. infrà de no. ope. nunt. in iij. quæſt.
12 l. iuriſperitos. de excu. tu.

Servo. L. lviii.

Hæc lex temperat omnes leges, quæ volunt impoſsibilem conditionẽ inutilem fieri in teſtamẽtis, actu rato manente [13]: vt non habeant locũ ſi teſtator putauit conditionẽ poſsibilẽ; tunc enim magis eſt, vt legatum nõ valeat, vt hîc. quod rationẽ habere didici, niſi illa conditio per æquipollens poſſet impleri: tũc enim melius eſt vt legatũ remaneat [14]. Idem obtentũ eſt ſi finis legati ſit licitus & honeſtus, licet impoſsibilis [15].

Impoſsibilis conditio an labefactet legatum.

13 l. j. de cond. inſtit. l. obtinuit. de cõd. & demõſt. infrà.
14 l. huiuſmodi. §. ſi ita legatum. de leg. 4.
15 l. legatũ. de adm. rer. ad ciuit. perti. per l. legatũ. de vſuf. lèg. vide Iaſ. hîc.

Ivlianvs verum debitorem. L. lx.

VERVS debitor cui debiti nomine creditor formulam intendit, ſi iudicio accepto & cõteſtato ſoluerit, repetere non poteſt, vt hîc dicitur. Quæſtionẽ mouebat quod dici poteſt, lite conteſtata debitori quaſi exceptionem quæri, in hoc vt ſi apud aliũ iudicem pro ſolutione debiti & executione à creditore depoſcatur, nocitura ſit creditori exceptio tũ de lite alibi cœpta [16], tum ne præiudiciũ fiat ei iudicio quod de debito acceptũ eſt [17]: qua exceptione cum iudicio manẽte tutus eſſet debitor, videtur rationẽ habere, vt ſoluẽs repetat [18]. Sed hæc ratio ad repetitionem ſatis non facit. nec enim litis pendentis exceptio quæ negotium principale non contingit, rectè cõparabitur cęteris exceptionibus, quibus qui tutus erat, ſi ſoluerit, repetit. Nam exceptio litis pendentis ciuilem aut naturalem obligationem non perimit. nec ad rem pertinet, dubium eſſe conſtante iudicio, an reus abſoluatur vel condemnetur: & ſic ob dubium interim ſoluenti debitori repetitionem dari [19]. Hoc enim rectè dicitur, cùm ea erat incertitudo, vt aliquo caſu indebitum poſsit effici: hîc autem quicun-

Litera explicata.

Exceptio litis pendentis.

16 l. vbi cœptũ. de iudiciis. c. ex tenore de reſcr.
17 l. ſi. quis libertatem. de peti. hære. ſuprà l. fundi. & l. fundum. de except. infrà.
18 per l. ſi non ſortẽ. §. adeo. & §. indebitũ. ſuprà eo.
19 per l. ſufficit. & ibi poſt ſuprà eo.

Verus debitor ſoluens ante abſolutionē non repetit.

quicunque caſus ſequatur, vel ſi abſoluatur debitor, remanebit tamen naturale debitum [1]. Si igitur debitor verus manente iudicio ſoluerit, non repetit. nam ſi poſt condemnetur, nulla dubitatio eſt: ſi verò abſoluatur nec repetet quoq;. Nec id contrarium eſt quod omnes inculcant [2], debitorem qui pendente iudicio ſoluerit, definitiuè damnari aut abſolui non poſſe, ſed tantùm ab obſeruatione iudicij per interlocutionē dimitti debere: quòd abſolutoria tollat ciuilem, at poſt ſolutionem nulla ciuilis reſtet: licet enim Imperator [3] officio iudicis contineri dicat, vt talis debitor abſoluatur: poteſt tamen ſententia eſſe definitiua. Nam per ſententiam etiam ſi definitiua ſit, non conſtituitur vel tollitur debitum, ſed conſtitutum vel ſublatum declaratur tantùm [4]. Et ſi debitor conuentus, probata ſolutione etiam ante iudicium facta, à iudice abſoluatur, cur non eam ſententiam definitiuam appellare poſsimus non video. conſequens igitur erit, vt ſi lite conſtante ſoluerit, definitiuè abſolui poſsit: & ſi abſolutio contigerit, non repetet tamen: cùm per ſententiam non ſit ſublata naturalis, quæ iure communi ſoluti repetitionem impedit [5]. licet enim ſententia habeatur pro veritate, & ius dicatur facere [6]: hoc tamen quoad ciuilem obligationem verum eſt, non quoad naturalē [7]. Ex quibus apparet eum qui verè debet, & pendēte iudicio ſoluit, quicunq; caſus ſententiæ accidat, ſemper debitorem fore: & ſic nec repetere. Sicut euenit in eo qui ita promittit: *ſiue nauis ex Aſia venerit, ſiue non venerit*: qui ſi pendente conditione ſoluerit, non repetit: ſiue enim conditio eueniat, ſiue non, ſemper debitor eſt: nec expectatur conditio cuius euentus nihil noui eſt allaturus [8]. Sic & in ea ſpecie puta, vbi quod quis purè deberet ſub conditione nouandi animo promittit, ſi pendente conditione ſoluerit, falſa eſt opinio exiſtimantium eum repetere. Cùm enim per conditionalem ſtipulationem ſuſpendatur purum debitum, nempe vt aut aduenientē cōditione nouetur, aut ea deficiēte remaneat [9]: apparet repetitionem non eſſe, quòd nullus caſus accidere poſsit quin ſit debitor. Sin autem ex conditione adiecta ſubeſſet incertitudo an futurus ſit debitor necne, interim repetitio accōmodaretur ſi ſoluat [10]: quod & ante admonui [11]. Vnde euenit vt in ſpecie quæ in tex. relata eſt [12], qua ſcilicet cum duæ perſonæ debent interim repetitio ſit: vt ſi Titius ſub conditione, nouationis animo mihi promiſit, quod mihi Caius purè debebat: quia enim hîc incertum eſt an Titius qui primus debuit, debitor ſit futurus (adueniente enim conditione futurum eſt, vt dimitti debeat) ideo interim ſoluens repetitionem habebit, vt hîc ad finem dicitur. Et iſte eſt verus intellectus ad literam, quem omnes ſequuntur, quanquam Accurſius diſſenſerit. Ex his efficitur per ſententiam, naturalem obligationem non corrumpi, ideo ſolutum à debitore qui abſolutus eſt, non repetitur. Sic qui non eſt dominus, per iniuſtam ſententiam non efficitur dominus [13]. Plus etiam ex omnium ferme ſententia [14] dicitur, verum debitorem conuentum, & abſolutum per ſentētiam quæ in rem iudicatam tràſiuerit, iterum alio iudicio compellari poſſe à creditore, ſi modo ſit abſolutus, quia non probabat creditor. vt enim reus

Poſt ſolutionē debitor definitiuè abſolui poteſt.

Naturalis obligatio non tollitur per ſententiam.

Conditionale debitum ſolutum non repetitur ſi certum eſt ſemper fore debitorem eum qui ſoluit.

Verus debitor abſolutus an iterū conueniri poſsit.

1 *vt hîc ibi, ſicet enim.*

2 *Bar. Bald. Paul. & Iaſ. hîc.*

3 *§. vlt. de perpet. & temporalib. except. Inſtit.*

4 *l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ſuprà ſi ſeruit. vindicet.*

5 *l. naturaliter. ſupra eod.*

6 *l. ingenuum. de ſtatu homin. ſuprà.*

7 *l. cùm à te. & ibi Bal. ſuprà de dolo. & hoc text.*

8 *l. aliquando. §. fin. ad Vellcianū. l. qui de inoſficioſo. de inoſ. teſtam. ſuprà.*

9 *l. pecuniam. & ibi noto ſuprà ſi cert. petat.*

10 *l. ſub cōditione. ſupra eo.*

11 *l. in diem. eo.*

12 *ibi, idemque eſſe.*

13 *l. exceptio. de except. rei iudicat. l. ſi ſuper rem. §. vlt. de pigno. infrà.*

14 *glo. Bart. & Iaſon. hîc. Ang. Imol. Aret. in l. ex duobus. de duobus reis.*

abſolutus quia non poſsidebat, iterum conueniri poteſt ſi poſſidere incipiat [1]: ita & abſolutus quia creditor non probauit, iterū, probationibus ſuppetentibus, à creditore diſtringetur. Si autem ſit abſolutus quaſi non ſubſiſtente debito, amplius conueniri non poteſt [2]. Reliqua vide apud doctores hîc.

TVTORES. L. LXI.

HVC Pertinet quæ gl. & doctores explicant in l. ſi non expedierit. §. j. de bon. auth. iud. poſſ. de qua re & nonnulla diximus [3].

IN SVMMA. L. LXV.

Dolus in ſtricti iuris contractibus an ipſo iure perimat.

LICET In contractibus ſtricti iuris dolus afferens cauſam contrahendi, non efficiat nullum contractum [4]: tamen in tranſactione quæ & ex illo contractuum numero eſt [5], admittitur, vt ſi arguatur euidens dolus & calumnia, non teneat ipſo iure, per hunc textum: quæ calumnia ſi ex parte rei committeretur, non reddit nullam tranſactionem: ſed ipſi actori doli replicatio eſt [6]. Fauendum eſt enim reo potius quàm actori [7], ſecundum Iaſonem hîc. Et lex iſta pertinet ad id quod ponitur in l. Damus. ſuprà eod. Ex ea etiam effici crediderunt nonnulli [8], in tranſactione deceptū vltra dimidiam iuſti pretij non adiuuari beneficio legis ij. de reſcind. vend. C. Sed ferè contrà dicitur: facta enim dubij euentus reputatione, ſi tranſigens probet ſe in dimidia re deceptum, etiam ad hoc beneficium pertinebit [9]. Sed & æquitas monet vt vera rei æſtimatio inſpiciatur, habeátque locum beneficium dictæ legis: quod Alexander probabilius putat [10], multíſque CVRIAE Pariſienſis authoritatibus comprobatum eſt [11].

Deceptus in trāſactione vltra dimidiam pretij an reſtituatur ex lege.

Poſſeſſor an teneatur ad fructus quos capere petitor potuiſſet.

§. IN FRVMENTO. Vetus quæſtio fuit, cùm aliquis rem meam detinuit, an in fructibus reſtituendis reputatio eorum fructuum ſit admittenda, quos percipere potuiſſet petitor, an eorum quos poſſeſſor cepit: & bene res expeditur ſi dicamus violentum [12], malæ-fidei poſſeſſorem [13], eum qui in mora eſt, & ſimiles [14], teneri ad eos fructus non tantùm quos perceperunt vel capere potuerunt [15], ſed ad eos quos petitor fuiſſet habiturus [16]: plus etiam ad eos fructus quos ipſe cepit, vel capere debuiſſet, obligatur, licet dominus tales fructus capturus non fuiſſet [17]. Benignè autem cum poſſeſſore bonæ-fidei agetur, vt niſi ad eos fructus quos cepit vtiliter conueniri non poſsit: his enim factus locupletior eſt, per hūc textum [18]. nam & quoad fructus loco domini eſt [19]. In caſibus autem in quibus aliquis poſsidet rem ex domini voluntate, putà cùm ad aliquem res peruenit ex pignore, vel locato, cum ratione dicitur, poſſeſſorem ſiue alium qui tenet, obligari ad eos fructus vel penſiones, quæ potuiſſent ſecundum morem haberi [20], & quāti dominus locaturus fuiſſet [21]. Nec mutat hic textus, quia in condictione indebiti perpetuum eſt, vt non teneatur reus niſi quatenus factus eſt locupletior [22]. Ex quibus opinor eum qui in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ venit, vel pignoratitium creditorem & ſimiles, teneri in fructus quos ex re potuiſſet reficere petitor [23]: in quo procliuior eſt Panormitanus [24].

Creditor & miſſus in bona quos fructus debeant.

1 l. ſi à te. in prin. infrà de except. rei iud. C.
2 l. quod in diem. §. j. infrà de compen. vbi noto.
3 in l. in integrum. de minor. ſuprà.
4 l. ſi dolo. de inutil. ſtip. C.
5 d. §. in §. actionum. de actio. Inſt. & hîc.
6 l. ſub prætextu. C. de tranſactio.
7 l. Arrianus. de act. & oblig.
8 Alex. & Iaſ.
9 ſecund. Bart. & omnes. in l. Lucius. §. vlti. ad Treb. & l. ſi quis cùm aliter. de verb. oblig.
10 conſ. lxxxix. volu. ij. & conſ. cxvij. vol. vij.
11 ſecund. Rebuf. in comment. conſt. in tract. de reſciſſ. contract.
12 l. ſed etſi partus. quod met. cauſ. ſuprà.
13 l. ſi nauis. ſup. de rei vin.
14 l. apud Iulianum. §. j. de leg. j. infrà.
15 l. domū. de rei vind. C.
16 d. l. ſi nauis. & Bar. in l. fructus. ij. col. de rei vin. ſuprà & Bal. in l. ij. de fru. & lit. exp. C.
17 l. ſi poſſeſſor. ij. & l. cùm hæreditas. ſuprà de pet. hæred.
18 Specul. titul. de locat. §. poſtquam.
19 l. qui ſcit. de vſur.
20 l. excepto. de loc. C. & ibi Cyn.
21 l. ij. de pig. act.
22 l. ſi non ſortē. §. ſi libertus. ſuprà eo. & hac l. §. vltimo.
23 l. prætor. §. in eum. de bon. auth. iud. poſſ.
24 in c. cùm contra. ad fin. de pign.

STI-

STICHVS. L. VLTI.

§. TITIVS. Pertinet ad ea quæ ponuntur in l.ſi pœnæ.§. vlti.ſupra eodem.

§. IDEM QVAESIIT. Licet in inſtrumento clauſula ſit ſubiecta,qua partes nullam omnino contractus nomine controuerſiam mouere promittunt,poterit tamen pars ſolutum ex capite indebiti repetere:nam in omnibus renuntiationibus ſemper exceptus intelligitur error:idē enim error qui in ſoluendo verſatur,& in renuntiatione obtinere poteſt [1]. ſic exiſtimarem generali renuntiatione exceptionem non numeratæ pecuniæ non contineri [2]. Sinautem ſpecialiter & indebiti condictioni,& non numeratæ pecuniæ exceptioni obnuntiatum eſt,obſtat renuntiatio.Nec enim poteſt videri errans & ignorans ius ſuum refutaſſe,qui expreſſit illud ſpecialiter, ſecundum Fulgo.hîc.Imo & renuntiatio plerunque ad ignorata porrigitur [3]:licet Bart.hîc aliud ſentiat, & Iaſ.nullo alio argumento,quàm quòd etiam in ſpeciali renuntiatione error verſetur:quod nullo modo probabile videtur. Cui ſententiæ noſtræ conſequens eſt,quod alibi ſcribitur [4], & Paulus Caſtr. notat [5],eum qui ex certa ſcientia confitetur, ad confeſsionis reuocationem non facile admitti:hoc enim beneficium iis qui errore confeſsi ſunt lege attributum eſt, nō ſcientibus & fallentibus [6].

Generali renũtiatione cõdictio indebiti & non numeratæ pecuniæ exceptio non continentur.

1 l.doli. §. diuerſum. de nouat.
2 gl.& doct.in l.ſi ex cautione.de non num. pecu.
3 l.qui more.de teſta.mil. infrà.
4 l.ſi mulier in iure. ad Velleia. infrà.
5 d.l.ſi mulier in iure.
6 l.de ætate.ad fin. de inter.actio. ſuprà, & ibi notatur.

§. LVCIVS. Belliſsimè hîc dicitur,reſtitutionem in principali & ſorte datam,ad fructus & vſuras non pertinere : nec enim reſtitutio,quæ contra ius eſt,ad acceſſoria porrigitur : ſi tamen quod accedit eſſet pars & ſubſtantiale ipſi principali, reſtitutio vtiq; accommodatur: vnde ad paternas tabulas reſtitutum, ad ſecundas etiam reſtitutum interpretamur [7]: vtrunque enim teſtamentum, vnum eſt [8]. Sic etiam intellige quod relatum eſt in l.ſi ex cauſa.in prin.ſuprà de minorib.

Reſtitutio an porrigatur ad acceſſoria.

7 l.ii.§.interdũ. de vulg. & pupill.
8 l.paterfamilias.de priuileg.cred. infrà l.patris. de vulg.& pupil.infrà.

De condictione ſine cauſa.

EST ET HAEC SPECIES. L. I.

ALBERICVS hîc [9], ita rem partitur: aut enim conſtat ſoluentem vel dantem ſine cauſa,donandi animum habuiſſe, & videtur donare [10]: aut nihil proponitur quare talem animũ habuiſſe credamus, & hoc caſu hic titulus obtinet. In dubio verò res ita temperatur,vt qui ſcienter ſoluit ſine cauſa, donaſſe videatur [11]:at qui ignoranter minimè [12]:cùm autem de ſciētia aut ignorantia addubitatur,nunquam donatio præſumitur [13]:qua de re & nonnulla alibi adſcripſimus [14].

Dás ſine cauſa an videatur donare.

8 in rubr.
10 l.in ſumma. §. j. ſupra tit. j.
11 l.Campanus.de oper.lib. infrà.
12 l.cùm de indebito.§.j.de prob. infrà.
13 d.l.cùm de indebito.doctò.in l.à Titio.de verb. oblig.
14 l.ſed ſi ego. ad Velleia. infrà.
15 l.j.C.de cond. ind.& in l.ſi fideiuſſor.§. in omnibus.infrà mand.

SI FVLLO. L. II.

PERPETVVM eſt,contra ſententiam, nullam condictionem dari [15]: omnium tamen doctorum eſt conſenſus, admitti condictionem,cùm non agitur contra ſententiã, ſed cùm dicitur eam cauſam quæ ſuberat tēpore ſententiæ, ad nō cauſam deueniſſe,per hunc tex.quæ opinio neſcio an defendi poſsit,propter l.cùm putarem.ſuprà fam.erciſ.vbi cauſa deuenit ad non cauſam,& tamen non datur condictio contra rem iudicatam.ideo propius eſſe puto, vt condictio ſine cauſa ad-

mittatur contra ſententiam, vt hîc [1]: at condictio indebiti minimè [2]. & hæc eſt ſolutio glo. hîc, & in legibus contrariis. Vel ſi mauis nulla condictio admittitur contra ſententiã. Nec obſtat quod hac lege dicitur: non enim in ea fullo agit contra ſententiam: nam licet æſtimationem veſtis auferat à domino, integra tamẽ manet ſententia, cùm res domino adſit, & eam anteà tantùm actione eſſet complexus, licet æſtimatio ſucceſſerit, cùm reddi res non poſſet [3]. vt enim non facit contra ſentẽtiam, qui contra eum qui erat abſolutus, quia nõ poſſideret, actionem intendit, ſi nunc ille idem reperitur poſſidere [4]: ſic non dicitur is labefactare ſentẽtiam, qui repetit pretium quod erat iuſſus inferre nomine rei, quam tunc dare non poterat, ſi tempore repetitiõis alter reperitur rẽ poſſidere. Nec ad rem facit an cauſa ad non cauſam ſit deducta, vt dixi. Sed tamen ex benigna interpretatione CVRIAE Pariſienſis, etiam contra ſententiam ſine diſtinctione condictioni locus eſt. Itaque qui cùm nomen diſſoluiſſet, & non haberet ad manũ inſtrumentum, quo ſolutionem probare poſſet, condemnatus eſt ad ſoluendum, poterit reperto inſtrumento repetere, quod ex ſententia ſoluit: & hoc eadem CVRIA cenſuit [5]: quod Paulus hîc probat, & Alexander [6].

Cõtra ſententiam an locus condictioni ſit.

AVVNCVLO. L. VLTI.

COMMVNIOR opinio in eo ferè eſt, vt datũ à coniugibus cauſa illiciti matrimonij, quod tamen pòſt non perficitur, repeti poſſit, etiã ſi is qui dedit, ſciuerit & iure & facto impedimentum matrimonij: quod ex hac lege ſatis impletur. nam ſi vterq; in turpitudine verſari dicitur, cõſequẽs eſt ſcientiam affuiſſe, ſecundũ Bar. Placen. Paul. de Caſt. & Ang. hîc [7]: nam pœnitentia, quæ rem deducit ad priſtinum ſtatum, pœnã abolet [8], maximè in delictis imperfectis [9]. Si verò aliquid datur cauſa matrimonij illiciti, quod pòſt ſequatur, tũc benigna interpretatione recipitur, vt mulier, vel maritus dantes repetant, ſi ignorauerint ius & factum [10]: ſi vtrunque ſcierint, nõ repetent, ſed applicatur fiſco [11]: niſi ſuperior vt conſulatur paci, & facilior ſit matrimonij diſſolutio, reddendam dotem & donationem ſtatuiſſet. & ita intelligit Panormitanus textum in c. et ſi neceſſe. de don. inter vir. & vxo. Si autẽ ſciuerũt ius, & factũ ignorârũt, excuſabũtur propter iuſtiſsimũ errorẽ [12].

Datum cauſa illiciti matrimonij an repeti poſsit.

LIBER TERTIVSDECIMVS PANDECTARVM.

De condictione furtiua.

IN RE FVRTIVA. L. I.

CVM à domino res aufertur, datur condictio furtiua, per hunc tex. [13] ſi autem ab altero qui habet ius in re, vt eſt creditor, incerti condictio applicatur [14], ſed & ſi ius in re nõ habebat, ſed poſſidebat tantùm, condictio triticaria eſt [15]. ſi detinebat, ei per actionem in factum cautum eſt, vel per condictionem ex l. ſi coloni. de agri. & cenſ. lib. xj. C. [16]

Condictio incerti & furtiua quãdo competant.

Si con

---

1 *& l. in commodato. §. vlti. infrà commod.*

2 *d. l. cùm putarem. d. l. j. de cond. ind. C.*

3 *l. ſi non ſortem. §. libertus. ſuprà tit. j. l. ſtipulationes non diuiduntur. & ibi Bar. de verb. oblig. l. cùm ſeruus. de condi. cauſ. dat. & ibi Bart.*

4 *c. pe. de except. & l. ſi à te. de excep. rei iud.*

5 *anno 1391. Ioan. Galli. q. cccxviij. in quæſt. per Areſt. deciſ.*

6 *in l. Imperatores. ad fi. de re iud.*

7 *& Panor. in c. et ſi neceſſe. de dona. inter vir. & vxo.*

8 *l. ex hoc edicto. §. pe. de alien. iud. mut. cauſ. ſuprà.*

9 *l. qui falſam. de falſ.*

10 *l. ſi cùm dotem. §. vlt. ſolu. matri.*

11 *l. qui contra. de inceſt. nup. C. l. cùm hic ſtatus. §. vlt. de dona. inter virum & vxor.*

12 *d. l. qui contrà. & l. vxori. de vſufr. leg. l. vlt. de leg. 3. vide Iaſ. hic, & Panor. in d. c. et ſi.*

13 *& l. vl. quemad. vſufr. caueat.*

14 *l. & ideo. §. vl. infrà eo.*

15 *l. j. §. vlt. cum l. ſeq. infrà de tritic.*

16 *vide Bar. in d. §. vlti. l. & ideo.*

SI CONDICATVR. L. III.

AN id quod intereſt in lucro conſiſtens attendatur, vide per doctores in l. vna. de ſent. quæ pro eo quod int. C. & habes aliqua à nobis. in l. iij. ſuprà de in lit. iur.

SI PRO FVRE. L. VII.

Remittens iniuriam non remittit damni æſtimationem.

DE hac lege habes in §. j. l. ſi duo. ſuprà de iureiuran. quæ huic aduerſatur. Et hæc lex à nonnullis in id allegatur, vt qui remittit iniuriam, non cenſeatur remittere damnum, quod eo nomine pertulit [1]: nec enim aliquis tenetur remittere æſtimationem damni: ſed iracundiam condonare debet [2]. Item ſpeciale eſt in condictione furtiua, vt in hæredem & vltra detur, etiam in plus quàm ad eum peruenerit, per hanc legem in fine, licet in actionibus ex delicto numeretur [3]: at cæteræ ex delicto actiones in hæredes non dantur, niſi in id quod ad eos peruenit [4].

Condictio in hæredes datur.

IN RE FVRTIVA. L. VIII.

Re perempta an peti res poſſit, an æſtimatio.

QVANQVAM ſententia debeat libello eſſe conformis [5]: accidit tamen ſæpe vt res petatur libello, & condemnatio in æſtimatione fiat: cùm ſcilicet res non ſubſiſtit, nec eam habet in promptu is vnde petitur [6]. & hoc neceſsitas exigit. In obligationibus igitur *rem dari* illud perpetuum eſt, vt etiam res perempta peti poſsit [7]: quanquam officio iudicis conijneatur æſtimationem inferri pro re, vt dixi: at in obligationibus *rem reſtitui* poteſt peti vel ipſa res, vel æſtimatio, vt hîc: & hoc Bartolus refert [8]. His & adiunge quod ſuprà poſuimus in l. qui vſumfructum. de vſufr.

IN CONDICTIONE. L. VIIII.

Hæredes pro portionibus hæreditarijs tenentur in delictis.

EX hac lege verè dici poteſt, in omnibus caſibus quibus mortalitate rei non extinguitur crimen, ſed quæſtio refertur propter bona (quod in hac condictione obtentum eſt [9], & de iure canonico ſemper [10]) tamen hæredes teneri pro hæreditariis portionibus, per hunc textum: & ſic cùm eiuſmodi partitio à iure fiat, inopia vnius hæredis alium non grauaret [11]. Nec obſtat quod dicitur fiſcum hypothecam habere in bonis delinquẽtis [12]: id enim in hypothecaria, quæ à lege inducitur placuit, vt illa ex portionibus hæreditariis diuidatur [13]. quòd in hypothecaria per conuentionem profecta non eſt ſimile: illa enim inſolidum eſt [14]: vt & aliàs annotauimus [15].

Hypotheca an inſolidum ſit.

SIVE MANIFESTVS. L. X.

Actio ad id quod intereſt nõ perditur re alienata vel perempta.

§. TANDIV. Condictio furtiua & ſimiles actiones quæ rei perſecutionem habent, re alienata pereunt, nec poſſunt ab alienante amplius intendi, vt hîc [16]. quæ autem dantur ad compenſationem damni vel iniuriæ, etiam re alienata durant [17], vt in actione furti placuit: quæ diſtinctio elicitur ex l. quæcunque. de actio. & obligat. infrà. Similiter quæſitum eſt, cùm euincitur à me, an danda ſit mihi actio contra venditorem quanti mea interfuit rem ſanam & integram fuiſſe. In quo accommodatur ea diſtinctio quam ponit Pomponius in l. euicta re. §. j. de euiction. infrà. Summa autem opinionis ſuæ hęc eſt, vt etiam re euicta emptor tantùm conſequatur, quanti intereſſe poteſt rem integram & bene affectam vendi-

1 *ſecund. Dyn. in l. ſed & ſi vnius. §. ſi ante. de iniur.*
2 *glo. pen. in c. j. de maled. ext.*
3 *l. ſi ambo. §. j. de compẽſ.*
4 *l. j. de priua. delic. infrà. & l. j. ne ex delic. defunct. C.*
5 *l. vt fundus com. diuid. ſuprà. l. vlt. de fideicõ. liber. C.*
6 *l. vinum. & ibi Barto. ſuprà ſi cert. pet. l. ſtipulationes non diuiduntur. de verb. oblig at. l. ſi non ſortem §. libertus. ſuprà de cond. indebi.*
7 *l. cùm ſeruus. de condi. cauſ. dat. l. ſi ſeruum. §. vlt. de verb. oblig.*
8 *d. l. cùm ſeruus. vide Bar. in d. §. vl. l. ſi ſeruũ.*
9 *vt hîc, & l. ſi pro fure. §. vlt. ſupra eo.*
10 *c. vl. & ibi glo. & doct. de ſepult.*
11 *l. inter eos. §. pe. de fideiuſſ. & l. legatorum. de leg. ij.*
12 *glo. in l. reſcriptum. de pact. in ver. priuilegiarios. l. quod placuit. de iur. fiſc.*
13 *tex. ſing. in l. j. §. vlti. comm. de leg. C.*
14 *l. ij. ſi vnus ex pluribus hæred. cred.*
15 *l. ſi poſſeſſor. de rei vind.*
16 *& l. quæcunque. infrà de act. & oblig.*
17 *l. vlti. Arb. furt. cæſar. l. huic ſcripturæ. ad leg. Aqui. l. is qui. §. ſi poſtea. quod vi aut clam. l. eleganter. in prin. infrà de pig. act.*

tam eſſe.nam eam actionẽ quã quis ſemel habere cœperit,nec morte & amiſsione rei,nec alienatione aut euictione perdit [1]. Et hæc teperãt ea quæ dicta ſunt in l. quod te. ſuprà ſi cer,pet,

1 d.l.euicta.§.ſi ſeruus.

SED NEC LEGATARIVS. L. XI.

ADVERTE ad temperationem gloſ. Nam legatario non competit condictio,per hunc textum : ſed furti actio datur [2]:idque ex noua contrectatione, hæredi autem ex veteri: ex opinione Hugo.quam tenet Bartolus hîc.

2 l.ſi dominium.de furt.l. ſi quis cùm.§.j. de furt.

ET IDEO. L. XII.

MANIFESTE conſtat ex textu hoc prouocantem ad diuiſionem, videri quodammodo in alium transferre dominium:licet res de qua quæritur,ſit furto ablata,& nòn præſens.Ex quo mirabiliter efficitur [3], in iudiciis diuiſoriis dominium ſine poſſeſsione transferri:vt enim in contractu ſocietatis pro confeſſo eſt,ſine poſſeſsione dominium tranſire [4]: ita & in diſtrahenda ſocietate.nam eiuſdem naturæ eſt diſtractus cum contractu [5].Alios caſus, quibus ſine traditione dominium procedit,habes per glo.in l.iij.§. j. de acquir. poſſ. & attigimus in l.ſi ager.ſuprà de rei vind.

In iudicijs diuiſorijs transfertur poſſeſſio ſine traditione.

3 ſecund.glo.& Bart.hîc.

4 l.j.& ij.infrà pro ſoc. not.in l. ſi ſocius.ſuprà ſi cert.pet.

5 glo.& doct.in l.de tutela.C.de reſt.in integr.

SI SERVVS. L. XIIII.

§. BOVE. An re perempta quæ ſuperſunt peti poſsint, annotamus in l.ſolum.§.j.ſuprà de rei vind.

QVI FVRTVM. L. XVI.

DE hac lege nõnulla in l.ſi vt certo.§.ij.infrà com.diximus.

QVONIAM. L. XVIII.

FALSVS creditor recipiendo nummos ſibi indebitos, furtum facit, vt hîc [6]:quod ita verum eſt ſi hoc procurauit : ſi autem illi nihil tale cogitanti pecunia eſt allata à debitore, nõ cõmittit furtum:ſed condictione indebiti tenebitur [7], ſecundum Bart. hîc.& huc pertinent quæ poſui in l.ſi procuratori. de cond.cau.dat.cauſ.non ſecut.

Falſus procurator an furti teneatur recipiẽdo ſolutionem.

6 & l.falſus. de furt.

7 tot.ti.de eõd.inde.ſuprà.

De condictione ex lege.

CVM lex ſtatuit ſuper aliqua re,nec exprimit actionis nomen,condictione ex illa lege agitur:quod tamen locum non haberet,ſi lex illa vel ſtatutũ diſponerent ſuper aliquo contractu:nam ex illo contractu actio eſſet [8]. Cùm autem lex aliquid prohibet,vel permittit, an oriatur actio,vide hîc Bart.& alios.Planè hæc lex habet locũ in conſtitutionibus Principum qui ſuperiorem nõ agnoſcunt, quorum leges pro iure ciuili æſtimantur [9]:at in cæteris Principibus non item:nam illorum ſtatuta iuri prætorio comparantur [10].At ex obligationibus iuris prætorij non condictio ex lege,ſed actio in factum recepta eſt [11].

Si lex ſuper contractu ſtatuit, actio ex contractu eſt.

An ex legibus principum cõdictio ex lege ſit.

8 l.ſi duo.§.ſi quis. ſuprà de iureiur.& ibi Bart.

9 Alex.in l.v. de verbo. oblig.infrà.

10 Panor.in c.vlt.de offic. leg.ext.

11 §.vl.de interd.Inſt.& ibi glo.& Iaſ.hîc.

De condictione triticaria.

IN HAC ACTIONE. L. III.

HOC reſponſum mendoſum erat in vetuſtis codicibus:itaq; ex Pandectis Florentinis reponendum eſt, *ſi verò deſierit eſſe in rebus humanis,mortis tempus, ſed ἐν πλάτει ſecundum Celſum erit ſpectandum,&c.*hoc eſt,latiorem

Litera reſtituta.

admit

admitti debere interpretationem:non enim extremũ tempus quo ſeruus periit inſpicitur, ſed priora tempora etiam ſpectari ſolent.& hoc dudum Alciatus admonuerat [1]. Quòd autem hîc quæritur cuius temporis æſtimatio inſpici debeat, cùm res quæ petita erat,non eſt data,ſuprà diximus [2].Et ex eo quod di ciitur,rem peremptam ex tempore mortis æſtimari, apparet non in vlterius tempus excurrere poteſtatem æſtimationis au gendæ,quàm in tempus quo res perempta eſt, quod & alibi apertè ſignificatur[3].ſed hoc in æſtimatione rei admittere melius eſt.In fructibus autem recipimus vt re perempta etiã debeantur vſq; ad tempus rei iudicãdæ [4],vel executionis factæ: non vltra [6].quod tamẽ in malæ-fidei poſſeſſore locũ habet, vel eo qui culpa,aut dolo poſsidere deſiit [7]. At in bonæ-fidei poſſeſſore,qui tãtùm à tẽpore litis conteſtatæ malæ-fidei poſſeſſor eſt factus [8], admittitur, vt non vlterius fructus cogatur inferre,quàm per rerũ naturã pẽdi poſſunt [9], & ſic vſq; ad interitum.cùm autem res non periit, vſq; ad ſententiam tantùm producitur,& confertur æſtimationis faciendæ poteſtas, vt hac lege manifeſtum eſt,& Bartolus probat [10].

Vſq; ad quod tẽpus excurrat æſtimandæ rei poteſtas.

1 c.xj. lib.ij. diſpunct. & in l.vna.§.explicitis.de eo quod intereſt.C.
2 l.vinum.ſi cer.pet.
3 d.l.vinum.ad fi.
4 l. Iulianus. §.j. de rei vind.
5 l. qui reſtituere. & l. fructus.de rei vind. ſuprà.
6 l.in fideicommiſſi. §.j. de vſur.
7 d.l.fructus.
8 l.certũ.de rei vind. C.
9 l.pe.ſuprà.de rei vind.
10 l.vinum.ſi cert.pet.

SI MERX ALIQVA. L.VLT.

QVAE ad l. pertinent, dicta ſunt in l. vinum. ſuprà.ſi cert.pet.

De eo quod certo dari oportet.

ALIO LOCO. L. I.

In cõtractibus non eſt remiſſioni locus.

EX hac lege ſatis impletur, quod de iure canonico pro iudicato eſt [11], in contractibus remiſſioni locum non eſſe.Nam hîc qui certo loco promiſit, ſi alibi conueniatur, quia ad locum ſolutioni dictum ſe non ſtitiſſet, nulla exceptione defenditur: nec poteſt petere vt ad locum ſolutioni poſitũ remittatur,per hũc textum. Sed hæc aliàs fuſius [12]. Et ferè conuenit inter omnes, quoties dictus eſt locus ſolutioni,toties debitorem non poſſe in loco celebrati contractus conueniri [13]:locus enim ſolutioni dictus pro loco contractus habetur [14],non quo-ad ſolutionem tantùm,ſed quo-ad damna & expenſas [15]: quæ locum habebunt niſi ad locum præfinitum non accedat: tunc enim in quolibet loco conueniri poteſt,modò ſit idoneus, putà in loco domicilij & contractus [16].Et hæc opinio eſt crebrior & vera, licet aliud Bartolo viſum ſit.

Locus ſolutiõi dictus magis quàm locus cõtractus inſpicitur.

11 c.Romana.§ contrahẽtes.de for.comp.lib.vj.
12 in l.hæres abſens. §.j. cum glo.de iud.
13 glo.& doct.in l.j.C.eo. Bar.& Ang.in l.quæro,per illum tex. de ſolu.
14 l.contraxiſſe. de act.et oblig.
15 c.dilecti. & ibi Panor. de for.comp.
16 l.hæres.§.vlt.de iud.

ARBITRARIA. L. II.

Quæ actiones fiãt arbitrariæ.

FIVNT actiones ſtricti iuris arbitrariæ ex loco [17]:cùm in illis non ſatis officium iudicis abundet ad condemnationes faciendas [18].Nec vtimur ſententia Accurſij,qui hîc exiſtimat in arbitrariis non haberi rationem eius quod intereſt ratione perſonæ,ſiue iuris perſonalis:hoc enim tralatitiũ eſt, & nulla lege cauetur [19]. Et ex eo quod habetur hîc in §. *Si quis Epheſi.* locum debere exprimi in libello, quando eius omiſsio damnum eſſet allatura actori, creditum eſt Bartolo, Bald. Angel.hîc, quòd licet libello accuſatoris dies commiſsi criminis non ſit comprehendẽdus [20]:ſi tamen illius omiſsio tolle-

Dies quando libello ponendus.

17 l.in bonæ.infra eo.
18 l. quia tantundem. de neg.geſt.
19 ſecund.doct. hic.fac. l. cum ſeruus.mand. l.ſi in emptione. de minor.
20 l.ſi libellorum.de accuſ. infrà.

rei & arctaret facultatẽ defenſionis ipſi reo, inſeri debebit: vt cùm reus probare paratus eſt ſe eo die abfuiſſe à ciuitate. Item licet in narratione facti debeat inſeri vterq; locus, cõtractus vel ſolutionis, vt hîc, non tamẽ in concluſione vel executione [1].

Alternatiua multiplex.

§. SCAEVOLA. Multæ ſunt ſpecies alternatiuarũ, de quibus vide hîc Iaſonẽ: de duabus autẽ loquitur textus hîc. Nã in alternatiua rerũ expeditũ debitoris eſſe electionẽ [2]: ſi tamẽ vna res perierit, alia remanet in obligatione, vel ſaltẽ peremptę æſtimatio [3]. In alternatiua autẽ locorũ, creditori optio datur, per hunc textum. Ex quo inferunt nonnulli [4], actoris eſſe electionem apud quem iudicem litem intendat, ſi in ciuitate tria ſunt tribunalia, in quibus reus diſtringi poſsit: quod tamen cõtra eos qui in ſtudiis literarũ verſantur, verum non eſt [5]. Planè & actor hãc electionem perdit ſi reus anteuertat, & prior ad iudicem intret, petens creditorem vocari, & illi diem dici ad agendum [6]. Adhæc bellè adiungitur placitum CVRIAE Pariſienſis, quo continetur eum qui poteſt conueniri perſonali, item hypothecaria: ratione loci in quo hypotheca ſita eſt, nõ cogi inuitum ſuſcipere iudicium, ſed debere in loco vbi habet domicilium conueniri.

Actor eligit ſub quo iudice actionẽ dictet.

§. SI QVIS. Hunc textum omnes [7] intelligunt, vt locum habeat, cùm certa loca nominatim ſunt adiecta, & nuncupata ſolutioni: ſin autem generatim verba eſſent concepta, vt, *Bononiæ, Lugduni, & vbicunque fuerit inuentus debitor*, cũ æquitate dicitur, vt eo loco quo fuerit conuẽtus, inſolidũ ſoluat [8]: quod ſine ratione non eſt, licet Fulgoſius aliud. Quod autem ſtatim ſequitur [9], ſtipulationem inſulę omiſſo loco nõ valere [10]: intelligit Bartolus & alij cùm promittitur opus loco adiacens: cõtra eſt ſi ius perſonale promitteretur, vt ſunt operę: licet forſan in loco & circa ſolum explicandæ eſſent [11]. Quod autẽ ad §. *Qui ita ſtipulatur*. pertinet, notũ eſt ſtipulationẽ & contractũ ſtricti iuris inutilem fieri per anguſtias temporis, vt hîc: quod in bonæ-fidei contractibus [12], & teſtamentis [13] quę & bonę-fidei contractibus comparantur [14], non vtiq; dicendũ eſt. Planè non ſemper inutilis fieret ſtipulatio hoc modo, ſed valeret ſi aliqua ratione illæ tẽporis anguſtiæ ad facultatẽ deduci poſſent, vt in caſu l. vlt. §. ſi inter eos. de verb. oblig. Ex his apparet impoſsibilitatem in bonæ-fidei contractibus non officere, ſi circa acceſsionem verſetur, vt circa tempus: at ſi in principali, inutilem contractum efficit [15].

Omiſsio loci an officiat.

Anguſtię temporis an obſint contractui.

Solutũ adiecto in alio loco.

§. IDEM IVLIANVS. Quemadmodum aliud pro alio ſolutum creditori, ipſo iure debitorem liberat [16], & tamen adiecto ſolutũ eo modo nõ liberat, niſi per exceptionẽ [17]: ſic ſolutũ creditori à debitore in alio loco quã eo qui ſolutioni dictus eſt, liberat. potuit enim ſibi in eo officere, & remittere id quod intereſt, nõ modo ratione loci [18], ſed rei deterioris factę [19]: quod in adiecto nõ admittitur: qui ſi alibi ſolutionẽ receperit, poterit nihilominus creditor principalis actionẽ intẽdere ſoluẽti, nomine eius quod intereſt ſolũ, vt hîc ad fi. idq; ex ſententia Fulgoſij, actione in factũ ex quadã æquitate [20]. neq; enim mero iure ſoluta ſorte, id quod intereſt ſolũ peti poteſt, cùm officio iudicis debeatur [21]. Nec placere poteſt cõmunis opinio, quia textui aduerſatur. Quod autẽ hîc ad fi. legis [22] quęritur, an lucri, aut eius quod extra rem intereſt reputatio recipia

1 *per §. ſeq. infra eo. & ibi glo. & Bar. & alios.*
2 *l. plerunque. in fi. infrà. de iur. dot.*
3 *l. cùm res. §. ſed ſi Stichus. de leg. 1.*
4 *Paul. de caſt. & Alb. hic. glo. eſt in l. ij. ad fi. vbi in rem act.*
5 *Auth. habita. & ibi gl. Ne fil. pro patr.*
6 *Alber. & Iaſ. hic. tex. in l. diffamari. de ing. manum. glo. in l. vna. vt nemo agere & accuſ.*
7 *Bar. Bal. Ang. Paul. de caſt. Iaſ. hic.*
8 *l. Lucius Titius Sempronio. ibi. vbi voles. depoſi. infrà.*
9 *ver. ſi quis inſulam.*
10 *per hunc tex. & l. qui inſulam. & l. ita ſtipulatus. de verb. oblig.*
11 *tot. tit. de op. lib.*
12 *l. inſulam. §. 1. locat. infrà.*
13 *l. ſi mihi & tibi. §. 1. de leg. 1. infrà.*
14 *l. in minorum. & ibi gl. & Bar. in quib. cauſ. in integr. reſt.*
15 *l. non ſolum. de actio. et oblig. Bar. in l. j. de cond. inſt. infra.*
16 *Inſt. quib. mo. toll. oblig. in prin.*
17 *l. vlt. §. vlt. de verb. oblig.*
18 *vt hoc tex.*
19 *l. centum. & l. vlt. infra eo. l. ij. in prin. ſi quis caut. glo. in l. qui ſibi. §. 1. de ſolut.*
20 *l. quoties. de præſc. verb.*
21 *l. iiij. Dep. C. l. qui per colluſionẽ. §. j. infrà. de act. emp. & ibi noto.*
22 *§. nunc. de officio.*

cipiatur, dictum eſt in l. nummis. ſuprà. de in ius voc. Quibus adde quod in lucri taxatione perpetuum eſt, vt nunquam eius lucri ratio ineatur, quod cum alterius iniuria fit [1].

In bonae fidei. L. vii.

Bonæ-fidei actiones arbitrariæ nō fiunt.

NATVRA actionum bonæ-fidei ſatis prolixa eſt: ideo eæ non fiunt arbitrariæ, vt hîc: at in actionibus ſtricti iuris non idem dicitur. Qua ex differētia poteſt & aliquis fructus capi. [2] quia enim in ſtricti iuris actionibus id quod intereſt ex prima natura actionum non venit, ideo fideiuſſor ſimpliciter acceptus nō obligatur ad illud [3]: quod in bonæ-fidei actionibus nō eſt dicendum [4]: illa enim qualitas actionibus bonæ-fidei ineſt.

Centvm capvae. L. viii.

Ex mora, aut fideiuſſoris facto, obligatio eiuſdē fideiuſſoris creſcit.

HOC reſponſum vt vtilitatis: ita difficultatis habet plurimū: ſic verò rem totam potes explicare. Mæuius ſtipulatus eſt ſibi Capuæ dari, accepto in eam rem fideiuſſore, ſi fideiuſſor conueniatur alibi, efficitur arbitraria actio primùm ex fideiuſſoris perſona, nempe quanti eius poteſt intereſſe, Capuæ conueniri potius quam alibi: nō enim alio loco quàm de quo conuentum eſt, conueniendi poteſtas eſt [5]. Fit & arbitraria actio ex actoris ſiue creditoris perſona: nempe cùm fideiuſſor aut promiſſor Capuam non venirent, adeo vt neceſſe fuerit ſtipulanti alibi agere ex poteſtate legis [6]. In qua inſpectione eo vſque deueniendum erit, vt fideiuſſor ob moram ſuam ſtipulatori teneatur in id quod illius intereſſe poteſt propter locum, vt in prin. huius legis. nam vſitatum eſt propter morā fideiuſſoris, obligationem fideiuſſoris augeri: quod tamen hactenus verū eſſe didici, ſi & ipſe reus in mora eſt [7], idq; ne in plus fideiuſſor quàm reus teneri videatur [8].

Ex mora rei an fideiuſſoris obligatio creſcat.

Secundo autem loco in lege hac quæritur, ſi reus ſit in mora, an eo nomine fideiuſſoris creſcat obligatio: & hoc implicitam iuris quæſtionē habet. Nam in arbitrariis & actionibus ſtricti iuris, ex quarum natura non eſt receptū, vt acceſſoria cōtineantur, cùm nihil in eis ex interpretatione veniat, ſed id ſolum quod expreſsè dictum eſt [9], magis eſt vt non creſcat obligatio fideiuſſoris, niſi ſtipulator expreſsè illa fuerit cōplexus: vt de vſuris in hac lege accidit [10]: ad quas, quia ſunt expreſſæ, & vi obligationis veniunt, tenebitur fideiuſſor propter morā debitoris [11]. At in actionibus bonæ-fidei, in quibus natura cōtinentur acceſsiones omnes [12], fideiuſſor tenebitur ad ea incremēta, quæ mora debitoris attulit [13]: & hoc ex ſolutione Ioannis, quæ cōmunis eſt rectius dicitur: in quā à Bart. Iaſ. & omnibus ferè decurſum eſt. Sed hanc ſententiam ita exaudimus, vt non habeat locū, quoties certa ſumma fideiuſſoris obligatione comprehenſa eſt: nam ad eam tantùm fideiuſſor tenetur [14]. idem eſt ſi ſe obligaſſet fideiuſſor non ſimpliciter, putà *fideiubeo pro Titio*, ſed ad præſentia tantùm, vt *ad ea quæ Titius debet*: hîc enim vix eſt, vt ad futuras vſuras, cęteraſq; acceſsiones cōueniri poſsit [15]. Reliqua videre potes ex iis quæ dicta ſunt in l. iij. §. ſi is pro quo. Si quis caut. Et hæc ex omnium ſententia, & rectè opinor dicuntur, quanquam Coraſius [16] aliter rem explicandam putet, vt ex hoc reſpōſo effici generaliter velit, fideiuſſorem ſimpliciter acceptū nō obligari iis quæ ex mora debitoris creuerūt: at ſi in omnē cauſam ſit acceptus teneri [17].

1 *l. ſi is cui. §. vlt. de furt.*
2 *vt Paul. de Caſt. & Iaſ. hic.*
3 *l. certum. infra eo. & ibi ſcribimus.*
4 *l. quæro. infrà. loc.*
5 *l. j. ſupra eo. tit. & l. ij.*
6 *d. l. j. ſupra eo.*
7 *l. teſtamento. §. vlt. de fideiuſſ. infrà.*
8 *l. græcè. §. illud. & l. qui acceſſionis. de fideiuſſ.*
9 *l. quicquid. infrà. de verb. oblig. l. quia tantundem. de neg. geſt.*
10 *ibi, neque enim.*
11 *fac. l. j. de ind. C. not. in l. iij. §. ſi is pro quo. quod quiſq; iur.*
12 *l. quia tantundem. ſuprà. de neg. geſt.*
13 *l. quæro. infra. loca l. ſi poſtea. vbi eſt caſus. infrà. Rem pup. ſal. fore. l. Latinus. de ædil. edic.*
14 *l. fideiuſſores. §. j. de fideiuſſ. infrà.*
15 *l. ſi à colono, & l. ſi ſtipulatus fuerim. de verbo. oblig. l. ſi ita ſcripſiſſet. de leg. ij.*
16 *lib. ij. Miſcell. cap. xij.*
17 *l. quæro. loc.*

Is QVI CERTO. L. IX.

CREDITOR inuitus alibi non cogitur ſolutionem recipere, per hunc textum, niſi ſibi à debitore, id quod intereſt loci nomine, offerretur [1]: vel niſi locus eſſet adiectus gratia debitoris [2]. Non abſimile, dicitur in reo qui non tenetur alibi ſoluere, quã in loco qui ſolutioni poſitus eſt [3]: niſi ex iuſta cauſa, vt cùm forſan per deportationem, vel aliud impedimētum creditor ad locum ſolutionis nō poſſet accedere [4]. An autem recipiendæ pecuniæ cauſa, creditor debeat ire ad domum debitoris, habes in l. item illa. infrà de conſt. pecu.

Creditor non cogitur alio loco recipere, nec debitor alibi ſoluere.

1 l. qui Romæ. in prin. & ibi glo. de verb. oblig. l. pecuniam. de compenſ.
2 ſ. iij. §. cùm Pollidius. de vſur. l. ſi ita relictum. §. Pegaſus. infrà. de leg. ij. & l. cum. de annu. leg. Bald. in l. acceptam. de vſur. & Iaſ. hic.
3 l. vſuras. cum glo. de ſolut. C.
4 l. vſuras. cum glo. de ſolut. C. & Bal.

SI POST MORAM. L. VLT.

MIRETVR quiſpiam quo pacto hæc lex tam confuſa & perturbata exciderit Paulo, adeo vt nec caput, nec pedes: ex quo eſt perfectum vt alij affirmatiuam, alij negatiuam regulam ex hac eadem lege effecerint: ſummeq; addubitetur qua in parte legis, vel affirmatiua, vel negatiua conſidat. Ferè autem conſtitit rem ita temperandam eſſe, vt qui certo loco dare debebat, ſi cùm iam eſſet in mora, dederit fideiuſſorem, nō ideo fideiuſſor teneatur de eo quod accedit ratione loci, ob debitoris moram etiam præcedentem; quod in contractibus ſtricti iuris dictum puta, quibus tales acceſsiones non ſolent contineri ex actionis natura: quod exiſtimo ex hoc tex. ſatis impleri [5]. At in bonæfidei iudiciis quorum naturæ iſtæ acceſſiones magis accommodatæ ſunt, ex eáque veniunt, fideiuſſor datus à debitore, qui in mora eſt, in omnem cauſam datus cenſetur: cui ſententiæ maximè conſequens eſt, vt ad ea incremēta quæ ex mora debitoris deſcendunt obligetur: ſicut in actione tutelæ vſuuenit (quæ bonæfidei actionibus comparatur) in qua tutor conuentus pro contutore, tenetur ad vſuras & incrementa, quæ alium tutorem ſpectabant [6]. Hinc eſt quòd etiam fideiuſſor vtiliter conueniri dicitur, ad ea quæ veniunt ex natura actionis ſtricti iuris: vt in mutuo accidit, cuius natura eſt vt per conſumptionem conualeſcat, ſi antea nō ſubſiſtebat [7]: ideo fideiuſſor antea inutiliter captus, poſt conſumptionē cum effectu tenebitur [8], ſecundum Iaſonem [9], qui ita ſoluit. Et hæc dicuntur ab omnibus per hanc legē, cùm quæritur de eo quod intereſt ob locū: nam ſi interſit propter periculū rei, expeditū eſt, in illud fideiuſſorē obligari [10]. Sed de his vide quod paulò ſuperius relatū eſt [11]. Aliud præterea hoc reſponſo continetur [12], nempe debitorē ſoluentē non cenſeri partē pro debito inferre, partē pro eo quod intereſt: cui poſteà ſubdit, vel eò magis, quòd creditor recipiens ſortē, pœnam videtur remiſiſſe: quod verū eſt, niſi annuēte debitore teſtatione ius ſibi ſuū ſeruauerit, & prædixerit ſe nolle per receptionē ſortis id quod intereſt remittere [13]. Idē niſi in pœna legali, quæ etiam ſoluto principali poteſt peti [14]: vnius enim deciſione, aliud nō tollitur [15], idē eſt & in vſuris, & omnibus iis quæ expreſsè cōuenta ſunt, ſoluta enim ſorte & illa peti poſſunt, cùm ex ſe ſubſiſtant [16]. Sed & prædicta vera ſunt in receptione: neque enim ſola petitione ſortis extingueretur petitio pœnæ, & id quod intereſt [17]. Planè & hæc locum habent in eo qui ſcienter receperit rem, is enim videtur remittere id quod intereſt, vel damnum in ea datum: contrà ſi ignoranter: nam tam in contractibus bonæfidei, quàm ſtricti iuris ſeruabit ius ſuum [18].

Litera explicata.

Fideiuſſor datus an in omnē cauſam teneatur.

Debitor ſoluēs non cenſetur partem ſortis, partē acceſsionum ſoluere.

Recipiens rem dãno affectam ignorans, non remittit id quod intereſt.

5 ibi, videamus. & l. centum. ibi, neque enim. ſupra eo. vt & ibi dicitur.
6 l. tutor qui repertoriū. §. pe. de adm. tut.
7 l. ſi filiusfa. ſupra. ſi cer. pet.
8 l. ſi quis pro eo. §. ſi nūmos. de fideiuſſ.
9 hic. in iiij. col.
10 l. mora. de verb. oblig. & Bar. hic fuſius. iij. col.
11 l. centum. eo. l. iij. §. ſi is qui. quodquiſq; iur. in al.
12 ibi, niſi quis dicat.
13 l. ſi debitor. §. j. infrà. quib. mod. pig. ſol. Iaſ. hic pe. col.
14 l. pe. C. vi bon. rapt.
15 l. ſi pro fure. ſuprà. de cond. furt.
16 l. j. de ſolu. C. l. j. de iud. C. l. centum. ſupra eo.
17 d. l. j. C. de iud. & ibi glo.
18 per ea quæ pono. in l. iij. §. j. infra. Comm. & gl. in l. qui ſibi. §. j. infra. de ſolut.

De pe

De pecunia conſtituta.

HOC EDICTO. L. I

Conſtituẽt habet beneficiũ fideiuſſorum.

CONSTITVTVM De quo hoc titulo, inter nominatos cõtractus numeratur[1]. Et ſecundum Bald.[2] nulla obligatio conſtituto magis neceſſaria eſt. Plus dicitur cõſtituentẽ habere beneficium fideiuſſoribus datum ex auth. Præſente [3]. Et ex eo quod dicitur, etiã naturale debitũ in conſtitutũ deduci, & ſic obligatoriũ effici, inferũt ex duplici nudo pacto actionẽ de iure ciuili naſci [4]. quod & diximus in l. iuriſgentiũ. de pact. Et quod pertinet ad §. *Eum qui*, An quod non valet vt ago, valeat vt poteſt, ſuprà retulimus [5].

1 *Bar. in l. iuriſg. §. igitur. de pact.*
2 *in rub. de fideiuſ. C. & ibi glo.*
3 *Auth. de fideiu. in prin. & Bald. in d. rub. de fideiu. C. gl. vlt. in Auth. præſente. de fideiuſſ.*
4 *infrà ea. l. §. vlt.*
6 *in l. ſi tã anguſti. de ſer.*

QVOD SI MARITVS. L. III.

Ciuili obligationi nõ poteſt conſtitutor accedere, ſed fideiuſſor poteſt.

VIDE Quod noto in l. quod nomine. de cõd. indeb. quæ huic legi aduerſatur, & quod ad §. *Si quis autẽ*, pertinet, obtentum eſt ciuili obligationi tantùm cõſtitutorẽ non accedere, vt hîc: nam in conſtituto nudum pactũ verſatur [6]. at cùm fideiuſſor debeat accipi per ſtipulationẽ [7], nõ præter rem dicitur ciuili obligationi fideiuſſorem dari poſſe [8]: idque ex ſententia Baldi, quem tamen vide fuſius [9].

5 *vt ſup. in l. j.*
7 *l. græcè. de fideiuſſ. l. blãdiens. C. illo tit.*
8 *l. pe. de non num. pec.*
9 *in d. l. pen.*

EVM QVI. L. V.

Legatus an quod in legatione cõſtituerit ſoluere teneatur.

§. IVLIANVS. Legatus quod ante debebat, ſi cõſtituerit dum in loco legationis eſſet, ſe ſoluturũ, non tamẽ ideo in loco legationis cogitur ſe defendere [10]: nam conſtitutũ eſt eius naturæ cuius actio principalis [11]: niſi ſpecialiter ſe in loco legationis ſoluturũ recipiat cùm ibidem eſſet, vt hîc in princi. Si autem ibi nõ eſſet, nihilominus ius reuocandi, domum habet [12]. quod cum legibus rationẽ cõiunctam habet: licet aliud & variè alij.

10 *l. ſi quis in legatione. de iud. & l. ij. § legatis. illo titul.*
11 *l. qui id quod. inf. de don.*
12 *vt hoc §. ibi, ſed & ſinẽ.*

Conſtitutum alteri non nocet, nec prodeſt.

§. ITEM SI MIHI. Sicut conſtituẽdo non poteſt quis alium debito ſubiicere [13], ita neq; in vtilitatẽ alterius verba conſtituti referre, vt hîc habes. Reliqua vide in l. pecuniam. ſuprà ſi cert. pet. Quod autẽ dixi non valere conſtitutũ ſi quis conſtituat alium ſoluturum, rationẽ habet [14]. ſed non eſt ita, ſi quis promitteret alium conſtituturũ vel fideiuſſurum: in ea enim promiſsione admittitur interpretatio, quòd promittens curabit, vt alter conſtituat aut fideiubeat [15].

13 *§. Iulianus. ſupr. ead. l.*
14 *per d. §. Iulianus.*
15 *l. qui autem. § j. & ibi. Bar. & Bal. in rub. eod. tit. C. vlt. col.*

HACTENVS. L. XI.

In conſtituto non obligatur conſtituens ſi debitum verè nõ ſubſiſtebat

IN Conſtituto iam ſubeſſe debitum neceſſe eſt, vt ſi ex falſa cauſa emanaſſet, omnino ſit inutile [16]. Nec enim per confeſsionẽ errore factam cõtractus inutilis confirmatur [17]: at ſi ex certa ſciẽtia, valeret vt donatio: cùm donatio nudo pacto hodie ꝓcedat [18]: ſed hoc iure minimè. vt hoc textu. nec enim quod nõ eſt debitũ, etiam ſcienter in conſtitutũ deduci poteſt. quod tamen debitum eſt, ſed iure exceptionis elidi poteſt, in cõſtiſtutum venit [19].

16 *Bal. in rub. C. eo. in ij. co.*
17 *l. vlt. infr. eod.*
18 *l. ſi quis argentũ. §. vlt. de don. C. & gl. hîc.*
19 *l. iij. §. vlt. ſuprà eod. & ibi glo.*

QVI AVTEM. L. XIIII.

Promiſsio incerta.

Promiſsio incerta, & nõ expreſſa ſumma, inutilis eſt [20]. nec mutat quod hîc valere dicitur conſtitutũ, etiam ſumma certa nõ expreſſa. Nam in tale conſtitutũ id venit quod debitũ eſt,

20 *l. triticum. infr. de verb. oblig. cum ſimil.*

K

& ſic id quod debitũ ex interuallo poterat apparere.[1] Quod autẽ pertinet ad §. *Si quis cõſtituerit*, ſuprà explicatũ eſt[2]. Et ex eo quod extrema lege dicitur[3], manifeſtũ eſt eas omnes leges quæ liberã perſonã alteri vetant acquirere[4], ceſſare quoties nuntio interuẽtore res geſta eſt: neq; enim illi nũtio omnino acquiritur, ſed rectà domino: quod in procuratore & geſtore non admittitur, per quos domino ſine ceſsione non quæritur[5]: debent enim in contrahẽdo ſibi ſtipulari, & cõtrahere, nõ dominis[6]: licet poſteà cedere dominis teneantur, vt dixi. ſin autẽ dominis ſtipularẽtur, nec dominis, nec ſibi quærũt[7]. nõ enim qđ procurator gerit vt nũtius, valet, nec à domino ratũ haberi poteſt[8]. Ex quibus effici credidit Bart. hîc nuntiũ nunquã poſſe generaliter dari, ſed tantùm ſpecialiter, cùm ſit inſtrumentum inter partes[9]: quod fieri non poſſet, ſi aliquid ex vi generalis mandati gereret.

Nuntius acquirit rectà domino: in procuratore & geſtore contrà.

SED ET SI ALIA. L. XVII.

Vulgatũ eſt quod dici ſolet, debitorẽ in mora conſtitui interpellatione extra iudiciũ facta[10]: tamẽ ſecundũ nonnullos hîc eſt caſus[11]: quo niſi lis in iudicio reo intendatur, non poſſit ipſe in mora conſtitui: nempe cũ creditor prius fuit in mora recipiendi. Planè & cùm quis officio iudicis tãtùm tenetur, interpellatione extra iudiciũ non cõſtituitur in mora, ſed iudicio opus eſt[12]. Sic quoties decreto iudicis in ſoluendo eſt opus, creditum eſt non aliter in mora debitorem conſtitui, quàm ſi per iudicem compelletur[13].

Interpellatio extra iudicium.

ITEM ILLA. L. XVIII.

Ex hoc textu habemus creditorẽ nõ excuſari à mora recipiendi, vel accedẽdi ad locũ, ex prętextu difficultatis. quod in debitore ſecus obtinuit[14]. De quo fuſius in l. vlt. §. idẽ iuris. infrà ad l. Rhod. de iact. Et ſcitum eſt ex hac gl. quæ paſsim ab omnibus citatur, quoties debitor & creditor ſunt diuerſi fori, toties debere creditorẽ accedere ad domũ debitoris: & hoc caſu dies nõ interpellat pro homine, per hunc textũ. & ſic nõ procedit regula ꝑdita in l. magnã. C. de cõtr. & cõm. ſtip. quę alibi à nobis explicata eſt[16]. Sic emphyteuta non cõſtitueretur in mora ex lapſu diei, nec teneretur ferre canonem ad domũ domini, ſi non eſt de foro domini[17]. Nec mutat quod de decimis Bal. opponit, quæ ad horreũ eccleſiæ portari debent ſine diſtinctione[18]: quia ferè accidit vt decimæ ſint in parrochia & foro eius cui debẽtur[19]: & ſic diuerſitas fori non ſubſiſtit. cùm autẽ debitor & creditor ſunt eiuſdẽ fori, rationẽ habet vt debitor eat ad domũ creditoris[20] indiſtinctè autem dicitur, eum qui iam cõmiſſam morã vult purgare, vel aliquid ſibi iuris acquirere, debere ſemper ad creditorẽ accedere[22]. Item quod dixi de diuerſitate fori, habet locũ quãdo debetur genus: ſin autem debetur ſpecies in qua cõportanda ſumptus eſſe poteſt, ſemper expẽſis creditoris res portari debet, & creditor ad debitorem tenetur accedere. Ideo qui emit vinũ, curare debet vt expenſis ſuis cõportetur[22]: id ita eſt, ſi emit vinũ in ſpecie vel genere ſubalterno: cõtrà erit ſi in genere ſummo, vt vinum ſimpliciter: hîc enim ſumptus ad venditorem pertinebunt, vt Bartolus hîc ad finem refert, & verum eſt.

Difficultas nõ excuſat creditorem.

An debitor teneatur debitum ferre ad ędes creditoris.

Emptor vini debet illud expenſis ſuis adferre.

1 vt l. hactenus. ſupra eo.
2 in l. eum qui. §. itẽ ſi mibi. eod.
3 ibi, conſtituere.
4 l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verb. oblig. & tot. tit. per quas perſon. nob. acqu. C.
5 l. poſſeßio. §. poſſeßio quoque. de acqu. poſſeſſ. infrà.
6 l. eum qui. §. Iulianus libro vndecimo. ſupra eod. l. cùm per eos. ſi quis alt. vel ſib. C.
7 l. multum. ad fi. & ibi glo. ſi quis alt. vel ſibi.
8 d. l. multum.
9 l. j. in fin. de contr. empt. glo. ibi & Bart. hîc.
10 glo. in l. vinum. in princ. ſuprà. ſi cert. pet. in l. qui Romæ. in princ. de verb. oblig.
11 l. in tex. ibi: vt vſque ad tempus iudicij. Soci. reg. excej. in Fall. fac. tex. in l. debitor. de vſur.
12 l. cùm poſtulaſſem. de dam. infect. infrà.
13 l. lex quæ. de adm. tuto. Ioan. And. in c. conſtitutus. de reſt. in integ.
14 l. quod te. & ibi Bar. ſuprà ſi cert. pet. l. ratio. §. cùm per venditorem. de actio. emp. infrà.
15 der Iaſ. in l. ſi ex legati. de verb. oblig.
16 l. pecuniæ. infrà de vſu.
17 Bar. hîc.
18 c. reuertimini. xvj. q. j.
19 c. cùm ſint homines. ext. de decim.
20 l. ij. de iur. emphy. C. & l. forma. §. ſi verò. de cẽſ.
21 l. vlt. de cond. inſert. C. & Bar. hîc. Pan. in c. ſignificante. vbi ſuſt. de pign.
22 gl. & Bar. in l. ſi hæres. de vino & ol. leg.

§. Qv

§. QVOD ADIICITVR. Huic §. obſtat textus in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ſuprà. ſi quis caut. vbi vide quod adſcripſimus. Planè conſtitutum prorogat tẽpus primæ actionis, quæ erat temporalis per cautionem legis, vt hîc: ſi autem eſſet temporalis ex conuentione partium, non prorogat, nec enim conditionalis actio per conſtitutũ purum, pura efficitur [1]. Quòd autem ad §. *vetus.* pertinet, rationẽ habet quod dicitur, actiones quæ procedunt ex diuerſis cauſis, minimè tamen contrariis, electione nõ tolli, per hunc textũ, ſed exactione tãtùm [2]: ſin autem ex eadem cauſa vel pluribus contrariis proficiſcuntur, electione tolluntur [3]. Item per conſtitutum non cenſetur nouari prima actio, vt hîc, etiãſi noua perſona interueniret [4]: ideóque ſi debitum purum ſub conditione conſtituatur, pendente conditione poterit agi prima actione, ſecundum Bart. inf. l. proxima: in ſtipulatione autem ſecus [5]. tamen hodie perpetuũ eſt, nunquam nouationem intelligi niſi exprimatur [6].

Conſtitutum an proroget obligationem.

Actiones an tollantur electione.

ID QVOD . L. XVIIII.

Citamus in l. proxima, in §. quod adiicitur. ſupra eod. titu.

PROMISSOR I. L. XXI.

IN Obligationibus, aut contractibus initis ſine die, talis interpretatio recepta eſt, vt præſenti die debere debitor iudicetur [7]: quod tamen ſic temperamus, vt non veniat cum ſacco paratus creditor, ſed aliquod temporis laxamentum detur debitori [8]. ex quo euenit vt in obligationibus quæ conditionem habent, ipſo euentu conditionis non conſtituatur in mora debitor: neq; enim conſentaneũ æquitati eſt, vt quo die obligationem iniuit aliquis, eodem momento ſit in mora [9], cùm ante conditionem non ſit nata obligatio [10]. Specialiter autem in conſtituta pecunia dantur decẽ dies conſtituenti, per hanc legem: quod eo caſu tantùm recipitur, quia conſtituens nudo pacto tenetur, ideo nõ debet ei decem dierum ſpacium inuideri, vt Bartolus, & alij hîc docẽt. Quod autem ad finem legis dicitur, eum conſtituto non facere ſatis, qui pro ſolutione fideiuſſorem offert, alibi attigimus [11].

In obligationibus ſine die, præſenti die debetur.

In conditionalibus quid.

SI POST CONSTITVTAM. L. XXII

HABES In l. ſi tibi decẽ. §. pen. ſuprà de pact. an ſcilicet pactum vel conſtitutum poſsidentis hæreditatem, procedat ei ad quem poſtea hæreditas deuenit.

TITIVS. L. XXIIII.

HAEC Lex ſatis probat literas mercatorũ inducere obligationẽ: ſed hoc ita exaudimus ſi duo adſint, nempe ſi diſpoſitiuè loquantur, vt hîc: ſi enim enunciatiuè, tantùm probant, non autẽ obligant [12]: item ſi materia patitur [13]: hoc eſt, vt ſit res quæ per epiſtolam poſsit geri. neque enim per epiſtolam veniet vſurarũ obligatio, quæ niſi ſtipulatione nõ debẽtur [14]. Quoties autẽ illæ epiſtolæ diſpoſitiuè erunt conceptæ, toties non poterunt reuocari [15]: quod in literis mãdati non vtiq; dicendum eſt [16]. Planè libris mercatorũ in quibus rationes continentur, creditur contra eos: quodãmodo enim publicum officium gerunt [17]. vide fuſius Bar. in l. nuda. de dona. & de literis fidei, ſiue (vt ipſi dicunt) credentiæ, vide eundem in l. Lucius. de fideiuſſo.

Literis mercatorum an fides adhibeatur.

Libris mercatorum an credatur.

1 l. id quod. infra eo.

2 fac. lex perceptione. de his qui deiece. vel effud.

3 l. quod in hærede. §. elegere. vbi ſusè noto, de tribut. infrà. l. 1. de furt. C. vide text. & glo. in c. vt quis duas. de elec. li. vj.

4 l. vbi. infra eo. vbi Bart.

5 l. pe. de prato. ſtip. infrà.

6 l. vlt. de nouat. C.

7 l. eum qui calendis. §. j. infrà de verb. oblig.

8 l. quod dicimus. infrà de ſolut.

9 per Bart. in l. quoties. §. j. infrà de verb. oblig.

10 l. ſub conditione. ſuprà de cond. ind. per Bar. in rub. de reb. cred. ſuprà.

11 l. itẽ liberatur. §. j. quib. mod. pig. vel hyp. ſol.

12 l. publia. §. vlt. depoſ. infrà.

13 ſecund. Bald. in rubr. C. eo. ij. col. per hunc text.

14 l. quamuis. de vſur. C. l. Titius. infrà de præſcr. ver.

15 l. vtrum. infrà eo. & per Bal. in d. rub.

16 l. pe. & vlt. de ſol. infrà.

17 l. quædam §. nummularios de edẽ. notatur. in l. nuda. de donat. & in l. publia. §. vlt. depoſ.

VTRVM. L. XXVII.

PERTINET Ad ea quæ ponuntur in l. Papinianus. de publici.in rem act.

Commodati vel contrà.

AIT PRAETOR. L. I.

QVOTIES Datur actio commodati, quoties gratuitum eſt commodatum: nam ſi non eſſet gratuitum, præſcriptis verbis actio eſt [1], niſi ad incertum vſum, commodatum factum eſſet: nam tunc præſcriptis actio daretur [2], non ita eſt ſi certus eſſet vſus: ita Bartolus intelligit hunc textum.

Quando actio commodati datur.

1 *l. ſi rem tibi. §. j. de præſc. verb. infrà. Bal. in l. pen. C. eod.*

2 *l. ſi gratuitam. de præſc. verb. infrà.*

§. IMPVBERES Ex hac lege notant, quòd quoties contractus principio deficit ex aliquo defectu perſonæ contrahentis, non tamen conualeſcit, ſi perſona idonea efficiatur [3]. Item regula eſt, quòd quibus caſibus maior obligatur ciuiliter & naturaliter, iis pupillus ſine authoritate tutoris contrahens, ſi doli capax eſt, aut proximus pubertati naturaliter tenetur [4]. Planè ſi dolo fecit pupillus [5], aut locupletior eſt factus [6], ciuiliter & naturaliter tenetur. Culpæ verò pupillus obligatur, ſed naturaliter tantùm [7]. In hoc autem plus maiore habet minor, vt etiam in illicitis dolus, vel culpa in eo non præſumatur [8]. quod beneficium maioribus non vtique competit [9]. Item hæc in obligationibus quæ ex contractu deſcendunt, obtinẽt: nam actionibus realibus tenebitur pupillus ac ſi eſſet maior, cùm conueniatur tanquam poſſeſſor [10]. quod autem aliquibus reſponſis obiici poteſt, pupillum nec natura obligari, alibi diſſolutum eſt [11]. At ſi quæratur an dolus tutoris pupillum teneat, habes in l. iij. §. ſi ſeruus. de tribut.

Pupillus quãdo ciuiliter aut naturaliter teneatur.

3 *l. ſi minor. de leg. j. vide Decium ſuſius in l. quæ ab initio. de reg. iur. tex. in c. ſi eo tempore. de reſcrip. lib. vj.*

4 *l. j. de nouat. infrà.*

5 *l. j. §. an in pupillũ. infrà depoſ.*

6 *infrà eo. l. iij. in princ.*

7 *glo. & Bar. in l. vj. infrà de fideiuſſ.*

8 *gl. in l. vbi. in princip. de edend. infrà.*

9 *l. j. de ſicar. C.*

10 *Pau. de Caſt. in l. j. §. an in pupillum. depoſ.*

11 *l. quod pupillus. de cond. indeb. ſuprà.*

SED MIHI. L. III.

QVI Soluit rem damno affectam ex contractu bonæ fidei, adhuc actione prima tenetur, vt hîc [12]: ſi ex contractu ſtricti iuris, actio de dolo, vel in factum illi applicatur, qui recepit rem damno affectam ignoranter [13]: ſi enim ſcienter, videtur de damno decidere, & illud ſoluenti remittere [14]. Sed & ſi recepiſſet rem in qua deficeret aliquod ius dominij, obtinuit, etiam in ſtricti iuris iudiciis agi adhuc actione prima poſſe [15]. Quod autem pertinet ad §. *In hac actione*, dictum eſt in l. vinum. ſuprà ſi cert. pet. Quod autem pergit dicere, hæredem qui inſolidum rem habet, etiam ſolum conueniri poſſe dixi in l. ſi poſſeſſor. de rei vind.

Recipiens rem dãno affectam an remittat id quod intereſt.

12 *& l. j. §. ſi res. infrà depoſ.*

13 *l. & eleganter. §. non ſolum. ſuprà de dolo. & l. exhibitionis. C. ad exhi.*

14 *l. vltim. de eo quod cert. loc. gl. in l. qui ſibi. infrà de ſolut. §. j. tex. in l. tutor. §. ſed ſi. infrà. de pig. act. vide Paul. de Caſt. in l. in hac. de tritic.*

15 *per tex. in l. Iulianus. §. j de verb. obli. Paul. de Ca. in l. j. §. ſi res. depoſ.*

§. SI FILIOFAMILIAS. In iis quæ patri nõ acquiruntur, filiofamilias iudiciũ dictari poteſt, & in lite conſiſtet ſine conſenſu patris, vt hoc text. Nec obſtat quod aliàs filio præſtituitur neceſſitas habendi cõſenſus paterni in iudicialibus [16]. quia illud toties verum eſt, quoties agitur contra filiũ de re, in qua pater vſumfructum habet, vel habere poſſet ex lege, licet repudiet, vt Bartolus hîc ſcribit.

Conſenſus patris filio agenti quando neceſſarius.

16 *l. cùm non ſolum. §. neceſſitate. de bo. quæ li. C.*

SEPE ETIAM. L. IIII.

ITA In pandectis Florentinis legitur, *Sæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ vt dicis, gratia numeratio intercedat*: non autem

Dicis cauſa aliquid facere.

tem *dantis gratia*, vt credidit Alciatus [1]. Eſt autem dicis gratia aliquid facere, cùm nō ſerio, ſed perfunctoriè aliquid cōtrahitur: vt & ex alio Vlpia. loco apparere poteſt, de ſeruo qui perfunctoriè, negligenter & dicis gratia opem domino tuliſſet [2]. quod ex Anto. Auguſtino, Coraſio, & Duareno didicimus [3].

SI VT CERTO. L V.

Commodās an poſſit repetere rē elapſo termino, licet non finito vſu

APPOSITE quæritur, ſi quiſpiam ad certum vſum & præfinitum tempus rem commodaſſet, an finito tempore, necdum tamen impleto vſu, rem poſsit à commodatario recipere, & obtinuit commodantem repetere commodatum poſſe, ſi iuſtum tēpus quo vſus rei potuit impleri, ſit tranſactū [4]: certat enim de damno vitando commodans, at commodatarius de lucro ſolicitus eſt [5]. Pertinet ad ea quæ ponuntur in l. j §. ſi ſic. infrà depoſi.

Culpa in quos contractus veniat.

§. NVNC VIDENDVM. Ex hoc §. aliquot regulæ coaleſcunt. Vna eſt & iure expedita, vt in contractibus qui dantis gratia tantùm fiunt, teneatur accipiens ſolùm de dolo, & lata culpa quæ dolo comparatur [6]. At ſi contractus ſolum fieret gratia accipientis, dolus & omnis culpa accipienti nocet, vt hîc.

Caſus fortuitus.

Vtroque autem caſu fortuitus caſus non veniret, ne vltimo quidem: niſi quæ culpa accipienti poſſet imputari [7], vt & ſuprà expoſuimus [8]: vel niſi accipiens de æſtimatione redden da ſpeciatim conueniſſet. nam eo caſu æſtimatio emptioni ſimilis eſt, per hunc textum [9]. Quod niſi conueniſſet, non continuò dicendum eſt æſtimationem ſimilem eſſe emptioni, & periculum transferre in iis contractibus ex quorum natura non venit dominij translatio: neque enim tunc æſtimatio magis recipientem obligat periculo, quàm natura contractus poſtulet [10].

Aeſtimatio quando periculo obliget.

At verè dicitur, æſtimationem facere vt periculum accipientem reſpiciat, cùm fit in contractibus ex quorum natura dominium transferri ſolet [11]: idque ex ſententia Io. Andreæ, & Panormi. [12]. Ex quibus habes, eum qui accepit titulo locati equum etiam æſtimatum, non tamen periculo illigari, ſecundum Bartolum hîc ad finem. Eſt & alius caſus quo commodatarius vel ſimilis tenetur de caſu, nempe cùm culpa caſum præceſsit [13]: quod tamen ita verum eſt, ſi aliqua coniunctione ſeſe habet ad caſum: nam ſi ſine hac culpa caſus contigiſſet, nihilo tenetur magis [14], niſi culpa in morā caderet [15]. Quod autem pertinet ad §. *interdum.* vide in l. ſi vnus. §. illud. de pactis.

Cuſtodis appoſitio an liberet cōmodatarium periculo.

§. SI DE ME PETISSES. Commodatarius de cuſtodia rei tenetur [16]: nec à cuſtodia exoneraretur, ſi ex interuallo cuſtos à commodante adhiberetur rei, per hunc textum: niſi res penes commodatarium non remaneret [17]. ſin autem ex continenti cuſtos detur rei à commodante, cuſtodia hoc ipſo remittitur commodatario [18], ex ſententia Bartoli hîc & Bal. [19] Hinc eſt, quòd qui alicui locauit equum dato cuſtode, videtur remittere onus cuſtodiæ conducenti [20]. An autē traditio clauium leuet quem à cuſtodia, vide gloſſ. & ibi annotamus in l. vlt. ſuprà naut. caup. ſtabu.

§. SI DVOBVS. In quæſtione qua quæritur, res commodata aut depoſita penes plures ſi non reſtituatur, an contra v-

1 lib. iiij. diſpunc. cap. xv.
2 l. j. §. excuſantur. ad Sillanianum.
3 Aug. libr. ij. opinio. Coraſius lib. iiij. Miſcell. cap. viij. Duar. in l. iuriſgētium. §. dolo. de pact.
4 Bart. in l. in commodato. §. ſicut. infra eo. Panor. in c. vno. ij. col. extra eo.
5 fac. l. ſi vno. §. item cum. infrà loc.
6 l. quod Nerua. infr. dep.
7 l. ſi quis nec cauſam. ſecundum com. op. ibi. ſuprà ſi cer. pet. l. quæ fortuitis. de pig. act. C.
8 d. l. ſi quis nec cauſam.
9 ita intellige tex. in l. cùm fundus. loca. l. j. §. vl. & ibi Pau. de Caſt. de æſtimat. act. vbi notatur.
10 l. ſi gratuitā. §. j. de præſcri. verb. l. cùm duobus. §. damna. pro ſoc.
11 l. ſi inter virum. C. de iure doti. & l. plerunque. infrà illo tit. l. j. de æſti. actio.
12 in c. j. vlt. col. extra eod.
13 vt hoc. §. quod verò ſenectute.
14 l. non omne. de ſtatulibe. l. vlt. §. j. infrà ad legem Rhod. de iactu. & vide Bart. hîc ſuprà. & in l. qui furtum. de cōd. fur.
15 l. quod te. ſuprà ſi certū petat.
16 §. cuſtodiam. ſupra ea. l.
17 l. cum qui. §. vlt. infr. eo.
18 l. ſi ſoluturus. de ſolut. l. quorundam. de acquir. rer. domi.
19 in l. ex diui. C. loc.
20 gloſ. in l. pe. vſufr. quemadmo. cauea.

Ad rei reſtitutionem plures conuenti pro parte tenẽtur.

numquenque inſolidum actio ſit, ita ferè res explicatur: cùm enim ad rei reſtitutionem actio intenditur, expeditum eſt pro parte depoſitarios obligari, & pro parte tantùm côueniri poſſe [1]. vt enim cùm plures promittunt [2], aut plures ſentẽtia vna condemnantur [3]. vnuſquiſque pro parte, non inſolidum obligari creditur, etiam ſi vnus pecuniam ſolus recepiſſet [4]: ita & cùm plures rem titulo depoſiti, commodati aut locati ſuſcipiunt, in partes tenentur [5], niſi is côueniretur qui rei totius reſtituendæ facultatem habet, inſolidum enim rectè conuenitur [6]. quod tamen ſuſius alibi explicatum eſt [7]. Idem eſt et ſi actum eſſet vt inſolidum poſſent conueniri [8]; vel eſſet adiectum, vt duo rei ſint [9].

Plures cômodatarij ob dolũ côuenti an inſolidum teneantur.

Cùm verò non actione prima quæ ad rei reſtitutionem eſt, agitur in plures depoſitarios & ſimiles perſonas: ſed actione ſecunda ob dolum, culpam & negligentiam, quodam vtique caſu in partes teneri poſſunt. Si enim res de qua agitur, pondere, numero menſurâve côtinetur, & eam dolo plures interuerterint, magis eſt vt pro parte & diuiſim teneantur: ſi modo omnes ſint ſoluendo: dolum enim circa partes natura diuiduas fecerunt [10]. In ſpeciebus autem quæ prope ſalua ſubſtantia diuidi non poſſunt, hoc obſeruatur, vt omnes teneantur inſolidũ qui dolũ fecerũt [11]: qui autẽ dolum non fecerunt non tenentur [12]. Et hoc eſt quod hoc textu videtur deſignari [13].

Litera explicata.

Finge enim me & Titium vehiculum conduxiſſe, aut commodato habere: certè effectu pro parte vnuſquiſque noſtrum tenet: & ſic ſi ad rei reſtitutionem conueniar, pro parte debebo côdemnari [14]: ſed ſi ex dolo, culpa aut negligentia conueniar, inſolidum condemnatio fertur, vt hîc. Et ita hunc textum explica, qui difficilis eſt. Et quemadmodum dicimus plures cômodatarios primùm ad reſtitutionem rei conuentos, pro parte condemnari: idem admittendum eſt, cùm ſecunda actione côueniuntur ad æſtimationem, quia non reſtituebant: cũ enim æſtimatio ſuccedat rei & ſurrogetur [15], non eſt mirum ſi ad eam æſtimationem conuentus, pro parte teneatur [16]. & hoc ferè Bartolus & Paulus probant [17].

Plures ad æſtimationem côuenti, an inſolidum &c.

EVM QVI. L. X.

§. SI REM INSPECTORI. Hûc §. retulit Salicetus [18] ſingularem in id, vt commodatarius teneatur ire ad ædes commodantis, pro re reportanda, licet commodans ſit diuerſi fori: quod nota pro temperatione eorum quæ ponũtur in l. item illa. de conſt. pecun. ſuprà. Aliud in depoſitario placuit: nam vbi depoſitum accepit, ibi reſtituet [19].

Cômodatarius remittens rem an teneatur de re à nuntio interuerſa.

Et ex hoc textu habes, commodatarium ſi remiſerit rem per nuntium, liberari re perempta, vel à nuntio auerſa: niſi ei qua culpa poſſit imputari, quòd minus idoneum nuntium elegerit [20]: nam ſi nulla culpa commodatarij argui poteſt, non tenetur [21]. Sinautem à commodante nuntius eſt miſſus qui rem repeteret, diſtingue an commonendi commodatarij, an referendi rem ſit miſſus, vt habes hîc in l. ſi mea. In dubio autem videbitur miſſus vt rem ſecum referat, ſi erat talis qui à domino iſtis rebus eſſet ſolitus adhiberi [22]. quòd ſi non conſueuerat à domino iſtis negotiis implicari, non debet commodatarius illi rem reddere ſine literis [23]. Planè quod dicitur honeſtæ perſonæ credi ſine literis,

1 l. cùm apparebit. infrà locat. l. ſi diuiſa. loc. C.
2 l. reos. §. cùm tabulis. infrà de duob. reis.
3 l. Paulus. de re iud. infr.
4 l. ſi non ſinguli. ſi certum pet. C.
5 l. in depoſiti. infrà depo.
6 l. iij. §. ſi hæres. ſuprà eo.
7 l. ſi poſſeſſor. de rei vind. ſuprà.
8 l. ſi non ſinguli. ſi certum pet. C.
9 l. reos. §. j. de duob. reis.
10 l. ſi duo hæredes. ad princip. infrà depoſi.
11 l. j. §. ſi apud duos. & l. ſi duo. ver. quòd ſi lãcem. depoſi.
12 d. §. ſi apud duos. ad fi.
13 ver. verum in vehiculo.
14 d. l. cùm apparebit. locat. infrà. & l. in depoſiti. depoſi.
15 l. vinum. ſuprà ſi cer. pe. & ibi Barto. noto in l. in re furtiua. de cond. furt.
16 l. ſi duo. in fi. depoſi.
17 Bart. hîc & Paul. Caſt. in l. j. §. ſi apud. & l. ſi duo. depoſit.
18 in l. acceptum. iij. oppoſit. C. de vſur.
19 l. ſi in Aſia. §. j. infrà depo. & Sali. in d. l. acceptam.
20 vt hîc. & facit l. videamus. infrà loca.
21 l. argentum. infra eo. vbi vide quod noto.
22 l. vlt. infrà quod cum eo. fac. doct. Bar. in l. j. §. familiæ. infrà de publica.
23 l. qui hominem. §. ſi nullo. infrà de ſol. l. j. de mã. princip. l. j. de ſuperindi. lib. x. C.

literis, ita verum eſt, ſi alteri damnum non creatur [1]. Ex quibus infertur, eum qui intulit vectigal quæſtori publico, liberari ex continenti, licet quæſtor aufugiat, ſi debita ſolennitas interuenerit [2]: aliâs non probaret ſcriptura receptionis cõtra fiſcum, ſed contra quæſtorem fidem faciet [3].

Solutio quęſtori facta quando liberet.

Commodare. L. XV.

HAEC lex facilis eſt, ex qua efficitur quod dici ſolet, eum qui habet cauſam à me, non poſſe referre quæſtionem dominij agenti mihi ex contractu [4], nempe me non eſſe dominum: bene tamen & vtiliter poſſet obiicere ſe eſſe dominum [5]. Sed obtentum eſt hoc non habere locum, quoties agitur conditione ex l. ſi quis conductionis. C. loca. ſecundum Bartolum hîc. Planè ſi dominus verus in litem incurreret cum agente, ſibique dari aut reſtitui intenderet, illi potius reſtituetur, quàm commodanti, vel ei qui cauſam dedit [6]. nam tertia perſona accedens ad litem, impedit reſtitutionem rei fieri, vel ſententiæ executionem [7]. Idem admittitur extra iudicium, cùm aliquis cuius intereſt, per publicam perſonam teſtatione denuntiat debitori ne ſoluat, vel rem reſtituat [8]. Planè in omnibus cõtractibus, in quibus id naturale eſt vt de meo fiat tuum, vt in mutuo, hoc perpetuum eſt, vt poſſit is qui à me cauſam habet mihi dominij quæſtionem referre [9]. Et hæc cùm quis agit actione ex contractu: nam ſi ageret actione furti, rectè & ex ordine opponetur exceptio dominij [10]. Sed & cùm agitur rei vindicatione, poteſt de dominio excipere conuẽtus: in ea enim actione, non an reus cauſam ab agente habuerit, ſed an actor ſit dominus diſceptatur [11]: quod tamen locum non habet in violento poſſeſſore, qui ſpoliato exceptionem dominij non rectè refert [12].

Quęſtio dominij an referri poſſit authori.

Tertia perſona impedit fieri ſolutionem alteri.

In commodato. L. XVII.

§. Si ex facto. Pertinet ad ea quæ ponuntur in l. ſi vt certo. §. vlt. ſuprà eod. vbi vide.

§. Sicut autem. Peruagatum eſt contractus nominatos principio quidem eſſe voluntarios, poſt perfectionem autem, licet re integra, neceſſarios effici, vt hic [13]: neque enim in illis pœnitentiæ locus eſt, neque actio ad reſoluendum contractum datur: ſed agendum eſt vt impleatur [14], etiamſi contractus innominatus ſub nominato includi videretur [15]. Sed videndum ne hoc non ſit verum, quoties mendacium dedit cauſam cõtractui nominato, tũc enim pœnitẽtiæ locus eſt [16]: idem eſt ſi non erat pars aliâs contractum initura: hîc enim æquitatem habet, vt ad reſoluendum contractũ actio detur [17]. Item quod dixi pœnitentiæ locum non eſſe in cõtractibus nominatis, toties verum eſt, quoties ex eis alteri ius quæritur, vt hoc §. ſin autem qui contrahit non obligatur, & ex eo contractu alteri ius non quæritur, placuit pœnitentiæ locum eſſe, vt accidit in re depoſita ad certum tempus, quam ante tempus deponens auferre poteſt [18]: nõ enim deponens eſt obligatus, ne ante diem repetat [19]. Appoſitè & hîc quæri poſſit quod quotidie inter ſacerdotiorum mancipes ſolet diſceptari, an is qui ſe beneficio ſuo in gratiã Titij abdicauit, ea tamen lege vt

In nominatis cõtractibus an pœnitentia ſit, & an actio detur ad reſoluendam.

Renũtiãs beneficio an ad illud redire queat ſi alter promiſſa non obſeruat.

1 gloſſ. & Panor. in c. ſicut. de ſenten. excom.
2 l. pro bis. de naufra. libr. x. C.
3 l. ij. de conueni. fiſc. deb. lib. x. C. & Bar. & gloſſ. in l. in contractibus. §. j. de non numer. pec. C.
4 l. ſi alienam. ſol. matr. l. j. §. ſi prædo. depo. cum ſi.
5 l. qui rem. infrà depoſi. l. qui rem. C. lo. l. ei à quo. de vſucap. l. ſi quis. de præſcrip. xxx. vel xl.
6 l. bona fides. §. latro. infrà depo.
7 l. Titia. & ibi Bar. ſolu. matr. c. veniens. de teſti. & ibi Panor. c. cùm ſuper. de re iud.
8 l. vl. de leg. commiſſ. infr.
9 glo. & Bar. in l. nam & ſi fur. ſuprà ſi cer. pet.
10 l. itaque fullo. ad fi. prin. infrà de furt.
11 l. vlt. C. de rei vin. Bart. & Alex. poſt gloſ. in l. ſi alienam. ſol. matri. infr.
12 l. ſi quis emptionis. §. ſed hæc ſuper. de præſcript. xxx. ann. notat. in l. ſi de vi. de iud. ſuprà.
13 l. ſicut. de act. & obligat.
14 l. in ciuile. C. de rei vind.
15 l. Labeo ſcribit ſi mihi. de contrahen. emp. infrà Bal. in l. ſi pecuniam. in fi. princ. ſuprà de condi. cauſ. dat.
16 l. cùm in plures. §. mandaui. loc. & ibi Bart. & Paul. de Caſt.
17 l. cùm te. de pactis. inter empt. C. vide Bar. in l. ij. de cõd. ob cau. C. & Iaſ. in l. ſi pecuniam. v. colũ. de cond. cau. da.
18 l. j. §. ſi ſic. infrà depoſiti.
19 Bar. & Paul. Caſt. in d. §. ſi ſic.

viciſsim à Titio aliud beneficium recipiat, an Titio promiſſa trahente, poſsit intendere ſibi ius eſſe ad primum beneficium redire, & ita ad reſoluendum primum contractum. quod in beneficiorum permutatione ſine dubio obtinet [1]: imò & in reliquis aliis renũtiationibus, quæ certam pactionem habẽt [2]. Sed id ita verum eſt, ſi ei qui ad primum contractum reſtitui poſtulat, nondum eſt impletum. quòd ſi ex vtraque parte pacta impleta eſſent, ſed poſtea vnus ex facto pacta reſcindit, nõ continuò concidit compoſitio, nec contra turbãtem iuſtè intendit quis vt reſoluatur primus cõtractus, & ad ius priſtinum redeat: ſed vt obſeruentur promiſſa agendum erit [3]: quod & Panormitanus probat [4]. pridem enim in iure ciuili vſurpatum eſt, etiam in contractibus innominatis pœnitentiam non eſſe, quoties ex vtraque parte impletũ eſt: imò & ſi tantùm ex vna parte implementum eſt ſecutum, non pœnitebit is cui impletum eſt [5]. Nec aliquem offenderit quòd de renuntiatione beneficij ſub certa pactione inita, mentionem fecimus, quæ iure canonico fieri non poteſt [6], cùm ſit ſimoniaca [7]. Vt enim hodie feudalia patrimoniorum inſtar ſunt, vt Ioan. Fabr. [8]. & & Guido pap. [9]. ſcribunt: ita certè & ſacerdotia. Præterea titulus de ſimonia hodie correctus eſt, nec locum habet in curia Romana, ſi Panormitano credimus [10]. quod an ſit verũ Deus nouit. Igitur apud nos non ex canonica inſtitutione, vt iure proditum eſt [11]: ſed ex pacto, ſtipulatione & coemptione ſacerdotia parantur. Itaque eum qui in manibus Romani pontificis beneficium abnuiſſet, idque in fauorem Titij, cum clauſula, *neque aliàs nec alio modo*, interim ſe rebus beneficij immiſcere, & ſi Titius non acceptet, liberè ad idem ſacerdotium redire ſine noua collatione poſſe, CVRIA Parienſis cenſuit [12]. Anverò in contractibus innominatis ſit pœnitentiæ locus, vide quæ relata ſunt in l. ſi pecuniam. ſuprà de condictione indebiti. An in contractibus innominatis ſit locus pœnitentiæ.

1 c. 1. de rer. permu. & c. cùm vniuerſorũ. de rer. permut. in antiq.
2 c. cùm pridem. de pactis. extrà.
3 c. cùm inter R. de elect. extrà. l. inciuile. de rei vind. C.
4 d. c. cùm inter R.
5 gl. in l. j. ſuprà de condi. cauſ. data. & Iaſ. in l. ſi pecuniam. §. ſed & ſi acceperit. illo tit.
6 c. vlt. de pact. c. iiij. & c. ſuper eo. de tranſact.
7 gl. in c. ordinationes. j. q. j.
8 in titu. de emp. & vend. in princ.
9 q. lix. in deciſio.
10 in rub. de ſimo. in antiq.
11 capi. ex frequentibus. de inſt. c. admonet. de renũ.
12 Die xxiij. Ianuar. anno 1549.

§. DVABVS. Habes in l. penul. §. vlt. de iuriſdict. omnium iudicum. ſuprà. Et ad id quod nouiſsima legis parte dicitur [13], vide quod pono in l. ij. de condict. ſine cauſa. Item in quæſtione qua diſceptatur, ſi duo ſunt ſoluta creditori, cuius ſit electio in repetendo, alibi diximus [14].

13 §. rem commodatam.
14 in l. ſi pœna. §. vlt. ſuprà de cond. indebi.

IN REBVS. L. XVIII.

PER hanc legem ſatis comprobatur opinio Azonis contra Ioannem [15], etiam in contractibus qui gratia ſolius recipientis fiunt, damnum ſemper domini eſſe, non recipientis [16]: niſi culpa aliqua in recipiente arguatur, vt hîc [17]: ita intelligũt omnes. l. ſi quis nec cauſam. ſuprà ſi certum pet. An autem incẽdium caſibus fortuitis numeretur, ponimus in l. cùm duobus. §. damna, infrà pro ſoc. Caſus ad quem ſpectet in contractibus gratia recipientis tantùm factis.

15 in l. ſi quis nec cauſam. ſuprà de reb. credit.
16 l. pignus. & l. quæ fortuitis. de pigno. act.
17 & l. ſi vt certo. §. quod verò. ſupra eod.

§. POSSVNT. Habes hîc quæ expenſæ ſint à commodatario recognoſcendæ: idem fermè dicitur de vſufructuario [18]: quod tamen ſuprà adſcripſimus [19]. Quibus autẽ caſibus cõmodanti erunt impenſæ ſuſtinendæ, toties commodatario qui eas fecit, Res retinetur pro expenſis.

18 l. eum. C. de vſufruct.
19 l. iiij. § quoniã. de vſufr.

fecit,ius retentionis rei dabitur [1]. nam perpetuum eſt pro expenſis ſeruandis retentionem eſſe: imò & hoc caſu poſterior creditor priori præfertur [2].quod etiam ad ſacerdotia extendi placuit.Cui conſequens eſt, vt hæres clerici poſſit vti retentione rei eccleſiaſticæ,pro expēſa à defuncto facta [3]. idem ſcribit Baldus [4] in libris ſcholarium, vt poſſint pro expenſis retineri,licet pro debito capi non poſſint [5].Sed vt pro expenſis retentioni ſit locus, de his manifeſtè apparere debet, aliàs

Retentio rei aut perſonę nō fit niſi debitũ ſit liquidum.

nulla retentio eſſet [6]. quod & CVRIA Pariſienſis cenſuit [7] contra colonum,qui pro expenſis in domum conductam factis retentione vti contendebat,cùm tamen de expenſis liquidè non conſtaret. Pro quo & illud eſt quod Baldus refert [8], non poſſe concedi prehenſionem perſonæ, aut fieri executionem,niſi debitum ſit liquidum:quod etiam eiuſdem CVRIAE

Res retinetur pro debito.

decreto continetur [9]. Alius eſt caſus, quo rem poſſum retinere:finge enim à domino rem ad me perueniſſe occaſione debiti, æquum certè eſt hanc pro illo debito retineri [10], licet non id ageret, vt mihi eam obligatam vellet. Sed & eo vſque deueniendum erit, vt ſi mihi res pro vno debito ſit obligata,alterius nomine mihi retētio detur [11]: quilibet enim habens pignus vel quaſi pignus,retentione vtitur [12]. Ideóque inuecta & illata in domum, etiam pro alio debito quàm pro penſione retineri poſſunt [13]. Idem in illatis in nauem [14]. Imo & res data pro debito opinato, poteſt retineri pro vero [15].Sed hos caſus quibus retentionem eſſe diximus, intellige niſi res vitio ad retinentem perueniſſet [16]. Extra hos caſus remanet cautio generalis, nunquam dari retentionem rei [17].Ideo librarius non poteſt chartas retinere pro debito quopiam [18]:ſed pro expenſis & labore quem in ſcribendo poſuit,retentio erit [19], ex ſententia Bartoli [20]. Quod autem ſuprà dictum eſt,rem in vnum debitum pignoris nexu datam pro alio debito retineri poſſe, rationem habet contra ipſum debitorem:nam agente alio creditore qui in eo pignore potiorem cauſam habere ſe contendit,non eſſet tuendus is qui in poſſeſſione pignoris eſt [21].

Qui ſciens rem vitioſam commodat, tenetur.

§.ITEM QVI. Qui ſcienter rem vitioſam commodat,tenetur ad id quod intereſt,vt hîc:ſi ignoranter,minimè [22],quæ diſtinctio in locante, vendente & deponente non admittitur: nam ſine diſtinctione tenentur [23],ſecundū gloſ.hîc,quam Panormitanus probat [24]: mitius tamen cum ignorante ageretur,quàm cum eo qui ſciens fuit, ſecundum eam temperationem quæ ponitur in l.Iulianus.de act.emp.

ARGENTVM. L. XX.

Periculum rei quæ defertur, cuius ſit.

MATERIAM huius legis habes in l. eum qui §. vlt. ſupra eod. Planè licet commodatarius vel depoſitarius per idoneam perſonam rem remittentes, periculo eximantur, vt hîc: non tamen idem ſtatuendum eſt, in debitore remittente debitum, & eo in quem translatum eſt dominium: nam ſi dum pecunia portatur,interciperetur nuntius etiam idoneus, periculo debitoris erit: cùm adhuc dominus remaneat, donec res fuerit ad creditorem perlata [25], ſemper enim verum

L

1 l.ſi creditoris. infrà. de furt.§.j.l. qua ratione. §.litera.de acq.rer.dom.
2 l.interdum. cum l.ſeq. qui pot.in pig.
3 Panor. in c. de multa. iiij.col.de præb.
4 in l.reſtituēdæ. de pet. hær.C.
5 glo.in l. nepos. de verb. ſig.infrà.
6 Bar.in l. proinde.ij. ad l.Aqu.Bal in l.ij.de exe cut.rei iud.
7 die xij. Febr.anno 1535.
8 l.apertiſſimi. ad fin. de iud.C.
9 die x.Iulij.ann.1515.
10 l.eleganter. §. qui reprobos infrà.tit.j.l.ſi cū aurum.de ſolut.
11 l.j.etiam ob chirogr.pecun.C.
12 l.Iulianus.§ offerri. de act.emp. l. hæreditatis. de hæred.vel act.vend.
13 Bart.in l.ſolutum. § ſolutam.infrà.de pig.act. in ſi per l.ij. quib.mod. pig.tacit.infrà.
14 l.ij.poſt prin.infrà. ad l.Rhod.de iact.
15 l.ſi non ſortem §. libertus.& ibi glo. & Iaſ.in d. l.ſi non ſortem. §.ſi centum.de cond.ind.
16 l.4.§.4. Quor.leg.
17 l.ſi non inducta.& ibi Bart.in quib.cauſ. pig. tac.cont.C. & l.vlt. Como.C.
18 d.l.ſi non inducta.
19 d.l.creditoris. de furt. l.Paul.de excep.doli.
20 l.ſi non ſortem.§.ſi centum.de cond.indeb.
21 l.quærebatur.infrà.qui pot.in pig.
22 l.pe.infra eo.
23 l.tenetur.§. ſed ſi vas. de act.empt.et l.ſed addes.§.4.loc.
24 in c.4.vlt.col.Comm.
25 c.ſignificāte.et ibi Pan. de pignor.& Bar.in l.ſi procuratori.iu.col.ibi,tertio.de cond.ſine cauſ.

1 *l.pignus.de pig.act.C.*

eſt rem perire domino [1].

REM MIHI. L. XXI.

PERTINET ad ea quæ ponuntur in lege ſecunda. de cond. ſine cauſ.

De pigneratitia actione,vel contrà.

PIGNVS CONTRAHITVR. L. I.

2 *l. traditionibus, C. de pact.*

3 *l.non eſt. infra eod. vbi noto.*

4 *l.à diuo. §. ſi pignora. infrà.de re iud.*

5 *l.creditor.ſi cert.pet.ſuprà.l.4.C.de pig.*

6 *l.j.de reb.eor. infrà. noto in l.iiij. de pact. ſuprà.*

7 *l.ſi minor. de bon. auth. iud.poſſ.*

8 *l.quid tamen. infrà. de contr.empt.*

EXIGVITAS præiudicij id adfert in pignore,vt ſolo conſenſu, ſine traditione cõtrahatur, vt hîc: quod vt in aliis contractibus [2],ita neque in pignore prætorio & iudiciali admittitur: in quo requiritur vera poſſeſsio 3. Alia eſt differẽtia inter pignus conuentum,& pignus prætorium aut iudiciale:nam creditor accipiendo pignus prætorium aut iudiciale,pro toto debito accepiſſe credendus eſt,vt nec ad reſiduum agat [4]:quod in pignore conuẽto nemo dixerit 5.Item bona minoris pignore conuentionali non continentur, neque enim ſine decreto alienantur,aut obligantur [6]: at in pignus prætorium veniunt 7. Tractatum quoque eſt quomodo differant hypothecaria. & pigneratitia.ſed vide gl.in procemio Digeſtorum.§.Tertij. in verſi.eaſdem.Et nota ad fin.legis,errorem in materia labefactare contractum pignoris: quod in venditione ſecus dicitur [8],ſecund.glo.& Bartolum hîc.

Traditio in pignore nõ neceſſaria.

In quibus differt cõuentionale pignus à prætorio.

Error in materia.

SI DEBITOR. L. II.

9 *l.ſi ab eo.infrà.de pig.et l.ſi rem.& ibi Bart.infra eo.*

10 *l.ſi ſuperatus.§.j.de pig. vbi noto.*

11 *d.l.ſi ab eo.*

12 *l.rem alienam.infra eo.*

VIDES rem alienam non poſſe pignori dari,per hunc textum,niſi eſſet poſſeſſa bona-fide & titulo 9. nam ſufficit creditorem probare tempore obligationis rem fuiſſe, vel in bonis debitoris [10], vel ſaltem illum poſſediſſe bona-fide & titulo [11].Planè & res aliena poteſt pignorari,domino annuẽte [12].Cur autem res aliena vendi poſsit, pignorari non item, vide glo.in l.rem alienam.infrà.de contr.empt. Item hæc lex pertinet ad ea quæ dicuntur in l. Ariſto. infrà. quæ res pig. oblig.poſſ.

Res aliena an pignori detur.

SI QVASI. L. III.

13 *in l. quod vendidi. de contr.empt.*

14 *l.vinũ.ſi cer.pet.ſuprà.*

AN fides habita de pretio præſumatur,infrà dicetur [13]:cętera require ex iis quæ poſui in l. procuratoris. §. planè. de Trib.& etiam alibi attigimus [14].

Fides de pretio.

SI CONVENERIT. L. IIII.

15 *in l.prædia.ad fi. C. de fideicom.*

16 *l.vlt.§.j.de iur. dom. impetr.C.& l.creditor. ij.de diſtr.pig.C.*

17 *l. Titia. §. vſuras. de leg.ij.& hic.*

18 *glo.in cle.j. de vita & hon cler.*

19 *l.mancipiorum. de opt. leg. Dec.in l.fructus.de reg.iur.*

NON abſurdè opinor defenditur,rem poſſe vendi à creditore ſine denuntiatione,quoties actum eſt vt poſsit vendi: nam ex ſententia Baldi [15],vẽdere ex pacto,eſt mera executio: contra ſi in iudicio res venderetur, aut nulla vendendi mentio eſſet iniecta,quia teſtatione res expedienda eſt [16]:teſtatio autem ſiue interpellatio vna ſufficit [17]: niſi actum fuiſſet ne res vendi poſſet,trina enim requiritur, vt hîc. nec ſufficeret vna pro omnibus, cùm trinam lex requirat [18]. Sed & quoties conuentum eſt vt ad diem non ſoluta pecunia,pignus vendi poſsit,debitor qui poſt illud tempus non vendito pignore, offert debitum,vẽditionem impedit [19].Et in hac lege habes, non valere pactionem ne pignus vendi poſsit:& hoc propter

Quando ſine denuntiatione pignus vendi poſsit.

Pactum ne pignus vendatur non valet.

publ i

publicam vtilitatem, ſecundum glo. hîc. Similes caſus vide in glo. in l. pactum. ſuprà. de pact. Cui quæſtioni probè annectitur quod ſupra in pactis adſcripſimus [1].

1 *l. pe. de pact.*

QVAMVIS. L. VI.

Creditor vendens pluris vel minoris pignus.

§. CREDITOR. Creditor qui minoris vẽdidit rem, quàm debeatur ſibi, in reſiduum agit [2]: ſic ſi pluris vendidit, ſuperfluum reſtituit, vt hîc. qui tamen duo caſus in pignore iudiciali locum non habent: in quo res ſolet adiudicari pro debito vniuerſo [3], vt & ante retulimus [4].

2 *l. j. C. de pig.*
3 *l. à diuo Pio. §. ſi pignora. infrà. de re iud.*
4 *l. j. ſupra eo.*

SI NECESSARIAS. L. VIII.

Si vnus ex pluribus emphyteutis ceſſta in penſione an tota res cõmittatur.

§. SI VNVS. Hic §. pertinet ad queſtionem quæ aliâs apud Accurſium relata eſt [5]. Duorum hæredum vnius emphyteutæ vnus canonem pro ſua parte intulit, altero ceſſante, an tota res in commiſſum deueniat: quod magis eſt per hunc textum. neque enim ad pœnam euitandam ſufficit pro parte ſoluere [6]. nec obſtat textus in l. fraudati. infrà. de publicã. vectig. & comm. quia ibi ad vectigal plures tenentur vt poſſeſſores, non vt hæredes [7]: quod in quæſtione propoſita non perinde eſt, ſecundum Bartolum [8]. Idem tenet Iaſon [9]. qui addit rem omnino commiſſo alligari, ſi quis totam penſionem ſoluiſſet excepto vno nummo. Si tamen vnus ſoluiſſet integrum canonem, impeditur commiſſum: ſufficit enim ſolui canonem etiam ab iniuſto poſſeſſore, ne emphyteuta in commiſſum incidat [10].

5 *in l. communi diuidundo. ſuprà. comm. diuid.*
6 *l. hæredes. § idem. iuris. ſuprà. fam. ercis.*
7 *l. Imperatores. de publican.*
8 *in d. l. fraudati. § j.*
9 *in l. ij. de iur. emphy.*
10 *l. forma. §. ſi cum ego. de cenſib. vbi noto. & Bal. in l. ſolemnibus. de rei vind. C.*

Datis pluribus dilationibus an aliquis ſit in mora, omnibus dilatiõibus nõ elapſis.

§. SI ANNVA. Huic §. à glo. & cæteris plura opponuntur, quæ tamen nulla ſocietate ad textum pertinẽt. Erit autem cum ſententia. §. cognatum, ſi notemus quoties plures dantur diffiſiones per tempora diuiſæ, non videri quem ceſſaſſe niſi omnibus præteritis: quod vtique verum eſt, ſi eodem actu & tempore ſint datæ illę dilationes, ſin autem diuerſis temporibus: vt cũ tribus edictis [11] quis eſt euocatus, ſi prima & ſecunda dilatione non comparet, tertia autem venit, nihilominus contumax eſt, & pro duabus illis citationibus damno expenſarum multatur [12]. Idem eſt obtẽtũ cùm ſingulæ præſtationes habẽt diem ſuũ ex natura obligationis: tunc enim mora in vna non affert præiudicium in alia: ſed vnaquæque negligentia ſeparatim cenſetur [13]. Cùm verò reus citatur vt intra decem dies ſe ſiſtat, an quoto quoque die actor eum debeat expectare, & ſui poteſtatem in iudicio facere, Bartolus retulit in l. qui ante calendas. infrà. de verb. oblig.

11 *ex forma l. ad peremptorium. cum ſeq. ſuprà. de iud.*
12 *glo. in verb. rationabili. in c. ij. & ibi. Innoc. de procur. Bar. in l. ſancimus. de iud. C. per tex. in Auth. qui ſemel. C. quom. & quan. iud.*
13 *l. Seia. infrà. de vſur.*

SI REM I. L. IX.

Satisfactio quælibet liberat, ſi ſit volẽti.

§. OMNIS. Vides hîc ſufficere quomodocunque ſatisfiat, modo illa ſatisfactio voluntate creditoris procedat: nam remiſsio debiti cuiuſcunque etiam rapinæ & delicti, à creditore facta, obligatum eximit, vt hîc: locum tamen non habet in delegato ſedis Romanæ, qui ſi præter ius aliquid receperit à parte, etiàm ex remiſsione partis non liberatur [14]. Item ſi dolus dediſſet cauſam remiſsioni, perinde obtinuit eum cui remiſsio facta eſt non abſolui [15].

14 *c. ſtatutũ. §. ſi quid autem. de reſcrip. lib. vj.*
15 *l. eleganter. de dolo. in prin. l. ſub prætextu. de tranſact. C. l. tres fratres. de pact.*

§. QVI ANTE. ET L. SEQVENS. Quanquam nemo ſine actione agat [1], tamen vſurpatum eſt vt ſine actione quis iudicium dictet, ſi ſperatur oriri in litis conteſtatione [2]. Nec aduerſatur quod dici ſolet, ius pendente iudicio adueniens nihil prodeſſe actori [3], quia hoc locum habet, cùm intercidit ex cauſa futura. Sin autem ex cauſa præterita deduceretur, rectè dicitur ius conſtante iudicio accedens prodeſſe, vt hic [4]. nam quanquam actor non ſoluto debito, ineptè cum creditore pignoratitia conſtitiſſet, tamen pendente iudicio offerens debitum, confirmat actionem. Sic nec emptor niſi ſoluto pretio venditorem conuenire poteſt [5]: ſi tamen iudicio conſtante offerat, iudicium procedit [6]. Verum tamen eſt illos vſque ad diem obligationis malè litigaſſe, & ideo in expenſas condemnabuntur: at poſt eum diem reus de expenſis tenebitur [7]. Faciunt quæ habentur in l. quæſitum. infrà de pecul. Et quemadmodum dicimus iudicium non rectè indictum, confirmari ex cauſa ſubſequente: ita & iudicium bene acceptum expirat, ſi iudicio conteſtato ius agentis perit [8]. Ex quo illud deſcendit, vt quoties diſcuſſo reo & non reperto idoneo, agitur in fideiuſſorem, poſsit fideiuſſor litem detrectare, ſi conſtante iudicio contra reus ſit factus locuples, & ſoluendo: quod ſummam rationem habet, & ex Bartoli & Alexandri ſententia rectius dicitur [9]. Cæterum licet ſola oblatio ſine conſignatione ad actionem conſequendam ex contractu non ſufficiat [10], tamen aliud dicitur, ſi oblatio in iudicio fieret, per hunc textum. quod & Baldus probat [11]: non tamen inducet liberationem [12], niſi in caſu quem Martianus refert in l. qui decem. de ſolut. Quod tamen oblationem in iudicio factam, dicimus valere ad actionem producendam, ita verũ eſt, ſi nõ verbo ſed re vera & in pecunia præſente fiat: quod enim præſens nõ eſt, oblatũ dici nõ poteſt [13] receptúmq; eſt vt verbalis oblatio pro nihilo ſit: vt & aliàs fuſius annotabimus [14].

Actio malè fundata pendente iudicio confirmari poteſt.

Oblatio in iudicio.

SOLVTVM. L. XI.

§. SI IN SORTEM. Probabilius opinor dicetur, pignus acceptum ſimpliciter pro ſorte, etiam teneri pro vſuris [15]: etiam ſi nudo pacto, & ſic naturaliter tantum debeantur [16]: nam ſi naturaliter & ciuiliter (vt per ſtiplationẽ [17]) debeãtur, indubiè pignus ad eas pertinet: ſicut dicitur in fideiuſſore, qui ſimpliciter acceptus tenetur ad vſuras per ſtipulationem debitas [18]. Eſtque perpetuum pignus obligatum pro vna cauſa, pro alia obſignatum teneri poſſe [19]: ſed tamen pro pœna non retinebitur [20]. Quód autem ad §. *Solutam.* pertinet, an ſcilicet ſolutio facta creditori creditoris, proficiat ſoluenti ad liberationem, habes in lege ſi liber. ſuprà de neg. geſt. Et æquitate ſuadente dicetur, res ſecundi conductoris non obſtringi nexu pignoris primo locatori [21]: nipro ea parte quam ſecundus colonus conduxit, per hunc textum [22]. Nam licet reipſa nullum negotium ſecundo colono cum primo locatore interceſſerit, tacitè tamen & per legem videtur nonnihil negotij cum ambobus geſtum: vnde colonus ſecundus ſiue cœnacularius, rem domini conducens à primo colono, videtur acipere à domino, & ſic quod quæretur domino ex perſona ſecundi conductoris, magis ex ſua pactione ſibi

Inuecta ſecũdi conductoris an domino teneantur.

1 *l. ſi pupilli. §. vlt. de neg. geſt. infrà.*
2 *l. ſi Titius. infrà. de verb. oblig.*
3 *c. vlt. vt. lit. pend. l. non poteſt. & l. ſi quis poſtea. ſuprà. de ind.*
4 *& l. 4. §. inde ſcribit. & ibi Paul. de caſt. in §. hæc actio. dep. tex. in l. ſi mand aucro tibi. Mand. infrà.*
5 *l. Iulianus. §. offerri. de act. emp.*
6 *Alex. cõſ. xxvij. vol. j.*
7 *l. ſi quis inficiatus. depoſ. & ibi Bart. & hic.*
8 *l. ſi mulier. ſol. matr. l. vlt ver. amot. l. ſin autẽ, §. j. de rei vind.*
9 *Bar in l. j. infrà. de except. Alex. in l. ſi mulier. i. col. infrà. Sol. mat. fac. tex. in l. vti frui. §. ſi poſt. ſi vſuſſ. pet.*
10 *l. ſi à te. de pact. int. empt.*
11 *in l. inuicem. de compenſ. C. & l. acceptum. iij. col. de vſur. C.*
12 *d. l. acceptam. & Bar. in l. ſi debitor. de ſolut. licet hic contra ſentiat*
13 *l. qui decem. §. idem reſponſum. de ſolut. l. ſeruus ſi. in ſi. de ſtatul.*
14 *l. fundus qui. de reſcind. vendi. infrà.*
15 *l. pignoribus. de vſur. C. & ibi Bar. l. Lucius. infrà. qui pot. in pig.*
16 *l. per retentionem. C. de vſur.*
17 *l. iij. C. de vſur.*
18 *l. centum. de eo quod cert. loc. vbi noto.*
19 *l. j. § j. etiã ob chirogr. pec. notamus. in l. in rebus. §. poſſunt. commod.*
20 *d. l. pignoribus. & ibi Bal.*
21 *l. ſi in l. §. j. loc. infrà.*
22 *& Paul. de caſt. in d. l. ſi in lege. §. j.*

ſibi acquiri creditur, quàm ex cautione & facto ſui conductoris, vt hîc in textu ſequitur. Sic nec qui fideiubet apud ſecundum locatorem, primo locatori tenetur [1].

§. PER LIBERAM. An per liberam perſonam alteri quæratur, habes in l. ſi procurator. ſuprà de procur. & alibi etiam nonnulla diximus [2]. Et ad id quod nouiſsima lege dicitur [3], nota procuratorem totorum bonorum ſine libera, non alienare [4]: cui conſequens vt nec hypothecæ aut pignori dare poſsit: nam & ij actus alienationibus numerantur [5]. quod tamen moderationem recipit, cùm dominus ſolitus eſſet pignoribus mutuo dare, per hunc textum. Ex quo efficitur procuratorem generalem videri ad ea mandatum habere, quæ dominus conſuerat facere: ſi tamen illa eſſent ordinaria, non ſi extraordinaria [6]. ſic poteſt pœnas apponere quæ ſolitæ erant à domino apponi, vel quæ ſunt de contractus natura, aliâs non eſſet ferendus [7]. Si tamen quid eſt illicitum, procurator hoc non poteſt facere, licet dominus aliâs facere conſueſſet [8]. His illud additur, quòd in iudiciis procurator non poteſt exceptiones opponere, quibus non probatis poteſt dominus in pœnam condemnari [9]. quod CVRIA Pariſienſis iudicauit [10] in eo procuratore qui exceptiones recuſationis proponere volebat, quæ ſi non probentur, pœna ex conſtitutione principali infligi ſolet: ideóque ſine mandato ſpeciali repulſus eſt.

Procurator poteſt expedire ea quæ dominus poterat.

Procurator an poſsit facere ea ex quibus pœna incurri poteſt.

1 l. qui fideiuſſer. infrà locati.
2 in l. certi. §. quoniam. ſi cert. pet. ſuprà.
3 §. ſed ſi procurator. cum l. ſequen.
4 l. procurator totorum. ſuprà de proc.
5 l. vlti. de reb. alien. non alie. C. c. nulli. de reb. eccleſ. non alien. pono in l. is qui. infrà de pig.
6 vt per Bar. in l. Seio. §. medico. de ann. leg. quē vide.
7 l. ſi procurator. i. infrà de iur. fiſ. Ang. in l. bene à Zenone de quadr. præſc.
8 Bar. in l. ſi mater. de vſur. C. fac. l. ſi procurator. de cond. ind.
9 fac. l. ſi pater. quæ in fraud. cred.
10 die pe. Iul. anno 1534.

SI CVM VENDERET. L. XIII.

HIC habes ex pacto creditoris vendentis rem debitoris, dari actionem debitori: perpetuum eſt enim alicui per liberam perſonam acquiri, quoties ſuper re ſua pactum interpoſitum eſt [11]. Sic legatum rei meæ factum, mihi quæritur [12]. Reliqua perſequere ex iis quæ ponuntur in l. certi. §. quoniam. ſuprà ſi cert. pet. & alibi etiam fuſius [13].

Pactum ſuper re mea à tertio factum mihi quæritur.

11 l. quod procurator. ſuprà de procu. l. pen. ad exhib. C.
12 l. Caius. & ibi Bart. de annu. leg.
13 in l. ſi procurator. de procur. ſuprà.

TVTOR. L. XVI.

HIC textus [14] facit ad quæſtionem, vt qui recipit ſcienter rem diminutam, vel deteriorem, videatur remittere id quod intereſt, de quo vide quod ponitur in l. iij. ſuprà comm. Quod autem ferè extrema lege dicitur vectigalem fundum pignerari poſſe, alibi adſcripſimus [15].

14 in §. contrariam.
15 in l. cùm ſponſus. §. in vectigalibus. de public.

SI CONVENERIT. L. XVIII.

POSSVM creditori meo nomen debitoris mei in pignus dare, adeò vt creditor à debitore meo ſeruare poſsit debitum vtili actione [16]: nec neceſſe habet vti diſcuſsione contra me, ex ſententia Bartoli hîc, cùm iure nouo tantùm repeperiatur inducta diſcuſsio: nempe cùm agitur contra tertios pignorum poſſeſſores [17]. Cùm verò creditor debitum exegerit, penſabit & reputabit ſummæ ſuæ, ſi nomen pecuniarium eſt: aliâs pignoris loco habebitur, vt hîc [18]. Ex quo efficitur, quantitatem cum quantitate compenſari, non autem

Compenſatio quantitatis ad ſpeciem nō fit.

16 l. nomen. & ibi doc. quæ res pig. obl. poſſ. C. l. cùm conuenit. infrà de pig. l. poſtquam. de hæred. vel actio. vend.
17 auth. hoc ſi debitor. de pigno.
18 l. grege. §. pignori. infrà de pigno.

quantitatem ſpeciei [1]. Hinc manifeſtum eſt temperari quod dici ſolet, patrem legantem dotem filiæ, quam idem promiſerat, legaſſe videri animo cõpenſandi [2], vt habeat locum quoties in quantitate erat dos promiſſa, & in quãtitate identidem legatur: nam ſi in quantitate promittatur, & in ſpecie legetur, non fit compenſatio, ſed vtrunque debetur [3]. Plus etiam admittitur fructuum compenſatio ad quantitatem, ſi fructus ſunt conſumpti [4]: & tunc minuunt ſortem re vera [5], quia cùm ea penſantur: at fructus extantes non penſantur, ſed pignori erunt [6]. Et hæc nobilia ſunt.

Fructus conſumpti ad quãtitatem compenſantur.

§. Si qvis caverit. Cùm quæritur an rei mutatione ius pignoris pereat, ſic res ſtatuitur, vt neque mutatio, neque detractio ius pignoris extinguat [7]: ideo in domo pignori data, exuſta, aptè dicitur pignus remanere, ſi inſtauretur [8]. Sed hæc intellige cùm res quæ mutata eſt, ad priorem formam poteſt redire, aliâs extinguitur, vt hîc. neque ex ſylua pignori data, nauis facta idem ius pignoris ſequetur: vt Bartolus hîc refert. An autem rei mutatione pereat vſusfructus, aliâs dictum eſt [9]. Item quid in legatis [10], & ſeruitutibus [11]. Et adde dominium mutatione rei non perire: nam ſemper remanet regula, vt quod ex meo ſupereſt, ſit meum, & à me poſſit vindicari [12]: quod & adſcripſimus in l. ſolum. ſuprà de rei vindic.

Rei immutatione an pereat pignus.

Dominium rei mutatione nõ mutatur.

Aliena. L. xx.

ALIENA res pignori data confirmatur quoad pignus, ſi dominus ratum habeat, vt hîc: nec enim nouum eſt, vt non noſtro nomine geſtum, ratum habeamus in damnum noſtrum [13]: vt autem actionem nobis negotiorum geſtorũ confirmemus, rati-habitio non prodeſt [14]. Planè ex rati-habitione retrò actus trahetur [15] in diſpendium ratum habentis, non tertij. Ideo ſi dominus cùm res ſua iam ab aliquo eſſet pignerata, eandem obliget, & poſteà ratũ habeat pignus ab alio factum de re ſua, non continuò præiudicium affert creditori ſuo [16], quin is alteri præferatur, Bart. hîc. Vt enim nec legitimatio [17], nec reſtitutio [18] ius tertij auferunt, quamuis trahantur retrò: ſic nec rati-habitio, quæ reſtitutio actus videtur eſſe. His adiunge caſum quem refert Papinianus in l. iij. §. cùm ex cauſa. infrà qui potio. in pig.

Dominus rei ſuæ ab alio pignoratæ confirmat pignus.

Quæ retrò trahuntur nõ præiudicant tertio.

Domo L. xxi.

PERTINET ad ea quæ habentur in l. ſi conuenerit. §. ſi quis cauerit. ſupra eo.

Si pignore. L. xxii.

PERPETVVM eſt in creditore pigneratitio, depoſitario & ſimilibus qui re non debent vti (vtendo enim furtum committerent [19]) vt quod conſecuti fuerunt ab alio nomine pœnæ, propter furtum in re factum, debeant reſtituere, per hunc textum: niſi ab eo abſtuliſſent à quo ius habuerunt: nec enim pœnam quam quis habet ab aliquo, illi reſtituẽda eſt [20], niſi loco rei amiſſæ fungeretur [21], vel niſi ageretur redhibitoria, in qua omnia in priſtinum ſtatum reponi debent [22]. Ex quo euenit, vt victor litis, in æſtimatione expenſarum facienda, non poſſit eas expenſas victo imputare, quas ei pependit pro aliqua interlocutoria incidente in cauſam [23].

Pœna à fure ablata an ſit eſt re reſtituenda.

In cæ

1 *fac. l. j. de crim. expil. hæred. C.*
2 *l. huiuſmodi. §. cùm pater. de leg. j. & l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. ſol. matri. noto in l. cùm pater. de iur. dot.*
3 *l. ſi pater. infrà de colla. dot. Socyn. in fall. reg. cclxxxij.*
4 *l. diuortio. §. ob donationes. & ibi glo. Bart. & Iaſ. ſol. matr.*
5 *l. j. & ij. de pig. act.*
6 *l. iij. C. in quib. cauſ. pig. tac. contr. Bar. in d. l. diuortio. Panor. in c. j. de vſur.*
7 *l. domo. infra eo.*
8 *l. Paulus. §. domus. & l. ſi fundus. §. ſi res. infrà de pig.*
9 *in l. repeti. §. rei. ſuprà quib. mod. vſusfr. amitt.*
10 *in l. ſi ſeruum. §. ſi pocula. infrà de leg. j.*
11 *in l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. de ſeruit. vrban. præd. ſuprà.*
12 *l. ſolum. §. 4. de rei vind. l. ſi ſeruus. §. bonæ. de cond. furt.*
13 *fac. l. ſi fundus. §. j. infrà de pig.*
14 *l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ſuprà de neg. geſt.*
15 *glo. in d. l. ſi fundus.*
16 *vide glo. in l. ſi indebitum. §. vlti. infrà rem rat. hab.*
17 *Bar. & doc. in l. Gallus. §. & quid ſi. infrà de lib. & poſth.*
18 *c. quamuis. de reſcript. lib. vj. Bar in l. j. de ſententi. paſſ. C. text. in c. ex inſinuatione. de ſimon.*
19 *l. ſi pignore. & l. qui re ſibi. infrà de furt.*
20 *per hunc tex.*
21 *l. quoties. infrà de iure dot.*
22 *l. cùm autem. §. cùm redhibetur. de adil. edict.*
23 *Barto. hîc. & in l. non ignorat. de fruct. & lit. exp.*

In cæteris autem qui rei vſum habent, vt colonus [1], & commodatarius [2], conſtitit eos non cogi reſtituere pœnam, quàm à tertio nomine rei ſubſtractæ abſtulerint: ratione enim vſus quem habere debebant, abſtuliſſe pœnam dicuntur. An autem pœna quam habui à tertio ſit cum re reſtituenda, pono in l. vtrum. §. vlti. de pet. hæred. Quod autem ad §. ſi prædo. attinet, an qui à me cauſam habet poſsit mihi quæſtionem facere, dictum eſt in l. commodare. commod. Et ex nouiſsima legis parte [3], ſcitum eſt, eum qui védit iure creditoris non teneri de euictione [4]: ſic nec executor vendens rem, euictioni obligatur [5]. Tenentur tamen illi præſtare eam qualitatem ex qua vendunt, nempe ſe creditores, vel executores eſſe [6]. Item tenentur cedere actionem quam habent contra debitorem, cuius pignus vendiderunt [7]. Planè hi licet de euictione non teneantur, ſi tamen promittunt, tenebuntur, nec à debitore recuperabunt, niſi quod intra ſummã debiti conſtiterit, vt hîc [8]. An autem procurator vendens euictionis periculo obligetur, habes in l. Plautius. ſuprà de procur.

Creditor & executor an teneantur de euictione.

1 l. is qui rem. infrà loc.
2 l. vlt. §. ſed cùm in ſecunda. C. de fur.
3 §. ſi creditor.
4 l. et ſi u. infrà de diſtr. pig. & l. j. C. creditorem euict. pig. non deb.
5 l. qui erat hæres. ſuprà fam. ercif. & l. ſi pignora. infrà de euict.
6 l. j. & ibi Bar. C. credit. euict. pig.
7 l. in creditore. infrà de euict.
8 & l. ij. credit. euict. pig. C.

ELEGANTER. L. XXIIII.

HVIC capiti opponuntur multa de quibus vide hîc glo. quæ facilis eſt. Quòd autem pertinet ad id quod ſequitur [9], expeditum eſt, ſoluentem nummos reprobos, non liberari à creditore: ſed reſtitutis illis nummis creditor ex integro aget: nam ſoluens ſcienter & cum fraude, non cenſetur donare [10], & ſic cùm non adſit donãtis animus, nõ inhibetur indebiti repetitio [11], vt & ſuprà annotatum eſt [12]. Talis igitur ſolutio ſoluenti ad liberationem non proficit, licet recipiens expenderit eam pecuniam pro legitima [13]. Et nota ex §. *Si vendidérit*. creditorem vendentem pignus habere fidem pretij poſſe: quod tamen hactenus verum eſt, ſi aliqua cauſa ſubeſt, vt quia hoc nomine pluris vendidit: aliâs talem poteſtatem non habet, & ſi vendiderit habita fide de pretio, poterit nihilominus ad reſiduum pretium à debitore conueniri [14]. Quod an in procuratore recipiatur, alibi expoſitum eſt [15].

Pecunia reproba non liberat ſoluentem.

Creditor vendens pignus an fidem habeat pretij.

9 in §. qui reprobos.
10 arg. l. ſi quis extraneũ. de acqui. hæred. infrà.
11 fac. l. ſi cùm aurum. infrà de ſolut. Bal. in l. j. de cond. ind.
12 l. j. de cond. ind.
13 glo. & Bar. hîc.
14 l. creditor. & ibi Bar. ſe cun. ſol comm. infra eo.
15 l. cuicunque. §. ſi ei quẽ. infrà de inſtit. act.

SI SERVVS. L. XXV.

IN iſta reputatione ſumptum à creditore ipſi debitori faciendã, nihil omnino certi ſtatui poteſt: ſed tota res ad bonum virum eſt remittenda, vt hoc textu. Et adde eum qui ex conuentione pignus habet, teneri ad refectionem, vt hîc: quod ei qui habet pignus prætorium non vtique neceſſariò imponitur, niſi omiſsio caderet in dolum vel latam culpam [16]. Verùm qui ex cauſa damni infecti miſſus eſt, omnino reficere non tenetur, cùm nec ipſe dominus ante refecerat [17].

Creditor refectioni obligatur.

16 l. prætor. §. his verbis. & §. eſt præterea. de bon. auth. iud. poſſ.
17 l. qui bona. §. ſi quis quia. & l. ſi finita. §. ſi quis damni. de dam. infec. & ibi Bart.

NON EST MIRVM. L. XXVI.

PIGNVS cõuentũ ſola volũtate cõtrahitur [18], at iudiciale aut prætoriũ non item: ſed debet in rem pręſentẽ veniri, vt hîc [19], et capi poſſeſsio. vnde licet in omnibus actibus ad acqui

In prætorio pignore realis poſſeſsio requiritur.

18 l. j. ſupra eo. & l. 4. infrà de pig.
19 & c. cum aliquibus. ext. de re ind. l. ij. §. ſi quis ex liberis. ad Tertyl.

rendam poſſeſsionem ſit ſatis,rem eſſe in conſpectu [1], tamen in iudiciali & prętorio pignore(hæc enim ferè eadem ſunt [2]) quiddam vberius requiritur, nempe vt miſſus poſſeſsionem intret,per hunc textum [3]:ſi tamen facultas eſt: nam ſi nõ poſſit,benignè ex ſententia Panormitani [4] dicitur,transferri poſſeſsionem [5]: licet nonnulli aliud ſentiãt. Sed quia cùm nomen à iudice pignori eſſe iubetur,poſſeſsio vera non poteſt intercedere, dicitur ex ſolo iudicis iuſſu conſtitui prætorium ſiue iudiciale pignus in nomine [6].

1 *l.j.§.ſi iuſſerim.de acq. poſſ.& l.quod meo.§.ſi venditorem.illo tit.*
2 *per tex.in l.ij.de præto. pig.C.*
3 *& Bar.in l.j.in princ.in pe.col.ibi,ſed quid ſi executor.de acq.poſſ.*
4 *in d.c.cum aliquibus.pe. col.de ſent.& re iud.& Compoſtell.in c.transmiſſa.de elect.*
5 *tex.eſt in c.contingit. de dol.& cont.*
6 *gloſſ.& Bald.in l.ij. de præt.pig.*

SI PECVNIAM. L. XXXIII.

HAEC lex ignoratione vocabuli perturbatur à veteribus magiſtris,cùm tamen ſit facilis.ex qua habes debitorẽ ſoluentem pretium, pigneratitia actione ſeruare ſibi ἀντίχρησιν, hoc eſt,illud pignus,cuius vſum & fructum creditori dederat pro vſuris:ex Alciato [7]:quod & manifeſtè Iuriſcõſultus probat [8].& ita in Codicibus Florentinis legitur. Sed & hìc adiiciendum eſt hanc ἀντίχρησιν iure Pontificio non ſubſiſtere.Notum eſt enim apud Canonicos,vſuram cõtrahere eum qui fructus ex re ſibi pignerata in lucro deputat [9]: propius eſt enim & honeſtius,vt illi in ſortem imputentur, & cum ſorte compenſentur,ſi conſumpti ſunt [10],ſi extant loco pignoris erunt, vt ſuprà adſcripſimus [11].

Ἀντίχρησις.

Vſurarius eſt qui fructus pignoris lucratur.

7 *lib.ij.diſp.c.iij.*
8 *in l.ſi is qui.§.j.infrà de pig.*
9 *c.j.de vſur.ext.& c.vl ti.illo tit.*
10 *l.ſi dominium.de pig.C.*
11 *l.ſi conuenerit.eo.*

TITIVS. L. XXXIIII.

IN hac lege quæritur,an pactũ legis commiſſoriæ, quod in venditionibus recipitur [12],identidem admittatur in pignoribus.In quo primùm videndum eſt, quomodo conſtituatur in pignoribus:ſit autem hoc modo,vt ſi debitor intra certum tempus non diſſoluerit,habeat rem emptã creditor, vt hîc [13]. An autem valeat ſubſiſtimus.Regulariter autem in pignoribus talis pactio improbatur [14].quo iure in Gallia vtimur, vt aliâs CVRIA Pariſienſis cenſuit [15].Sed hoc nemo dixerit, ſi actum fuiſſet vt res ſit empta iuſto pretio [16]: neque enim eo caſu deciperetur debitor,cùm iuſtum pretium relinquatur arbitrio boni viri.Idem eſt ſi ſimpliciter actum eſſet,vt res ſit empta,quia hoc interpretamur,iuſto pretio [17]. Sed & pactio illa valet in perſona tertij,puta fideiuſſoris [18].Plus etiam valet inter principales,ſi ex interuallo fiat,vt hoc textu, & valebit ad excipiendum,non ad agendum [19]. Planè iſta pactio iuramento confirmabitur, ex ſententia Guidonis Papæ [20]: cùm potiſsimùm ſit prohibita fauore priuatorum [21].Tractatum eſt,in feudis an ea pacto recipiatur,nempe cùm pecunia à te accepta obligo tibi fundum, vt me intra certum tempus non ſoluente,penes te titulo feudi & beneficij remaneat fundus,ſed non valere reſcriptum eſt [22].

Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus nõ recipitur.

Pactum legis cõmiſſoriæ iureiurando firmatur.

12 *l.commiſſoria.de pact. int.emp.C.& infrà tot. tit.de leg.commiſ.*
13 *& glo.in l.ſi fundus.§. vlt.infrà de pig.*
14 *l.vlt.C.de pact.pig.& c.pe.de pig.ext.l.quamuis.de ſolu.infrà.*
15 *xiiij.Calend.Iunij.anno 1551.*
16 *l.ſi fundus.§.vlt.infrà de pig.*
17 *Panor.in c.ſignificante. de pig.ij.col.ſac.l.nõ dubium.ad fi.de leg.iij.*
18 *l.vlt.in princi.infrà de contrah.empt.*
19 *Bar.in l.quamuis,de ſolut.per illum tex.*
20 *q.vj.in deciſ.*
21 *c.cùm contingat.de iureiur.Bar.in l.Seius & Agerius.ad leg.Falc.*
22 *c.j.de feud.dat.in vic. leg.commiſ.reprob.in feud.*

CVM ET SORTIS. L. XXXV.

PERTINET ad ea quæ ponuntur in lege prima, & lege ſequenti,infrà de ſolution.Et ex eo quod ferè nouiſsima lege dicitur,habes ſingulas commoditates diuiſionem recipere,& ſecundum eas diuerſo iure rem cenſeri. Vnde licet rem

ſuam

ſuam nemo pignori, nemo precario habere poſſit [1]: hoc tamẽ quoad dominium interpretamur: nam ſi ego pignori dedero rem meã ratione vſus & poſſeſſionis, quæ penes creditorem eſt, poſſum eam pignori, precario, locato de creditore meo accipere, vt hîc [2]. ſic vna & eadem res ratione vnius iuris poteſt præſcribi, ratione alterius non [3]. quod & ſuprà explicatum eſt [4].

An quis rem ſuam pignori poſſit accipere.

GAIVS SEIVS. L. XXXIX.

Subſcribẽs cõtractui rei ſuæ an noceat ſibi.

HVIC reſponſo aduerſatur lex fideiuſſor. §.j. infrà de pigno. ex quarum legum concordia, nobilis diſtinctio efficitur, ſecundum gloſſ. & omnes. Nam ſi aliquis præſens eſt, & ſubſcribit actui qui ſe inuito fieri poteſt, non continuò dicendus eſt conſenſiſſe: vt cùm venditur res mea quæ etiã me contradicente poteſt vendi [5]: ita hunc textum intellige. nec ex eo actu onus probationis transfertur in ſubſcribentem [6]. Sed hoc nõ idẽ eſt, ſi actus fieret inter propinquos [7], aut affines [8], vel ſi is qui venditioni rei ſuæ affuit tacens, poſteà pretium recepit [9]. Si autem aliquis ſubſcribit actui, qui illo inuito fieri nequit, nõn tãtum ſubſcriptio, ſed & ſola diſſimulatio nocet [10], niſi ſubſcriptio fieret non lectis aut intellectis verbis inſtrumenti [11]: vel niſi actui ſe ſubſcriberet vt teſtis [12]: vel niſi ſubſcriberet in contractu rei ſuæ, putans alienam eſſe [13]. An verò qui tacet conſentiat, vide in l. ſi filiusfamilias. infrà ad Maced.

DEBITOR. L. XL.

Pignus pignori an detur.

§. SOLVTA. An pignus pignori detur, & de iis quæ in eam ſententiam dici ſolent, vide quæ habentur in l. grege. §. cùm pignori. infrà de pignor.

REM ALIENAM. L. XLI.

Res aliena pignori an detur.

SI res à debitore pignerata non erat in illius bonis, creditori non creatur ius: debet enim creditor probare rem fuiſſe in bonis debitoris [14]. Si tamen dominium poſt obligationem accedat debitori, confirmatur pignus prius, idque ex æquitate [15]: niſi creditor eſſet malæ-fidei, & ſciſſet rem ſibi alienam obligari, quia non procedit illi pignus niſi quoad retentionem [16]. An autem dominio accedente venditori, emptor efficiatur dominus, expoſitum eſt in l. ſi quis alienam. de action. empt. infrà. Igitur ſi creditor hypothecaria conſiſtat contra extraneum titulo poſſidentem, debet probare debitorẽ ſuum tempore obligationis fuiſſe dominum [17], ſi contra poſſidentem nullo titulo, de quaſi dominio probationes implere debet, modò adſit titulus [18]. ſi autem agit creditor contra debitorem poſſidentem, ſufficit probare poſſeſſionem nudam penes debitorem fuiſſe tempore obligationis [19], vel etiam poſſeſſionem præſentem: neque enim de dominio quæſtionem referre poteſt [20]. Quomodo autem iſta probabuntur, habes Bartolum hîc de via præeuntem. Planè in generali obligatione non eſt neceſſe quem probare, pignus tempore rei ſibi nexu datæ, fuiſſe in bonis obligantis debitoris [21], cùm res futuræ veniant in obligationem [22]. Et ad ſecundam partem legis vide quod noto in l. ſi Titio. infrà de pigno. quæ valde aduerſatur. ſed vt ad hunc textum ſenſus clarus eſſe poſſit, di-

Creditori agẽti hypothecaria quæ probãda.

Intellectus literæ.

1 l. neque pignus. de reg. iu.
2 & l. re pignoris. de acquir. poſſeſſ.
3 c. ad audientiam. de præſcrip. extrà.
4 l. cùm ſponſus. §. de vectigalibus. ſuprà de publicia. vbi noto.
5 l. rem alienam. infrà de contrah. emp.
6 per Bart. hîc.
7 l. ſi ſeruus communis. inf. de don. inter vi. & vxo.
8 l. cenſualis. infr. de cẽſib.
9 l. quidam. infrà de euic.
10 d. l. fideiuſſor. §. j. de pig. l. ij. ſi alie. res pig. C. & l. ſæpe. de re iudi.
11 l. vlt. C. plus valer. quod agi. quàm quod. l. de iis. ſupr. de tranſa. vbi noto.
12 l. Titia. §. Lucia. de leg. ij. infrà.
13 l. Titius. de reſcin. vend. infrà.
14 l. & quæ nõdum. §. quod dicitur. infr. de pig. & l. ſi ſuperatus. ibid. vbi noto.
15 l. cùm res. C. ſi res alien. pign. & hîc. l. aliena. & ibi noto ſupra eod.
16 l. j. su prin. de pign. infrà.
17 d. §. quod dicitur.
18 l. ſi ab eo. infrà de pigno.
19 l. ſi inter. §. j. de pigno. & hîc.
20 l. ſi pignore. §. ſi prædo. ſuprà eod. & l. commodare. vbi noto. ſupr. commod. Bal. in l. cùm res. ſi aliena res pig. dat. ſit.
21 l. & quæ nondum. §. j. infrà de pig.
22 l. j. infrà de pig. & l. vlti. infrà quæ res pig. obl. C.

citur hîc, me qui hæres ſucceſsi Titio rem meam obliganti, non ideo conueniri poſſe pigneratitia; neque enim verum eſt me rem obligaſſe, licet re vera ſucceſſerim ei qui obligauit: at ſi ego idem conueniſſem de pignore, licet rem alienam obligarim, ſi tamen mea nunc eſt effecta, prope eſt vt pigneratitia tenear: idque ne ex mendacio meo conuincar. & ita intellige hunc textum in ſi. qui mirè eſt obſcurus [1].

Creditor. L. vlt.

HANC legem allego in l. eleganter. §. ſi vendiderit. ſupra eod. cui videtur aduerſari.

Locvm pvrvm. L. vlt.

§. Titivs. Damnum quod datur, vel principali, vel curiæ authoritate, non pertinet ad creditorem vel cōmodatarium, vt hîc: non idem dicendum eſt, ſi ſua culpa creditor rem deteriorem faceret [2]. Et ex hac lege inferunt, eos qui ſunt in aliquo officio, poſſe capere res priuatorū ad vſum publicum, quod intelligit Bartolus hîc data mercede [3].

Magiſtratus an res priuatorum capere poſsint.

1 *ibi, ſed ſi conueniſſet.*

2 *l. iij. §. j. ſuprà commod.*

3 *glo. in l. ſi locus. quemad. ſeruitu. amit. l. j. & ij. de iis qui pro præm. li. acce.*

LIBER QVARTVSDECIMVS PANDECTARVM.

De exercitoria actione.

Vtilitatem. L. I.

§. Magistrvm.

PRIMVM habes hîc, exercitorem eſſe dominum nauis: & ad eum omnes obuētiones ſpectant [4]. Magiſter autem appellatur, cui cura totius nauis ab exercitore credita eſt. Sed ſæpiſsimè quæſitū eſt, quo modo probetur præpoſitio alicuius magiſtri, vel inſtitoris à domino facta, & certè melius eſt eam nō ſolùm ex expreſſa domini voce, ſed etiam ex ſcientia & patiētia illius metiri, vt hîc. Vnde in eo quod dicitur, nūquam dominum de facto familiæ appellari & teneri, niſi circa id negotium familia deliquerit, cui ipſe præpoſitus eſt [5], præpoſitio ſatis implebitur, ſi probetur, non quidem nominatim à domino quem præpoſitum, ſed illum patiente & ſciente domino geſsiſſe, vt hîc [6].

Exercitor. *Magiſter.* *Præpoſitio quō probetur.*

§. Qvid tamen. Licet forma propoſitionis diligēter ſit obſeruanda à propoſito [7], ſi tamen illa captioſa eſt, non erit ſeruanda. Ideo admittitur iure ſpeciali in exercitoria, vt poſsit magiſter ſubſtituere, contra voluntatem & edictum domini: nec enim qui cum magiſtro contrahunt, poſſunt diu deliberare propter neceſsitatem [8]. Sic illa conſtitutio procuratoris eſſet captioſa, vt niſi de iis teneatur dominus, quæ bene & vtiliter procurator egerit, & ideo nulla [9]. Valeret autē prępoſitio ſub hac forma, ne alter gerat ſine alterius cōſilio [10], ſi modo ille cuius cōſiliū debet exquiri, particeps eſſe poſsit officij: aliâs contēni poteſt illa forma [11]. Itē prohibitus ſubſtituere, poteſt nūtiū delegare, quia q facit per nūtiū, per ſe videtur facere [12], quibus

Exercitor ſubſtruit contra domini voluntatem.

Prohibitus ſubſtituere per nuntium bene gerit.

4 *vt hac l. §. exercitorem. infrà.*

5 *Bar. & doct. in l. j. §. familia. infrà de publi. & l. quoties. de nox. noto in l. j. ſupr. naut. cau. ſta.*

6 *& l. vl. infrà quod cum eo. & Bar. in d. l. j. §. familia. text. eſt in l. q. de tribu. infrà.*

7 *l. ſed etſi. §. conditio. infr. de inſt. l. Pedius. ſuprà de arb. & §. igitur infr. ead. l.*

8 *vt ſupra ead. l. facit. l. j. fur. aduer. nau. cau. inf.*

9 *Bal. in rub. C. eod. ij. col. & Bar. in l. in cauſa. de procur. ſuprà.*

10 *§. ſi plures. infra eadē l. & l. Titiū. de admi. tut.*

11 *l. quidam decedens. de admini. tut. §. j.*

12 *Bal. in rub. C. eo. arg. l. pater ex. infrà de ma. vin.*

Gerẽtes an inſolidũ habeant officium.

quibus annecte quod diximus in l.eum qui.§.vlt.de conſtitut. pecun. Et quod ſequitur in §. *non autem ex omni.* infrà explicatur [1]. Prætereà ex §.*ſi plures.* ſcitum eſt & perpetuum, conſtitutos ad vniuerſitatem negotiorum, habere officium inſolidum, vt in magiſtris & inſtitoribus manifeſtum eſt, vt hîc: idẽ eſt in procuratoribus datis ad vniuerſitatem litium, ſi modo cum libera & pleno mandato dentur [2], aliâs pro parte officium haberent [3]. quæ ſententia Bald.placet [4]. Reliqua habes in l.j.ſuprà de conſul.

1 *l.vlti.eod.*
2 *l.creditor.§.duobus.infrà manda.*
3 *l.pluribus.de procur.ſuprà.& c.ſi duo. de proc. extrà.lib.vj.*
4 *in rub.eo.tit.C.*

Inſtitor finito officio an teneatur.

§. EST AVTEM. Hic eſt caſus ſecundum Paulum de Caſtro [5], & Bald. [6] per quem euincitur, inſtitores & magiſtros teneri finito officio, licet aliud Bartolo videatur [7]. Sed de his te refer ad ea quæ ponuntur in l.Plautius.ſuprà de procu. Planè ex ſententia Bartoli in CVRIA Pariſienſi iudicatum eſſe [8] per manus accepimus, non rectè ſcilicet conueniri inſtitores ex iis contractibus quos nomine inſtitorio inierunt, ſed in dominos actionem eſſe intendendam, niſi domini eos qui pro ſe geſſerunt pro inſtitoribus non haberent. Et ex §.*ſi is qui.* ea diſtinctio ferè admittitur, vt ſi filius, & ſeruus negotientur patre & domino ignorantibus, teneatur pater vel dominus de peculio [9]: ſi contrahunt patre vel domino ſciente, tenebitur pater aut dominus tributoria, vt hîc [10]. nam in muneribus priuatis ſola ſcientia patris non obligat patrem inſolidum, vt in tutela dicitur [11], ſed in publicis non eſt ita [12]: Planè ſi contrahunt domini volũtate, tenebitur dominus inſolidum, ſi iuſſerit certo genere contractus contrahi [13]: ſinautem certam ſpeciem non expreſsit, in nauali exercitione admittitur ob publicam vtilitatem, vt dominus vel pater inſolidum teneatur ex cõtractu filij, vel ſerui: in reliquis tributoria actio erit, vt hoc textu. quod & Bartolus probat.

Ex contractibus filij aut ſerui qualiter cõtra patrem vel dominum agẽdum.

5 *in l.vlt.de inſt.infrà.*
6 *in rubr.& in authent.ſi quando.de conſti.pec.C.*
7 *in d.l.vlt.de inſt.per illum text.*
8 *Die 2. Iunij, anno 1551.*
9 *tot.tit.de pec.infrà.*
10 *ibi, ſed ſi ſciente.*
11 *l.ſi filiusfa. de tut. infr.*
12 *l.j.de decur.lib.x.C.& ibi Bar.l.j. de filiisfami. eod.lib.*
13 *l.j.infrà quod iuſſ.*

Publicè adminiſtratores inſolidũ tenẽtur.

Priuatì geſtores quando inſolidum teneantur.

Mandantes an teneantur inſolidum.

§. SI PLVRES NAVEM. ET L. SEQVEN. Cùm quæritur an plures exercentes adminiſtrationem, vel negotiationem dicãtur duo rei, & teneantur inſolidum, ſic res ſtatuitur: vt obligentur inſolidum, ſi illis adminiſtratio à publico ſit data [14]. Cùm autem adminiſtratio voluntaria eſt & priuata, vt negotiatio, etiam inſolidum condemnatio fit, ſi per vnum gerunt negotium, vt hac lege & ſequentibus ſatis impletur [15]. quod maximam rationem habet: neque enim diuidenda eſt in plures obligatio, quæ in vnius perſona originẽ habet: ex quo fit vt diuiſionis beneficium inhibeatur, ne in plures diſtringatur qui cum vno contraxit [16]. ſinautem omnes gerant adminiſtrationem illam, tenentur pro parte [17]. quod ita admittit Bartolus [18], ſi in eodem loco hoc facerent: nam ſi in pluribus & diuerſis locis, inuicem videntur ſibi inſtitores, & inſolidum tenentur [19]. Idem eſt & ſi quiſque diuerſo generi mercis ſe applicaret, vt vnus lanæ, alius oleo [20]. Item plures gerentes & mandatarij tenentur pro parte, ſi tamen illis inſolidum res eſſet mandata, magis eſt vt inſolidum eligi poſsint [21]. Et quod dixi plures gerentes per vnum, inſolidum teneri, intellige quoties inter eos actio ſocietatis, aut communi diuidundo locum habet, aliâs

14 *l.idem in duobus.de pac. l.cùm alicui.de neg.geſt. l.4.de loc.pub.fruẽ. infr.*
15 *& l.habebat.§.vl.infr. de inſt.& l.ancillarum. §.vlt.infrà de pecu.*
16 *Bal.in rub. ad ſi.C.eod.*
17 *l.iiij.infra eod.*
18 *in l. eandem. de duobus reis.in princ.vlt.col.*
19 *l. iure proviſum.de fab. lib.xj.C.l.v.§.ſi plures. infrà de tribut.*
20 *l.eius qui in prouincia. ſuprà ſicer.pet.& Bar. hîc.*
21 *l.creditor. §.duobus. & ibi gloſſ.Bar.& Bal.infrà mandati. nota in l.ſi mandato.§.Paulus.mãdati.infrà.*

pro parte ſit cõdemnatio, quod explica per textum in l. idem erit. infrà de inſt.

Lvcivs Titivs. L. vlt.

Creditor agẽs ex contractu inſtitoris cõtra dominum, an verſum in rem domini cogatur pbоare.

CVM inſtitor aut magiſter nauis habet expreſſum mandatum ad recipiendas pecunias mutuò, cum ratione dicitur, vt creditor agens ex illorum contractu contra dominum, non teneatur probare in rem domini verſum [1]: ſinautem non haberent expreſſum mandatũ mutuis accipiendis pecuniis, ſed tantùm tacitum, & velut in conſequentiam rei principaliter commiſſæ, ſatis iudicabitur probatum in rem verſum à creditore, ſi quatuor concurrant, de quibus hîc in textu. quod ad ciuitatem quoque perducitur, ſi quæſtuariam artem facit [2]: aliâs creditor in rem verſum ciuitatis probare tenebitur [3]. Sed hæc locum habent cùm agitur iſtis actionibus, nempe inſtitoria & exercitoria [4]: ſinautem de in rem verſo actionem creditor intendat, nominatim in rem verſum probandum eſt, nec præſumptiones huius legis facerent ſatis [5]: vel ſaltem caſus probãdus eſt, quo fuit ſeruus impeditus, ne pecunia in vſum verteretur [6]. quod verius videtur, licet alij aliter ſoluant.

1 l. j. §. ne autẽ. ſupra eodẽ.
2 Bal. in rub. de inſtit.
3 l. ciuitas. ſi cer. pet. ſuprà vbi diximus.
4 vt ſupra eodẽ. l. j. §. non autem.
5 per l. iij. §. ſed ſi accepit. infrà de in rem verſ.
6 d. l. iij. §. vlt.

De lege Rhodia de iactu.

Si laborante. L. ii.

Illata in nauẽ ſunt obligata pro penſione.

EX hac lege habeo, illata in nauem pro penſione eſſe obligata: nam ſi non eſſent obligata, pro alio debito non poſſent retineri [7], cùm tamen retineri poſsint. & vide ea quæ ponuntur in l. in rebus. § poſſunt. ſuprà commoda.

7 l. ſi nõ inducta. C. in qui. cau. pig. vel hypo.

§. Si conservatis. Hic textus ſingularis eſt, ex quo dicitur dominum nauis ſi ruptum ſit inſtrumentum, aut exarmauerit nauis, non poſſe recuperare à vectoribus, aut cum eis damni diſceptare; niſi voluntate vectorum in periculo propinquo inſtrumẽtum eſſet ruptum [8]: Sic nec faber qui malleũ, aut quid ſimile fregit, non repetit à locatore [9]. ſic nec qui locat de me opus faciẽdũ, tenetur mihi ad ſumptus & cibaria [10]. Adde, dominum nõ teneri de damno illato procuratori cùm negotium commiſſum procuraret: vt ſi procurator eſſet à latronibus ſpoliatus [11]: niſi ex ſumma quadam æquitate [12], quæ etiam legato damnum reſarciri monet, ſi à latronibus in via diriperetur [13]. Quod verò damnum vni ex ſocüs cõtigit, dum rem ſocietatis agit, ſocietati imputatur [14]; niſi culpa aliqua ſocio imputari poſſet [15]. Ideóque furtũ ſibi factum, ſi tamẽ culpa ſua factum eſt, ſocietati non réputat [16]: ſinautem damnũ ſocio contigiſſet, non propter negotium cõmune, non feret de medio ſocius [17].

Dominus an teneatur reſarcire, procuratori damnũ acceptum.

Item ſocius.

8 l. iij. infra eod.
9 gl. in l. quoniam. de teſti.
10 per Bal. in d. l. quoniam.
11 l. inter. §. non omnia. infrà manda.
12 glo. in d. § non omnia.
13 Bart. in d. §. non omnia. & ibi Bal. lufẽ.
14 l. cùm duobus. §. quidã. infrà pro ſoc. & Panor. in cap. cùm pro cauſa. de procur.
15 l. cùm duobus. §. venit. pro ſoc.
16 d. l. cùm duobus. §. dãna.
17 l. ſocium. §. vl. cum l. ſeq. infrà pro ſoc.

Si vehenda. L. vlt.

Difficultas an à mora, aut periculo liberet.

§. Si ea conditione. An caſus pòſt incidens liberet quem à pœna & culpa præcedente, habes in l. ſi vt certo. §. nũc videndũ. ſuprà cõmo. Et ex eo quod paulò inferius ſequitur [18], nota difficultatẽ excuſare à pœna, non tãtùm in contractibus, per hunc textum [19], ſed etiam in iudiciis [20]: ab obligatione verò principali minimè eximit [21]. Item excuſat à periurio [22].

18 § idem iuris.
19 & l. ſi homo mortuus. infrà de verb. oblig.
20 l. apud Celſum. §. ſi in arbitrum. infrà de doli excep. & ibi Barto. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ſuprà ſi quis cau.
21 l. continuus. §. illud. de verb. oblig. & ibi Bart.
22 c. breui. de iureiurando.

An

An autem excuſet à mora, ſic ferè res terminari ſolet: nam quoties adiicitur facto, toties impedire moram dicitur, argumento huius legis: ſin autem incideret obligationi dari, & idem iuris eſt, ſi deberetur ſpecies [1]: in quantitatibus autem nulla difficultas excuſat [2]. Sed hæc in debitore admittuntur, creditori autem nullo modo difficultas patrocinatur ad excuſationem moræ [3]: quod & Bartolus & Abbas ſcribunt [4]. Et quod extrema lege dicitur, pertinet ad id quod de rebus ad menſuram venditis, aut locatis explicatur in l. qui fundum. §. qui agrum. de cont. emp. inf.

1 l. quod te. ſup. ſi cert. pet. l. ratio. §. cùm per venditorem. infr. de act. empt.
2 l. continuus. §. illud. de verb. oblig.
3 l. item illa. in prin. ſup. de conſt. pec. & ibi Bar.
4 Bar. l. quod te. ſup. ſi cer. pet. Panor. in c. breui. de iureiur.

De inſtitoria actione.

ÆQVVM EST. L. I.

HIC Eſt caſus in quo ex contractu liberæ perſonæ mihi quæritur: nempe quando qui mihi debet cedere non eſt ſoluendo: habet enim æquitatem, vt eo caſu mihi in ſubſidium actio accommodetur [5]. idem placuit quoties abeſſet qui cedere debet [6]. Et quòd hîc dicitur, ex contractu inſtitoris dari actionem domino in ſubſidium, intellige ſi dominus ex eo contractu non obligatur, putà cùm inſtitor rem vendidit & tradidit: cùm enim in hac ſpecie dominus non obligetur (ad nihil enim teneri poteſt, cùm res ſit tradita) non aget niſi in ſubſidium, vt hîc: ſecus autem dicitur, ſi dominus ex eo contractu inſtitoris obligaretur, finge forte inſtitorem non tradidiſſe: hîc certè benignè interpretamur, vt domino vtilis ſine ceſſione actio detur, etiamſi ſit ſoluendo inſtitor [7]. nam propter relationem & æqualitatem aliquis habet actionē, quam aliâs non haberet. Ex quo dicit Baldus [8], eum qui ex aliquo contractu ex quo non habet actionem, ad iudicium enocatur, etiam vice mutua habere actionem. Nec enim eſt nouum vt vnius partis priuilegium ad alteram quoque tranſeat [9]. Et hæc nota pro temperatione huius legis. Reliquos caſus vbi quæritur domino ex actu procuratoris etiam ſine ceſſione, repete ex iis quæ habes in l. ſi procurator. de proc. ſup.

Ex contractu inſtitoris quãdo actio domino detur.

5 fac. l. iij. de eo per quem fact. erit.
6 l. damni. §. vl. de damn. infe. vide Bar. in l. dominus. & ibi note. ſupr. de cond. indeb.
7 l. Iulianus. §. ſi procurator. inf. de act. emp. Bal. in l. cùm per eos. ſi quis alt. vel ſib. C.
8 in l. ſi mutua. de exerc. C.
9 l. petend. e. de temp. in integr. reſtit. C.

CVICVNQVE. L. V.

§. SED ET CVM FVLLO. Præclarum eſt quod dicitur, toties teneri dominum ex contractu procuratoris, quoties teneretur ex contractu inſtitoris [10]: quod tamen opinor ſic temperatur, vt locum non habeat in delictis. nam ſi qui inſtitor præpoſitus eſt fugiat, & res creditorum vel contrahentium ſecum, interuertat, tenetur dominus: contrà ſe habet ſi vt procurator eſſet relictus, per hunc textum, quem nota [11]. His accedit non obligari dominum ex contractibus à diſcipulo initis, per hunc textum. ſi tamen patiente magiſtro cõſueuiſſet negotiari: iam videtur inſtitor, & teneretur dominus [12]: ſatis enim ex patientia domini mandatum probatur [13]. Et quod dixi ex contractu procuratoris dominum teneri, intellige inſtitoris inſtar: hoc eſt vt ſicut inſtitor habere debet

Quoties ex inſtitoris contractu obligatur dominus, toties ex procuratoris.

Diſcipulus cõtrahens an domino officiat.

10 l. pe. & ibi Bald. C. de exerc. gl. in l. ſi pupilli. §. j ſup. de neg.
11 fac. l. ſi procurator. de cond. ind.
12 l. vl. inf. quod cum eo. & Bal. in rub. de conſt. pec. C. ij. col.
13 l. j. §. magiſtrum ff. ſup. de exerc. vbi not. Bal.

mandatum expreſſum, vel tacitum, ita & procurator habeat: aliâs ad dominum res non pertinet [1]. Et ex §. *Non tamen*. generalis illa ſententia eſt, in cõtractibus cum inſtitoribus, aut aliis, officio cui præpoſitis, ineundis, formam præpoſitionis diligenter obſeruandam eſſe, vt & antea diximus [2], per hunc textum. Plus ipſum genus commiſsionis, vel officij erit expendendum, & perſona eius cum quo fit contractus, examinanda [3]. Ex quo euenit vt ex contractu facto cum cuſtode & ſacriſta eccleſiæ, vel priore clauſtrali, non obligetur eccleſia: nec ex contractu eius qui iuriſdictioni præeſt, ciuitas teneatur [4], nec ex contractu villici dominus [5]: nec enim in eam rem videntur eſſe adlecti. Ad ea tamen quę ſæpiſsimè veniunt incidenter & per conſequentiam officij, mandatum extendetur. Vnde fit vt qui emptionibus faciendis delegatur, poſsit & eo nomine mutuas pecunias ſumere, & obligabitur dominus, per hunc textum [6]. Si autem quas mutuò accepit pecunias, non impendit: vel ſi vertit in alium vſum, an creditor debeat in rem verſum probare, vide quæ ponuntur in l. vltim. ſuprà de exerc [7].

Forma præpoſitionis videda.

Ex contractu cuſtodis an eccleſia teneatur.

Habens mandatum ad emẽdũ habet mandatũ ad accipiendum mutuo.

§. SI EI QVEM. Vides inſtitorem & generalem procuratorem poſſe fidem pretij habere: ſed id non eſt verum, ſi eſſet ei edictum à domino, vt pecunia præſente diſtraheret: aut dominus certum pretium definiſſet: ne ſi eo caſu fidem pretij habeat, minus videatur vendidiſſe ob repræſentationem pecuniæ [8]. At ſpecialiter procurator datus, non habet fidem de pretio: & hoc Bartolus notat [9]. Sed mihi falſum videtur ex Vlpiani verbis, quibus oſtenditur eum qui mandato meo rem vendidit, poſſe rem tradere habita fide pretij, niſi ſpecialiter ei contrarium edixerim [10]. At executor ſpecialis cùm ſit nudus miniſter, non habet fidem de pretio [11]: quod tamen in generali executore contrà ſeruatur, per hunc textum [12]. Benè autẽ dicitur & ſine diſtinctione, procuratorem fiſci non habere fidem de pretio [13]: ſic nec creditor pigneratitius vendẽs pignus, poteſt habere fidem de pretio, vt ex ea fide teneatur debitor reſiduum pretij expectare [14]: niſi cauſa eſſet quæ ad fidem de pretio habendam poterat adhortari, vt & ſuprà explicatum eſt [15].

Inſtitor an fidẽ pretij habeat.

Item an procurator.

Executor.

Creditor.

SED ET SI QVIS. L. VI.

VIDES Mulierem præponentem teneri, quia in obligationibus principalibus viro comparatur [16]: prætereà ceſſat Velleianum in muliere exercente mercaturam. Sic & eccleſia exercens quæſtuariam artem iure priuati vtitur [17]. Quod autem hîc dicitur per pupillum inſtitorẽ, obligari dominum, habes fuſius in l. iij. §. ſed vtrum, de minor. nunquam enim reſtituitur minor, vt maior compendium ferat [18].

Velleianum ceſſat in muliere inſtitore.

SED SI PVPILLVS. L. XI.

§. DE QVO PALAM. Ex hoc textu manifeſtum eſt, eum qui alicui geſtioni præpoſitus eſt, non reuocari cum effectu, niſi reuocatio ad notitiam creditorum, & eorum qui tali commiſsione ad contrahendum inuitari potuiſſent, peruenerit: idem eſt in procuratore [19]. In hoc autem caſu ſufficiet proſcriptionem & reuocationem fieri publicè: nec enim igno-

Reuocatio procuratoris debet peruenire ad notitiam cõtrahentium.

1 *l. ſi procurator. ad fin. & ibi Bar. ſup. de proc.*
2 *l. j. §. quid tamen. ſup. eo. fac. l. ſed & ſi quis. §. conditio. iſto tit.*
3 *l. qui cum alio. de reg. iur. vbi Decius.*
4 *fac. l. ſi cũm villico. infr. eo. & Innoc. in c. quod quibuſdam. de fideiuſſ.*
5 *d. l. ſi cum villico.*
6 *& l. j. §. vnde quæritur. de exerc. per Bal. in rub. de exer. iij. col.*
7 *& fuſius in l. ciuitas. ſuprà ſi cert. pet.*
8 *l. plus. de ſolut. infr. c. j. de plus petit. ext.*
9 *in l. j. de off. proc. Cæſ. ſup.*
10 *in l. j. §. i. infr. de excep. rei vend. & trad.*
11 *l. à Diuo Pio. §. ſi emptor. de re iud. vbi Bart.*
12 *& Bart. in l. alio. §. col. vlt. de alimẽ. & cib. leg.*
13 *l. ſi procurator. infrà de iur. fiſc.*
14 *l. creditor. ſuprà de pig. act. & ibi Bart.*
15 *l. eleganter. §. ſi vendiderit, & ibi gloſ. de pig. act.*
16 *fac. l. etſi à muliere. & ibi Bal. C. de exercit.*
17 *Bal. in rubr. de exercit. C. iij. col. noto in l. ciuitas. ſi cert. pet.*
18 *l. cum mandato. ſupr. de minor.*
19 *l. ſi mãdaſſem. inf. mãd. l. ſi procuratorem. ſup. de proc. c. mandato. de proc.*

Quæ publicè fiunt nō ignorantur probabiliter.

ignorationem quis poterit cauſari, eius quod publicè factum erit, vt hîc:cùm id ſingulorum auribus non ſit neceſſe inculcare [1]. Item ad materiam huius §. vide quæ ponuntur in l.ſi procuratorem.ſuprà de procur. Quòd autem pertinet ad §. *Conditio*.require ex iis quæ anteà diximus [2].

1 *c.j.de poſt ul.pral.c.vlti. qui matrim.accuſ.l.vlt. de decret.ab ord.faci.*
2 *l.cuicunque. §. non tamen.ſup.eod.*

HABEBAT QVIS. L. XIII.

Cauſa in libello.

NEMO Neſcit libello eſſe adiiciendam cauſam ex qua ſequi poſsit condemnatio [3].ideo ſi vnam cauſam complexus aliquis libello eſt,& aliam probet, non ſequitur condemnatio,per hunc textum [4]. Sed tamen non prohibetur alio iudicio ius ſuum perſequi ex alia cauſa, idque ex æquitate per hũc textum [5].nec puto reſtitutionem neceſſariam eſſe,licet aliud Bartolo videatur, qui legem non allegat.Et quod extrema legis parte tentatur,an plures præponentes inſtitorem,inſolidum conueniri poſsint, ſuprà reſponſum eſt [6].

3 *glo.in l.j.de eden.C.vbi dixi.*
4 *fac.l.iiij.§.vlt.inf.quod cum eo.& Bar.in l.j.de edend ſupr.*
5 *c.vlt.de cauſ.poſſ.l.vlt. de excep.rei ind.infrà l. Lucius.§.j.de leg.iij.c. abbate.de re ind.lib.vij.*
6 *l.j.§.vlt.eod.*

SI CVM VILLICO. L.XVI.

NON Omnis qui cui negotio præficitur inſtitor eſt, aut cõtinuò obligat dominum.ideo vide quæ in hanc ſententiam adſcripſimus in l.cuicunque.§.non tamen ſup.eo. Et huc pertinet l.legatis.infr.de leg.iij.

SI QVIS MANCIPIIS. L. XVII.

Inſtitor morte domini nō reuocatur.

§.SI IMPVBES. Hîc habes inſtitorem non reuocari morte domini:cui videtur obſtare textus in l.eius.ſup.ſi cert, pet.Et vide quæ ibi habentur.

IN EVM. L.XVIIII.

Pro ſe nemo fideiubet.

§.TABERNAE. Quanquam non admittitur vt quis pro ſe fideiubeat [7]:tamen vno proſpectu poteſt quis debere,& alio fide ſua eſſe iubere,vt hîc [8].

7 *l.hares.§.ſeruo.infr.de fideiuſſ.*
8 *fac.l.ſi mãdator.quod cũ eod.C.& ibi Bal.*

LVCIVS TITIVS. L.VLT.

Inſtitor finito officio tenetur.

EX Hac lege aſtruitur,ſecundum quoſdam, inſtitorem finito officio non teneri:quod tamen neque Baldo,neq; Paulo de caſtro probari poteſt [9]. ideo vide quæ ponuntur in l. Plautius.ſupr.de procur.Nec enim obſtat hîc textus, cùm ex eo non demonſtretur aliquis contractus inſtitoris, ſed nuda confeſsio, ex qua non eſt mirum, ſi poſt mortem domini is non poſsit conueniri [10].Quanquam contra ſententiam Baldi placitum CVRIAE Pariſienſis proferatur, vt & ſuprà annotauimus [11].

9 *per l.procurator qui pro euictione.ſup.de procur. & l.j.§.eſt autem.ſup. de exerc.vbi ſcripſi.*
10 *ſecund.Bald.in rubr.de conſt.pecu.*
11 *l.j.§.eſt autẽ.de exerci.*

De tributoria actione.

SED ET SI. L.III. §.SI SERVVS.

Pupillus an ex dolo tutoris teneatur.

IN Quæſtione qua quæritur, an dolus tutoris vel curatoris noceat pupillo, adulto aut furioſo,ita res explicari ſolet.Primùm enim manifeſtius eſt quàm vt dici debeat, tutorem extra negotia pupilli delinquentem, nullum damnum pupillo afferre [12]:

12 *l.neque interdicto.infr. de reg.iur.*

ſi verò in iis quæ ad geſtionem pertinent, delinquit, & colluſio detegitur, idem erit [1]: ſi nulla ſit colluſio, magis eſt, vt tutoris dolus non teneat pupillum, niſi quatenus ad eum peruenit ex dolo [2]: & hoc in effectu, nam poſſet pupillus inſolidum conueniri [3], ſed liberabitur cedendo actionem in tutorem [4]. Hinc non præter rem dicitur, pupillum rectè condemnari in expenſis, ſi tutor calumnioſè litem mouit: tamen is liberabitur ceſſa in tutorem actione [5]. Quodam tamen caſu condemnabitur & exigetur pupillus: nẽpe cùm pœna in tutorẽ æquè non poteſt cadere [6], ſed tamen ſeruabit à tutore [7]. An autem pupillus ex ſuo dolo teneatur, habes in l. j. §. vlt. ſup. comm.

Pupillus an ex dolo ſuo.

PROCVRATORIS. L. v.

AN Dolus procuratoris ad damnum domini pertineat, vide per Bar. in l. j. ſi quis ius dicen. non obtemp. habes aliqua in l. ſi procuratori. infrà de dol. & met. except. Et ex §. *Si plures*, nota textum ſingularem, ex quo habes in mercibus ſeparatis, hoc eſt, diuerſæ ſpeciei, ſeparatim in tributum veniri: idem ſi vna eſſet negotiationis forma, ſed diuerſis locis & tabernis diſtingueretur, quia ex diuerſitate locorum ſeparata fiet tributio [8]: & pertinet ad id quod ponitur in l. j. §. vltim. ſuprà de exercit.

In mercibus ſeparatis ſeparatim fit tributio.

§. PLANE. Res empta ex pecunia mea, neque mea eſt [9], niſi in quibuſdam caſibus [10], neque mihi obligata [11]. cui conſequẽs eſt, vt in illa re tributio omnium ſit communis, vt hîc. Si tamen conueniſſet vt ea res pignori mihi eſſet quæ ex mea pecunia comparata eſt, præferar omnibus etiam anterioribus tempore [12]: & tributio locum non habebit, per hunc textum. Nec ſimile eſt quod dicitur, dedi rem meam habita fide de pretio, & illa extat: vt non plus iuris in illa pro debito meo habeam, quàm alter: ſed omnes creditores exequantur, & in tributum venient æqualiter, per hũc. Ex quo infertur ad queſtionem quæ relata eſt apud Bartolum [13]: vendidi tibi boues, fide pretij habita, deinde contra te eodem tempore ego pro pretio, & alter pro alio debito iudicio contendimus: quæritur an ſaltem ad ſeruandum debitum meum præferar in bobus: quod minime dicendũ eſt, per hunc textũ [14]: multò minus ſi ex mea pecunia eſſent empti boues: nam in bobus tributio erit communis [15]. quod intellige ſi fides habita eſt, & pecuniæ dominium trãslatum [16]: aliâs dabitur mihi vindicatio, & omnibus mea cõditio potior erit, nec ad tributionẽ venietur [17]. An autem fides de pretio præſumatur habita ex traditione rei, vide quæ ponũtur in l. quod vẽdidi. inf. de cõt. empt.

Res empta ex mea pecunia an ſit mea.

QVOD IN HAEREDE. L. VIIII.

§. ELIGERE. Benignè obtentum eſt in reo, vt pluribus exceptionibus etiam contrariis vti poſſit [18]. ex quo euenit vt qui ſe hominem interfeciſſe negauerit, poſſit ſi poſteà cõuincatur, prætexere ſe ad defenſionem ſuam, & lege permittente id commiſiſſe [19]. An autem actor plures actiones quas habet poſſit intendere, dubitatum eſt: & rationem habet, vt, ſi ad diuerſa eæ competant, vna dictata ad aliam redire poſſit [20]: ſin autem ad idem ius dantur, non eſt permittiendum actori vt vt eas omnes dictare poſſit, vt ex ſingulis compendium ferat: ſed

Pluribus exceptionibus quis vti poteſt.

Pluribus actionibus an actor vti poſſit.

1 *l. meminerint. C. vnde vi.*
2 *vt hac l. & l. ſi dolo. vbi vide Barto. inf. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. l. Iulianus. §. ſed cùm in facto. inf. de act. empt.*
3 *l. j. §. hoc edicto. infr. ne vis fiat ei.*
4 *l. vlt. de adm. tut. inf.*
5 *Bart. in l. j. §. ſi procurator. in fin. ſi quis ius dic. non obtemp.*
6 *l. ij. de his quibus vt indig. C.*
7 *d. l. ij. & vide Bar. in d. l. ſi dolo. ſi quis omiſ. cauſ.*
8 *fac. text. ſing. in l. hinc quæritur. §. j. de pecul. infrà.*
9 *l. ſi ea pecunia. C. de rei vind. l. j. & ij. ſi quis alteri. C.*
10 *de quibus in l. ſi vt proponis. C. de rei vind.*
11 *l. quamuis. C. de pign.*
12 *l. licet. C. qui potio. in pig.*
13 *in l. ſi cùm dotem. §. vlt. infr. ſol. matr.*
14 *& l. qui fundum. inf. de in rem verſ.*
15 *d. l. ſi ea pecunia.*
16 *per hunc text. & §. vendita. de rer. diuiſ. Inſti.*
17 *l. ventri. §. in bonis. inf. de priui. cred.*
18 *l. nemo. de excep. inf. & ibi Bart. Pan. in c. paſtoralis. de excep.*
19 *Bar. in auth. contrà qui propriam. C. de non numer. pecu.*
20 *l. non eſt nouum. de act. empt. inf. vbi nota.*

ſed ex pluribus vnam eliget qua cum reo experiatur, vt hîc [1]. Plane ſi ob factum aut contumaciam rei, non eſt integrum actori eligere, vtra ex pluribus actionibus agere malit, fortè reo non reſpondente ex forma legis [2], conceditur actori nulla electione facta agere [3]. Nam propter iuſtum errorem, libellus incertus aut alternatiuus tolerari ſolet [4]: vt Baldus alibi notat [5]. Ex quo euenit vt qui errore iuſtiſsimo non rectè & vtiliter egit, poſsit impunè ad aliam actionem reuenire [6]. Et quod dicimus actiones electione tolli, intellectum habet, ſi ex vna cauſa vel pluribus contrariis deſcendunt [7]: vnde eſt, vt perſecutoria per perſecutoriam tollatur [8]: & qui commodati actione conſtitit, ad condictionem furtiuam, quæ & ipſa perſecutoria eſt [9], regreſſum non habet. & ita neceſſariò intelligitur, quod dicitur in l. ſi is cui. infrà. de furt. vt ibi actio furti pro coudictione furtiua ponatur. Quòd ſi ex diuerſis cauſis ſed non contrariis, actiones veniunt, electione vt dixi, non tolluntur, ſed vna poſt aliam rectè intendetur [10]. Ex quo valet quod traditum eſt, perſecutoriam actionem per pœnalem non tolli, nec è diuerſo [11]. Huc probè annectitur, quod à Canonicis relatum eſt, nullo iure nos impediri, quo minus duos titulos, & collationes plures ad idem ſacerdotium impetremus [12]: ſed vt ex vtroque titulo ius perſequamur prohibitum eſt: erit igitur impetranti eligendum vtram viam ſequi malit [13]. Planè excipiendo pluribus titulis niti poterit [14]: vt & Abbati videtur [15]: vel eò magis, quòd nouum titulum impetrans, veterem nou creditur eiurare [16]. Sed quanquam admittatur in actionibus, vt electa vna, ad aliam non ſit regreſſus [17]: non idem tamen vſuuenit in pluribus debitoribus, quorum alter ſi eligatur & conueniatur, non ideo dici poſsit cæteros abſolui: quin & diſtringi poterunt, & ad eius quod ab altero ſeruari non potuerit ſolutionem compelli [18], non enim litis conteſtatio contra vnum facta, ſed ſolutio ab illo impleta cæteros eximit [19]. quod an in contractibus indiſtinctè dicatur, alibi explicamus [20]. In pœnalibus autem nec litis conteſtatio, nec perceptio ab vno inſolidum facta, reliquos liberat, at ſuæ pœnæ quiſque obnoxius eſt [21]: vt & anteà adſcriptum eſt [22]. Sed in contractibus valde notandum eſt, vt quoties plures vnius rei nomine tenentur, pendente lite contra vnum, de eadem re alter non poſsit appellari [23].

Incertus libellus.

Ad beneficiũ an quis duos titulos poſsit impetrare.

Electo vno ex pluribus debẽtibus an alter abſoluatur.

Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur.

Ait praetor. L. II.

FILIVSFAMILIAS ex contractibus ſuis tenetur [24]: tamen emancipatus vel aliter de patris poteſtate dimiſſus, videtur quodammodo eximi ab illa obligatione, ſicut dicitur in ſeruo manumiſſo [25]. ideo contra eum prætor reſtituit actionem vtilem [26]. Verum ſex caſibus qui habentur in hac lege, ita res expeditur, vt niſi quatenus facere poteſt, conueniri non

Filiusfamilias quando teneatur ex contractibus.

1 & l. nemo ex his. §. quoties. de reg. iur. & l. j. de furt. C.
2 l. qui petitorio. de rei vind. ſuprà. l. cogi. de petit. hared. C.
3 l. j. §. quod autem. quor. lega. l. ij. quando de pec. act. infrà.
4 l. quæ de tota. de rei vind. vbi noto.
5 l. j. in oppoſ. C. de furt.
6 l. iiij. §. vlt. quod cum eo qui in alie. infrà. l. habebat. de inſtit.
7 d. l. j. de furt.
8 l. ſed ſi ex cauſa. infrà pro ſocio.
9 l. ſi pro fure. de cond. furti. ſuprà.
10 l. item illa. §. vetus. de pecu. conſtit. ſup. & ib. Barto.
11 l. rei communis. pro ſocio. l. qui ſeruum. de verbo. oblig. & act. inf. l. ſi pro fure. ſup. de condi. furt.
12 c. poſt electionem. & ibi Panor. de conceſſ. præb. ext.
13 c. vt quis duas. de elect. lib. vj.
14 d. l. nemo. de excep.
15 c. in noſtra. de elect.
16 Panor. in c. cùm olim. ij. de priuil.
17 per hunc text.
18 l. ſi creditor. §. pe. de pecul. infrà.
19 l. & quidem. & l. perceptione. de his qui deiecer. vel effud. ſup.
20 l. nec vllam. §. item ſi dolo. de petit. hær. ſup.
21 l. item Mela. §. ſi plures. ad leg. Aquil.
22 d. l. item Mela. §. ſi plures.
23 l. quoties. §. ſi creditor. de pecul. inf. & ibi dicitur.
24 l. tam ex contractibus. ſup. de ind.
25 l. eum ſeruum. ſup. de neg. geſt.
26 in tit. de capi. diminu. ſuprà.

poſsit, hoc eſt, deducto ne egeat [1]: & relinquetur ei competens victus à iudice, qualitate perſonæ penſata [2]. Sic ſufficiens ſacerdotium attenditur ex qualitate perſonæ [3]: quæ inſpectio valet, vt cognoſci poſsit an iuſtè quis duo beneficia poſsidere queat [4]. Competit autem priuilegium hoc quatenus facere poteſt, filiofamilias etiam contra actorem egenum: datur enim id propter mutationem ſtatus. cùm autem tale priuilegium miſerationis gratia tantùm indulgetur, ceſſat contra actorem egenum [5]: vt illius cauſa ſit potior qui de damno certat, quàm eius qui de lucro [6]. Ex quo efficitur maritum non habere priuilegium hoc contra mulierem repetentem dotem, ſi ſit mulier egens [7].

Facere poſſe.

Exceptio quatenus quis facere poteſt, an habeat locum contra creditorem egenum.

Sed si ex parte. L. IIII.

CLARVM eſt filium mentientem ſe patremfamilias, inſolidum condemnari: & vide leges in glo. quæ conſentiunt: qua de re & nonnulla ſuperius attigimus [8]. Præterea habes [9], in delictis filiumfamilias inſolidum condemnari. Ex quo belliſsimè dicitur literas quinquennales & omnia priuilegia ſiue reſcripta moratoria ſolutionum, non habere locum in debitis ex cauſa delicti [10]: ſic nec exercentur contra futuros creditores [11]. Aliàs habebunt effectum data tamen cautione [12]. Item generalis in iure ſententia eſt, quoties mendacium nocet, & facit perdere priuilegium (quod multis caſibus accidit [13]) toties mendacium reuocari poſſe ante litem conteſtatam, & ita non nocebit [14]. Et ex eo quod inferius ſequitur [15], nota beneficium, vt quatenus facere poteſt quis teneatur, hæredi non dari [16], nec fideiuſſori [17]: at procuratori ſic [18], cuius conditio deterior in nullo eſt, quàm domini, præterquam in ſatiſdando [19]. Aptè autem quæritur, ſi iam lata eſſet ſententia contra filium, mox moritur, an in executione facienda habeatur ratio eius quatenus facere poteſt: quod non eſt admittendum: hoc enim beneficium iuris eſt, ſiue perſonæ, & non ſententiæ: ideo nec ſententia lata hæredi dabitur [20]. Et quod ad finem legis pertinet [21], an qui vna actione ſemel egit, ad aliam tranſitum facere poſsit, habes in l. habebat. ſuprà de iuſtit. & alibi etiam fuſius [22].

Reſcripta ſolutionis moratoria non proficiũt in delictis.

Priuilegium vt quatenus quis facere poteſt teneatur, hęredi non datur.

Pater. L. VII.

VIDES hîc filium inſolidũ conueniri, & tamen rite condemnationẽ fieri quatenus facere poteſt: ex quo fit, in omnibus actionibus quibus quis cõdemnatur quatenus poteſt, procedere libellum inſolidum, per hunc textum: quod adeò verum eſt, vt etiam ſi condemnatio inſolidum facta ſit, tamen in executione habeatur ratio quatenus facere iudicatus poteſt: ſpeciale enim eſt in hac dilatoria exceptione, vt in executione opponi poſsit [23].

Exceptio quatenus quis facere poteſt in executione opponitur.

Titianvs. L. vlti.

AN patiẽtia habeat vim mãdati, habes in l. j. §. magiſtrũ. de exer. Quod aũt dicitur ex hoc tex. iudicẽ appellatiõis ſentẽtiã ex noua cauſa cõfirmare poſſe, admittitur in definitiua ſententia, in qua ſi eſt appellatũ, ex nouis actis & cauſis procedi poteſt [24]. Sic peremptoriæ non oppoſitæ in principali, poſſunt oppo

Appellatio ex nouis cauſis expeditur.

1 l. in condemnatione. de reg. iur. inf.
2 l. ſed & ſi quid. §. j. ſuprà de vſufr. l. cùm vnus. §. alimentis. inf. de alim. & cib. Bal. in l. ij. C. eod.
3 glo. in c. cùm adeò. de reſcript.
4 Panor. in d. c. cùm adeò. glo. in c. gratia. de reſcr. lib. vj.
5 Bal. in l. ij. C. eo.
6 l. non debet. §. j. de reg. iur. inf.
7 Bar. & alij in l. maritũ. inf. ſol. matr.
8 l. de ætate. §. qui tacuit. de inter. actio.
9 in verſ. quanquam.
10 ſ. e. Guill. de Cuno hic. fac. l. ſi rerum. inf. de re iud. noto in l. pe. inf. de iure dot.
11 l. Aurelius. §. Titius. inf. de lib. leg. l. ij. de abol. gen. C. Guid. Pap. q. cix.
12 l. vniuerſa. de diuerſ. reſc.
13 l. ſi dubitet. & ibi per glo. ponitur de fideiuſſ.
14 l. electio. §. neque hæredi. de nox.
15 §. ſoli autem.
16 vt hic.
17 l. & ſi. inf. de re iudic.
18 l. ſi cum procuratore. de re iud. inf.
19 l. ſed & ea. §. defendere. de procur. ſup.
20 Bal. in l. ij. C. eo.
21 §. is qui de peculio.
22 l. quod in hærede. §. eligere. ſup. de tribut.
23 l. Neſennius. §. vlti. de re iud. glo. & Bar. in l. inter eos. de re iud. Bal. in l. ij. C. eo.
24 l. per hanc. de temp. appell. C.

opponi in cauſa appellationis [1]: niſi malitioſè eſſent dilatæ [2]: dilatoriæ autem non poſſunt opponi [3]. Et hæc in definitiua. Interlocutoria autem, cùm in ea ſit exprimenda cauſa, nõ adiuuatur in cauſa appellationis ex nouis actis vel cauſis [4].

De ſenatuſconſulto Macedoniano.

Verba. L. I.

Macedonianũ iuramento tollitur.

EX verbis edicti quæ hîc inſeruntur, ſatis perſpectum eſt, hoc ſenatuſconſultum in odium fœneratorum perſcriptum eſſe [5]. ex quo infert Bartolus [6] confirmari contractum à fœneratore cum filiofamiliâs geſtum, iuramento: quod non admitteretur ſi bono publico potiſsimùm actus inhiberetur [7]. Et adde ex Innocentio [8] filiumfamilias qui mutuum in vſus ſuos vtiliter conſumpſit, peccare ſi ſe Macedoniano iuuet. Quod autem dicitur denegari actionem fœneratori in filiumfamilias, intellige non ipſo iure, ſed per exceptionem: vt glo. hîc. quod perpetuum eſt quoties lex ita loquitur, *nec actio*, *nec petitio ſit* [9]. ſic cùm denegatur actio ad rem emptori qui non ſoluit pretium, intellige per exceptionem [10]. ſed hæc in ciuilibus: nam in criminalibus per talia verba actio ipſo iure extinguitur [11]. Et ex eo quod ad finem ſequitur [12], notum eſt filiumfamilias factum epiſcopum vel conſulem, iuuari Macedoniano. nec placet ſententia glo. hîc, quæ ideo hunc textum corrigi putat: quòd tales eximantur à patria poteſtate [13]. nam licet eximantur à poteſtate quoad damnum, non tamen quoad commoda, & vtilitates ſuas, ne priuilegium ſit in damno [14].

Dignitas non tollit beneficiũ Macedoniani.

Si qvis patremfamilias. L. III.

FILIVSFAMILIAS qui apud omnes habetur pro patrefamilias, non iuuatur Macedoniano contra creditorem, per hunc textum [15]. debebit tamen creditor hoc probare ex fama vel aliis indiciis, & ita probabilem ignorationem ſuam facere [16]. nam licet plerunque ignorantia præſumatur [17], niſi ex aliis indiciis ſcientia argueretur [18]: tamen cùm aliquis ratione ignorantiæ vult ſe excuſare, & ex ea efficere vtilem actum vel inutilem, non præſumetur ignorantia, niſi impleantur coniecturæ, per hunc textum [19]. nec puto neceſſariam cautionem Bartoli, qui voluit neceſſarium eſſe, vt filiusfamilias ſe per decem annorum ſpatia patremfamilias gerat [20]. Et quod dicitur hîc, filiumfamilias qui publica vectigalia conducta habet, non habere Macedonianum, iuuat opinionem Baldi [21], quæ vult Macedonianũ nõ habere locum in filiofamilias mercatore: ſic nec Velleiani exceptio mulieribus merces agẽtibus proficeret [22]. Quod autẽ pergit quærere de filiofamilias qui alteri filiofamilias credit, an ſit Macedoniano locus, pertinet ad ea quæ vulgò quæri ſolent, an priuilegiarius contra priuilegiarium priuilegio adiuuetur, quod alibi relatum eſt [23]. Et quod in fine legis dicitur, iungitur iis quæ dicta ſunt in l. iij. §. j. ſuprà de minor.

Ignorantia an præſumatur.

Macedonianũ filiofamilias mercatori non datur.

1 *c. cùm Ioannes. de fide inſtr. ext.*
2 *c. paſtoralis. de except. & ibi Panorm.*
3 *l. ita demũ. de procu. C.*
4 *clem. appellanti. de appell. Bar. in l. ait prætor. in prin. de mino. Socy. in fall. reg. cccxxiij.*
5 *tex. eſt in l. qui exceptionem. ſup. de cond. ind.*
6 *in l. Seius & Agerius. ad l. Falc.*
7 *c. ſi diligenti. de for. cõp.*
8 *in c. quia plerique. de immu. eccleſ.*
9 *Bar. hîc & in l. nã poſteaquam. ſup. de iureiur.*
10 *doct. in l. Iulianus. §. offerri. de act. emp.*
11 *l. 4. de alea vſu. ſup.*
12 *§. in filiofamil.*
13 *auth. ſed epiſcopalis. de epiſ. & cler.*
14 *l. municeps. ad municip. Saly. in d. auth. ſed epiſcopalis. Bart. in l. item Vlpianus. de excuſ. tut. & in l. iij. de iis qui ſunt ſui vel alien. iur.*
15 *& l. j. C. eo.*
16 *d. l. j.*
17 *l. verius. de prob.*
18 *l. ſi tutor. de peric. tut. & l. qui accuſ. matr. poſ.*
19 *& Bal. in l. j. C. eo.*
20 *in l. Labeo. de ſuppe. leg.*
21 *in l. Macedoniani. C. eo.*
22 *l. et ſi à muliere. de inſti. C.*
23 *l. verum. §. item quæritur. de minor.*

ITEM SI FILIVSFAMILIAS. L. VII.

Scientia creditorũ an impediat Macedonianum.

§. NON SOLVM. Certùm eſt creditorem mutuantem filiofamilias, propter iuſtam ignorantiam excuſari [1], nunc incidit quæſtio ſi ſint duo creditores, & vnus ſciebat, alter ignorabat filiumfamilias quem eſſe: & certè vtrique vnius ſcientia nocet, & ſic vterque tenebitur, per hunc textum. admittit tamen Baldus [2] in caſu quo certum eſt cuius ſit pecunia, eius aut ignorationem aut ſcientiàm ſpectandam eſſe [3]: ſin autem in dubio verſamur, cùm pecunia vtriuſque præſumatur ex æquo [4], is qui dedit ignoranter, pro ſua parte aget, ſine exceptione Macedoniani, pro alia verò parte, vtrique nocebit Macedonianum: ita hunc textum intelligit Baldus [5].

1 vt noto in l. ſi quis patrem, ſup. eo.
2 in l. j. C. eo.
3 arg. huius text. in verſ. item ſi duos.
4 l. reos. §. cum tabulis. de duob. reis.
5 in d. l. j. ſac. §. itẽ ſi duos. inf. ea. l.

Macedonianũ quando ceſſet.

§. SI FILIVSFAMILIAS. Nota caſum in quo ceſſat Macedoniani exceptio, nempe cum verſa eſt pecunia in cauſam neceſſariam, vt cùm filiusfamilias ſumit mutuam pecuniam vt creditorem ſuum dimittat, aut vt ſibi alimenta & libros in ſcholis habere poſſit [6]: aliâs daretur exceptio, etiam ſi pecunia eſſet verſa in vtilem vſum, vel extaret [7]. Ex quo infert Baldus [8], filiumfamilias qui ſumpſit pecuniam mutuo nulla cauſa adiecta, habere exceptionem Macedoniani, etiamſi poſtea in libros eam expenderet [9]. Quod ſi admittimus, videatur neceſſariò dicendum, non ſufficere in libros & ſimiles cauſas pecuniam eſſe expenſam à filiofamilias, vt ceſſet Macedonianum, ſed requiri etiam in hunc vſum nominatim à creditore datam eſſe. Item & altero caſu ceſſat Macedonianum, putà cùm pater filij debitum cœpit ſoluere, aut cùm filius factus paterfamilias idem fecit: vt enim receptio pretij approbat contractum [10], ita & ſolutio facta approbationẽ ſoluentis continet, vt hîc: & ideo ne in reſiduo quidem exceptionẽ haberet, vt hîc in glo. [11] nec enim approbatio actus niſi inſolidum eſſe poteſt [12]. Sed & ceſſat Macedonianum, cùm pecunia quæ tranſit ab aliquo in minorem, potius fraudandorum creditorum, quàm credendi cauſa numerata eſt: putà cùm libertus in fraudem patroni credit filiofamilias: nam repetitio dabitur [13]. quod nota. Alium caſum habes in l. ſed etſi. inf. eo.

Solutio ex contractu habet approbationẽ contractus.

6 l. Macedoniani. C. eo. & ſup. ea. l. §. quod dicitur.
7 per tex. in l. ſed & ſi pater. §. hoc ſenatuſc. inf. eodem.
8 in d. l. Macedoniani.
9 per d. §. hoc ſenatuſcõſ.
10 l. quidam. de euict. inf.
11 per tex. in auth. de hær. & falc. §. non autem.
12 l. cùm quæreretur. infrà de adm. tut. l. in cauſæ. de procur.
13 l. ſi libertus. inf. quæ in fraud. patro.

SED SI PATERFAMILIAS. L. VIIII.

HOC principium videtur obſtare l. qui contra. infrà de fideiuſſ. & ibi annotatur.

§. HOC SENATVSCONSVLTVM. Hunc textum habet ſingularem Baldus in l. Macedoniani. C. eod. Et vide quæ habentur in l. item ſi filiusfamilias. §. ſi filiusfamilias. ſupra eo.

TAMEN SI. L. XI.

Macedonianũ filiusfamilias an renunciet.

LICET peremptoriæ exceptiones ante ſententiam debeant proponi [14], tamen exceptio Macedoniani & Velleiani etiam poſt concluſionem cauſæ opponitur. Sed de his aliâs [15]. Item obtinuit ea quæ in odium alicuius ſunt inducta, non poſſe eiurari, vt in priuilegio fori dato clericis dicitur, quod ex nonnullorum ſententia in odium laicorum datum eſt [16]: in exceptione non numeratæ pecuniæ [17], & Macedoniani [18]: quæ duæ in odium creditorum ſunt inductæ. De exceptio

14 l. peremptorias. C. ſent. reſc. non poſſ.
15 in l. ij. inf. de except.
16 c. ſi diligenti. de for. cõp. & ibi glo.
17 Bar. in l. iij. C. de nõ numer. pec.
18 vt hîc per gloſ. & Bart.

ceptione autem Velleiani non ſatis conuenit: tamen ferè obtinuit hanc non poſſe refutari: hactenus enim renuntiatio ſecundam interceſsionem habere credita eſt [1]. Sed hoc locum habet, niſi mulier eſſet certiorata de Velleiano: & eſt communis opinio ſecũdum Socinum [2]: at non præſumeretur certior facta [3]. Planè eiuratio Velleiani valet, ſi mulier in iudicio renuntiaſſet [4]. ſic renuntiatio iuris futuri non valet [5]: ſi tamen in iudicio fieret, ſubſiſtit iure [6]. Idem eſt ſi extra iudicium, modo iuramentum interueniat [7]: nam & hoc iudicij inſtar eſt [8]. Et hæc ſentẽtia adeò vera eſt, vt contra talẽ renuntiationem mulieri non detur reſtitutio. Et ita in CVRIA Pariſienſi iudicatum eſt [9]. Nec omittendum eſt Zaſium [10] contra veteres exiſtimaſſe filiumfamilias Macedoniano renuntiare poſſe: vt tamen renuntiatio filio ſoli noceat, patri autem minime, vt in actione iniuriarum dicitur [11]: quod ſine ratione non eſt.

Mulier an renuntiet Velleiano.

NIHIL INTEREST. L. XV.

VIDE quæ habentur in l. legatis. ſup. ex quib. cauſ. maio. An ciuitas habeat aliqua priuilegia.

SI FILIVSFAMILIAS. L. XVI.

VVLGATA regula eſt, eum qui tacet videri conſentire. quod intellige cùm actus ad vtilitatẽ tacentis pertinet [12]: ſin verò in damnũ, ſecus dicitur [13]: niſi fauore Reipublicæ [14]. Planè in rebus magni momẽti, qui tacet nõ conſentit: vt cùm maior pars numeri ſiue capituli cõpromittit de electione inſtante, reliqua parte præſente: neq; enim actus valet [15]. quod tamen intellige niſi aliquis ſuſcepiſſet literas & contrariam teſtationem non feciſſet: cenſetur enim quod literis continetur, approbare, per hunc textum [16]. Item tacens atq; adeo ſubſcribens iis quæ inuito ſe fieri poſſunt, approbare non cenſetur [17]. Quod autem dixi eum qui literas recipit, ſi non cõtrarium teſtatione ſit complexus, videri mandatum recipere; intellige inter coniunctas perſonas, vt hîc: item in iudicialibus [18]: nã in iis quæ extra iudicicium expediuntur, ſola literarum receptio non facit acceptationem mandati [19], nec obligationem: niſi cùm res alicuius nomine geſta eſt, & ei denuntiatur, ita poteſt intelligi hic textus [20]. Et hæc quaſi per tranſennam, neq; enim res tanta certa definitione cõcludi poteſt.

Tacens cum receptione literarũ an conſentiat.

LIBER QVINTVSDECIMVS PANDECTARVM.

De peculio.

ORDINARIVM. L. I.

VARIIS & diuerſis modis peculium cenſetur, de quibus glo. hîc [21]. Sed & anguſtius concluditur peculij diuiſio in filiofamilias. eſt enim peculium caſtrenſe, quod filius in caſtris quęſiuit [22]: eſt & quaſi caſtrẽſe, quod filiofamilias quęritur ex aliqua geſtione aut

Peculium caſtrenſe. Et quaſi.

1 l. doli. §. diuerſum. infra de nouat. et ibi Bar.
2 in ſall. reg. 704.
3 l. quæcunque. §. vlt. ſup. de publicia. Alexan. in l. ſciendum. de ver. obli.
4 l. vlt. § pe. inf. ad vell. ſecund. communẽ intell.
5 l. is qui hæres. infrà. de acq. hær.
6 l. j. & ibi glo. & doct. de cur. bo. daud. infrà.
7 cap. ex reſcripto. & ibi doct. de iureiur.
8 l. qui iuraſſe. ad fin. de iureiur.
9 ann. 1554. 7. Idus Septemb.
10 cap. xxviij. lib. ij. ſingul. reſp.
11 l. j §. vſque adeo. de iniur.
12 l. ij. §. voluntatem ſolut. matr.
13 l. inuitum. de ſeruit.
14 l. j. de decur. lib. x. C. et ibi Bar.
15 Panor. in c. in cauſis. ij. col. per illũ. tex. de elect.
16 & cle. j. de proc. & l. ſi quis alicui. § ... inſ. mãd. Pan. in c. pe. de procur.
17 l. Caius. ſup. de pig. act.
18 d. clem. j. de proc.
19 l. filiusfamilias. §. inuitus. de proc.
20 ſecund. Bal. in l. j. inſ. mand.
21 & in l. frater à fratre. de condi. indebi.
22 l. j. de caſt. pec. C.

officio [1].& his duobus peculiis filiusfamilias loco patrisfamilias eſt [2].Aliud eſt peculium quod aduentitium nominatur, cùm aliquid ad filium peruenit ex bonis maternis, aut ſaltem ex non ſubſtantia patris: in quo patri ſolus vſusfructus ſeruatur [3].niſi pater eiuſcemodi acquiſitioni filio authoritatẽ minime accommodarit [4].Eſt & profectitium, profectum ſcilicet ex ſubſtãtia patris [5],vel ab alio,proſpectu tamẽ patris [6].In hoc ex ſentẽtia Bartoli,habet locũ iſte titulus.At in ſeruo accipimus peculium,quod à rationibus dominicis ſeparatur per ipſum dominum [7]: & hoc ad filiumfamilias etiam extenditur.Vnde & miſſus ad paterna bona, non cenſetur miſſus ad peculiaria [8]. Quòd autem pertinet ad §. *Si cum impubere*, nota quòd quoties cum impubere filiofamiliâs vel ſeruo contractum eſt, quanti peculium eſt, tanti in patrem vel dominium cõdemnationem fieri:vt ſuprà eadem lege.Quòd ſi eſſent impuberes,quia ex eorum contractibus patri & domino reſtitutio non eſt [9], benignè admittitur vt non teneantur niſi quatenus peculium locupletius eſt [10].

Profectitium.

Quomodo pater de peculio teneatur.

LICET TAMEN. L. III.

§.SI SERVVS. Neque in iudicio ſeruus [11], nec in compromiſſo eſſe poteſt, per hunc textum [12]: cùm arbitria iudiciis comparentur [13]. Si ergo ex eiuſcemodi compromiſſo damnetur ſeruus, nec actio eſt, nec pœna committitur. non enim ex actu nullo pœna poteſt committi [14].ideo ſi ex compromiſſo conueniat inter partes vt ad eum iudicem redeant, qui ſe non iudicem declarauit,cùm ille non poſsit ex integro in cauſa iudicare [15],non committeretur pœna contra non parentem [16].Huc pertinet quæ ad ſcripſimus in l.ſocietatem. §. arbitrorum.pro ſocio.

Seruus non compromittit.

Pœna ex nullo cõpromiſſo nulla eſt.

§. IDEM SCRIBIT. Sicut ex cõtractu,ita ex iudicio à filio ſuſcepto tenetur de peculio pater: in iudicio enim contractus eſt,vt hîc.Ex quo euenit vt quia iuramentum interpoſitum à minore in contractu, firmare contractum dicitur [17]: idem quoque recipiatur in iudicio, vt per ſacramentum minoris roboretur excluſa reſtitutione [18]. Proinde dicitur ſententiam latam contra filium,poſſe executioni mandari in patrem de peculio,quod in profectitio expeditum eſt:cùm de eo tantùm loquatur titulus hic [19]. Sed videndum eſt in aduentitio, hoc eſt,in vſufructu quem pater habet in aduentitio filij peculio,an idem ſit dicendum:quod vix eſt,niſi conſentiente patre filius in iudicio fuiſſe comprobetur [20]: quod Bartolus [21], & Baldus [22] maximè probant. De caſtrenſi autem & quaſi caſtrenſi, quæſtio nulla eſſe poteſt:nam in id ex cõtractu filij tanto magis fiet executio, quòd eius proſpectu paterfamilias habeatur [23].Sed hæc in maleficiis locum non habent, in quibus pater non tenetur de peculio, niſi quatenus peculium ex maleficio locupletatum eſt [24]. Et ſecundum hanc temperationem eſſet intelligenda l. & ſi condemnatus. ſup. de noxal. quod tamen intellectum habet,niſi filius eo nomine teneretur,quòd item ſuam fecerit [25],hîc enim magis eſt, vt de peculio teneatur.Ad hæc annectitur quæſtio, an publicatis bonis

Ex contractu item ex iudicio à filio accepto pater tenetur.

Executio ſententiæ in filium datæ, an in patrem fiat.

1 *l. ſori.de aduoc. diuerſ. iud.l.velut. de aſſeſſ.C.*
2 *l.ij.ſup.ad Maced.*
3 *l.j.de bonis mater.C.*
4 *l.vlt.poſt prin.C.de bon. quæ lib.*
5 *l.cùm oportet. de bon. quæ lib.& ibi glo.*
6 *l.ſed ſi plures.§.in arrogato.de vulg.& pup. Bar.hic.*
7 *l.iiij.inf.eo.*
8 *l.iij.§.ſed vtrum.ſup.de minor. vbi note.*
9 *l.iij.§.vlt.& l.cum mãdato.de minor.*
10 *per hunc tex.*
11 *l.ſeruus.de iud.C.*
12 *l. illa verba. de verb. ſignif.l.Pedius.ſuprà. de arbit.*
13 *l.j.de arb.ſup.*
14 *fac.l.cum lege.ſup.de arb.*
15 *c.ſignificantibus.de off. deleg.*
16 *glo.Pan.& Inno.in d. c.ſignificantibus.*
17 *Auth. ſacramenta. ſi aduer.vend.C. & cap. quãuis.de reſcrip.li.vj.*
18 *gl.& Bar.vlt.col.in d. Authen. ſacramenta. Guid.pap.q.xxxv. in deciſ.*
19 *vt Bar.in rub.ſup.eo.*
20 *glo.ſing.in l.etſi cõdemnatus.ſup.de noxal.*
21 *in l.ſi finita.§.de vectigalibus.inf.de dam.infec.*
22 *Bal.in l.vlt.§.j.ij.col. de exec.rei iud.C.*
23 *l.ij.ſup.Ad Maced.l. quoties.ij.ſup.de noxal.*
24 *vt hac l.§.ex furtiua, l.cum ancilla. & ibi Bal.quod cum eo.C.*
25 *l.ſi filiusfa.ſup.de iud.*

nis filij publicetur quoque peculium aduentitium, de qua referte ad ea quæ habentur in lege tertia. §. ſed vtrum de minor.ſup.

Pecvlii. L. iiii.

Vaſſallus ad beneficium reſtitutus.

§. Si aere alieno. Singulare eſt quod hîc Accurſius retulit, vaſallum qui ob aliquod delictum cecidit à beneficio ſuo, ſi ei remittatur à domino pœna, videri habere beneficium ex vetere conceſsione, non ex noua: ex quo euenit, vt ſine liberis decedens ad fratres tranſmittat: quod locum non haberet, ſi eſſet nouum feudum [1]. quod & Iaſoni placet [2].

Qvam tvberonis. L. vii.

Libera poteſtas ſpeciatim concedenda eſt.

§. Alia. Vides liberam non concedi niſi expreſsè dicatur: ſufficit tamen exprimi per æquipollens: vt cùm datur, plena poteſtas [3]. Et de libera poteſtate vide quæ ponuntur in l. procurator cui. ſup. de procur.

Nomina faciunt tertiam ſpeciem bonorum.

§. In pecvlio. Per hunc textum videtur ſatis impleri, nomina debitorum facere tertiam partem in bonis, vt nec mobilia, nec immobilia propriè dici poſsint. Ex quo effici crediderunt multi [4], legato vſufructu bonorum mobilium & immobilium, non contineri æs alienum. Si tamen ſtatutum vel lex loquens de mobilibus & immobilibus, vult omne patrimonium comprehendere, admittitur opinio glo. [5] vt tunc

Nomina an dicatur mobilia, vel immobilia.

actiones & nomina rebus mobilibus reputentur, cùm rerum mobilium perſecutionem habent: ſin autem pro rebus immobilibus dentur, etiam inter immobilia iura nuncupantur. Quæ diſtinctio etiam Panormitano [6], & Bartolo [7] placet. Igitur cùm lex edicit [8], tutorem immobilia ſine decreto alienare non poſſe, mobilia autem poſſe: ſi quæſtio de nominibus ſit, qua potius appellatione ſint dignanda, talis diſtinctio accommodabitur quã ſuprà memorauimus. Itẽ ſeruitutes, annui red-

Seruitutes & iura incorporea an dicantur immobilia

ditus & iura incorporalia pro immobilibus æſtimantur [9]: quod rationem habet eo caſu quo res poſtulat vt vel mobilibus vel immobilibus rebus nuncupentur, vt dixi: aliâs facerent tertiam ſpeciem [10].

Sed si damnvm. L. ix.

§. Sive avtem. Habes ex hac lege, ad prin. In peculij actione qua dominus tenetur, deduci primùm quod ſibi debetur, vel his quorum curam, tutelam vel negotia gerit, ſiue ex contractu ſiue ex delicto: deducitur tamen ſimplum, non pœna quæ vltra ſimplum penditur, per hunc textum [11]. Ex quo

Pœna non habet idem priuilegium quod ſors.

nota diligenter, pœnam non habere idem priuilegium atque ipſum principale: vnde non ineptè diceretur, hæredem etiam inuentario confecto non poſſe reputare creditoribus duplum pro euictione quam habebat contra defunctum, ſed ſimplum tantùm. nam priuilegiũ quod ex inuẽtario habet, facit ne ſuæ actiones cõfundãtur hæreditatis aditione [12]: ſed illud priuilegium in pœna locum nõ habebit: quamuis gl. [13] aliud ſentiat. Plus licet debitũ ex cauſa victus & annonæ publicæ nõ cõpẽſetur [14]: tamen pœna in quam quis hoc nomine condemnatus eſt, compenſationẽ recipit iure cõmuni [15]. Sic hypotheca quę iure ſpeciali data eſt in multis contractibus, vt in dote [16], & cæteris, procedit pro ſimplo, non pro pœna quæ forte

1. *In vſibus. feud. tit. de benef. frat.*
2. *in rub. de vſib. feud. nume. 95.*
3. *l. ſi procurator. C. eo. Pan. in c. petitio. de procur.*
4. *Bar. in l. vlt. §. vlt. de vſufr. leg. et in l. j. ſi aduerſ. trãſ. C. Guid. pap. q. ccxcj. & cccxxxix. in deciſio.*
5. *in Auth. de non alien. aut permut. §. vult enim.*
6. *in c. nulli. de reb. eccleſ. non alien. ext.*
7. *in l. ſi ad reſoluendum. per illum tex. de præd. & aliis reb. min. C.*
8. *l. lex quæ. de adm. tut. C.*
9. *glo. in c. vlt. de reb. eccl. non alien. lib. vi. glo. in l. corruptionẽ. de vſuf. C.*
10. *Panor. in d. c. nulli. vlt. col.*
11. *fac. l. cùm emptor. ad l. Falc. infr.*
12. *l. vlt. §. in computatione. de iure delib. C.*
13. *in d. §. in computatione. in verb. cõfundãtur.*
14. *l. ob negotium infrà. de compenſ.*
15. *l. & ideo. inf. de cõpenſ.*
16. *l. aſsiduis. qui potio. in pig.*

in contractibus adducitur [1]. ſic fiſcus habet priuilegium in contractibus ſuis [2], non tamen in pœnis [3]. Sic quanquam moribus noſtris qui multam fiſco inferre iuſſus eſt, ad ſoluēdū carcere cogi poſſit [4], non tamen pro damnis & eo quod intereſt in vincula cōiici poterit, vt CVRIA Pariſienſis iudicauit [5].

1 *Paul. de caſt. in d. l. & ideo.*
2 *l. fiſcus. de iur. fiſ. infrà.*
3 *l. j. C. pœn. fiſc. cred. præf.*
4 *l. nemo. de exact. tribut. lib. x. C. & ibi Bar.*
5 *die v. Martij. ann. 1396.*

SI VERO. L. X.

CVM occupātis melior conditio eſt, an quis dicatur occupaſſe per litem conteſtatam, an per ſententiam, quæſtio latè funditur: & de ea vide Bartolum in l. pluribus. de leg. j. Occupaſſe.

SI NOXALI. L. XI.

§. IDEMQVE SCRIBIT. Conſtitit emptione perfecta, hoc eſt, cum de pretio cōuenit, periculum emptoris eſſe, licet res non ſit tradita [6]: quod tamen ab hoc §. mirè diſcrepat: hic enim dominus qui pro quinque debitis ſibi à ſeruo, vicarium valentem quinque deduxit, & tamen ſi ſeruus pereat poſt deductionem, antequam abſtulerit, non perit illi: ideo hunc textum in compoſitionibus tranſactionibus & contractibus innominatis, intelligere rectius eſt: in quibus re perempta poſt contractum, antequam tamen implementum ſit ſecutum, non liberatur debitor [7]. Et ſic limita §. cùm autem. de empt. & vend.

Contractu perfecto emtoris ſit periculum.

6 *§. cùm autem. Inſt. de emp. & vend. l. neceſſario. de peric. & comm. rei vend.*
7 *l. vlt. de cond. cauſ. dat. ſup. vbi noto.*

SVMMA. L. XXI.

HAEC lex habet nobilem præſumptionē: nam dominus iudicatur in dolo eſſe, ſi peculium ſeruo ademerit, vel intricare eum ſiue conturbare rationem ſit paſſus. Quod facit contra tutores minus explicatas rationes reddentes. Quod autem ad §. *Si dolo*, pertinet, an ſcilicet ex dolo tutoris aut geſtoris ſui pupillus teneatur, alibi dictum eſt [8].

Dolus tutoris an pupillum teneat.

8 *l. iij. §. ſi ſeruus. de trib. ſup.*

ID VESTIMENTVM. L. XXV.

PRAECLARVM eſt, quod glo. ex hoc textu contra pediſequas & ſeruos infert, vt ab iis de dominorum famulatu recedentibus poſſint domini veſtes ad vſum datas auferre: quod tamen non authoritate domini, ſed per iudicē expedietur [9]: niſi fugæ ſuſpicio capi poſſet [10]. Ex quibus quæſitum eſt, An veſtes à marito vxori datæ remaneant præcipuæ vxori poſt mortem mariti, an verò ab hęredibus mariti repeti poſſint: quod magis eſſe Barto. [11] voluit, ſi veſtes eſſent pretioſæ: nā cauſa mariti videntur eſſe datæ, cùm & hoc ad mariti decus pertineat [12]: ſin autem eſſent viles, mulieri præcipuæ remanebunt: nam inter alimenta hæ veſtes numerantur [13]: at donatio alimentorum cauſa inter maritum & vxorem valet [14].

Veſtes à domino & marito, ſeruo & mulieri datæ an repeti poſſint.

9 *l. extat. ſup. quod met. cauſ. l. ſi quis in tantā. vnde vi.*
10 *l. ait. Prætor. §. ſi debitorē. de iis quæ in fraud. & Alex. in l. pe. ſolu. matr.*
11 *in l. in iis. §. i. ſolu. mat. & in l. ſi vſusfructus. inf. Ad l. falc.*
12 *per hunc tex. & d. l. in iis. §. j.*
13 *l. vlt. inf. de alim. & cib. leg.*
14 *l. ex annuo. de do. int. vir. & vxo.*

ET ANCILLARVM. L. XXVII.

§. SI QVIS CVM SERVO. Pertinet ad ea quæ habentur in l. j. §. vlt. ſup. de exercit. An ex contractu inſtitoris vel ſerui, plures domini inſolidum teneantur.

QVAESITVM EST. L. XXX.

LICET ius iudicio conſtante adueniens, non debeat actori proficere [15]: & ea quę poſt litem conteſtatam accidūt, noua dicantur interpellatione indigere: neque enim in iudicium venerunt [16]: tamen cùm id quod iudicio iam conteſtato emine t, non ex parte agētis, ſed à reo venit, finge enim reum non poſſediſſe, ſed poſteà cœpiſſe poſſidere, admittitur

An ius ſuperueniens actori proſit.

15 *c. vlt. vt lit. pend. & noto. in l. firem. §. vlt. ſup. de pig. act.*
16 *l. non poteſt. de iud.*

vt in

vt in iudicium veniant ea quæ poſt litem conteſtatam ſunt quæſita, vt hîc in peculio dicitur: ſimile in hæreditate [1], atque adeo in ſingulari iudicio, vt rei vindicatione, in qua ſufficit ad condemnationem, litis iudicandæ tempore reum poſsidere, licet ante is non poſſediſſet [2]. Ex quo apparet fruſtra gl. hîc [3], in ea re ſeparaſſe vniuerſale iudicium à ſingulari. Idem eſt in acceſsionibus, vt fructibus, qui etiam ſi poſt litem conteſtatam capiantur, condemnatione comprehendēdi ſunt [4]. Idem & quoties libellus generaliter proponitur: quia etiam ea quæ poſt litem conteſtatam accidunt, comprehendũtur [5]. quod & ſimiliter obtentum eſt, ſi ius illud acceſſerit ex cauſa præterita [6]. An autem ius vel titulus ſuperueniens proſit reo ad excludendum agentem, noto in l.iiij.de petit.hæred.ſuprà. Et ex eo quod §.vlt. dicitur, nota eodem tempore replicationes cõcludi, quo actiones, at exceptiones perpetuæ ſunt [7].

Replicationes tēporales ſunt.

SI CREDITOR. L. XXXVI.

§.SI ACTVM. Citamus in l.quod in hærede. §.eligere. ſup.de trib. vbi de electione plurium actionum dictum eſt.

QVOTIES. L. XLVII.

SI Creditor ſerui, partem ab emptore ſerui actione de peculio ſit conſecutus, reliquum ſeruabit à venditore: non enim ſicut electio actionis præiudicium affert in altera [8]: ita electio cum quo ex debentibus potiſsimũ actor cõſiſtat, actori nocet, vt hîc [9]. tamen pendente iudicio (pendere autem per ſolam citationem dicetur [10]) cum vno ex reis, ad alium regreſſus non eſt, per hunc textum. Planè quoties alter reus ad iudicium euocatur, vt authoritatē præſtet ei cùm quo primum iudicium acceptum eſt: contra dicitur: vt cum venditor venit ad emptorem defendendum [11]: vel cùm colonus nominat dominum in iudicio [12], vel in ſimilibus caſibus lege contentis [13]: hîc enim contra conuentum & eum qui nominatus eſt rectè ſimul actio dictatur. Item nec habet locum in cauſa appellationis, nempe cùm is vnde petitum eſt, damnatus appellauit: nam licet extincto priore pronunciato lis dicatur pendere [14], ita vt nihil ſit nouandum [15]: tamen appellante dimiſſo, victor contra alium poterit iudicio diſceptare [16]. Nec mutat quod nihil nouari debeat appellatione interpoſita: nam illud inter eaſdem perſonas obtinet: at contra alios poterit aliquid innouari, & aliud iudicium ſuſcipi [17]. Planè & illud dicitur, vt ſi is cum quo primùm egi, contumax ſit, vt contra alterum poſsim ad iudicem intrare de eadem re [18]: quod & rationem habet, per ea quæ videbis in l. vbi cœptũ. ſup. de iud. Sed quanquam illud quod per formam actionis in primo iudicio deductum eſt, non poſsit alio iudicio peti [19]: eo tamē eſt decurſum, vt quod in vno iudicio propoſitum eſt per modum exceptionis, in alio per modum actionis, proponi etiam pendente primo iudicio poſsit [20].

Pendente iudicio contra vnũ an cõtra alium agi poſsit.

NON SOLVM. L. XLVIIII.

QVOD Dicitur hîc [21], nuda ratione non effici aliquem debitorem, non continuò perpetuum erit: nam receptum eſt vt etiam rationes mercatorum contra eos fidem faciãt [22]. Sed hũc text. intellige, cũ illa ratio eſt nuda à cauſa [3 1],

Nuda ratio nõ facit debitorē.

1 l.ſi hæreditatem.ſup. de pet.hær.& l.item videndum.& l. ſi quo tempore.illo tit.
2 l.ſin autem.§.j.ſup.de rei vin. Socin. in reg.ccxvj. in fall.
3 & in d.l.non poteſt. & in d.l.ſi hæreditatem.
4 l.ædiles.j.§.itē ſciendũ. de ædil.edict.noto in l. non ſolum.de rei vind.
5 c.abbate.de re iud.li.vj. l.vlt.de ann.excep.Bar. in d.l.non poteſt.
6 l.ſi rem.§.vlt.& ibi noto.de pig.act.l.j.§.inde ſcribit.& §. hæc actio. & ibi Pan. de Caſt.depoſ.
7 l.purè.§.vlt. de dol. & met.excep.
8 l.quod in hærede.§.eligere. vbi noto ſuprà de trib.
9 & l.ſi creditor.§.ſi actũ. ſupra eod.
10 cle.vlt.vt lit.pend. gloſ. in l.vbi.de iudic. ſuprà.
11 l.venditor.ſupr.de iud.
12 l.ij.vbi in rem act. C.
13 vt in Auth.qua in prouincia.vbi de crimin.
14 l.j.in fi.ad Turp. infrà.
15 l.j. nihil noua.infrà.
16 l.creditor.in princ. & ibi Bar.inſ.mand.
17 Bal.in l.ſi per imprudentiam.§.vlt.inſ.de euict. gl.in d.l.creditor.
18 Bar.in l.quamuis.col.ij. ibi, vlti.de dam. infect.
19 l.vbi cœptum.de iud.
20 l.in compenſationem.de compenſ.infrà.
21 §.vt debitor.
22 Bal.in rub.de conſt.pec. C.l. Titius.& ibi noto. de conſt.pec.ſup. Panor. in c.ij.de fid. inſtrum.
23 c.ſi cautio.de fid.inſtr.l. ſi de indebito.§.pe. infr. de prob.

vel à præſentia partis, vt Bartolus hîc. quem vide in l. nuda in infr. de donat:

EO TEMPORE. L. L.

CVM Nihil eſt in peculio, & ſic nulla de peculio actio ſubſiſtit, non videtur pater aut dominus latitare, vt hîc [1]: cùm enim conueniri vtiliter non poſsint, vt condemnatio ſequatur, ignoſcendum eſt eis qui non affuerunt, qui ſi veniſſent, nihil tamen geri potuiſſet [2]. tamen ſi iudex per iniuriam condemnaret, valeret ſententia, per hunc textum. nam & ſi nulla ſit prodita actio, tamen ſententia valet [3]. Sed hoc vulgo intellectum habet, ſi iudex illud impedimentum neſciat: quanquam & per reſtitutionem condemnato ſuccurratur [4]. ſin autem iudex non ignoret impedimentum, vel quòd actio non ſit, inutilis ſequitur ſententia [5]. In effectu igitur eiuſcemodi ſententia non nocet: ex quo euenit, vt ſi laicus iudex contra clericum qui ad edictum non veniebat proceſſerit, non valeat ſententia, vel ſaltem per reſtitutionem reſcindatur: ſecundum diſtinctionem quam poſui. nam licet citatus qui venire non tenetur, debeat tamen ſe ſiſtere priuilegium allegaturus [6]: ex hoc tamen non continuò ſequitur, ſententiam quæ in eum vt contumacem reddetur, vtilem eſſe [7].

Sententia contra non contumacem lata, an ſit nulla.

1 *l. non videtur. ſuprà de iud. & l. vir. bonus. iud. ſol. infrà.*
2 *l. arbiter calendis. de arbit. ſuprà.*
3 *fac. text. in l. cùm putarem. ſup. fam. ercif.*
4 *l. vlt. de in inte. reſt. ſup.*
5 *l. quæſitum. & ibi gl. & Bar. de re iud. Bald. in l. non dubium. vlti. col. de legib. C.*
6 *l. ſi quis ex aliena. de iud. ſup. noto in l. vlt. ſuprà de iuriſd. omn. iud.*
7 *Panor. in c. ſi diligenti. de for. comp. vlt. col.*

QVOD DEBETVR. L. LI.

QVOTIES Dicor locupletior propter actionem quam habeo, & eo nomine mecum agis, toties liberari me æquum eſt, cedendo actionem: poſſum enim eſſe maximi ſumptus in lite perſequenda, accedit & dubius litis euentus, vt per hunc textum. ex quo bene intuenti liquet eum cui actionem cedo, ſuo ſumptu debere perſequi litem, item & periculo ſuo [8]: niſi in caſu, nempe cùm ei qui mihi commodarat rem ſuam non aliter reſtituere eam poſſum, quàm cedendo actionem in tertium: nam meo ſumptu perſecutio fiet [9]. Et hoc non infauorabiliter admittitur, quòd gratia mea tantùm actus ſit factus. Sed & regula quæ vult, eum qui tenetur quia actionem habet, cedendo liberari, non habet locum ſi ei dolus & culpa imputari poſsint [10]. Idem eſt ſi fuiſſet in negligentia non perſequendi, vel non exigendi idoneam cautionem [11]. Quibus annecte quod dicitur in l. idémque. §. ſi cui mandauero. infrà mand. Planè quando aliquis nõ ideo tenetur quòd actionẽ habet, toties non liberatur cedendo: nec enim iura mandãtur inuito [12], nec etiam (ſi ego non cedam) tibi contra debitores meos actio prodita eſt [13]. Si tamen ego ſim condemnatus, poteris ſententiam exequi contra debitores meos, & ab eis nomina recipere [14]: & ita per executionis modum id permittitur, quod actionis iure non competebat.

Qui tenetur quod actionẽ habet liberatur cedendo.

Delegatio regulariter pro iuſta ſolutione non eſt.

8 *l. ſi nomen. inf. de hæred. vel act. vend.*
9 *l. ſi vt certo. §. nunc videdum. ij. in fi. ſup. com.*
10 *l. etiã. §. vlt. ſol. mat. inf.*
11 *l. Titia fundus. à contr. ſenſu. de cond. & dem.*
12 *l. non aduerſus. C. de act. & oblig. l. bis ſolis. ſup. de cond. ind.*
13 *l. eum. de act. & obli. C. l. ſi Sticho. inf. eod.*
14 *l. ij. C. quando fiſc. vel priu. l. à diuo Pio. §. in vẽditione. de re iud. inf.*

EX FACTO. L. LII.

VIDEAMVS Ex hoc reſponſo, ne non ſit æquum dominum qui ante omnia priuilegia eſt, cõuellere ius eorum, qui in rem incumbunt, quod illi non eſt concedendum. Sic generali liberatione, ea quæ vindicari poſſunt, non continentur [15]. & iuuat opinionem communem per quam dicitur, mulierem ratione dotis omnibus creditoribus præferri, ſed non iis qui ius reale, hoc eſt, expreſſãm hypothecam habent [16].

Ius reale potius eſt omnibus priuilegijs.

Mulier an præferatur hypothecam habentibus.

15 *l. Aurelius. §. Mænia. infr. de lib. legat.*
16 *gl. & doct. in l. aſsiduis. C. qui potio. in pig.*

Ideo

Ideo licet excludatur debitor agens in patrem vel dominũ de peculio,& ſic ad perſonales præſtatſones:non tamẽ idem dicendũ eſt,ſi ageret petit.hær.[1] quia illa realibus numeratur[2].

1 *l.ſi à patre.in prin.de pet.hæred.ſuprà.*
2 *l.ſed & ſi lege.§.petitio. ſupr.de pet.hær.*

Quando de peculio actio annalis eſt.

PRAETOR AIT. L. I.

QVANDIV Filius vel ſeruus poteſtate patris vel domini tenẽtur,actio de peculio in patrem & dominũ perpetua eſt,vt ſuprà titulo proximo:ſinautẽ illa poteſtas ſoluitur,vel morte,aut emãcipatione filij & ſerui,vel alienatione:à die alienationis vel emancipationis datur annus ad agendũ cõtra patrem aut dominũ.Si tamen obligationes ad diem vel conditionem eſſent, annus à die & conditione numeratur,per hunc textũ. Et facit ad ſtatutum noſtrum, quo continetur ne quis poſt ſex mẽſes ſalariũ petat:vt ſex illi menſes nõ à die promiſsionis,ſed conditionis cõputẽtur,ſi forte ſalarium ſub cõditione deberetur[3]. Et ex eo quod inf.ſequitur[4],dici ſolet,inter alienationes dationẽ in dotẽ computari.Ideo cùm vaſallus ſub cõmiſſi pœna alienare beneficiũ ꝓhibeatur[5]:idẽ nec in dotẽ dare poteſt in perpetuũ[6],ſed ad vitã poteſt[7]. Et ex §.*Quæſitũ eſt*.dicitur ei qui ob factum aduerſarij non poteſt eligere,qua potiſsimum actione experiatur, finito illo iudicio, ex cauſa erroris permitti,vt ad aliam actionem redeat,vt hîc[8]. noto fuſius in l. quod in hærede. §.eligere.ſup.de tribu.

Præſcriptio in debitis cõditionalibus à conditionis euentu numeratur.

Feudum an in dotẽ dari poſſit.

Electio actionum.

3 *l.cùm notiſsimi.§.illud. de præſc. xxx.vel.xl. ann.C.l.eũ qui.de cond. & demonſt.infrà.*
4 *§.in alienatione.*
5 *c.j.de feud.ext. & in vſib.feud.in cõſt.ſi cliẽtulus.tit.de alien.feud.*
6 *c.nuper.de don.int.vir. & vxo.ext.*
7 *gl.& Panor.in c.quæ in eccleſiarum de conſtitu.*
8 *fac l.iiij.§.vlt.ſup.quod cum eo.l.j.§.quia antẽ. quor.legat.*

CVM POST MORTEM. L. II.

Licet poſt mortẽ filiifamilias, aduerſus patrẽ ſit annalis actio,quæ viuo filio erat perpetua:hoc tamẽ non habet locum in actionibus quæ minus anno durabãt:ne quę ad diminutionẽ ſunt inducta, augmentũ afferant[9].ſic epiſcopus in viſitatione prouinciæ nõ plus quã viginti quinq; equis vti poteſt[10]:ſi tamẽ non tanto equorũ numero vti cõſueuerat, nõ ideo ex decreto illi numerus equorum ampliatur vſque ad viginti quinque[11].Ex quibus efficitur quæſtio,an per conſtitutionẽ Franciæ,qua minores quocũq; titulo cõtraxerint,prohibẽtur poſt decem annos à legitima ætate elapſos, contractus reſcindere,ſint permittendi omnes ſuas actiones etiam vſq; ad decem annos perferre,adeo vt ſemeſtres actiones quas habebãt,poſſint vſq; ad decem annos ex beneficio reſtitutionis in iudiciũ deducere:qđ minime puto admittendũ,per hũc tex. nõ enim quæ breuiores erãt videntur prorogatæ,ſed quę lõgiores,autoritate & intellectu legis contractæ ſunt, datur tamen caſus quo inducta ad diminutionẽ efficiunt augmentum,nempe cùm aliter diſpoſitio non poteſt teneri[12].

Inducta ad diminutionẽ nõ efficiunt incrementum.

9 *l.legata inutiliter. de adim.leg.infrà.*
10 *c.cùm apoſtolus.in priu. de cenſibus.ext.*
11 *d.c.cùm apoſtolus.§.vlt.*
12 *l.denique.§.interdum. de pecul.leg.inf.*

De in rem verſo.

QVI NVMMI. L. II.

NON Dicitur quid verſum in commodum meum,cùm ego tantundem cogor erogare, vt hîc:nã verſum dicitur quod durat[13]. Sic nec amplius quis dicitur capere,quàm ſupereſt ære alieno deducto[14]. Vnde ſæpe eſt quæſitum,Titio donatum eſt vltra quingen

De eo quod aliquis capit, deducitur id quod erogat.

13 *l.ſi à patre.§.verſum. infra eod.*
14 *l.nõ amplius.inf.de leg.j.*

tos aureos ſine inſinuatione,ſed tamen in ſoluendo ſolario & reliquis, tantùm eſt expenſum à donatario,vt apud eum non remaneant quingenti aurei,an dicenda ſit donatio vtilis:quod magis eſt per hunc textum [1]. de eo enim quod capit, deduci debet quod erogat. Quod valeat in omnibus cōtractibus qui hodie ex lege regni inſinuatione indigent,ſi quinquaginta libras excedant.

1 & l.quoties.inf.ad l.fal. vbi Bart.

QVOD SI SERVVS L.III.

§.IN REM AVTEM. In rem domini verſum videtur,& eo nomine videtur locupletior, cùm in eam cauſam impenſum eſt,in quam aliâs de ſuo fuiſſet expenſurus, per hunc textum [2]. Ideo cùm aliquis ad teſtimonium ferendum venit, de ea reputatione expēſarum,quàm ex lege [3] à parte habere debet pro viatico,deducitur id quòd aliâs domi fuiſſet expenſurus: & hoc ex ſententia Bartoli & Guidonis papæ dicitur [4]. nam in ea re ſuum negotiū eſt. Sic cùm aliquis expendit mandato meo, non tamen à me mandati iudicio reperit expenſas, quibus ille locupletior eſt effectus [5]. Planè & illud ex hoc textu additur, non videri in rem alicuius verſum, quod in voluptariam cauſam eſt expēſum: nec enim dominus ex tali impenſa à procuratore ſuo facta, mādati teneretur, niſi eſſet honeſta & conſueta [6]:quod adeo verum eſt,vt in rebus minimè neceſſariis ſed vtilibus emptis à ſeruo,non teneatur dominus niſi ad verum pretium,at in neceſſariis conuentum pretiū ſpectatur [7]. Quod autem dicitur in §. *accepit*. Videtur aduerſari iis quæ diximus in l.vlt.de exerc.Sed ibi vide.

De viatico teſti taxato deducitur quod aliâs domi expendiſſet.

Voluptariæ expenſæ.

2 & l.pater.inf.eo.tit.glo. in l.ſi fructus.de donat. int.vir.& vxo.
3 l.quoniam. de teſtib. C.
4 Bar in l.eum quem.ſup. de iud.& Guid.Pap.q. dcxxv.in deciſ.ſec.l.ſed & ſi lege.§.quod autē. ſup.de pet.hær.
5 text.ſing.in l.ſi quis mihi mandauerit.mād.infr.
6 l.& ideo.§.illud.inf.eo.
7 l.ſi res.inf.eod.

ET IDEO. L.VII.

§.ILLVD. Pertinet ad legē iij.§.j.eo.ſup.vbi annotatū eſt.

§.FILIVSFAMILIAS. Hunc text.gl.in l.ſi verò. hîc allegat in hanc ſententiam,vt ſicut paternum eſt officium dotare filias [8], ita & auitum [9]. de quo vide in l.qui liberos.infr. de ritu nuptiarum.

Auus debet dotare ſicut pater.

8 l.fin.de dotis promiſ.
9 l.dotem.inf.de coll.bon.

SI PRO PATRE. L.X.

§. VERSVM. Verſum(inquit lex.)non dicitur quod non durat,cui ſententiæ conſequens eſt,quod glo. [10] voluit, religioſos mendicantes qui nec propriū habere, nec emere poſſunt,bene tamen emere aut ab aliquo recipere,vt ſtatim vendant vel permutent [11]. Sic incapax hæreditatis poteſt adire vt reſtituat [12]. Sic qui ita ſoluit vt ſtatim repetat, non cenſetur ſoluiſſe [13].

Verſum non dicitur niſi duret.

10 in c.j.§.confirmatos.in ver.domum.de relig.domib lib.vj.
11 c.recolentes.ibi permutatis.de ſtat.monach.& ibi Pano.vide Socy.reg. infr.xxxv.in fallen.
12 l.cogi.§.hi qui ſolidum. ad.Treb.
13 l.qui ſic.de ſolut.

QVIDAM FVNDVM. L.XVI.

HVNC Tex.nota:& valet ad quæſtionem quam ſuprà retuli in l.procuratoris.§. planè.de tributo.

Quod iuſſu.

MERITO. L.I.

IN Eo generali iuſſu, *Quod voles gerito cum Sticho,periculo meo*, omnia cōprehendūtur, ſed non illicita.Et ſic generali mādato non non continetur illicitum,per hunc text. [14] & iſto caſu mandatum cum libera ſpeciali non

Generali mandato non venit illicitum.

14 & l. ſi procurator. de cond.indeb.vbi noto.

non comparatur. de quo vide quæ addidimus ad l. procurator cui. ſuprà de procura.

Si dominvs. L. vlt.

Adminiſtratores, item mandantes an inſolidum conueniantur.

AN priuati adminiſtratores teneantur inſolidum, vide quæ ponuntur in l. j. §. vlt. de exerc. Et quid in mandantibus ſit obſeruandum, infrà dicetur [1].

1 l. creditor. §. duobus. infrà manda.

LIBER SEXTVSDECIMVS PANDECTARVM.

Ad ſenatuſconſultum Velleianum.

Velleiano. L. i.

SVMMA æquitate hoc ſenatuſconſultum infirmitati mulierum condonatum eſt, vt quocunque in contractu pro aliis interuenirent, obligatione ſummouerentur. quod habet locum & in contractibus mulierum pro aliis initis, & in quaſi contractibus: vt cùm hæreditatem adeũt, cuius nomine creditoribus obligantur [2], niſi qua earum fraus redargui poteſt [3]. Item hoc ſenatuſconſultum ceſſabit, ſi mulier ſciat & creditor ignoret [4]: niſi à muliere contendiſſet creditor, vt obligationem ſubiret, quo caſu ignorantiam ſuam allegans non auditur [5]. Item apud Accur. nota ſex caſus, quibus mulier Velleiano non adiuuatur. Hoc autem beneficium adeo mulieri competit, vt etiam ſi fideiuberet patre conſentiente & authoritatem præſtante, nihilo obligaretur magis: non enim ſexus per conſenſum paternum remouetur [6]. Secus ſi conſentiret Macedoniano & voto: nam conſenſus patris etiam extra iudicium præſtitus, filij beneficium excludit [7]. Quod autem ponit gloſſ. mulierem pro dote intercedentem non iuuari Velleiano: hoc verum eſt etiamſi nudo pacto interueniret [8]. Et adde caſum inſignem quo nõ iuuatur mulier, nempe cùm prædia conducit: tũc enim in eam cauſam & fideiubere, & pignora dare poteſt [9], niſi pro alio conduceret [10]. ſi tamen ipſi & marito communiter locatum eſt, bene interuenit mulier: niſi color quæſitus ſit [11].

Velleianum cõtra ignorantẽ creditorem ceſſat.

Patris conſenſus nõ tollit velleianũ, ſed macedonianũ ſic.

Mulier conducens non habet velleianum.

2 l. ſi mulier in iure. & l. ſi mulier hæreditatem. infra eo. Bal. in l. j. in prin. C. eod.

3 d. l. ſi mulier.

4 l. ſi decipiendi. infra eod.

5 l. quidam. infra eodẽ. per Bal. in d. l. j. ad fin. & l. imo. infra eod.

6 Bal. in l. ſi. §. neceſſitate. de bonis quæ lib.

7 l. ſi filius familias. ſupra eo. l. j. & ij. de pollici. inſ.

8 l. ſi at. & ibi Bald. C. eod.

9 l. ſi aduerſarius. C. eodẽ.

10 d. l. ſi aduerſarius.

11 Bald. in d. l. ſi aduerſarius.

Sed si ego. L. iiii.

RECTE dicitur [12] mulierem vendentem rem ſuam & contrahentem ſuo nomine, Velleiano non adiuuari, etiamſi pecuniam pro alio ſoluat. Pro quo & illud eſt, quod CVRIAE Pariſienſis decreto cõtinetur [13], mulierem quæ cum alio rem alienam inſolidum vendiderit, nõ habere ſenatuſconſulti exceptionem, ſed inſolidum conueniri. Placétque doctis quod gloſſ. hîc voluit, neque in maribus, neque in fœminis donationis animum præſumi [14]. potius enim error, quàm donatio præſumitur [15]: vt fuſius apud Decium relatum eſt [16]. Quod tamen in nobilibus & principibus non vtique dicitur [17]. Sed & animus donationis præſumitur, cùm tibi trado id quod antea nomine tuo emeram [18]: vel cùm ei dono, à quo aliquo beneficio antea ſum ornatus [19].

Mulier vẽdẽs, ſuo nomine obligatur.

Donatio non præſumitur.

12 per hunc tex. & in l. ſeq.

13 vij. Calen. Martij, anno 1545.

14 l. cùm de indebito. §. vlt. de prob.

15 l. j. de cond. ind. ſuprà.

16 l. cuius. de reg. iur.

17 c. j. de donat. extrà.

18 l. ſi filij. de donat. inter vir. & vxo. C.

19 l. ſi verò. §. idem Papinianus. infrà mand. vbi vide glo.

QVANQVAM. L. VII.

In facto proprio an tolerabilis ignorantia.

QVOD admittitur in facto proprio non eſſe tolerabilem ignorantiam [1], non habet locum in eo qui certat de vitan do damno [2]. Sic obliuio in proprio facto non nocet, cùm de damno agitur [3]. Item nec officit ignorantia in factis antiquis [4]. Et per hãc legem appoſitè dicitur, ei qui de facto proprio interrogatur, non debere dari tempus ad deliberandum, cùm de eo certior eſſe debeat [5].

1 per hunc tex.
2 l. ſed & ſi me ſuprà de cond. indeb.
3 glo. & Bartol. in l. ij. §. ſi ſeruus. pro emp.
4 l. peregrè. de acquir. poſſ. extrà.
5 Bar. in l. cùm falſum. de acquir. hæred. infrà.

QVAMVIS. L. VIII.

Remiſſio pignoris an habeat donationem.

NEMO neſcit liberationem pignoris interceſsionem nõ habere [6], nec legatum [7], nec donationem [8]. Sic prohibita alienatione propter ſe, non prohibetur remiſsio pignoris, ſecus ſi propter aliud: vnde cùm prohibetur filius peculium aduentitium in quo pater vſumfructum habet, alienare, non poterit pignus remittere, cùm & ea remiſsio patri damnoſa eſſe poſſet [9]. Quod autẽ ad §. *ſi mulier*, pertinet, pluſquam manifeſtum eſt, promiſsionem indemnitatis pro interceſsione non eſſe, nec hoc caſu Velleianum mulieri ad exceptionem prodeſſe.

Indemnitatis promiſsio an ſit interceſsio.

quod intellectum habet, cùm facta eſt promiſsio debitori nẽpe de eo quod ipſe debebit alteri, vt hîc [10]. Si autem promiſſio indemnitatis creditori fit, nempe de eo quod ipſi debebitur, interceſsio eſt, nec valet à muliere facta [11]. Et hæc fuit mens gloſſ. huius. vterque caſus habetur in lege Tutor. infra eodem.

6 per hunc tex.
7 l. iij. §. vlt. infr. de leg. iij.
8 l. ſi pignus. infrà quæ in fraud. cred.
9 glo. & Bar. in l. vlt. §. filiis autem. C. de bonis qua lib.
10 l. tutor. infra eod.
11 l. ſi mater. & ibi Bald. C. eodem.

IMO. L. XII.

AN ignorantia creditoris excludat mulierem ab hoc beneficio, alibi relatum eſt [12], Reliqua vide in lege Seia. infra eodem.

12 l. j. ſupra eod.

ALIQVANDO. L. XIII.

§. DE PIGNORIBVS. Sublata muliere ex obligatione, reſtituitur actio in veterem debitorem [13], contra omnes quibus mulieris interceſsio liberationem attulerat [14]: & reſtitutio fiet eo ſtatu, quo erat actio tempore interceſsionis [15]. De pignoribus autem debitoris nihil fuit edicẽdum: nam cùm nouatio non valuerit, pignora ſemper in eadem cauſa remanſerunt [16]: quod intelligo nõ tantùm in pignoribus debitoris, ſed etiam in pignoribus ab alio datis: licet enim verè dicatur fideiuſſorem & pignora non recidere in obligationẽ ex facto debitoris, ſi ſemel obligatio eſt perempta [17]: contra eſt tamen ſi re vera obligatio non ſit perempta [18]. Et quod dico pignora à debitore aut tertio data, remanere ipſi creditori obſignata, cùm mulier de obligatione eſt exempta: idem quoque intelligitur in pignoribus quæ mulier acceperat à debitore ratione obligationis in quã interceſſerat [19]: quod nouum & notãdum eſt. Quod autem ad finem legis huius pertinet, vide quod dictum eſt in l. pecuniam. ſi cer. pet. ſuprà.

Subducta muliere pignora ſubſiſtunt in eodem ſtatu.

13 l. ſeq. infra eodẽ.
14 l. ſi pro vno. infra eodem.
15 l. debitrix. §. ſi. infra eod.
16 per hunc tex.
17 l. fin. ſuprà de pactis. l. ſi hermes. C. loc. §. qui impleto. l. item quæritur. infrà locati.
18 l. Titius. de iure fiſ. infr.
19 l. quidam. infra eod.

SI MVLIER CONTRA. L. XIIII.

Velleianũ non datur mulieri intercedenti quæ poſt debitum recipit.

CVM mulier pro me intercedit in aliquam ſummam, quam poſtea ei numero, ſenatuſconſultò quod de interceſſionibus factum eſt non eſt locus, per hunc textum: eo enim modo mulier non periclitatur. Quæ tamen ratio non eſt ad alium caſum perducenda, nam ſi ei tam locupletem

fideiuſſ

fideiuſſorem, vel tam bonum pignus darem, vt nullo in damno verſari poſſet, erit nihilominus ſenatuſconſulto locus [1]. fideiuſſori autem mulieris etiam exceptio proderit, licet contra mulierem non ſit regreſſurus, per hunc tex. [2] quod eſt ius ſingulare in hoc caſu: nam in cæteris interceſsionibus nunquam exceptio competens principali, prodeſt & fideiuſſori, niſi principalis interſit fideiuſſorem dimitti [3]. Item ſicut fideiuſſor mulieris eximitur, ita & pignus quod ipſa nexu obligauit [4], cuius nomine aget etiam in eum, qui à creditore bona fide illud pignus emit [5].

VIR VXORI. L. XVII.

RE vera creditori ignoranti mulierem intercedere non officit Velleianum [6]: nec debet ei imputari cur non accuratius negotium perquiſierit, vel in cuius commodum ceſſura erat pecunia, vt hîc [7]. Quod tamen non habet locum, ſi contrahit mulier in cauſa regulariter prohibita: ferè eſt enim vt imputetur creditori, cur non fuerit diligentior: ex hoc tex. ſic cùm ex contractu inter alios, alij obligantur, curioſitas in creditore requiritur [8]. Et ex eo quod ſequitur in §. ſi mulier. habes, quòd licet mulier poſsit cùm id expreſsim agitur, renunciare iuri hypothecarum [9], nec hoc caſu Velleiano ſit locus: tamen ſi patitur rem ſibi obligatam, alteri obligari, quaſi ſibi non oppigneratam, iuuabitur ſi creditor ſciat, vt hîc. vide rationem hîc apud Paul. de Caſt. Et in nouiſsima legis parte [10] habes quæſtionem quæ latè apud gloſſ. funditur, An duo rei videantur inuicem fideiubere. In qua dic ſecundum Bald. [11] duos reos videri mutuò fideiubere, quatenus negotium ſpectat nõ ad ſe: puta quia non eſt inter eos ſocietas: Idem eſt ſi color ſit quæſitus [12]. Cùm autem negotium ad vtrunque pertinet, vt cum ſe ex cauſa donationis obligauerunt inſolidum ad eandem pecuniam, non cenſetur vnus pro altero fideiubere: ſed ſuum negotiũ agere [13]. Et huius quæſtionis inſpectio non eſt inutilis: nam quoties dicuntur inuicem fideiubere rei, haberet reus conuentus beneficium diſcuſsionis ex nouo iure [14]: quod beneficium reis non datur, ſed tantùm fideiuſſoribus [15].

Curioſitas in contrahẽtibus.

Duo rei an dicãtur inuicem fideiubere.

TVTOR. L. XIX.

HABES in l. quamuis. §. j. ſupra eod. & penitius hanc legem diſpice, quia ſubtilis eſt.

§. CVM HABERES. Hic §. eſt Aphricani & difficilis. Agitur verò de muliere, quæ pro debitore Titio apud te volebat fideiubere, quam cum metu ſenatuſconſulti recuſares: à me petiit pecuniam, vt eam ſibi numerarem, quam ſi ei numero, non habebit ſenatuſconſultum contra me [16]: & ſi tibi eam numeret, non erit quoque in te ſenatuſconſulto locus, cùm incœperit à ſolutione, non à promiſsione [17]. Sed ſi non trado ei pecuniam, at illa iubente tibi promitto, cum ratione dicitur illam intercedere, & ſic ei cõtra me exceptionem vtilem eſſe, mihi verò & prodeſſe exceptionem, quia ſum illius fideiuſſor, vt hoc tex. [18] nam cùm iſtius ſenatuſcõſulti exceptio cauſæ detur, etiam fideiuſſores reſpicit [19]. Quòd ſi illius mandatu tibi ſoluero, perinde eſt atque ſi primum mulieri ſoluiſſem: ideóque ab ea repetã: nam cum ea videtur potiſsimum con-

Species textus.

Exceptio Velleiani fideiuſſoribus datur.

1 *l. quidam. infra eodẽ. & Bal. in l. j. C. eo. & Pan. de Caſt. hic.*
2 *in §. ſi ab eo.*
3 *l. quod dictum. de pact. ſuprà.*
4 *l. quidam. infra eod.*
5 *l. ſi. infra eod. §. j.*
6 *per hunc text. & noto in l. j. ſupra eodẽ.*
7 *fac. l. ſi fœnebris. C. eo.*
8 *l. iij. §. ſed etſi accepit. de in rem verſ. authen. hoc ius porrectum. de ſacr. ſanct. eccl. noto in l. ciuitas. ſuprà ſi certum pet. Paul. de Caſt.*
9 *l. iubemus. & l. etiam. C. eodem.*
10 *§. mulier & Titius.*
11 *in l. j. de duo. reis. C.*
12 *l. ſed Iulianus. §. j. ſupr. ad Maced. & per hunc textum.*
13 *l. in lege Falcidia hoc eſſe obſeruandum. ad leg. Falcid. vide Bartol. in l. reos. j. col. de duob. reis.*
14 *auth. de fideiuſſ. & authent. præſente. de fideiuſ. C.*
15 *gloſ. in d. auth. præſente. & Pan. de Caſt. in d. l. ſed Iulianus. in prin. ad Maced.*
16 *l. ſi mulier tanquam. & l. vir vxori. in princ. ibi, nec id contrarium. ſupr. eodem.*
17 *l. ſed ſi ego. verſi. ſed etſi tibi. ſupra eod.*
18 *ibi reſpondi.*
19 *l. ſi mulier contra. §. ſi pro ea. ſupra eod. Bal. in l. j. C. eod.*

tractum [1]: & hoc probatur hîc in ver. *caeterum*. in qua opinione & perſtat Africanus [2]. Quod verò poſtea dicit hunc caſum nō eſſe ſimilem alteri, quo ſcilicet mulier debitorem delegat, non tamen diſcedit à prima opinione [3]: quia licet ſit fatendum in vtroque caſu ſenatuſconſulto non eſſe locum: magis tamen in præſente caſu dubitabatur, quàm cùm mulier delegat: nam hoc caſu videtur mulier quodammodo intercedere: & tamen non habet Velleianum: at ſi debitorem delegat: ſatis conſtat Velleianum ceſſare, cùm non obligetur delegando: ſic nulla eſt ſimilitudo, licet vterque caſus non habeat Velleianum.

1 *l. ſi mulier tanquam. ſupra eodem.*
2 *ibi, quod quidem.*
3 *ſecund. gloſ. & Paul. de Caſt. & alios.*

SI MVLIER IN IVRE. L. XXIII.

NOTO in l. j. ſupra eodem. Et hic text. temperat eas leges quæ volunt confeſsionem reuocari poſſe [4], vt non habeant locum, ſi ex certa ſcientia confeſsio facta eſt, per hunc textū [5], quod tamen intellectum habet ſecundum ea quæ alibi dicta ſunt [6]. Licet enim mulier ſcienter ſe hæredem mentiens, non habeat Velleianum, re tamen integra cōfeſsionem poterit reuocare [7].

Confeſsio ex certa ſcientia non reuocatur.

4 *l. de ætate. §. vlt. de interrog. act. ſuprà.*
5 *& Pau. de Caſt. hîc.*
6 *l. ſi is qui ſe. de rei vind.*
7 *l. de ætate. §. vlt. infr. de interrog. act.*

SI DOMINA. L. XXV.

HIC eſt caſus, quo mulier quæ ex legis diſpoſitione obligatur, exceptione non eſt adiuuanda. Lex enim edicit, vt dominus teneatur ex contractu cum ſeruo inito iuſſu ſuo, idque inſolidum [8]: quod & in muliere domina locum habet: cuius quoque rei placitum in CVRIA Pariſienſi recitatum eſt [9], vt quoties iuſſus mulieris præcederet, toties Velleianum ceſſaret.

Mulier contra iuſſum non excipit.

8 *toto tit. quod iuſſu. ſupr.*
9 *anno 1545. 7. Cal. Decēb.*

SEIA. L. XXVIII.

SI mulier emerit, & pecuniam ad ſoluendum pretium fideiuſſore marito acceperit: licet poſtea maritus teſtamento caueat ſe potiſsimùm contraxiſſe, non tamē ex eo dicetur mulier fideiuſsiſſe, vt Velleiano ſit locus. Ex quo infert Cyn. [10] debitorem qui ſe prius rem ſuam oppigneraſſe alteri quàm mihi confitetur, non tamen mihi nocere. 7

10 *in l. vlt. de iure dot. & Pau. de Caſt. hîc.*

§. FVNDVM. Cùm mulier vt principalis contrahit, licet hoc conferat ad vtilitatem alterius, finge fortè eam pecuniam accipere mutuam, vt alij numeret: vix eſt vt ſuccurri ei debeat [11], etiam ſi ſciens ſit creditor [12]: niſi fraudem participet cum ſcientia ſua [13]. Quando autem videatur fraus participata habes in lege proxima infra eodem. Si tamen pecuniam accipit, vt ei ſoluat apud quem interceſſerat, prope eſt vt mulieri proficiat exceptio contra creditorem qui non ignorat, licet fraudem non participet, & hoc per hunc textum. Alius eſt caſus quo mulier principaliter contrahens Velleiano adiuuatur, nempe ſi contrahit & obligat ſe pro marito: nam ipſo iure ſeruatur illæſa [14]: quòd eo ipſo fraus ineſſe dicatur, niſi in rem mulieris verſi probatio manifeſtè impleatur [15].

Mulier principaliter contrahens an iuuetur Velleiano.

11 *l. ſi mulier tanquam. & l. vir vxori. poſt prin. & l. ſed ſi ego. ſupra eodem. l. vlt. infra eodem.*
12 *l. ſi ſæuebris. C. eo.*
13 *l. ima. & ibi gloſ. ſupr. eo.*
14 *per auth. ſi qua mulier. C. eodem.*
15 *d. authen. ſi qua mulier. ad finem.*

QVIDAM. L. XXIX.

HVC pertinēt quæ ſuperius dicta ſunt [16]. Et apparet hîc mulierem principaliter contrahentem & mutuum accipientem,

16 *l. ſi mulier contra. eo.*

tem,iuuari Velleiano, quia fraus à creditore participata eſt, vel ſaltem color quæſitus: quæ res manifeſtè oſtenditur, ſi probetur creditorem voluiſſe contrahere cum alio, ſed cùm eius opes ſuſpectas haberet,mulierem elegiſſe: vt in ſpecie huius legis euenit [1].aliâs non eſſet exceptioni locus, vt adſcripſi ſup.lege proxima. Et nota textum hîc ad finem [2], quia mirationem habet,vt muliere de obligatione ſubducta, & eius pignoribus,ea pignora creditori ſint obſignata quæ ipſa mulier ſibi pacta eſt,quamuis nunquã creditori fuiſſent oppignerata.

Fraus qui probetur.

1 & in l. quamuis. §. ſi cùm eſſem.ſup.eo.
2 ibi,ſed non ſine ratione.

SI MVLIER HAEREDITATEM. L. VLT.

HOC principium pertinet ad id quod dicitur in l.j. ſupra eo.Quod autem ad id quod ante finem legis dicitur pertinet [3], qui volet ſenſum germanum afferre,dicet opinor mulierem hîc cautionem feciſſe ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, ſe non vſuram exceptione Velleiani: quæ promiſſio cum duorum conſenſu firmetur,mulieri præiudicat, quod propius eſt. At renuntiatio Velleiani,cùm vnius conſenſum habeat [4] non eodem modo mulieri nocet [5]:niſi in iudicio fiat [6], & niſi renuntiet legis authoritate,vt cùm mulier à lege habet tutelam filiorum [7]. Adde aliquos eſſe caſus quibus mulier non indiget Velleiani exceptione,ſed ipſo iure tuta eſt [8].Ideóque mulier Velleiano renutians iis caſibus quibus poteſt, non tamen cenſetur illa priuilegia eiuraſſe,quæ ſunt prodita nouo iure [9]: nec enim iis poteſt mulier renuntiare,etiam ſi multoties promiſerit,niſi per iuramentum [10]:aut in cauſa fundi dotalis [11]. Sed de his alias fuſius [12].

Litera explicata.

Mulier non poteſt renuntiare Auth.ſi qua mulier.C.eo.

3 §.ſi mulier pro eo.
4 glo.& doct. in l.j.C.de pact.
5 l.doli. §. diuerſum. de nouat.infrà.
6 l.j.de cur. bo. dand. & doct. hic.et l.fi.C.ſi mater indem.promi.
7 Auth.matri.C. Quãd. mul.tutel.offic.fung.
8 vt in Auth. ſi qua mulier.ad velle.C.
9 per d. Auth. ſi qua mulier.
10 vt Bal. in d. Auth.l. doli.§.diuerſum.de nou.
11 l.de die §.quidam. Qui ſatiſ.cogan.ſuprà.
12 in l.Tametſi.ſuprà.ad Macedo.

De compenſationibus.

COMPENSATIO. L. I

AN de quantitate ad quantitatem, aut ſpecie ad ſpeciẽ compenſatio ſit admittenda,habes in l. ſi conuenerit. ij.de pig. act. Liquidi autem ad liquidum ſemper admittitur compenſatio,etiam ſi litigioſum & in iudicium eſt deductum [13]: niſi forſan quæſtio altiorem diſceptationem poſtularet [14]. Item in hoc genere perpetuum eſt,vt compenſatio ſit tantùm efficax ad concurrentem quantitatem [15].Ideóque aptè quæritur, cùm petẽti mihi decem opponis compenſationem de viginti:an admiſſa compenſatione in decem,ſim cõdemnandus eodem iudicio in reliqua decem,ſed placuit alio iudicio agendum eſſe [16].

Liquidi ad liquidũ compenſatio ſit.

13 l.in cõpẽſationẽ.inſ.eo.
14 l.ſi.& ibi Bar.C.eo.vide Sacy.in reg.compenſatio.in fallentiis.
15 l.ſi conſtat.C.eo.
16 per l.in rebus.§.vlt.ſup.comm. & ibi Bart. & Bal.fac.c.j.de excep. in antiq.

VERVM EST. L. IIII.

EIVS quod non ei debetur qui conuenitur,ſed alij,compenſatio obiici non poteſt [17]:etiamſi caueret is qui obiicit, alterum cui debetur,ratum habiturum:nam ſi hoc benignè cõceditur filio vt compenſare poſſit quod patri debetur, ſi caueat de rato [18]:in cæteris aliud videtur dicendum [19]: præterquàm in fideiuſſore,qui cùm ex ſubſtantia debitoris poſſit ſatisfacere, & ſoluere [20], poterit certè & quod reo debetur

Compenſatio eius quod alteri debetur non admittitur.

17 l.eius.C.eo.tit.
18 l.ſi cum filioſa.inſ.eod.
19 vt Bart.in d.l.eius.
20 l.ſi procuratorem. §. ſi ignorantes.ibi,ex ſubſtantia.inſ.mand.

compenſare, per hunc textum: licet ipſemet reus forſan excommunicatus compenſare non poſſet [1]. nec enim eſt nouum vt excommunicatus qui agere non poteſt [2], cedat actiones alteri, & tunc ceſsionarius agat [3]. His adiungitur, quod conuentus a ceſsionario, poteſt opponere compẽſationẽ de eo quod debet cedens [4]: nam iſta exceptio in rem eſt, imo & fideiuſſori datur. & ita fuiſſe iudicatum in CVRIA Grationopolitana teſtatur Guido Papa [5].

Ceſsionarius agit licet cedes non potuiſſet.

ETIAM. L. VI.

QVOD natura debetur, compenſari poteſt [6]: ſi modo illud nõ petitur defectu actionis: nam ſi eſſet naturale debitum quod exceptione elidi poſsit, magis eſt vt nõ compenſetur [7]. Item hæc lex non habet locum in repetẽte, ſiue cõdicente, cui compenſatio debiti naturalis non poteſt obiici [8]. quia repetẽs quodãmodo videtur ſpoliatus, nec ei exceptiones poſſunt opponi [9]: at compenſatio in interdicto recuperandæ non admittitur [10]. Igitur melius dicitur hanc legem ceſſare in condicente, ne leges quæ debiti naturalis ex probabili errore ſoluti repetitionem concedunt [11], videantur abrogari.

Naturale debitum an compenſetur.

Debitum ex interdicto recuperandę non compenſatur.

QVOD IN DIEM. L. VII.

IVNGITVR iis quæ infrà dicuntur [12]. Et quod attinet ad reliquum legis [13], in quæſtione qua diſceptatur, an incidens quod per modum exceptionis obiectum eſt, & non admiſſum, poſsit per actionem ex integro proponi, ita res expeditur, vt quoties ſententia lata in principali non poteſt ſubſiſtere, niſi etiam ad incidens pertineat, tunc incidens includatur ſententia principali, & amplius per formam actionis intendi non poſsit [14]. Ideóque prior creditor victus agente poſteriore creditore, & exceptione temporis repulſus, non poterit eandem per modum agendi deducere: nam in idem pertinent actio & exceptio incidẽs [15]. Sin verò poteſt ſubſiſtere ſententia in principali, licet non expreſsè exceptio reprobari putetur, propius eſt vt ſub ſententia rei principalis non contineatur exceptio & incidens: ideóque aliàs poterit opponi, vt in hoc caſu, cùm non eſt admiſſa exceptio compenſationis debiti, poterit nihilominus alio iudicio debitum peti [16]. quia ſine ea ſtat principalis ſententia, & illa duo ad diuerſa tendunt [17]. Quod tamen non habet locum, ſi iudex quaſi non exiſtente debito compenſationem reprobaſſet, per hunc textum. Et hæc pertinẽt ad id quod ponimus in l. Iulianus verum debitorem. ad fi. ſup. de cond. ind.

An quod repulſum eſt per modum exceptionis, iterum per modum actionis poſsit proponi.

SI CVM FILIOFAMILIAS. L. IX.

ANNECTITVR iis quę ſuperius dicũtur in l. verũ. eo.

SI AMBO. L. X.

CVLPAE ad culpam, doli ad dolum fit compenſatio: quæ duo probantur hîc. Et nota in maleficiis admitti compenſationem [18]: quod procedit quo-ad ipſas partes: nam quãtum ad fiſci pœnam, id non recipitur. nec enim pactio, aut compenſatio inter partes facta, pœnam fiſci conuellit [19]. Et in hanc ſententiam vide fuſius Innocentium in c. intelleximus.

Dolus & culpa compẽſantur.

Compenſatio in maleficijs an contra fiſcum.

1 Pan. in c. cũ inter. vlt. col. de excep.
2 c. intelleximus. de iud. ext.
3 glo. ſing. in c. j. §. j. de iur. patro. lib. vj.
4 Din. in reg. qui in ius. ad fi. de reg. iur. Bar. in l. qui duos. de leg. ij.
5 in deciſ. q. cccclxvij.
6 per hunc. tex. & l. iij §. pupillus. de neg. geſt.
7 l. quæcunque. inf. eo. l. ij. & ibi Bar. C. eo.
8 glo. & Bar. in l. cùm is. §. j. de cond. ind.
9 c. in literis. de reſt. ſpol. Bar. in l. cùm quis. de iur. et fact. ignor. nu. 19.
10 glo. vlt. ad fi. in c. vlt. de ordine cogni. per tex. in l. vlt. ad fi. C. eo. & ibi Bal. iiij. col.
11 l. error. ad l. Falc. C.
12 l. ſi eum mihi. §. j. eo.
13 §. ſi rationem.
14 c. ſuborta. de re iud. ad fi. & c. ex parte. iij. de appella.
15 l. duobus. & ibi. Bart. de excep. rei ind.
16 l. ſi autem. §. vlt. ſup. de neg. geſt. & l. j. de crim. exp. her. C. l. vincentem. cum l. ſequẽ. de euict.
17 Pan. in d. c. ſuborta. de re iud. & Bart. in d. l. duobus.
18 vt hîc. & c. intelleximus. de adult. & l. cùm mulier. & l. viro. Sol. matr. vbi noto.
19 l. iij. quando ſir. pro prem. C. & l. ij. ad ſillania. inf. Pan. in c. olim cauſam. de reſt. ſpol.

ximus.de adul.& in c.ſicut.iij.de iura [1]. In debitis autem non inhibetur compenſatio contra fiſcum [2]:dummodo intra duos menſes debitum probetur [3].tamen in aliquibus caſibus fiſco non nocet cōpēſatio: de quibus vide ea quæ relata ſunt in l. in ea quæ.C.eo.

CVM ALTER. L. XI.

Compenſatio nō fit ipſo iure.

LICET ipſo iure compenſatio non fiat, ſed fit per partem opponenda [4]: tamen ad ſiſtendum vſurarum curſum, fit ipſo iure, vt hoc tex. Idem eſt ad impediendam cōmiſſionem pœnæ vel moræ. Ideoque emphiteuta non cadit in commiſſum nō ſoluens canonem, ſi aliud ſibi à domino debebatur quod compenſari poſſit [5]. Planè ipſo iure fit compenſatio in expenſis neceſſariis in dotem factis [6]. Idem obtinuit in expēſis alimentorū: nam hæ cum operis compenſantur [7]: & expenſis factis ad colligendos fructus [8]. Item fit compenſatio in ſummis concurrentibus & æqualibus. idq; ipſo iure: vt cum tibi in centum ſum obligatus, tu viciſſim in centum mihi teneris [9].

Emphiteuta non cadit in commiſſum ſi dominus viciſſim illi debet.

IDEM. L. XII.

AN fiſco opponatur exceptio hæc. vide quæ habentur in l. ſi ambo. ſupra eod.

QVAECVNQVE. L. XIIII.

OBSTAT iis quæ dicuntur in l. etiam. ſupra eodem. vbi dicitur.

SI CVM MILITI. L. XVI.

§. CVM INTRA. Debitum in diem non compenſatur niſi die adueniente [10]: cùm pars ſit obligationis, dies [11]. Sed hoc non admittitur in die qui datur iudicatis miſerationis gratia à lege [12]: is enim compenſationem non impedit, per hunc tex. Idem planè placuit ſi dilatio à creditore daretur humanitate quadam debitori poſt contractum debitum: & hoc in placitis CVRIAE Pariſienſis continetur [13].

Debitum ad diem an compenſetur.

IDEO. L. XVII.

HANC legem repete ex his quę ponuntur in l. pecul. [illegible] ij. §. ſiue autem. ſuprà de pecul. vbi quæritur an pœna ſit eiuſdem priuilegij, atque ipſum debitum.

IN REM SVAM. L. XVIII.

IN eandem ſententiam nonnulla ſuperius breuiter dixímus [14].

ID QVOD. L. XXIII.

Tutori pupilli nomine agenti cōpenſatio debiti ſui non opponitur.

TVTOR agens pro debito pupilli non repellitur exceptione compenſationis debiti ſui, & ediuerſo. Si verò per plures tutores diuiſa eſſet tutela, vnus tutor agens patietur compenſationem eius quod ad ſui collegæ geſtionem pertinet [15].

IVSSIT. L. VLT.

DE compenſatione fiſco opponenda alibi relatum eſt [16].

1 & Bald. in marga. in verb. doloſus.
2 l. idem. inf. eo. & l. vlt.
3 l. auſertur. §. qui compenſationem. de iur. fiſc.
4 glo. & doct. in l. verū. ſupra eo. Bar. in l. ſi matre. de ſuis & leg. C.
5 Bart. in d. l. ſi conſtat. Guid. papæ q. clxxj. in deciſio. Panor. in c. vlt. depo.
6 l. quod dicitur. et ibi gl. & Bar. de impenſis in reb. dot. fac.
7 l. in rebus. §. poſſunt. ſuprà commod.
8 l. fructus. ſolut. mat. & l. fundus. fami. herci. Bal. in d. l. ſi conſtat.
9 l. ſi conſtat. C. eod.
10 quod in diem. ſuprà eo.
11 l. j. §. diem. de eden. ſuprà.
12 l. ij. de vſur. rei iudic. C.
13 ann. 1550. xij. cal. Mart.
14 l. verum. ſupra eo.
15 l. inter tutores. de admi tut. inf.
16 l. ſi ambo. eo. tit. ſupra.

Depoſiti vel contrà.

Depositvm est. L. i.

SVMMA eſt æquitas huius tituli: quo prætor id intendit, vt bene cum eis ageretur, qui fidem aliorum deponẽdo ſunt ſecuti. Ideóque optima interpretatione in depoſito dicitur, id illico reſtituendum eſſe, hoc eſt, non diſcuſsis exceptionibus, quæ ſolent reſtitutiones rerum differre [1]. habet enim actio depoſiti paratam executionem [2]. vnde nec depoſitario dabitur quadrimeſtre tempus, quod condemnatis miſerationis gratia indulgeri ſolet [3]. tamen ſi neceſsitas poſtulet, vt ſi ponas rem alibi eſſe, dilatio concedenda erit [4]. Quod autem paulò pòſt ſequitur, *Eſt enim inutile fidem frangere*, ita dicitur, quòd contra vtilitatem contrahentium illud fiat: & ita in Pandectis Florentinis legitur. & ad eum quoque modum legi debere multis argumentis contra Haloandrum Duarenus prodidit [5].

Actio depoſiti habet paratam executionem.

Inutile.

1 *l.pe.& ibi Bar.C.eo.*
2 *Bar.in d.l.pe.*
3 *Bal.in d.l.pe.per illum text.*
4 *§.eſt autem. inf.ead.l.*
5 *li.j.anniverſ.diſp.c.xi.*

§. Illvd. Vt dolus non præſtetur conueniri non poteſt, vt hîc: & vide quod relatum eſt in lege, ſi vnus. §. illud. de pact. ſupra.

§. An in pvpillvm. Nota duos caſus quibus pupillus ſine tutore obligatur, nempe cùm eſt factus locupletior, & cum dolo fecit. Reliqua habentur in l.j. §. vlt. ſup. commod. An autẽ ex facto tutoris teneatur pupillus, alibi annotatũ eſt [6].

Pupillus duobus caſibus ſine tutore obligatur.

6 *l.iij.§.ſi ſeruus.de trib. ſuprà.*

§. Si rem depositam. Qui dolum cõmiſit vendendo rem, nõ cõtinuo eximitur dolo ſi rem redimat [7]. Vnde eleganter queritur, ſi emphyteuta, vel feudatarius fundũ emphyteuticum aut beneficium vendiderint non requiſito domino, an abſoluantur à pœna legis [8] ſi redemerint: quod non eſt dicendum [9]: ſemel enim pœna eſt commiſſa [10]. quod tamen intellectum habet, ſi traditio vera vel ficta, puta per conſtitutionem precarij conſequatur: nam ſi traditio non eſt ſecuta, per redemptionẽ benignè ſequitur pœnæ abſolutio [11]. Idem eſt, ſi actum eſſet in contractu, vt res poſſet redimi ex continenti: tunc enim perinde eſt ac ſi nunquam eſſet alienata [12]: vt in mendicantibus religioſis dicitur, qui poſſunt emere vt ſtatim vendant, licet ab emendo ſimpliciter arceantur [13].

Emphyteuta rem vendens ſi illico redimat an à pœna liberetur.

7 *fac.l.quidam.inf.de fideicom.lib.*
8 *l.vlt.de iur.emphy.*
9 *c.j.quid iuris ſi poſt alien.in vſib.feud.*
10 *vt hic.& d.l.quidam. & l.rogo.de fideicõ.lib.*
11 *l.ex hoc. §. ſi quis. ſup. de alien.iud.mut.cauſ. & glo.hic. & Paul. de caſt.*
12 *l.plerique. de rit. nup. Ang.in l.iiij. §.idem Labeo.de vſucap.*
13 *glo.in c.j.in §.confirmatos.in verſ. domum. de relig.domib.lib.vj.*

§. Apvd Ivlianvm. Cum duo ſe contendunt hæredes deponentis, & neuter poſsidet, poteſt depoſitarius cui illorum velit depoſitum reſtituere, cautione recepta ab illo cui reſtituet, de defendendo contra alterum qui ſe hæredem dicit, vt hîc: quod verum eſt, ſi aliqua probatione oſtendat ille cui reſtitutio fit, ſe hæredem eſſe [14]. Sin autem vnus eorum eſt in poſſeſsione, ei faciẽda eſt reſtitutio, quòd ſit iniquũ aliquẽ ſua poſſeſsione ſine iudicio fraudari: nã prædoni depoſitũ eſt reſtituendũ [15]. Quibus adiungitur nobilis illa quæſtio, Titio poſſidenti lis intenditur de proprietate feudi, an interea is poſſit præſentare ad beneficium ſi quod vacat: quod magis eſt [16] nec præſentatus deponetur, licet is qui præſentauit poſtea in iure vincatur. Nam ſatis eſt præſentato probare ſe renuntiatum eſſe ab eo qui in poſſeſsione erat [17]. Et ſicut poſſeſſor intereà fructus habet, & ei ſoluendum eſt: ita interim oneribus

Poſſeſſor rei quæ litigioſa eſt, an interim præſentet.

14 *l.ſi debitor.de pet.hær. ſup.*
15 *inf. ea.l. §. ſi prædo. l. bona-fides inf.eo.*
16 *glo. in c. ex literis. de iur.patron. & ibi Pan. & Innoc.in c.iij.eo.*
17 *c.conſultationibus. de iur.patr.c.querelam.de electio.l.j.C.de teſta.no. & in l. Barbarius. de off.Præt.*

ribus rei alligatur [1], & poteſt à creditoribus conueniri [2]. Quod autem pertinet ad §. *ſi prædo*, an is qui à me cauſam habet, poſsit mihi quæſtionem dominij intendere ante reſtitutionem, dictum eſt in l.commodare.ſuprà commod.

Res in ciſta depoſitæ quomodo probentur.

§. SI CISTA. Si ciſta ſignata depoſita eſt, vtimur Labeonis & Vlpiani ſententia, vt ſiue res in ea concluſæ, oſtenſę ſint depoſitario, ſiue non, poſsit ſine diſtinctione deponens agere de ſingulis rebus. Quod clarum eſt ex hoc textu. Si verò quæritur quomodo res in ciſta incluſæ probentur à deponente, vt earum reſtitutio ſequi poſsit, eo decurrendum erit, vt deponens manifeſtè probet, quænam res ciſta fuerint incluſæ: idque legitimis probationibus [3]: niſi reſignata ciſta reddita ſit: quo caſu quia dolo verſatus præſumitur depoſitarius, poterunt res probari iuramento deponentis [4]. nam contra eum qui in dolo eſt, iuratur: non idem ſi in culpa ſit [5].

§. SI APVD DVOS. Hunc perpetuum §. intelligit hîc Paulus de Caſtro in obligatione non primæua, quæ ad rei reſtitutionem eſt, ſed in ſecundaria (vt ipſe loquitur) quæ ratione doli & culpæ datur, in qua iuris eſt ordinarij vt plures teneantur inſolidum, per hunc textum [6]. Et de his vide quæ ſunt relata in l.ſi vt certo.§.ſi duobus.ſuprà commod. Quod autē ad §. *ſi depoſuero*. pertinet, vide quæ habentur in l.in commodato.§.ſicut.commodati, ſuprà . Et quemadmodum dicimus deponentem poſſe ante tempus depoſitum auſerre, per hunc textum, ſic & depoſitarius poterit ante tempus depoſitum reſtituere, & officium deſerere, ſi iuſta cauſa eſt [8]. Cui ſententiæ non abſimile eſt quod dicitur, eum penes quem depoſitum eſt debitum à debitore, cùm fortè abſens eſſet creditor. vel nollet recipere, poſſe deponenti reſtituere, ſi ita ſibi videtur [9]. Contrà eſt in ſequeſtre penes quem duæ partes depoſuerunt: is enim niſi finita lite rem non reſtituit [10].

Deponens poteſt ante tēpus depoſitum repetere.

Quod in hæreditate reperitur, hęreditariū reputatur.

§. QVIA AVTEM. Res quæ in hæreditate inueniuntur, præſumuntur hæreditariæ eſſe, & ad defunctum pertinuiſſe. Ideóque ſi has hæres diſtrahat, interpretamur eum ignoranter, & ſine dolo alienaſſe, vt hîc. Sed is qui depoſuit, ad prætium aget in hæredem, etiam re extante, ſecundum Paulum hîc [11]. De quo vide quod ponitur in l. Iulianus. ſuprà de rei vindicat.

EI APVD QVEM. L. V.

§. VLTIMO. An ſequeſter, vel depoſitarius ante tempus poſsit reſtituere, vide quod pono in l.j.§.ſi apud duos.ſup.eo.

SI HOMINEM. L. VII.

Pecunię depoſitę an dominium transferatur.

CVM pecunia datur obſignata, & recondita in ſacco ciſtáue, dominium non transfertur in depoſitarium: cui conſequens eſt, vt depoſitarius ea vtens pecunia furtum committat [12]. Proinde cùm dominus remaneat qui depoſuit, præfertur omnibus in illa pecunia, quæ obſignata reperitur apud nummularium foro cedentem [13]. ſin autem fuit data ad numerum, vel pondus, inter omnes conſtitit transferri dominium ob ſolam numerationem [14]: & depoſitarium vti pecunia poſſe [15]. Ex quo fit, vt non præferatur deponens aliis qui ſimiliter depoſuerunt, vel crediderunt: ſi tamen non

Deponens an præferatur cæteris creditoribus.

1 *l.inter quos.de dam.inf. infrà.*
2 *l.vlt.de pet.har. & ibi Bal.*
3 *ſecund. gloſſ.hic.l.j.de prob.C.*
4 *l.ſi quando.C. vnde vi. c.vlt.quod met.cauſ. & ibi Innoc. & Bartol. & Paul.de Caſt. hic. plenè Bart. in l.j. furti aduerſ.naut.cau.ſtab.*
5 *l.ii. & l. videamus. ad fin.de in lit.iur. vt noto in d.l.ij.*
6 *& l.in commodato. §.ij. ſup.commod. & l.ſi vt certo.§. ſi duobus. in ij. parte.illo tit.*
7 *& glo.in l. qui ea mente.de furt.inf.*
8 *l.ei apud quem.§. vlti. & ibi Paul.inf. eodem.*
9 *l.acceptam.in fi ibi, niſi forte.de vſur. C. & ibi Bar. & Bal.4.col.*
10 *l. ſi quis adfirmauerit. §. Labeo. de dolo. vbi noto l.ei apud.inf.eod.*
11 *glo. & doct. in l.ſi eum ſeruum.ſi cer.pet.*
12 *l.ſi ſacculum.inf.eod.l. ſi is cui.de fur.C. & l. qui re.de fur.l.ſi procuratori.de cond.cauſ.dat.*
13 *l.procuratoris.§.planè. ad fi. de tribu.§.ſeruū ſuum.in l.cùm fundus. ſup.ſi cer.pet.*
14 *l.in naue Saufeij. infrà locat.*
25 *l.dic ſponſaliorū. inf.eo.*

accipiebat vſuras ex pecunia, illius cauſa poſt priuilegia erit potior [1].idem eſt,ſi iam exegiſſet:non enim multum eſt ſi in pecunia exacta præferatur [2]:quod tamen ita exaudiunt, ſi per ſententiam exacta eſt, non per vim [3]. Sed et ſi foro cedentis bona fuiſſent poſſeſſa,hîc cauſa omnium exequatur [4].In fiſco autem ſpeciatim dicitur,vt etiam repetere poſsit pecuniam à creditoribus exactam [5].Et quo caſu dixi deponentium poſt priuilegia cauſam eſſe potiorem, intellige poſt quædam priuilegia qui hîc enumerantur in gloſſa: at extra illos caſus ante priuilegia dicuntur eſſe:ita hunc textum intellige,qui mirificè aduerſatur ei quod aliâs ex Vlpiano proferri ſolet [6].

1 *l.ſi ventri.§.in bonis. de priuil.cred. inſ.*
2 *l.vlt.C.eod.& ibi Bal.*
3 *l.inter eos.de re iud.infrà.*
4 *l.qui autem.§.ſciendũ. quæ in fraud.cred.*
5 *l. pecuniam. de priuile. fiſ.C.*
6 *l.ſi vẽtri.§.in bonis. de de priui.cred.infrà.*

Qvod servvs L. XI.

PVLCHRE dicitur ſeruo,filiofamilias,prædoni & intruſo,ex re cum illis contracta ſolutionem impleri poſſe. In quam ſententiam vide quæ dicuntur in l. ſi vrbana . ſuprà de condi.indeb.Item ex hoc textu [7] habes,mandatum alicui factum ipſo iure reuocari,ſi qua cauſa interuenit, quare veriſimiliter poſsit ſuſpicari is qui contrahit cum mandatario aut procuratore,dominum nolle [8]: vt ſi procurator palam dilapidaret & diſsiparet bona,aut ad inopiam vergeret [9].

Prędoni ex ſuo cõtractu rectè ſoluitur.

7 *ibi,nec vlla cauſa.*
8 *facit l.ſi cũm Cornelius. infrà de ſolut.*
9 *l.liberto. §. largius. & ibi Bar.de annu.leg.*

Si qvis inficiatvs. L. XIII.

DICENTI ſe procuratorem impunè non creditur,niſi doceat manifeſtè de mandato [10]: ideo ei debitum petenti iuſtè poteſt denegari, vt hîc. ſic qui petit debitum tanquam hæres creditoris, qualitatem hæredis probare debet [11]. Ex his efficitur,eum qui mandatum non habet, vt negotiorum geſtor,nec agere poſſe in debitores domini, cùm actionem non habeat [12],nec extra iudicium eos compellare, & in mora conſtituere,vt hîc: quod rationem habet niſi negotiorum geſtor interpellaret, nõ vt ſibi,ſed domino ſolutio fiat [13]:quo caſu & iuſtè debitor peteret ſibi caueri de rato [14]. Hinc deſcendit quod dicitur,delegatum in edictis ſuis quibus partes ad ius euocat, debere tenorem delegationis ſuæ deſcribere [15]: aliâs ei impunè nõ parebitur, licebitque vocatis ad edictum non reſpondere.

Non debet credi procuratori niſi mandati proferat.

10 *l.j.de manda. princi.c. cùm in iure.de off. dele. Bal.in rub.C.eod.*
11 *l.ſi debitor.de petit.hæred.ſup.*
12 *l.ſi pupilli.§.fin.ſup.de neg.geſt.*
13 *ita ſolue tex. in l.qui ſolutioni.§.mora.de vſur. Bar.in l.ſi ſeruum.§.videamus.de ver.oblig.et Paul.hîc.*
14 *l.qui abſente.& ibi Barto.de procur.*
15 *c.præterea. de dil.l.j.de mand.princ.C.*

Si plvres. L. XIIII.

§.Sive avtem. Qui in mora eſt de periculo rei tenetur, etiam ſi res fuerit peritura penes actorem [16]: niſi is iuſtam litigandi cauſam habeat:tunc enim illa diſtinctio admittitur,vt hîc:de quo vide quæ habentur in l. quod te mihi. ſuprà ſi certum petatur.

Periculum in à tecitus.

16 *l. quod te. & ibi gloſſ. Bar.& omnes. ſi cert. pet,*

Qvi rem. L. xv.

AN qui à me habet cauſam, mihi rem petenti, dominij controuerſiam facere poſsit,alibi explicatur [17].

17 *l. commodare. commod. ſuprà.*

Licet. L. xvii.

VIDES differentias inter ſequeſtrem & depoſitarium: ex quibus fit vt quamuis ſequeſter non poſsit officium dimittere,

Sequeſter quãdo reſtituit.

tere, niſi lite finita [1]: tamen qui ſuſcipit depoſitum, poteſt ex continenti reddere. Nam licet ſit obligatus ad rem reſtituendam, non tamen ad eam ſeruandam [2]. Pro quo eſt & illud quod antea poſuimus 3. Præterea ex eo quod ſequitur in textu [4], manifeſtè apparet poſſeſsionem rei penes ſequeſtrem depoſitæ, eſſe penes ipſum ſequeſtrem. id enim (vt inquit Florentinus) agitur ea depoſitione, vt neutrius poſſeſsioni id tempus procedat. quod tamen vulgo intelligi placuit, cùm volentes partes rem apud ſequeſtrem depoſuerunt: ſi enim iudex rem deponi penes ſequeſtrem edixerit, fortè ne ad arma rixámque veniant [5], poſſeſsio penes eum qui poſsidebat, manet: & ita ferè intelligitur, quod alibi Iulianus contra hoc reſponſum videtur referre [6]: quod verum eſt, & omnes probant 7. Quibus & annectitur quod aliâs quæritur, an ſequeſter eccleſiæ aut feudi poſsit interim præſentare, ſi conſtante officio vacet beneficium aliquod: in quo omnium ferè conſenſu recipitur, vt præſentare poſsit, etiam ſi ſit is quem minimè poſsidere diximus. quod Innocentius & Barbatias tenent [8], & authoritate Rotæ approbatur 9: idque ob periculum diuturnæ vacationis. Sic qui conductum habet ad magnum tempus, præſentat [10]. Et eius ſententiæ quam de ſequeſtro retulimus, magnum argumentum eſt quod dicitur, curatorem datum bonis abſentis, vel annotati rei vt requiratur, poſſe vendere res tempore perituras [11]. Vnde & ex Bartoli [12] ſententia, præſentare poſſet, cùm ius illud tempore amittatur [13]. Huic autem curatori ſequeſtrem rectiſsimè comparaueris. Quibus annecte quod dictum eſt in lege j. ſi ager vectigal. ſuprà.

Sequeſter an poſsideat.

Sequeſter eccleſiæ aut feudi an præſentet.

1 l. is apud quem. §. vlti. ſup. eod. & l. propter. C. eo. l. ſi eleem. vbi noto. de dolo.
2 Paul. de Caſt. in l. ei apud quem. §. vlt. ſup. eo.
3 l. 1. §. ſi apud. eo.
4 §. rei depoſitæ.
5 l. ſi cuius rei. §. ſed ſi inter. de vſuf.
6 l. intereſſe. de acq. poſſ. infrà.
7 Bar. & Alex. in d. l. intereſſe. Cyn. in l. 1. de probib. ſeq. doct. in cap. examinata. de iudi. ext.
8 d. c. examinata.
9 Decis. cccxxxiij.
10 c. ex literis. & ibi Inno. & Panor. de iur. patro.
11 l. vlti. de req. reis. l. ſi magiſtratus. de priuile. cred. infrà.
12 in l. 4. de off. procu. Caſ. in ij. lect.
13 c. 4. de iur. pat. lib. vj.

SI DVO. L. XXII.

ISTA lex difficillima eſt, & iungitur iis quæ dicta ſunt in l. in commodato. §. ſi duobus. commod.

DIE SPONSALIORVM. L. XXV.

EX hoc textu videtur effici, quòd quoties pecunia datur ad numerum, non autem obſignata, aut in ſacco, eſt nihilominus depoſitum, licet abuſiuè [14]: & poterit accipiens hoc ipſo ea vti, cùm in eum ſola numeratio dominium tranſtulerit [15]. Vide quæ ponuntur in lege, qui hominem. §. quoties. ſupra eodem.

14 vt l. Lucius. ſup. eo.
15 l. in naue Saufeiij inf. loc. vbi noto.

PVBLIA. L. XXVI.

AN mihi per alium quæratur, & an ex pacto in re mea facto alteri acquiratur: vide quæ alibi in hoc genere relata ſunt [16]. Quod autem dicitur hîc pactum ſuper re mea quæ mea perdurat, à me interpoſitum alteri prodeſſe, intellige ſi perſonam nominaui, non idem ſi eſſet incerta: vt cùm penes te eſſe volo decem, quæ tu reſtitues ei qui literas à me tibi reddet, ſecundum Paulum hîc poſt Cynum. Cuius ratio poteſt eſſe, ne duo ſpecialia concurrant, quod vix eſt [17]. Quod autem dicitur in §. *Titius Sempronijs*. pertinet ad ea quæ ponuntur in lege, Titius. de pecunia conſtituta. ſuprà. Quibus

Pactus ſuper re mea mihi quærit.

16 l. certi. §. ſi nummos. ſi cert. pet. & ſuſius l. ſi procurator. de procura. ſuprà.
17 l. j. de datis promiſ. C. ſecund. communem intellectum.

adde confeſsionem extra iudicium,non facere obligationem, per hunc textum,niſi eſſet geminata[1]: facit verò probationem ſi pars fuerit præſens[2],vel ſaltem confitens hoc epiſtola fuerit complexus: poſtquam enim reddita illa eſt creditori, perinde eſt atque ſi præſenti res fuiſſet expoſita, vt hîc[3]. In confeſsione autem iudiciali,rectius dicitur eam facere obligationem,& actionem in factum producere: ſicut in ſententia obtinuit:nam confeſsio pro re iudicata eſt[4]. An verò epiſtola probet pro ſcribente,iudicis erit æſtimatio,inquit lex:quod ſic interpretatur gloſ.[5] vt ſi ille ad quem ſunt datæ,his vtatur ad ſuum compendium, videatur etiam eas approbare quatenus ſcribenti fauent[6]: quod rationem habet, niſi producens teſtatione prædixiſſet,ſe iis literis tantùm velle vti, quatenus in rem ſuam faciunt:quia ſcribenti non proderunt, niſi in capitulis connexis[7].

Cōfeſsio extra iudicium.

Confeſsio in iudicio.

1 l.cùm ſcimus.& ibi Bar. de agric. & cenſit. lib. xi.C.
2 l.certum. §.ſi quis abſente.de confeſ.infrà.
3 & l.Titius. de conſtit.
4 l.vna.de confeſ.C. Pan. hic.
5 glo.hic in finem.
6 facit glo.in l.j.§. editiones.in fi. de edend.
7 per ea quæ ponit Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſiit.de liber.lega.& Bal.& Paul.hic.

Si saccvlvm. L. xxix.

VIDE in l.ſi hominem.§. quoties.ſupra eodem,quæ annotantur.

Bona fides. L. xxxi.

HAEC lex eſt elegans & plena æquitatis: ex qua efficitur,vt licet illico lex iubeat reſtitui depoſitum nulla obſtante exceptione[8]:ſæpe tamen æquitas poſtulat, potius alij, quàm deponenti reſtitui,vt hîc. Et ex principio legis habetur debitores alicuius fiſco ſolutionem implere debere, ſi bona illius in fiſcum ſunt commiſſa:nam fiſcus loco hæredis eſt[9]. Item quamuis cauſam à te habeam, poſſum tamen tibi repetenti opponere me dominum eſſe,vt hîc[10]. Sed hæc alibi fuſius[11].

Fiſcus loco hæredis eſt.

8 l.ſi quis pecunias. C. eo. & noto in l.j.ſupra eo.
9 l.ij.ad leg. Iuliam. de vi priuat.C.
10 & l.qui rem.ſup.eo.
11 in l.cōmodare.cōm.ſup.

Qvod nerva. L. xxxii.

FERE eſt vt culpa latior dolo comparetur, per hunc textum,quod tamen in iuramento in litē non recipitur, quod licet contra dolum deferatur,non tamen contra culpam latam[12]:nec in mala fide conſtituenda[13]. Sic nec cùm agitur ex delictis ad pœnam corporis[14]:non idem ſi ad pecuniam & ciuilem pœnam[15]. Sed nec ad infamiam contrahendam, lata culpa pro dolo eſt,ſi illa infamia per ſententiam infertur[16]: non ſi ipſo iure[17],& de his vide fuſe Bartolum hîc, vbi habebis quid ſit culpa. Culpa autem lata appellatur ignorantia iuris[18]. Quod autem Bartolus hîc & alij poſt eum, culpam in quinq; ſpecies ſunt partiti,non fuit certè valde neceſſariū, & legem non habet. Itaque verior & explicatior eſt Zazij opinio,qui culpam in latiorem ſiue latam diuidit, & in leuem ſeu leuiſsimam: nam leuis & lata inuicem pugnant[19]. Lata ſiue latior magna negligentia appellatur, eáque vt diximus in doli crimen cadit[20]. Et hæc apud Zazium vide fuſius & apud Coraſium in Miſcellaneis[21].

In quibus culpa lata dolo nō ſit ſimilis

Diuiſio culpæ.

12 l.ij. & l. videamus. ad fin. & l.in actionibus.de in lit.iur.
13 l.ſed et ſi l. §.ſcire. de pet.hæred.
14 l.in l.Cornelia.infrà ad leg.Cornel.
15 l.j.§. hæc actio.ſi menſ. fal.mod. & l.j.§. nō autem.inſ.ſi quis teſta.lib. eſſe iuſ. fuer.
16 l.iij.§.ſi.cum l.ſeq. inſ. de ſuſpec. tut. §. ſuſpectus.inſt.it.illo tit.l.ſi.de ſuſp.tuto.C.
17 l.liberorum. §.ſi. de his qui not.in fi.ſup.
18 d l.liberorum.§.ſi.
19 lib.j.ſingula.reſp.cap.ij.
20 l.j.§. is quoque. de act. & oblig.
21 lib.iiij.c.j.

LIBER SEPTIMVSDECIMVS PANDECTARVM.

Mandati vel contra.

SED PROCVLVS. L. IIII.

Procurator fines egrediens.

PERTINET ad ea quæ ponuntur in l. ſi quis negotia.ij.ſuprà de neg.geſt. Et conſtituit eum qui mandati terminos egreditur, habere tantùm actionem vſque ad quantitatem mandati, non vltra[1]: quòd ſi exceſsiſſet ſciente & patiente domino, ad reſiduum actionem habere eum dicendum eſt[2]. Imò qui nullum habet mandatũ, ſi ſciente & nó refragante domino illius gerit negotia, obligat dominum, & in dominum habet actionem[3]. Planè procurator ad iudicia ſæpe fines mãdati egredi poteſt: cùm enim iudicium in inuitos reddatur, non valet domini cautio in iis quibus iuris & iudicij neceſsitas diſponit[4]. At videtur is in finibus mandati conſtitiſſe, qui fecit per æquipollens: vt cùm mandabatur ei vt fideiuberet pro Titio apud Mæuium, mandauit creditori Mæuio, vt Titio crederet[5].

Mãdatum impletur per æquipolens.

SI REMVNERANDI. L. VI.

§. MARIVS PAVLVS. Quod aliâs à gloſſ.[6] relatum eſt, ſententiæ in principalem latæ executionem fieri in fideiuſſorem iudicatum ſolui, recta via ſine alia conuentione, ſatis hoc textu videtur probari. Itaque principali reo damnato & non excuſſo, poterit fideiuſſor iudicij in carceres conijci. quod CVRIA Pariſienſis recepit[7]. Reliquum ex textu eſt, pactum de quota litis infirmari[8]. idem eſt ſi ſit de re certa de qua lis erat[9]: valet tamen pactum ſuper alia re, quàm ea quæ cõtrouertitur[10]. nam & paciſci quis poteſt ſuper pecunia pro ſalario[11]. Et addè licite accipi pecuniam à fideiuſſore vt fideiubeat: & ſi is fideiuſſor debito ſatisfecerit, nihilominus integrã ſortem repetet à domino[12]. Nec obſtat noſtræ ſententiæ hîc textus: quia hîc qui fideiuſſerat, ſimul pactum de quota litis interpoſuerat: quod adeo improbatur, vt non ſeruet actione mandati à domino, quod intulerit[13].

Sententia in reum lata executioni mãdatur in fideiuſſorem.

Pactũ de quota litis.

SI PROCVRATOREM. L. VIII.

Procurator an ſubſtituẽdi poteſtatẽ habeat.

§. SI QVIS MANDAVERIT. Solet quæri an procurator poſsit ſubſtituere & mandare: in quo ſic res conſtituenda eſt, vt procurator ad iudicia ſubſtituat, ſi datus eſt in rẽ ſuã[14]: ſi autẽ ſimplex ſit, non ſubſtituet niſi lite conteſtata, vt hîc[15]. Quòd ſi ad negotia ſit datus, ſi quidem generaliter, ſubſtituere poterit, per hunc tex. ſic ſubſtituit magiſter nauis[16]. Idẽ eſt in procuratore ſpecialiter dato, cui tamẽ præſcripta eſt forma cõtrahendi[17]. vt cùm committitur alicui vt certæ & nominatæ perſonæ de beneficio prouideat: poterit enim is mandare[18]. contra eſt, ſi forma non ſit limitata, hoc enim caſu mandandi poteſtatem non habet[19]: puta cùm alicui

1 *fac. l. rogatus. infra eod.*
2 *tex. in c. cũ dim. ibi, protinus contradixit. & ibi glo. quam ibi tenet Pan. de off. deleg.*
3 *l. vlti. ſupr. quod eum eo qui in alie. Inn. & Pan. in c. ex parte decani. de elect. tex. in l. qui patitur. infra eod.*
4 *Bald. in l. cùm mandati. C. eo. fac. text. in l. Papinianus. de public. ſuprà.*
5 *l. vlt. §. vlt. infra eodem.*
6 *in l. vlt. §. vlt. de execu. rei iudica.*
7 *anno 1353. in conuent. Turonen.*
8 *fac. l. ſi contra. C. eo.*
9 *l. ſi qui aduocatorum. de poſtul. & ibi Bal.*
10 *l. ſumptus. de pactis. & ibi Ange. Bal. in d. l. ſi qui aduocatorum.*
11 *l. j. de ſuffr. C. vide Gui. pap. q. cij. l. hoc iure. § j. de dona.*
12 *l. antiquæ. ad Velle. C.*
13 *Bal. in d. l. antiquæ. per illum tex.*
14 *l. illam. C. de donat.*
15 *l. quod quis. & l. neque. C. de proc. c. j. de procur. lib. vj.*
16 *l. j. §. quid tamen. de exerc. ſupr.*
17 *l. ſi ego. quod vi aut clã. infrà.*
18 *c. is cui. in princ. de offic. leg. lib. vj.*
19 *ita ſentel. tex. in l. pe. § ij. inf. de diuerſ. & temp. præſcr.*

tos aureos ſine inſinuatione,ſed tamen in ſoluendo ſolario & reliquis, tantùm eſt expenſum à donatario,vt apud eum non remaneant quingenti aurei,an dicenda ſit donatio vtilis:quod magis eſt per hunc textum [1]. de eo enim quod capit, deduci debet quod erogat. Quod valeat in omnibus cõtractibus qui hodie ex lege regni inſinuatione indigent,ſi quinquaginta libras excedant.

1 & l.quoties.inſ.ad l.fal. vbi Bart

Qvod si servvs L.III.

§.In rem avtem. In rem domini verſum videtur,& eo nomine videtur locupletior, cùm in eam cauſam impenſum eſt,in quam aliâs de ſuo fuiſſet expenſurus, per hunc textum [2]. Ideo cùm aliquis ad teſtimonium ferendum venit, de ea reputatione expẽſarum,quãm ex lege [3] à parte habere debet pro viatico,deducitur id quòd aliâs domi fuiſſet expenſurus: & hoc ex ſententia Bartoli & Guidonis papæ dicitur [4]. nam in ea re ſuum negotiũ eſt. Sic cùm aliquis expendit man dato meo, non tamen à me mandati iudicio repetit expenſas, quibus ille locupletior eſt effectus [5]. Planè & illud ex hoc textu additur, non videri in rem alicuius verſum, quod in voluptariam cauſam eſt expẽſum: nec enim dominus ex tali impenſa à procuratore ſuo facta, mãdati teneretur, niſi eſſet honeſta & conſueta [6]:quod adeo verum eſt,vt in rebus minimè neceſſariis ſed vtilibus emptis à ſeruo,non teneatur dominus niſi ad verum pretium,at in neceſſariis conuentum pretiũ ſpectatur [7]. Quod autem dicitur in §. *accepit*. Videtur aduerſari iis quæ diximus in l.vlt.de exerc.Sed ibi vide.

De viatico teſti taxato deducitur quod aliàs domi expendiſſet.

Voluptariæ expenſæ.

2 & l.pater.inſ.eo.fac.glo. in l.ſi fructus.de donat. int.vir.& vxo.
3 l.quoniam. de teſtib. C.
4 Bar in l.eum quem.ſup. de iud.& Guid.Pap.q. dcxxv.in deciſ.fac.l.ſed & ſi lege.§.quod autẽ. ſup.de pet.har.
5 text.ſing.in l.ſi quis mihi mandauerit.mãd.infr.
6 l.& ideo.§.illud.inſ.eo.
7 l.ſi res.inſ.eod.

Et ideo. L.VII.

§.Illvd. Pertinet ad legẽ iij.§.j.eo.ſup.vbi annotatũ eſt.

§.Filivsfamilias. Hunc text.gl.in l.ſi verò.hîc allegat in hanc ſententiam,vt ſicut paternum eſt officium dotare filias [8], ita & auitum [9]. de quo vide in l.qui liberos.infr. de ritu nuptiarum.

Auus debet dotare ſicut pater.

8 l.fin.de dotis promiſ.
9 l.dotem.inſ.de coll.bon.

Si pro patre. L.X.

§. Versvm. Verſum(inquit lex.)non dicitur quod non durat,cui ſententiæ conſequens eſt,quod glo. [10] voluit, religioſos mendicantes qui nec propriũ habere, nec emere poſſunt,bene tamen emere aut ab aliquo recipere,vt ſtatim vendant vel permutent [11]. Sic incapax hæreditatis poteſt adire vt reſtituat [12]. Sic qui ita ſoluit vt ſtatim repetat, non cenſetur ſoluiſſe [13].

Verſum non dicitur niſi duret.

10 in c.j.§.confirmatos.in ver.donum.de relig. dom lib.vj.
11 c.recedentes.ibi permutatis.de ſtat.monach.& ibi Pano.vide Socy.reg. infr.xxxv.in fallen.
12 l.cogi.§.hi qui ſolidum. ad.Treb.
13 l.qui ſic.de ſolut.

Qvidam fvndvm. L.XVI.

HVNC Tex.nota:& valet ad quæſtionem quam ſuprà retuli in l.procuratoris.§. planè.de tributo.

Quod iuſſu.

Merito. L.I.

IN Eo generali iuſſu, *Quod voles gerito cum Sticho,periculo meo*, omnia cõprehendũtur, ſed non illicita.Et ſic generali mãdato non non continetur illicitum,per hunc text. [14] & iſto caſu mandatum cum libera ſpeciali non

Generali mandato non venit illicitum.

14 & l.ſi procurator. de cond.indeb.vbi noto.

non comparatur. de quo vide quæ addidimus ad l. procurator cui. ſuprà de procura.

SI DOMINVS. L. VLT.

Adminiſtratores, item mandantes an inſolidum conueniantur.

AN priuati adminiſtratores teneantur inſolidum, vide quæ ponuntur in l. j. §. vlt. de exerc. Et quid in mandantibus ſit obſeruandum, infrà dicetur [1].

LIBER SEXTVSDECIMVS PANDECTARVM.

Ad ſenatuſconſultum Velleianum.

VELLEIANO. L. I.

SVMMA æquitate hoc ſenatuſconſultum infirmitati mulierum condonatum eſt, vt quocunque in contractu pro aliis interuenirent, obligatione ſummouerentur. quod habet locum & in contractibus mulierum pro aliis initis, & in quaſi contractibus: vt cùm hæreditatem adeūt, cuius nomine creditoribus obligantur [2], niſi qua earum fraus redargui poteſt [3]. Item hoc ſenatuſconſultum ceſſabit, ſi mulier ſciat & creditor ignoret [4]: niſi à muliere contendiſſet creditor, vt obligationem ſubiret, quo caſu ignorantiam ſuam allegans non auditur [5]. Item apud Accur. nota ſex caſus, quibus mulier Velleiano non adiuuatur. Hoc autem beneficium adeo mulieri competit, vt etiam ſi fideiuberet patre conſentiente & authoritatem præſtante, nihilo obligaretur magis: non enim ſexus per conſenſum paternum remouetur [6]. Secus ſi conſentiret Macedoniano & voto: nam conſenſus patris etiam extra iudicium præſtitus, filij beneficium excludit [7]. Quod autem ponit gloſſ. mulierem pro dote intercedentem non iuuari Velleiano: hoc verum eſt etiamſi nudo pacto interueniret [8]. Et adde caſum inſignem quo nō iuuatur mulier, nempe cùm prædia conducit: tūc enim in eam cauſam & fideiubere, & pignora dare poteſt [9], niſi pro alio conduceret [10]. ſi tamen ipſi & marito communiter locatum eſt, bene interuenit mulier: niſi color quæſitus ſit [11].

Velleianum cōtra ignorantē creditorem ceſſat.

Patris conſenſus nō tollit velleianū, ſed macedonianū ſic.

Mulier conducens non habet velleianum.

SED SI EGO. L. IIII.

RECTE dicitur [12] mulierem vendentem rem ſuam & contrahentem ſuo nomine, Velleiano non adiuuari, etiamſi pecuniam pro alio ſoluat. Pro quo & illud eſt, quod CVRIAE Pariſienſis decreto cōtinetur [13], mulierem quæ cum alio rem alienam inſolidum vendiderit, nō habere ſenatuſconſulti exceptionem, ſed inſolidum conueniri. Placéique doctis quod gloſſ. hîc voluit, neque in maribus, neque in fœminis donationis animum præſumi [14]. potius enim error, quàm donatio præſumitur [15]: vt fuſius apud Decium relatum eſt [16]. Quod tamen in nobilibus & principibus non vtique dicitur [17]. Sed & animus donationis præſumitur, cùm tibi trado id quod antea nomine tuo emeram [18]: vel cùm ei dono, à quo aliquo beneficio antea ſum ornatus [19].

Mulier vēdēs, ſuo nomine obligatur.

Donatio non præſumitur.

1 l. creditor. §. duobus. infrà manda.
2 l. ſi mulier in iure. & l. ſi mulier hæreditatem. infra eo. Bal. in l. j. in prin. C. eod.
3 d. l. ſi mulier.
4 l. ſi decipiendi. infra eod.
5 l. quidam. infra eodē. per Bal. in d. l. j. ad fin. & l. ims. infra eod.
6 Bal. in l. ſi. §. neceſſitate. de bonis qua lib.
7 l. ſi filius familias. ſupra eo. l. j. & ij. de pollici. inf.
8 l. ſi at. & ibi Bald. C. eod.
9 l. ſi aduerſarius. C. eodē.
10 d. §. ſi aduerſarius.
11 Bald. in d. l. ſi aduerſarius.
12 per hunc tex. & in l. ſeq.
13 vij. Calen. Martij, anno 1545.
14 l. cùm de indebito. §. vlt. de prob.
15 l. j. de cond. ind. ſuprà.
16 l. cuius. de reg. iur.
17 c. j. de donat. extrà.
18 l. ſi filiu. de donat. inter vir. & vxo. C.
19 l. ſi verò. §. idem Papinianus. infrà mand. vbi vide glo.

QVANQVAM. L. VII.

In facto proprio an tolerabilis ignorantio.

QVOD admittitur in facto proprio non eſſe tolerabilem ignorantiam [1], non habet locum in eo qui certat de vitando damno [2]. Sic obliuio in proprio facto non nocet, cùm de damno agitur [3]. Item nec officit ignorantia in factis antiquis [4]. Et per hãc legem appoſitè dicitur, ei qui de facto proprio interrogatur, non debere dari tempus ad deliberandum, cùm de eo certior eſſe debeat [5].

1 *per hunc tex.*
2 *l. ſed & ſi me ſuprà de cond.indeb.*
3 *glo. & Bartol.in l.ij.§.ſi ſeruus.pro emp.*
4 *l.peregrè.de acquir.poſſ. extrà.*
5 *Bar.in l.cùm falſum. de acquir.hered.infrà.*

QVAMVIS. L. VIII.

Remiſsio pignoris an habeat donationem.

NEMO neſcit liberationem pignoris interceſsionem nõ habere [6], nec legatum [7], nec donationem [8]. Sic prohibita alienatione propter ſe, non prohibetur remiſsio pignoris, ſecus ſi propter aliud: vnde cùm prohibetur filius peculium aduentitium in quo pater vſumfructum habet, alienare, non poterit pignus remittere, cùm & ea remiſsio patri damnoſa eſſe poſſet [9]. Quod autẽ ad §. *ſi mulier*, pertinet, pluſquam manifeſtum eſt; promiſsionem indemnitatis pro interceſsione non eſſe, nec hoc caſu Velleianum mulieri ad exceptionem prodeſſe. quod intellectum habet, cùm facta eſt promiſsio debitori nẽpe de eo quod ipſe debebit alteri, vt hîc [10]. Si autem promiſſio indemnitatis creditori fit, nempe de eo quod ipſi debebitur, interceſsio eſt, nec valet à muliere facta [11]. Et hæc fuit mens gloſſ. huius, vterque caſus habetur in lege Tutor. infra eodem.

Indemnitatis promiſsio an ſit interceſsio.

6 *per hunc tex.*
7 *l.iij.§.vlt.infr.de leg.iij.*
8 *l.ſi pignus. infrà quæ in fraud.cred.*
9 *glo. & Bar.in l.vlt.§.filiis autem. C. de bonis quæ lib.*
10 *l.tutor.infra eod.*
11 *l. ſi mater. & ibi Bald. C. eodem.*

IMO. L. XII.

AN ignorantia creditoris excludat mulierem ab hoc beneficio, alibi relatum eſt [12], Reliqua vide in lege Seia. infra eodem.

12 *l.4.ſupra eod.*

ALIQVANDO. L. XIII.

§. DE PIGNORIBVS. Sublata muliere ex obligatione, reſtituitur actio in veterem debitorem [13], contra omnes quibus mulieris interceſsio liberationem attulerat [14]: & reſtitutio fiet eo ſtatu, quo erat actio tempore interceſsionis [15]. De pignoribus autem debitoris nihil fuit edicẽdum: nam cùm nouatio non valuerit, pignora ſemper in eadem cauſa remanſerunt [16]: quod intelligo nõ tantùm in pignoribus debitoris, ſed etiam in pignoribus ab alio datis: licet enim verè dicatur fideiuſſorem & pignora non recidere in obligationẽ ex facto debitoris, ſi ſemel obligatio eſt perempta [17]: contra eſt tamen ſi re vera obligatio non ſit perempta [18]. Et quod dico pignora à debitore aut tertio data, remanere ipſi creditori obſignata, cùm mulier de obligatione eſt exempta; idem quoque intelligitur in pignoribus quæ mulier acceperat à debitore ratione obligationis in quã interceſſerat [19]: quod nouum & notãdum eſt. Quod autem ad finem legis huius pertinet, vide quod dictum eſt in l.pecuniam.ſi cer.pet.ſuprà.

Subducta muliere pignora ſubſiſtunt in eodem ſtatu.

13 *l.ſeq.infra eodẽ.*
14 *l.ſi pro vno.infra eodem.*
15 *l.debitrix.§.fi.infra eod.*
16 *per hunc tex.*
17 *l.fin.ſuprà de pactis.l.ſi hermes.C.loc.§.qui impleto.l. item quæritur. infrà locati.*
18 *l. Titius.de iure fiſ.infr.*
19 *l.quidam.infra eod.*

SI MVLIER CONTRA. L. XIIII.

Velleianũ non datur mulieri intercedenti quæ poſt debitum recipit.

CVM mulier pro me intercedit in aliquam ſummam, quam poſtea ei numero, ſenatuſconſultò quod de interceſſionibus factum eſt non eſt locus, per hunc textum: eo enim modo mulier non periclitatur. Quæ tamen ratio non eſt ad alium caſum perducenda, nam ſi ei tam locupletem

fideiuſſ

fideiuſſorem, vel tam bonum pignus darem, vt nullo in damno verſari poſſet, erit nihilominus ſenatuſconſulto locus [1]. fideiuſſori autem mulieris etiam exceptio proderit, licet contra mulierem non ſit regreſſurus, per hunc tex. [2] quod eſt ius ſingulare in hoc caſu: nam in cæteris interceſſionibus nunquam exceptio competens principali, prodeſt & fideiuſſori, niſi principalis interſit fideiuſſorem dimitti [3]. Item ſicut fideiuſſor mulieris eximitur, ita & pignus quod ipſa nexu obligauit [4], cuius nomine aget etiam in eum, qui à creditore bona fide illud pignus emit [5].

1 l.quidam.infra eodẽ. & Bal.in l.j.C.eo. & Pau. de Caſt.hic.
2 in §.ſi ab eo.
3 l.quod dictum. de pact. ſuprà.
4 l.quidam.infra eod.
5 l.ſi.infra eod.§.j.

VIR VXORI. L. XVII.

RE vera creditori ignoranti mulierem intercedere non officit Velleianum [6]: nec debet ei imputari cur non accuratius negotium perquiſierit, vel in cuius commodum ceſſura erat pecunia, vt hîc [7]. Quod tamen non habet locum, ſi contrahit mulier in cauſa regulariter prohibita: ferè eſt enim vt imputetur creditori, cur non fuerit diligentior: ex hoc tex. ſic cùm ex contractu inter alios, alij obligantur, curioſitas in creditore requiritur [8]. Et ex eo quod ſequitur in §. ſi mulier. habes, quòd licet mulier poſſit cùm id expreſſim agitur, renuntiare iuri hypothecarum [9], nec hoc caſu Velleiano ſit locus: tamen ſi patitur rem ſibi obligatam, alteri obligari, quaſi ſibi non oppigneratam, iuuabitur ſi creditor ſciat, vt hîc. vide rationem hîc apud Paul. de Caſt. Et in nouiſſima legis parte [10] habes quæſtionem quæ latè apud gloſſ. funditur, An duo rei videantur inuicem fideiubere. In qua dic ſecundum Bald. [11] duos reos videri mutuò fideiubere, quatenus negotium ſpectat nõ ad ſe: puta quia non eſt inter eos ſocietas: Idem eſt ſi co lor ſit quæſitus [12]. Cùm autem negotium ad vtrunque pertinet, vt cum ſe ex cauſa donationis obligauerunt inſolidum ad eandem pecuniam, non cenſetur vnus pro altero fideiubere: ſed ſuum negotiũ agere [13]. Et huius quæſtionis inſpectio non eſt inutilis: nam quoties dicuntur inuicem fideiubere rei, haberet reus conuentus beneficium diſcuſſionis ex nouo iure [14]: quod beneficium reis non datur, ſed tantùm fideiuſſoribus [15].

Curioſitas in contrahẽtibus.

Duo rei an dicãtur inuicem fideiubere.

6 per hunc text. & noto in l.j.ſupra eodẽ.
7 fac.l.ſi ſænebris.C.eo.
8 l.iij.§.ſed etſi accepit.de in rem verſ.authen.hoc ius porrectum. de ſacr. ſanct.eccl.noto in l.ciuitas. ſuprà ſi certum pet. Paul.de Caſt.
9 l.iubemus.& l.etiam.C. eodem.
10 §.mulier & Titius.
11 in l.j.de duo.reis.C.
12 l.ſed Iulianus.§.j.ſupr. ad Maced. & per hunc textum.
13 l in lege Falcidia hoc eſſe obſeruandum. ad leg. Falcid. vide Bartol.in l. reos.j.col.de duob.reis.
14 auth.de fideiuſſ. & authent.præſente. de fideiuſ.C.
15 gloſ.in d.auth.præſente. & Pau.de Caſt.in d.l. ſed Iulianus.in prin.ad Maced.

TVTOR. L. XIX.

HABES in l.quamuis.§.j.ſupra eod.& penitius hanc legem diſpice, quia ſubtilis eſt.

§. CVM HABERES. Hic §. eſt Aphricani & difficilis. Agitur verò de muliere, quæ pro debitore Titio apud te volebat fideiubere, quam cum metu ſenatuſconſulti recuſares: à me petiit pecuniam, vt eam ſibi numerarem, quam ſi ei numero, non habebit ſenatuſconſultum contra me [16]: & ſi tibi eam numeret, non erit quoque in te ſenatuſconſulto locus, cùm incœperit à ſolutione, non à promiſsione [17]. Sed ſi non trado ei pecuniam, at illa iubente tibi promitto, cum ratione dicitur illam intercedere, & ſic cõtra me exceptionem vtilem eſſe, mihi verò & prodeſſe exceptionem, quia ſum illius fideiuſſor, vt hoc tex. [18] nam cùm iſtius ſenatuſcõſulti exceptio cauſæ detur, etiam fideiuſſores reſpicit [19]. Quòd ſi illius mandatu tibi ſoluero, perinde eſt atque ſi primum mulieri ſoluiſſem: ideóque ab ea repetã: nam cum ea videtur potiſsimum con-

Species textus.

Exceptio velleiani fideiuſſoribus datur.

16 l.ſi mulier tanquam. & l.vir vxori.in princ.ibi, nec id contrarium.ſupr. eodem.
17 l.ſed ſi ego.verſi.ſed etſi tibi.ſupra eod.
18 ibi reſpondi.
19 l.ſi mulier contra.§.ſi pro ea.ſupra eod.Bal. in l.j.C.eod.

tractum [1]: & hoc probatur hîc in ver. *caeterum*. in qua opinione & perſtat Africanus [2]. Quod verò poſtea dicit hunc caſum nõ eſſe ſimilem alteri, quo ſcilicet mulier debitorem delegat, non tamen diſcedit à prima opinione [3]: quia licet ſit fatendum in vtroque caſu ſenatuſconſulto non eſſe locum: magis tamen in præſente caſu dubitabatur, quàm cùm mulier delegat: nam hoc caſu videtur mulier quodammodo intercedere: & tamen non habet Velleianum: at ſi debitorem delegat: ſatis conſtat Velleianum ceſſare, cùm non obligetur delegando: ſic nulla eſt ſimilitudo, licet vterque caſus non habeat Velleianum.

1 l. ſi mulier tanquam. ſupra eodem.
2 ibi, quod quidem.
3 ſecund. gloſ. & Paul. de Caſt. & alios.

Si mvlier in ivre. L. xxiii.

NOTO in l. j. ſupra eodem. Et hic text. temperat eas leges quæ volunt confeſsionem reuocari poſſe [4], vt non habeant locum, ſi ex certa ſcientia confeſsio facta eſt, per hunc textũ [5], quod tamen intellectum habet ſecundum ea quæ alibi dicta ſunt [6]. Licet enim mulier ſcienter ſe hæredem mentiens, non habeat Velleianum, re tamen integra cõfeſsionem poterit reuocare [7].

Confeſſio ex certa ſcientia non reuocatur.

4 l. de ætate. §. vlt. de interrog. act. ſuprà.
5 & Pau. de Caſt. hic.
6 l. ſi is qui ſe. de rei vind.
7 l. de ætate. §. vlt. infr. de interrog. act.

Si domina. L. xxv.

HIC eſt caſus, quo mulier quæ ex legis diſpoſitione obligatur, exceptione non eſt adiuuanda. Lex enim edicit, vt dominus teneatur ex contractu cum ſeruo inito iuſſu ſuo, idque inſolidum [8]: quod & in muliere domina locum habet: cuius quoque rei placitum in CVRIA Pariſienſi recitatum eſt [9], vt quoties iuſſus mulieris præcederet, toties Velleianum ceſſaret.

Mulier contra iuſſum non excipit.

8 toto tit. quod iuſſu. ſupr.
9 anno 1545. 7. Cal. Decēb.

Seia. L. xxviii.

SI mulier emerit, & pecuniam ad ſoluendum pretium fideiuſſore marito acceperit: licet poſtea maritus teſtamento 7
caueat ſe potiſsimùm contraxiſſe, non tamẽ ex eo dicetur mulier fideiuſsiſſe, vt Velleiano ſit locus. Ex quo infert Cyn. [10] debitorem qui ſe prius rem ſuam oppigneraſſe alteri quàm mihi confitetur, non tamen mihi nocere.

10 in l. vbi. de iure dot. & Pau. de Caſt. hic.

§. Fvndvm. Cùm mulier vt principalis contrahit, licet hoc conferat ad vtilitatem alterius, finge fortè eam pecuniam accipere mutuam, vt alij numeret: vix eſt vt ſuccurri ei debeat [11], etiam ſi ſciens ſit creditor [12]: niſi fraudem participet cum ſcientia ſua [13]. Quando autem videatur fraus participata habes in lege proxima infra eodem. Si tamen pecuniam accipit, vt ei ſoluat apud quem interceſſerat, prope eſt vt mulieri proficiat exceptio contra creditorem qui non ignorat, licet fraudem non participet, & hoc per hunc textum. Alius eſt caſus quo mulier principaliter contrahens Velleiano adiuuatur, nempe ſi contrahit & obligat ſe pro marito: nam ipſo iure ſeruatur illæſa [14]: quòd eo ipſo fraus ineſſe dicatur, niſi in rem mulieris verſi probatio manifeſtè impleatur [15].

Mulier principaliter contrahens an iuuetur Velleiano.

11 l. ſi mulier tanquam. & l. vir vxori. poſt prin. & l. ſed ſi ego. ſupra eodem. l. vlt. infra eodem.
12 l. ſi fœnebris. C. eo.
13 l. ino. & ibi gloſ. ſupr. eo.
14 per auth. ſi qua mulier. C. eodem.
15 d. authen. ſi qua mulier. ad finem.

Qvidam. L. xxix.

HVC pertinẽt quæ ſuperius dicta ſunt [16]. Et apparet hîc mulierem principaliter contrahentem & mutuum accipientem,

16 l. ſi mulier contra. eo.

tem, iuuari Velleiano, quia fraus à creditore participata eſt, vel ſaltem color quæſitus: quæ res manifeſtè oſtenditur, ſi probetur creditorem voluiſſe contrahere cum alio, ſed cùm eius opes ſuſpectas haberet, mulierem elegiſſe: vt in ſpecie huius legis euenit [1]. aliâs non eſſet exceptioni locus, vt adſcripſi ſup. lege proxima. Et nota textum hîc ad finem [2], quia mirationem habet, vt muliere de obligatione ſubducta, & eius pignoribus, ea pignora creditori ſint obſignata quæ ipſa mulier ſibi pacta eſt, quamuis nunquã creditori fuiſſent oppignerata.

Fraus quî probetur.

1 & in l. quamuis. §. ſi cùm eſſem. ſup. eo.
2 ibi, ſed non ſine ratione.

Si mvlier haereditatem. L. vlt.

HOC principium pertinet ad id quod dicitur in l. j. ſupra eo. Quod autem ad id quod ante finem legis dicitur pertinet [3], qui volet ſenſum germanum afferre, dicet opinor mulierem hîc cautionem feciſſe ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, ſe non vſuram exceptione Velleiani: quæ promiſsio cum duorum conſenſu firmetur, mulieri præiudicat, quod propius eſt. At renuntiatio Velleiani, cùm vnius conſenſum habeat [4] non eodem modo mulieri nocet [5]: niſi in iudicio fiat [6], & niſi renuntiet legis authoritate, vt cùm mulier à lege habet tutelam filiorum [7]. Adde aliquos eſſe caſus quibus mulier non indiget Velleiani exceptione, ſed ipſo iure tuta eſt [8]. Ideóque mulier Velleiano renutians iis caſibus quibus poteſt, non tamen cenſetur illa priuilegia eiuraſſe, quæ ſunt prodita nouo iure [9]: nec enim iis poteſt mulier renuntiare, etiam ſi multoties promiſerit, niſi per iuramentum [10]: aut in cauſa fundi dotalis [11]. Sed de his alias fuſius [12].

Litera explicata.

Mulier non poteſt renũtiare Auth. ſi qua mulier. C. eo.

3 §. ſi mulier pro eo.
4 glo. & docto in l. j. C. de pact.
5 l. doli. §. diuerſum. de nouat. infrà.
6 l. j. de cur. bo. dand. & doct. hic et l. ſi. C. ſi maier indem. promi.
7 Auth. matri. C. Quãd. mul. tutel. offic. fung.
8 vt in Auth. ſi qua mulier. ad velle. C.
9 per d. Auth. ſi qua mulier.
10 vt Bal. in d. Auth. l. doli. § diuerſum. de nou.
11 l. de die § quidam. Qui ſatiſ cogan. ſuprà.
12 in l. Tametſi. ſuprà. ad Macedo.

De compenſationibus.

Compensatio. L. i

AN de quantitate ad quantitatem, aut ſpecie ad ſpeciẽ compenſatio ſit admittenda, habes in l. ſi conuenerit. ij. de pig. act. Liquidi autem ad liquidum ſemper admittitur compenſatio, etiam ſi litigioſum & in iudicium eſt deductum [13]: niſi forſan quæſtio altiorem diſceptationem poſtularet [14]. Item in hoc genere perpetuum eſt, vt compenſatio ſit tantùm efficax ad concurrentem quantitatem [15]. Ideóque aptè quæritur, cùm petẽti mihi decem opponis compenſationem de viginti: an admiſſa compenſatione in decem, ſim cõdemnandus eodem iudicio in reliqua decem, ſed placuit alio iudicio agendum eſſe [16].

Liquidi ad liquidi compenſatio fit.

13 l. in cõpẽſatione. inf. eo.
14 l. ſi. & ibi Bar. C. eo. vide Socy. in reg. compenſatio. in fallentiis.
15 l. ſi conſtat. C. eo.
16 per l. in rebus. §. vlt. ſup. comm. & ibi Bart. & Bal. fac. c. j. de excep. in antiq.

Vervm est. L. iiii.

EIVS quod non ei debetur qui conuenitur, ſed alij, compenſatio obiici non poteſt [17]: etiamſi caueret is qui obiicit, alterum cui debetur, ratum habiturum: nam ſi hoc benignè cõceditur filio vt compenſare poſsit quod patri debetur, ſi caueat de rato [18]: in cæteris aliud videtur dicendum [19]: præterquàm in fideiuſſore, qui cùm ex ſubſtantia debitoris poſsit ſatisfacere, & ſoluere [20], poterit certè & quod reo debetur

Compenſatio eius quod alteri debetur non admittitur.

17 l. eius. C. eo. tit.
18 l. ſi cum filioſa. inf. eod.
19 vt Bart. in d. l. eius.
20 l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ibi, ex ſubſtantia. inf. mand.

compenſare, per hunc textum: licet ipſemet reus forſan excommunicatus compenſare non poſſet [1]. nec enim eſt nouum vt excommunicatus qui agere non poteſt [2], cedat actiones alteri, & tunc ceſsionarius agat [3]. His adiungitur, quod conuentus a ceſsionario, poteſt opponere compēſationē de eo quod debet cedens [4]: nam iſta exceptio in rem eſt, imo & fideiuſſori datur. & ita fuiſſe iudicatum in CVRIA Grationopolitana teſtatur Guido Papa [5].

Ceſsionarius agit licet cedēs non potuiſſet.

ETIAM. L. VI.

QVOD natura debetur, compenſari poteſt [6]: ſi modo illud nō perimur defectū actionis: nam ſi eſſet naturale debitum quod exceptione elidi poſsit, magis eſt vt nō compenſetur [7]. Item hæc lex non habet locum in repetēte, ſiue cōdicente, cui compenſatio debiti naturalis non poteſt obiici [8]. quia repetēs quodāmodo videtur ſpoliatus, nec ei exceptiones poſſunt opponi [9]: at compenſatio in interdicto recuperandæ non admittitur [10]. Igitur melius dicitur hanc legem ceſſare in condicente, ne leges quæ debiti naturalis ex probabili errore ſoluti repetitionem concedunt [11], videantur abrogari.

Naturale debitum an compenſetur.

Debitum ex interdicto recuperandę non compenſatur.

QVOD IN DIEM. L. VII.

IVNGITVR iis quæ infrà dicuntur [12]. Et quod attinet ad reliquum legis [13], in quæſtione qua diſceptatur, an incidens quod per modum exceptionis obiectum eſt, & non admiſſum, poſsit per actionem ex integro proponi, ita res expeditur, vt quoties ſententia lata in principali non poteſt ſubſiſtere, niſi etiam ad incidens pertineat, tunc incidens includatur ſententia principali, & amplius per formam actionis intendi non poſsit [14]. Ideóque prior creditor victus agente poſteriore creditore, & exceptione temporis repulſus, non poterit eandem per modum agendi deducere: nam in idem pertinent actio & exceptio incidēs [15]. Sin verò poteſt ſubſiſtere ſententia in principali, licet non expreſsè exceptio reprobari putetur, propius eſt vt ſub ſententia rei principalis non contineatur exceptio & incidens: ideóque aliâs poterit opponi, vt in hoc caſu, cùm non eſt admiſſa exceptio compenſationis debiti, poterit nihilominus alio iudicio debitum peti [16]. quia ſine ea ſtat principalis ſententia, & illa duo ad diuerſa tendunt [17]. Quod tamen non habet locum, ſi iudex quaſi non exiſtente debito compenſationem reprobaſſet, per hunc textum. Et hæc pertinēt ad id quod ponimus in l. Iulianus verum debitorem. ad fi. ſup. de cond. ind.

An quod repulſum eſt per modum exceptionis, iterum per modum actionis poſsit proponi.

SI CVM FILIOFAMILIAS. L. IX.

ANNECTITVR iis quę ſuperius dicūtur in l. verū. eo.

SI AMBO. L. X.

CVLPAE ad culpam, doli ad dolum fit compenſatio: quæ duo probantur hîc. Et nota in maleficiis admitti compenſationem [18]: quod procedit quo-ad ipſas partes: nam quātum ad fiſci pœnam, id non recipitur. nec enim pactio, aut compenſatio inter partes facta, pœnam fiſci conuellit [19]. Et in hanc ſententiam vide fuſius Innocentium in c. intelleximus.

Dolus & culpa compēſantur.

Compenſatio in maleficijs an contra fiſcum.

1 Pan. in c. cū inter. vlt. col. de excep.
2 c. intelleximus. de iud. ext.
3 glo. ſing. in c. j. §. j. de iur. patro. lib. vi.
4 Din. in reg. qui in ius. ad fi. de reg. iur. Bar. in l. qui duos. de leg. ij.
5 in deciſ. q. ccccclxvij.
6 per hunc. tex. & l. iij. §. pupillus. de neg. geſt.
7 l. quæcunque. inf. eo. l. ij. & ibi Bar. C. eo.
8 glo. & Bar. in l. cùm is. §. j. de cond. ind.
9 c. in literis. de reſt. ſpol. Bar. in l. cùm quis. de iur. et fact. ignor. nu. 19.
10 glo. vlt. ad fi. in c. vlt. de ordine cogn. per tex. in l. vlt. ad fi. C. eo. & ibi Bal. iiij. col.
11 l. error. ad l. Falc. C.
12 l. ſi cum militi. §. j. eo.
13 §. ſi rationem.
14 c. ſuborta. de re iud. ad fi. & c. ex parte. ij. de appella.
15 l. duobus. & ibi. Bart. de excep. rei iud.
16 l. ſi autem. §. vlt. ſup. de neg. geſt. & l. j. de crim. exp. her. C. l. vin. cantem. cum l. ſequē. de euict.
17 Pan. in d. c. ſuborta. de re ind. & Bart. in d. l. duobus.
18 vt hîc. & c. intelleximus. de adult. & l. cùm mulier. & l. viro. Sol. matr. vbi noto.
19 l. iij. quando ſer. pro prem. C. & l. ij. ad Sillania. inf. Pan. in c. olim cauſam. de reſt. ſpol.

ximus.de adult.& in c.ſicut.iij.de iura [1]. In debitis autem non inhibetur compenſatio contra fiſcum [2]:dummodo intra duos menſes debitum probetur [3].tamen in aliquibus caſibus fiſco non nocet compẽſatio: de quibus vide ea quæ relata ſunt in l. in ea quæ.C.eo.

1 & Bald.in marg.ã.in verb.doloſus.
2 l.idem.inf.eo.& l.vlt.
3 l.auſertur.§.qui compenſationem.de iur.fiſc.

CVM ALTER. L. XI.

Compenſatio nõ fit ipſo iure.

Emphiteuta non cadit in commiſſum ſi dominus viciſſim illi debet.

LICET ipſo iure compenſatio non fiat, ſed ſit per partem opponenda [4]: tamen ad ſiſtendum vſurarum curſum, fit ipſo iure, vt hoc tex. Idem eſt ad impediendam cõmiſſionem pœnæ vel moræ. Ideoque emphiteuta non cadit in commiſſum nõ ſoluens canonem, ſi aliud ſibi à domino debebatur quod compenſari poſſit [5]. Planè ipſo iure fit compenſatio in expenſis neceſſariis in dotem factis [6]. Idem obtinuit in expẽſis alimentorũ:nam hæ cum operis compenſantur [7]:& expenſis factis ad colligendos fructus [8]. Item fit compenſatio in ſummis concurrentibus & æqualibus.idq; ipſo iure:vt cum tibi in centum ſum obligatus, tu viciſſim in centum mihi teneris [9].

4 glo.& doct.in l. verũ. ſupra eo. Bar.in l.ſi matre.de ſuis & leg.C.
5 Bart.in d.l.ſi conſtat. Guid.papæ q.clxxj.in deciſio. Panor.in c. vlt. depo.
6 l.quod dicitur.et ibi gl. & Bar. de impenſis in reb.dot.fac.
7 l.in rebus.§.poſſunt. ſuprà.commod.
8 l.fructus.ſolut.mat.& l.fundus.fami.herci. Bal.in d.l ſi conſtat.
9 l.ſi conſtat.C.eod.

IDEM. L. XII.

AN fiſco opponatur exceptio hæc.vide quæ habentur in l. ſi ambo. ſupra eod.

QVAECVNQVE. L. XIIII.

OBSTAT iis quæ dicuntur in l.etiam.ſupra eodem. vbi dicitur.

SI CVM MILITI. L. XVI.

Debitum ad diem an compenſetur.

§. CVM INTRA. Debitum in diem non compenſatur niſi die adueniente [10]:cùm pars ſit obligationis, dies [11]. Sed hoc non admittitur in die qui datur iudicatis miſerationis gratia à lege [12]: is enim compenſationem non impedit, per hunc tex. Idem planè placuit ſi dilatio à creditore daretur humanitate quadam debitori poſt contractum debitum: & hoc in placitis CVRIAE Pariſienſis continetur [13].

10 quod in diem.ſupra eo.
11 l.j.§.diem.de eden. ſuprà.
12 l.ij.de vſur.rei iudic.C.
13 ann.1550.xij.cal.Mart.

IDEO. L. XVII.

HANC legem repete ex his quę ponuntur in l.pecul.[illegible] ij.§.ſiue autem.ſuprà de pecul.vbi quæritur an pœna ſit eiuſdem priuilegij, atque ipſum debitum.

IN REM SVAM. L. XVIII.

IN eandem ſententiam nonnulla ſuperius breuiter diximus [14].

14 l.verum.ſupra eo.

ID QVOD. L. XXIII.

Tutori pupilli nomine agenti cõpenſatio debiti ſui non opponitur.

TVTOR agens pro debito pupilli non repellitur exceptione compenſationis debiti ſui, & ediuerſo. Si verò per plures tutores diuiſa eſſet tutela, vnus tutor agens patietur compenſationem eius quod ad ſui collegæ geſtionem pertinet [15].

15 l.inter tutores.de adm tut.inf.

IVSSIT. L. VLT.

DE compenſatione fiſco opponenda alibi relatum eſt [16].

16 l.ſi ambo.eo.tit.ſup.

Depoſiti vel contrà.

DEPOSITVM EST. L. 1.

SVMMA eſt æquitas huius tituli: quo prætor id intendit, vt bene cum eis ageretur, qui fidem aliorum deponēdo ſunt ſecuti. Ideóque optima interpretatione in depoſito dicitur, id illico reſtituendum eſſe, hoc eſt, non diſcuſsis exceptionibus, quæ ſolent reſtitutiones rerum differre [1]. habet enim actio depoſiti paratam executionem [2]. vnde nec depoſitario dabitur quadrimeſtre tempus, quod condemnatis miſerationis gratia indulgeri ſolet [3]. tamen ſi neceſsitas poſtulet, vt ſi ponas rem alibi eſſe, dilatio concedenda erit [4]. Quod autem paulò pòſt ſequitur, *Eſt enim inutile fidem frangere*, ita dicitur, quòd contra vtilitatem contrahentium illud fiat: & ita in Pandectis Florentinis legitur. & ad eum quoque modum legi debere multis argumentis contra Haloandrum Duarenus prodidit [5].

Actio depoſiti habet paratam executionem.

Inutile.

§. ILLVD. Vt dolus non præſtetur conueniri non poteſt, vt hîc: & vide quod relatum eſt in lege, ſi vnus. §. illud. de pact. ſupra.

§. AN IN PVPILLVM. Nota duos caſus quibus pupillus ſine tutore obligatur, nempe cùm eſt factus locupletior, & cum dolo fecit. Reliqua habentur in l. j. §. vlt. ſup. commod. An autē ex facto tutoris teneatur pupillus, alibi annotatū eſt [6].

Pupillus duobus caſibus ſine tutore obligatur.

§. SI REM DEPOSITAM. Qui dolum cōmiſit vendendo rem, nō cōtinuo eximitur dolo ſi rem redimat [7]. Vnde eleganter quęritur, ſi emphyteuta, vel feudatarius fundū emphyteuticum aut beneficium vendiderint non requiſito domino, an abſoluantur à pœna legis [8] ſi redemerint: quod non eſt dicendum [9]: ſemel enim pœna eſt commiſſa [10]. quod tamen intellectum habet, ſi traditio vera vel ficta, puta per conſtitutionem precarij conſequatur: nam ſi traditio non eſt ſecuta, per redemptionē benignè ſequitur pœnæ abſolutio [11]. Idem eſt, ſi actum eſſet in contractu, vt res poſſet redimi ex continenti: tunc enim perinde eſt ac ſi nunquam eſſet alienata [12]: vt in mendicantibus religioſis dicitur, qui poſſunt emere vt ſtatim vendant, licet ab emendo ſimpliciter arceantur [13].

Emphyteuta rem vendens ſi illico redimat an à pœna liberetur.

§. APVD IVLIANVM. Cum duo ſe contendunt hæredes deponentis, & neuter poſsidet, poteſt depoſitarius cui illorum velit depoſitum reſtituere, cautione recepta ab illo cui reſtituet, de defendendo contra alterum qui ſe hæredem dicit, vt hîc: quod verum eſt, ſi aliqua probatione oſtendat ille cui reſtitutio fit, ſe hæredem eſſe [14]. Si autem vnus eorum eſt in poſſeſsione, ei faciēda eſt reſtitutio, quòd ſit iniquū aliquē ſua poſſeſsione ſine iudicio fraudari: nā prædoni depoſitū eſt reſtituendū [15]. Quibus adiungitur nobilis illa quæſtio, Titio poſſidenti lis intenditur de proprietate feudi, an interea is poſſit præſentare ad beneficium ſi quod vacat: quod magis eſt [16] nec præſentatus deponetur, licet is qui præſentauit poſtea in iure vincatur. Nam ſatis eſt præſentato probare ſe renuntiatum eſſe ab eo qui in poſſeſsione erat [17]. Et ſicut poſſeſſor interea fructus habet, & ei ſoluendum eſt: ita interim oneribus

Poſſeſſor rei quæ litigioſa eſt, an interim præſentet.

ribus

1 *l. pe. & ibi Bar. C. eo.*
2 *Bar. in d. l. pe.*
3 *Bal. in d. l. pe. per illum text.*
4 *§. eſt autem. inf. ead. l.*
5 *li. j. anniuerſ. diſp. c. xi.*
6 *l. iij. §. ſi ſeruus. de trib. ſuprà.*
7 *fac. l. quidam. inf. de fideicom. lib.*
8 *l. vlt. de iur. emphy.*
9 *c. 1. quid iuris ſi poſt alien. in vſib. feud.*
10 *vt hic. & d. l. quidam. & l. rogo. de fideicō. lib.*
11 *l. ex hoc. §. ſi quis. ſup. de alien. iud. mut. cauſ. & glo. hic. & Paul. de caſt.*
12 *l. plerique. de rit. nup. Aug. in l. iiij. §. idem Labeo. de vſue ap.*
13 *glo. in c. j. in §. confirmatas. in verſ. domum. de relig. domib. lib. vj.*
14 *l. ſi debitor. de pet. hær. ſup.*
15 *inf. ea. l. §. ſi prædo. l. bona-fides inf. eo.*
16 *glo. in c. ex literis. de iur. patron. & ibi Pan. & Innoc. in c. iij. eo.*
17 *c. conſultationibus. de iur. patr. c. querelam. de electio. l. j. C. de teſta. no. ro in l. Barbarius. de off. Præt.*

ribus rei alligatur [1], & poteſt à creditoribus conueniri [2]. Quod autem pertinet ad §. *ſi prædo*, an is qui à me cauſam habet, poſsit mihi quæſtionem dominij intendere ante reſtitutionem, dictum eſt in l. commodare. ſuprà commod.

Res in ciſta depoſitæ quomodo probentur.

§. SI CISTA. Si ciſta ſignata depoſita eſt, vtimur Labeonis & Vlpiani ſententia, vt ſiue res in ea concluſæ, oſtenſę ſint depoſitario, ſiue non, poſsit ſine diſtinctione deponens agere de ſingulis rebus. Quod clarum eſt ex hoc textu. Si verò quæritur quomodo res in ciſta incluſæ probentur à deponente, vt earum reſtitutio ſequi poſsit, eo decurrendum erit, vt deponens manifeſtè probet, quænam res ciſta fuerint incluſæ: idque legitimis probationibus [3]: niſi reſignata ciſta reddita ſit: quo caſu quia dolo verſatus præſumitur depoſitarius, poterunt res probari iuramento deponentis [4]. nam contra eum qui in dolo eſt, iuratur: non idem ſi in culpa ſit [5].

§. SI APVD DVOS. Hunc perpetuum §. intelligit hîc Paulus de Caſtro in obligatione non primæua, quæ ad rei reſtitutionem eſt, ſed in ſecundaria (vt ipſe loquitur) quæ ratione doli & culpæ datur, in qua iuris eſt ordinarij vt plures teneantur inſolidum, per hunc textum [6]. Et de his vide quæ ſunt relata in l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ſuprà commod. Quod autẽ ad §. *ſi depoſuero*. pertinet, vide quæ habentur in l. in commodato. §. ſicut. commodati, ſuprà . Et quemadmodum dicimus deponentem poſſe ante tempus depoſitum auferre, per hunc textum, ſic & depoſitarius poterit ante tempus depoſitum reſtituere, & officium deſerere, ſi iuſta cauſa eſt [8]. Cui ſententiæ non abſimile eſt quod dicitur, eum penes quem depoſitum eſt debitum à debitore, cùm fortè abſens eſſet creditor vel nollet recipere, poſſe deponenti reſtituere, ſi ita ſibi videtur [9]. Contrà eſt in ſequeſtre penes quem duæ partes depoſuerunt: is enim niſi finita lite rem non reſtituit [10].

Deponens poteſt ante tẽpus depoſitum repeteré.

Quod in hæreditate reperitur, hęreditariũ cęputatur.

§. QVIA AVTEM. Res quæ in hæreditate inueniuntur, præſumuntur hæreditariæ eſſe, & ad defunctum pertinuiſſe. Ideóque ſi has hæres diſtrahat, interpretantur eum ignoranter, & ſine dolo alienaſſe, vt hîc. Sed is qui depoſuit, ad prætium agei in hæredem, etiam re extante, ſecundum Paulum hîc [11]. De quo vide quod ponitur in l. Iulianus. ſuprà de rei vindicat.

EI APVD QVEM. L. V.

§. VLTIMO. An ſequeſter, vel depoſitarius ante tempus poſsit reſtituere, vide quod pono in l. j. §. ſi apud duos. ſup. eo.

SI HOMINEM. L. VII.

Pecuniç depoſitę an dominium transferatur.

CVM pecunia datur obſignata, & recondita in ſacco ciſtáue, dominium non transfertur in depoſitarium: cui conſequens eſt, vt depoſitarius ea vtens pecunia furtum committat [12]. Proinde cùm dominus remaneat qui depoſuit, præfertur omnibus in illa pecunia, quæ obſignata reperitur apud nummularium foro cedentem [13]. ſin autem fuit data ad numerum, vel pondus, inter omnes conſtitit transferri dominium ob ſolam numerationem [14]: & depoſitarium vti pecunia poſſe [15]. Ex quo fit, vt non præferatur deponens aliis qui ſimiliter depoſuerunt, vel crediderunt: ſi tamen non

Deponens an præferatur cæteris creditoribus.

1 *l. inter quos. de dam. inf. infrà.*

2 *l. vlt. de pet. hær. & ibi Bal.*

3 *ſecund. gloſſ. hic. l. j. de prob. C.*

4 *l. ſi quando. C. vnde vi. c. vlt. quod met. cauſ. & ibi Innoc. & Bartol. & Paul. de Caſt. hic. plenè Bart. in l. j. furti aduerſ. naut. cau. ſtab.*

5 *l. ij. & l. videamus. ad fin. de in lit. iur. vt noto in d. l. ij.*

6 *& l. in commodato. § ij. ſup. commod. & l. ſi vt certo. §. ſi duobus. in ij. parte. illo tit.*

7 *& glo. in l. qui ea mente. de furt. inf.*

8 *l. ei apud quem. §. vlti. & ibi Paul. inf. eodem.*

9 *l. acceptam. in fi. ibi, niſi forte. de vſur. C. & ibi Bar. & Bal. 4. col.*

10 *l. ſi quis adfirmauerit. §. Labeo. de dolo. vbi noto. l. ei apud. inf. eod.*

11 *glo. & doct. in l. ſi eum ſeruum. ſi cer. pet.*

12 *l. ſi ſacculum. inf. eod. l. ſi is cui. de fur. C. & l. qui re. de fur. l. ſi procuratori. de cond. cauſ. dat.*

13 *l. procuratoris. §. planè. ad fi. de tribu. §. ſeruũ tuum. in l. cùm fundus. ſup. ſi cer. pet.*

14 *l. in naue Saufeij. infrà locat.*

15 *l. die ſponſaliorũ. inf. eo.*

accipiebat vſuras ex pecunia, illius cauſa poſt priuilegia erit potior [1].idem eſt,ſi iam exegiſſet:non enim multum eſt ſi in pecunia exacta præferatur [2]:quod tamen ita exaudiunt, ſi per ſententiam exacta eſt, non per vim [3]. Sed et ſi foro cedentis bona fuiſſent poſſeſſa,hîc cauſa omnium exęquatur [4].In fiſco autem ſpeciatim dicitur,vt etiam repetere poſsit pecuniam à creditoribus exactam [5].Et quo caſu dixi deponentium poſt priuilegia cauſam eſſe potiorem, intellige poſt quædam priuilegia qui hîc enumerantur in gloſſa: at extra illos caſus ante priuilegia dicuntur eſſe:ita hunc textum intellige,qui mirificè aduerſatur ei quod aliâs ex Vlpiano proferri ſolet [6].

Qvod servvs L. xi.

PVLCHRE dicitur ſeruo,filiofamilias,prædoni & intruſo,ex re cum illis contracta ſolutionem impleri poſſe. In quam ſententiam vide quæ dicuntur in l. ſi vrbana . ſuprà de condi.indeb.Item ex hoc textu [7] habes,mandatum alicui factum ipſo iure reuocari,ſi qua cauſa interuenit, quare veriſimiliter poſsit ſuſpicari is qui contrahit cum mandatario aut procuratore,dominum nolle [8]: vt ſi procurator palam dilapidaret & diſsiparet bona,aut ad inopiam vergeret [9].

Prędoni ex ſuo cõtractu rectè ſoluitur.

Si qvis inficiatvs. L. xiii.

DICENTI ſe procuratorem impunè non creditur,niſi doceat manifeſtè de mandato [10]: ideo ei debitum petenti iuſtè poteſt denegari, vt hîc. ſic qui petit debitum tanquam hæres creditoris, qualitatem hæredis probare debet [11]. Ex his efficitur,eum qui mandatum non habet, vt negotiorum geſtor,nec agere poſſe in debitores domini, cùm actionem non habeat [12],nec extra iudicium eos compellare, & in mora conſtituere,vt hîc: quod rationem habet niſi negotiorum geſtor interpellaret, nõ vt ſibi,ſed domino ſolutio fiat [13]:quo caſu & iuſtè debitor peteret ſibi caueri de rato [14]. Hinc deſcendit quod dicitur,delegatum in edictis ſuis quibus partes ad ius euocat, debere tenorem delegationis ſuæ deſcribere [15]: aliâs ei impunè non parebitur, licebitque vocatis ad edictum non reſpondere.

Non debet credi procuratori niſi mandati proferat.

Si plvres. L. xiiii.

§.Sive avtem. Qui in mora eſt de periculo rei tenetur, etiam ſi res fuerit peritura penes actorem [16]: niſi is iuſtam litigandi cauſam habeat:tunc enim illa diſtinctio admittitur,vt hîc:de quo vide quæ habentur in l. quod te mihi. ſuprà ſi certum petatur.

Periculum in a̧ tertius.

Qvi rem. L. xv.

AN qui à me habet cauſam, mihi rem petenti, dominij controuerſiam facere poſsit,alibi explicatur [17].

Licet. L. xvii.

VIDES differentias inter ſequeſtrem & depoſitarium: ex quibus fit vt quamuis ſequeſter non poſsit officium dimittere,

Sequeſtrẽ quã do reſtituit.

tere,

1 l.ſi ventri.§.in bonis. de priuil.cred.inf.
2 l. vlt.C.eod.& ibi Bal.
3 l.inter eos.de re iud.infrà.
4 l.qui autem.§. ſciendũ. quæ in fraud.cred.
5 l. pecuniam. de priuile. fiſ.C.
6 l.ſi vẽtri.§.in bonis. de de priui.cred.infrà.
7 ibi,nec vlla cauſa.
8 facit l.ſi cùm Cornelius. infrà de ſolut.
9 l.liberto.§.largius.& ibi Bar.de annu.leg.
10 l.j. de manda. princi.c. cum in iure.de off.dele. Bal.in rub.C.eod.
11 l.ſi debitor.de petit.hæred.ſup.
12 l.ſi pupilli.§.fin.ſup.de neg.geſt.
13 ita ſolue tex. in l.qui ſolutioni.§.mora.de vſur. Bar.in l.ſi ſeruum.§.videamus.de ver.oblig.et Paul.hîc.
14 l.qui abſente.& ibi Barto.de procur.
15 c.præterea. de dil.l.j.de mand.princ.C.
16 l.quod te. & ibi gloſſ. Bar.& omnes .ſi cert. pet.
17 l.commodare.commod. ſuprà.

tere,niſi lite finita [1]:tamen qui ſuſcipit depoſitum, poteſt ex continenti reddere. Nam licet ſit obligatus ad rem reſtituendam,non tamen ad eam ſeruandam [2]. Pro quo eſt & illud quod antea poſuimus 3.Præterea ex eo quod ſequitur in textu [4], manifeſte apparet poſſeſsionem rei penes ſequeſtrem depoſitæ,eſſe penes ipſum ſequeſtrem,id enim (vt inquit Florentinus)agitur ea depoſitione,vt neutrius poſſeſsioni id tempus procedat.quod tamen vulgo intelligi placuit,cùm volentes partes rem apud ſequeſtrem depoſuerunt: ſi enim iudex rem deponi penes ſequeſtrem edixerit, fortè ne ad arma rixámque veniant [5],poſſeſsio penes eum qui poſsidebat, manet:& ita ferè intelligitur,quod alibi Iulianus contra hoc reſponſum videtur referre [6]:quod verum eſt, & omnes probant 7.Quibus & annectitur quod aliâs quæritur,an ſequeſter eccleſiæ aut feudi poſsit interim præſentare,ſi conſtante officio vacet beneficium aliquod:in quo omnium ferè conſenſu recipitur, vt præſentare poſsit, etiam ſi ſit is quem minimè poſsidere diximus. quod Innocentius & Barbatias tenent [8], & authoritate Rotæ approbatur [9]:idque ob periculum diuturnæ vacationis.Sic qui conductum habet ad magnum tempus,præſentat [10].Et eius ſententiæ quam de ſequeſtro retulimus,magnum argumentum eſt quod dicitur, curatorem datum bonis abſentis,vel annotati rei vt requiratur, poſſe vendere res tempore perituras [11].Vnde & ex Bartoli [12] ſententia,præſentare poſſet, cùm ius illud tempore amittatur [13]. Huic autem curatori ſequeſtrem rectiſsimè comparaueris. Quibus annecte quod dictum eſt in lege j.ſi ager vectigal. ſuprà.

Sequeſter an poſsideat.

Sequeſter eccleſiæ aut feudi an præſentet.

SI DVO. L. XXII.

ISTA lex difficillima eſt,& iungitur iis quæ dicta ſunt in l.in commodato.§.ſi duobus.commod.

DIE SPONSALIORVM. L. XXV.

EX hoc textu videtur effici,quòd quoties pecunia datur ad numerum,non autem obſignata,aut in ſacco,eſt nihilominus depoſitum,licet abuſiuè [14]:& poterit accipiens hoc ipſo ea vti,cùm in eum ſola numeratio dominium transtulerit [15]. Vide quæ ponuntur in lege, qui hominem. §. quoties. ſupra eodem.

PVBLIA. L. XXVI.

AN mihi per alium quæratur, & an ex pacto in re mea facto alteri acquiratur: vide quæ alibi in hoc genere relata ſunt [16]. Quod autem dicitur hîc pactum ſuper re mea quæ mea perdurat,à me interpoſitum alteri prodeſſe, intellige ſi perſonam nominaui,non idem ſi eſſet incerta: vt cùm penes te eſſe volo decem, quæ tu reſtitues ei qui literas à me tibi reddet,ſecundum Paulum hîc poſt Cynum. Cuius ratio poteſt eſſe,ne duo ſpecialia concurrant, quod vix eſt [17]. Quod autem dicitur in §. *Titius Sempronius*. pertinet ad ea quæ ponuntur in lege, Titius. de pecunia conſtituta. ſuprà. Quibus

Pactus ſuper re mea mihi quærit.

1 *l.is apud quem. §. vlti. ſup.eod. & l.propter.C. eo.l.ſi olenm.vbi noto.de dolo.*
2 *Paul.de Caſt.in l.eis apud quem.§.vlt.ſup.eo.*
3 *l.ſ.§.ſi apud.eo.*
4 *§.rei depoſitæ.*
5 *l.ſi cuius rei.§.ſed ſi inter.de vſuſ.*
6 *l.intereſſe. de acq.poſſ. infrà.*
7 *Bar.& Alex.in d.l.intereſſe. Cyn.in l.ſ.de probib.ſeq. doct.in cap. examinata.de iudi.ext.*
8 *d.c.examinata.*
9 *Deciſ.cccxxxiiij.*
10 *c.ex literis. & ibi Inno. & Panor.de iur.patro.*
11 *l.vlti. de req. reis. l. ſi magiſtratus. de priuile. cred.infrà.*
12 *in l.j.de off. procu. Caſ. in ij.lect.*
13 *c.j.de iur.pat.lib.vj.*
14 *vt l.Lucius.ſup.eo.*
15 *l.in naue Saufeij inf. loc.vbi noto.*
16 *l.certi.§.ſi nummos.ſi cert.pet. & fuſius l.ſi procurator.de procura. ſuprà.*
17 *l.j.de dotis promiſ.C.ſecund.communem intellectum.*

LIBER SEPTIMVSDECIMVS PANDECTARVM.

Mandati vel contra.

Sed procvlvs. L. IIII.

Procurator fines egrediens.

PERTINET ad ea quæ ponuntur in l. ſi quis negotia.ij.ſuprà de neg.geſt. Et conſtituit eum qui mandati terminos egreditur, habere tantùm actionem vſque ad quantitatem mandati, non vltra [1]: quòd ſi exceſsiſſet ſciente & patiente domino, ad reſiduum actionem habere eum dicendum eſt [2]. Imò qui nullum habet mandatũ, ſi ſciente & nõ refragante domino illius gerit negotia, obligat dominum, & in dominum habet actionem [3]. Planè procurator ad iudicia ſæpe fines mãdati egredi poteſt: cùm enim iudicium in inuitos reddatur, non valet domini cautio in iis quibus iuris & iudicij neceſsitas diſponit [4]. At videtur is in finibus mandati conſtitiſſe, qui fecit per æquipollens: vt cùm mandabatur ei vt fideiuberet pro Titio apud Mæuium, mandauit creditori Mæuio, vt Titio crederet [5].

Mãdatum impletur per æquipolens.

Si remvnerandi. L. VI.

§. Marivs pavlvs. Quod aliâs à gloſſ. [6] relatum eſt, ſententiæ in principalem latæ executionem fieri in fideiuſſorem iudicatum ſolui, recta via ſine alia conuentione, ſatis hoc textu videtur probari. Itaque principali reo damnato & non excuſſo, poterit fideiuſſor iudicij in carceres conijci. quod Cvria Pariſienſis recepit [7]. Reliquum ex textu eſt, pactum de quota litis infirmari [8]. idem eſt ſi ſit de re certa de qua lis erat [9]: valet tamen pactum ſuper alia re, quàm ea quæ cõtrouertitur [10]. nam & paciſci quis poteſt ſuper pecunia pro ſalario [11]. Et addè licitè accipi pecuniam à fideiuſſore vt fideiubeat: & ſi is fideiuſſor debito ſatisfecerit, nihilominus integrã ſortem repetet à domino [12]. Nec obſtat noſtræ ſententiæ hîc textus: quia hîc qui fideiuſſerat, ſimul pactum de quota litis interpoſuerat: quod adeo improbatur, vt non ſeruet actione mandati à domino, quod intulerit [13].

Sententia in reum lata executioni mãdatur in fideiuſſorem.

Pactũ de quota litis.

Si procvratorem. L. VIII.

Procurator an ſubſtituẽdi poteſtatẽ habeat.

§. Si qvis mandaverit. Solet quæri an procurator poſsit ſubſtituere & mandare: in quo ſic res conſtituenda eſt, vt procurator ad iudicia ſubſtituat, ſi datus eſt in rẽ ſuã [14]: ſi autẽ ſimplex ſit, non ſubſtituet niſi lite conteſtata, vt hîc [15]. Quòd ſi ad negotia ſit datus, ſi quidem generaliter, ſubſtituere poterit, per hunc tex. ſic ſubſtituit magiſter nauis [16]. Idẽ eſt in procuratore ſpecialiter dato, cui tamẽ præſcripta eſt forma cõtrahendi [17]. vt cùm committitur alicui vt certæ & nominatæ perſonæ de beneficio prouideat: poterit enim is mandare [18]. contra eſt, ſi forma non ſit limitata, hoc enim caſu mandandi poteſtatem non habet [19]: puta cùm alicui

1 *fac. l. rogatus. infra eod.*
2 *tex. in c. cũ olim. ibi, protinus contradixit. & ibi glo. quam ibi tenet Pan. de off. deleg.*
3 *l. vlti. ſupr. quod cum eo qui in alie. Inn. & Pan. in c. ex parte decani. de elect. sext. in l. qui patitur. infra eod.*
4 *Bald. in l. cùm mandati. C. eo. fac. sext. in l. Papinianus. de public. ſuprà.*
5 *l. vlt. §. vlt. infra eodem.*
6 *in l. vlt. §. vlt. de execu. rei iudica.*
7 *anno 1353. in conuent. Turonen.*
8 *fac. l. ſi contra. C. eo.*
9 *l. ſi qui aduocatorum. de poſtul. & ibi Bal.*
10 *l. ſumptus. de pactis. & ibi Auge. Bal. in d. l. ſi qui aduocatorum.*
11 *l. j. de ſuffr. C. vide Gui. pap. q. cij. l. hoc iure. §. j. de dona.*
12 *l. antiquæ. ad Velle. C.*
13 *Bal. in d. l. antiquæ. per illum tex.*
14 *l. illam. C. de donat.*
15 *l. quod quis. & l. neque. C. de proc. c. j. de procur. lib. vj.*
16 *l. j. §. quid tamen. de exerc. ſupr.*
17 *l. ſi ego. quod vi aut clã. infrà.*
18 *c. is cui. in princ. de offic. leg. lib. vj.*
19 *ita intel. tex. in l. pe. § ij. inſ. de diuerſ. & temp. præſcr.*

committitur prouiſio incertæ perſonæ: quo in mandato videri poſsit electa induſtria eius, qui homini bene docto & morato ſacerdotium conferat [1]. Planè id obſeruatum eſt, vt mandatarius alteri mandans, teneatur de facto eius cui mandat [2].

§. SI IGNORANTES. Hic §. inſignis & facilis eſt: ex quo eleganter dicitur, procuratorem & fideiuſſorem poſſe ſatisfacere de ſubſtātia domini: quæ æquitas admittitur, ſi fideiuſſor non habeat vnde ſoluat: quandiu autem is ſoluendo eſt, nō poteſt ſoluere de ſubſtantia domini, nec in eam cauſam res domini alienare [3]. quod & pertinet ad ea quæ ponūtur in l. ſi remunerandi. ad fi. ſupra eod. Verùm & qui alieno nomine agit, cogetur prouocare, ſed non perſequi appellationem [4], niſi eſſet generaliter ad lites datus, qui interpoſitam appellationē proſequi tenetur [5]. Qui autē ſuo nomine litigat, licet ad alterius commodum, vt fideiuſſor, appellare & peragere appellationem cogitur, per hunc tex. niſi ignorantia & paupertate excuſaretur: quod rationem habet ſecūdum omnes [6]. Planè quod quæritur, an procurator, aut emptor conuentus de euictione teneatur appellare, habet locum ſi bona erat cauſa, vt meritò eſſet appellandum, tunc enim tenētur appellare, vt hîc: niſi dominus vel venditor præſens eſſet [7]: ſinautem cauſa eſſet iniuſta, omnino appellandum non eſt: imò ſine iudicio & ſentētia, poſſunt procurator & emptor rē reſtituere [8]: nam etiam in alterius cauſa, bona-fides eſt ágnoſcenda [9].

Procurator quando de ſubſtantia domini poſsit ſatisfacere.

Procurator an teneatur appellare.

1 d. c. iseni. ij. reſp. de offi. deleg. lib. vj. Bart. in d. l. penulti.

2 l. ij. ſi men. ſal. mo. ſuprà.

3 authē. qua in prouincia. ibi, nam & de reb. vbi de cri. agi oport. C. & ibi Bar. & Bal. in authen. ſi captiui. per illum text. de epiſ. & cler. C.

4 l. inuitus. & ibi Bart. de procurat. C.

5 l. vlt. an per ali. cau. app.

6 Bart. & Bald. hic. & in d. l. inuitus.

7 l. Herennius. § j. de eui. infrà.

8 l. idémque. §. ſi deiuſſores. infrà man. l. emptorem. de act. emp. infrà.

9 l. quoties. §. ſicut. de admi. tut. infrà.

IDEMQVE. L. x.

§. SI CVI MANDAVERO. Qui ideo mihi tenetur quia actionem habet, eam mihi cedendo liberatur [10]: qui autem tenetur mihi cedere, cogitur eodem iure, meo arbitratu, aut delegare, aut ab ea actione debitorem abſoluere, vt in procuratore qui me mandante contraxit dicitur [11]: imò & tenetur eam ſi ita mihi videtur, mouere vel procuratorem ad agendum conſtituere [12]. Reliqua vide in l. quod debetur. de pecu. Quod autem ad §. *fideiuſſores*. pertinet, require ex iis quæ ante explicantur [13].

Qui tenetur mihi cedere, tenetur & liberare debitorē.

10 l. quod debetur. vbi not. de pecu.

11 per hunc tex.

12 l. cùm per eos. & ibi Bal. ſi quis alt. vel ſibi. C.

13 l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ſupra eo.

§. GENERALITER. Nota quod qui defendit aliquem neceſſariò, poteſt vti exceptionibus ex perſona ſua [14]. quod tamen exiſtimo nō habere locū in exceptionibus declinatoriis, quia ex ſua perſona forū excipere defenſor non poteſt [15], quod etiam ad clericos laicorum defenſores protenditur [16]. Et ex his quæ ad finem legis dicuntur [17], habes diſtinctionem quæ admitti ſolet, cùm quæritur an cliens cui gratis & liberaliter aduocatus operam præſtitit in cauſa, ſi vincat, poſsit reputare victo operam aduocati in taxatione expenſarum. De quo vide quod alibi relatum eſt. [18] Quod autem dicitur hîc [19], fideiuſſorem cui donandi animo accepto factum eſt à creditore, non agere mandati, intellectum habet quoties à creditore accepto latum eſt, vt hîc, ſecus ſi alius animo donandi fideiuſſori, numeraret creditori [20], cuius rationem vide hîc per glo. & alios.

Qui neceſsitate defēdit, vtitur exceptionibus ex perſona ſua.

Fideiuſſor cui acceptolatū eſt an agat mandati.

14 facit l. procurator ad exhibendum. §. j. rem ratā haber. infrà.

15 l. venditor. & ibi pono. de indic.

16 c. clericum. xj. q. j.

17 l. ſi fideiuſſori. cum l. ſeq. & l. ſi verò.

18 l. eum quem. de ind. ſup.

19 in l. ſi verò non remunerandi. infr. in princ.

20 l. inter cauſas. §. ſi is qui. infra eod.

§. SI ADVLESCENS. Habes in l. quod ſi minor. §.reſtitutio.de minorib.an datum perdituro repeti poſsit.& quod dicitur in §.*ſi quis mandauerit*. pertinet ad ea quæ dicuntur in l.& eleganter. §. vlt. de dolo. & quod ad finem legis ſpectat infrà dicemus [1].

1 *l.inter cauſas.eod.*

SI MANDASSEM. L. XV.

Reuocatio mandati, procuratori nota eſſe debet.

AN reuocatio debeat venire ad notitiam mandatarij reuocati,& an acta poſt reuocationem facta valeant,ex his quę ſuprà dicuntur reſponſum eſt [2].

2 *l.ſi procuratorē.de proc.*

SI MANDAVERO TIBI. I. L. XXII.

Actio ſuperueniens lite conſtante.

AN actio ſuperueniens pendente iudicio actori proficiat, in hoc vt cõdemnetur reus, vide quæ habentur ſuprà [3]. Reliqua dicuntur in l.ſi rem.j.§. vlt.de pigno.actio. quæ legi hunc conſentit.

3 *l.quæſitum.de pecu.*

SI MANDAVERO TIBI. II. L. XXII.

Deportatione an cõfiſcentur bona futura & conditionalia.

§. IS CVIVS. Obtinuit publicatis bonis alicuius, in publicationem tãtùm ea venire, quæ erãt præſentia:quæ verò poſt acquiruntur, in diuerſa cauſa ſunt [4]. Planè debita conditionalia ſine diſtinctione in fiſcum tranſire compertum eſt,ſi ex contractu debeantur [5]. Quod ſi ex teſtamento, admittitur fiſcus ſi conditio in poteſtate eſt [6]: ſinautem in caſu & fortuna,ſecus [7]. Cùm igitur bona futura non tranſeant in fiſcum, ſed ipſius deportati ſint, poterit deportatus contrahere, cùm retineat ea quæ iuris gentium ſunt: cui cõſequens eſt vt etiam actiones habeat: licet ſint iuris ciuilis: proficiſcuntur enim ex contractu iuris gentium [8]. quæ verò merè iuris ciuilis ſunt, perdit [9]. Nec aliquis rectè dicet has quæſtiones vacare, quòd deportati & exules fruſtra dicãtur agere poſſe pro rebus poſt ſententiam acquiſitis,cùm illi in ciuitate eſſe non poſſint: ſed non prohibebuntur actiones ſuas vendere & cedere [10]: ſicut in excommunicato dicitur,qui quanquam non agat [11], tamen poteſt actiones cedere,& ceſsionario rectè actio accommodabitur [12].

Deportatus actiones habet.

Nemo ſe poteſt eligere.

§. SI TIBI. Per hunc text.rectè dicitur,eum qui ad diſtribuendas pecunias poſitus eſt,non poſſe ſibi aliquid diſtribuere [13]:nec is cui mandatur à papa vt eligat epiſcopum,ſeipſum poſſet eligere [14]. ſi tamen pluribus hoc ſit mandatum,poterunt vnum ex ſeipſis eligere [15]. de quo in l.præſes prouinciæ. de offic.præſid.adſcripſimus. Quod autem pertinet ad §.*ſicut*. ſuprà explicatur [16].

4 *per hunc text. & c.felicis.§.verum.de pæn.li.vj.Pan.in c.ad liberandum.de iudæ. tex.in l.eius qui.§.j.de teſta.*
5 *l.inter ſocerum.§.ſi.infrà de pact.conuen.*
6 *l.in facto.§.fiſcus.de cõdit.& demon.*
7 *l.non ad ca.& ibi glo.de cond.& demon.*
8 *per hunc tex.& Bar.in l.ex hoc iure.pen.col. de iuſt.& iur.*
9 *l.quidam.de pæn.& ibi gloſ.& Bar.*
10 *Bar.in l.iiij.de iure fiſc. lib.x.C.*
11 *c.intelleximus.de iudic.*
12 *glo.ſing.in c.j.§.j.de iur.patro.lib.vj.*
13 *facit glo.in l. planè.quod cuiuſ.vniuer.*
14 *l.iiij.de tuto.& cur.dat. ab his.infrà.*
15 *c.cùm in iure.& ibi Panor.de elect.*
16 *l.in commodato. §.ſicut. ſuprà commod.*

INTER CAVSAS. L. XXVI.

Mandatum quando reuocetur morte mandantis.

GENERALIS ſententia eſt, mandatum morte mandantis ſolui re integra [17], vt in imperio delegato accidit [18], vel cũ mãdatur alicui vt mihi de beneficio prouideatur [19]: ſecus ſi res non eſſet integra, vt quia gratia iam erat facta, ſed quidam ex mandato delegantur ad illius executionem: & eo modo intellectum habet tex.in c.ſi ſuper gratia.de offic.dele. lib.vj.quod nota propter repugnantiam quod videtur eſſe.ſic cùm in mandatarium tranſlatum eſt dominium,nunquã man-

17 *vt hîc,& l. mandatum. C.eodem.*
18 *c.licet.de offi.deleg.& l. more.cum l.ſeq.de iuriſ. om.iud.*
19 *ca.ſi cui null.s.ad fin. de præb.lib.vj.*

datum morte reuocatur [1]: iam enim deſinit res integra eſſe. Item mandatum morte mandantis non reuocatur, ſi mandatarij gratia ſit emiſſum [2]. Item hæc regula locum habet, cùm mandatum & eius effectus ad vitam mandãtis (quod præſumitur) cõferuntur: ſinautẽ vtrunque poſt mortem confertur, morte non finitur: vt in eo dicitur qui ſibi monumentum extrui mandauit [3]. Aliquando verò mandatum ſit in vita, ſed eius effectus poſt mortem trahitur, & tunc magis eſt vt morte mandantis reuocetur, niſi ignorauerit mortem mandatarius [4]. Quod autem dixi mandatum morte mandantis ſolui, ſecus placuit in actione mandati [5].

§. ABESSE. Pertinet ad ea quæ ponuntur in l. ſi nomen. de hær. vel act. yen. & quod pertinet ad §. *ſi is cui*. vide quæ antea dicuntur [6].

§. NON OMNIA. Repete ex iis quæ ſingulariter notãtur in l. ij. §. ſi conſeruatis. ſuprà ad leg. Rhod. de iact.

SI QVIS ALICVI. L. XXVII.

Recipiens literas, videtur admittere quod in eis deſcriptũ eſt.

§. QVI MANDATVM SVSCEPIT. Qui mandatũ recipit, non poteſt officium deſerere intempeſtiuè: & qui literas recepit videtur eo ipſo mandatũ acceptare, niſi contraria teſtatione ſignificet mandãti, ſe nolle, vt hîc [7]. cui belliſsimè applicantur ea quæ ponuntur in l. ſi filiusſamilias. ſuprà ad Macedonianum.

PAPINIANVS. L. XXXVIII.

Ceſſio in ipſa ſolutiõe an fieri debeat.

RECTISSIME in mandatoribus, fideiuſſoribus, iiſque qui diſsimiliter ſunt obligati, dicitur, vt etiamſi ſoluerint, ex interuallo petere vt actiones ſibi cedantur, poſsint, per hũc textum [8]. ſemper enim videntur ſuo nomine ſoluiſſe. At in tutoribus & reis qui principaliter ſunt obligati, obtinuit ceſsionem ab eis factam, non valere, niſi in ipſa ſolutione fieret, vel aliâs actum eſſet [9].

SI FIDEIVSSOR. L. XXXIX.

Fideiuſſor quando debeat allegare exceptiones rei.

§. QVAEDAM. Fideiuſſor qui omittit exceptionem, qua ſe tueri poterat ne ſolueret, actionem mandati non habet [10]. idem eſt in emptore, qui ſi tutus exceptione rem reſtituerit, authoritatem amittit [11]. Sed hæc non habeat locum, ſi exceptio eſſet inhoneſta: vt cùm actor ius iniquum impetrauit, & ideo repelli poſsit [12]: vel ſi exceptio eſſet de apicibus iuris, vt exceptio procuratoria, per hunc textum, aut diſcuſsionis [13], aut alia fori præſcriptio [14]: non idem in dilatoria ſolutionis ſtatuitur, quia ſi fideiuſſor ante diem ſoluerit, mandati ante diem non aget, niſi die cedente [15]. Sic ſi fideiuſſor quod nudo pacto promiſerat, ſoluit, nihilominus repetit: non enim conuenit honeſtati recuſare promiſſum etiam nudo pacto factum [16]. Et ex eo quod ad finẽ dicitur [17], apparet in eodẽ debito fideiuſſorẽ præſcribere, & debitorẽ minimè. Cuius generis ſunt ea quæ habẽtur in l. cũ ſponſus. §. in vectigalibus. de publici. Et quod dicitur interruptionẽ præſcriptionis factã contra

Solutum nudo pacto à fideiuſſore, recuperatur.

1 *l. hoc iure. §. ſi quis dederit. de dona. infrà.*
2 *c. ſi cui nulla. in prin. de preb. libr. vj. & gloſſ. in verſic. cùm res nõ ſit integra. in ea. in cauſis. de elect. & ibi Panor.*
3 *l. ſi verò non remunerãdi. §. ſi. ſupra eo. l. mortis cauſa capimus. §. Titia. de dona. cau. mor. infrà.*
4 *l. cùm pater. §. Manio. de leg. ij. & ibi gloſ. l. fin. de ſolutio. infrà.*
5 *l. ſi præcedente. infra eo.*
6 *l. idémque. §. vlt. ſupra eodem.*
7 *facit c. ſe. j. de procur.*
8 *fac. l. ſi res. ad ſi. de leg. j.*
9 *l. modeſtinus. de ſolu. & ibi Bartol. vbi vide, & Bal. hîc.*
10 *l. idémque. §. generaliter. ſupra eod.*
11 *l. ſi obligata. de euict. C. & l. qui alienã. de euic. infrà.*
12 *d. §. generaliter. & ibi glo. & Bar.*
13 *glo. in l. ſi mancipium. §. j. infrà de eui. & Alex. in l. ſi conſtante. ſol. ma.*
14 *Bart. in l. atqui natura. §. cùm me abſente. de nego. geſt. ſuprà.*
15 *l. ſi mandauero tibi. ij. in prin. ſupra codẽ. & l. fideiuſſor. infra eod.*
16 *l. Quintus. cum gloſſ. j. infra eod.*
17 *§. ſi deiuſſor.*

Interpellatio facta reo non nocet fideiuſſori.
Interpellatio vnius ex reis.

tra vnum ex reis alteri nocere [1], non admittitur in reo & fideiuſſore. nam interpellatio facta reo, non obeſt fideiuſſori, per hunc textum [2]: quod in fideiuſſore iudicatum ſolui non admittit Baldus [3]. Optimè verò ſtatutum eſt, interruptionem contra vnũ ex reis nocere alteri, cùm ſit vna obligatio, quod in reo & fideiuſſore nemo dixerit [4]. Ex quo euenit vt conteſtatio facta contra vnum ex tutoribus aliis noceat, cùm ſit vna & eadem obligatio [5].

1 *l.vlt.de duobus reis. C.*
2 *glo. eſt in l.cùm quis. §. ſi quis pro reo.de ſolut.*
3 *in l.tam mandatori.vlt. col.C.eod.*
4 *l.generaliter.de fideiuſ. infrà.*
5 *Bar.in l.cùm quis.§.pe. de fideiuſſo.*

SI HOMINEM. L. XXX.

Mandatum immutatur ex cauſa.

PRAECLARVM Eſt quod hîc dicitur, procuratorem generaliter datum non immutare aut reuocare ea quæ à domino ſpeciatim cauta ſunt. Sic nec legatus Papæ ad ea imperium habet, quæ alteri ſpecialiter à Papa ſunt mandata [6]. Cui ſimile eſt, vt ſi creditor ceſſerit mihi aliquod nomen ſuũ, non poſſit procurator creditoris denunciare debitori ne mihi ſoluat [7]. Sed hæc omnia temperationem recipiunt, niſi cauſa adeſſet, quo caſu procurator poteſt immutare quæ à domino ſpecialiter cauta ſunt, per hunc textum [8]. quæ ſententia Torquato filio ad veniam ſuffragatur: cui forſitan licuit contra edictum Imperatoris patris manus cum hoſte conſerere, certiſsimæ victoriæ ſpe oblata: ſed illa forſitan imperia nimis Manliana fuerunt.

6 *c.ij.de off.leg.*
7 *ſecund.Bal.hic.*
8 *& Panor. in d.c.ij. de de off.leg.*

SI HAEREDITATEM. L. XXXII.

Legatarius vniuerſitatis in damno verſari poteſt.

QVOD Dicitur hîc, legatum in damno eſſe non ſolere, non habet locum in legato hæreditatis: in quo commoda & incommoda legatarium tenent [9]. idem eſt in quolibet legato vniuerſitatis, vt in legato menſæ aut calendarij [10]. Ex his euenit, vt quemadmodum hæredi [11], ita & legatario vniuerſitatis debeat dari tempus ad deliberandum: legatario autem rei ſingularis non dabitur tempus, niſi legato onus eſſet iniunctum, per Baldum hîc [12].

9 *l.cùm filius.§.j.de leg.ij.*
10 *l.cùm pater.§.menſæ. de leg.ij.*
11 *l.vlt.de iur.delib.C.*
12 *& Specu.in tit.de inſtr. edit.§.dico.verſ.quod ſi hæres.*

ROGATVS. L. XXXII.

PERTINET Ad ea quæ antè in eandem ferè ſententiam dicuntur [13].

13 *in l.Proculus.eo.tit.*

QVI NEGOTIA. L. XXXIIII.

INTELLECTVM Huius legis repete ex his quæ ponuntur in l.ſingularia.ſupr.ſi cert. petatur.

SI FVNDVM. L. XXXV.

Merces ſtatuitur arbitratu boni viri.

SI Fundum qui tibi & multis erat communis, mandauero tibi vt mihi emas, ſi diuerſis pretiis ab aliis partes fundi redemeris, cogeris mihi partem tuam tranſſcribere, non quo modico res ab aliis vænit: ſed pretium arbitratu boni viri conſtituetur. Quod niſi fallor, ad quæſtionem valet, cùm quæritur de eo qui operarios conduxit eo pretio, quod cæteri ciues illo die reliquis eius generis mercenariis inferrent, vt ſi reperiatur diuerſitas mercedis, non minima quam alij intulerint, ſed boni viri arbitratu merces ſtatuatur [14]: licet Guidoni Papæ aliter videatur [15]. nec huic ſententiæ refragari quod dicitur, ei cui tantum ſit relictum, quantum vni ex hæredibus, minimam partem deberi, ſi diuerſæ partes hæredibus eſſent datæ [16]: quia id in teſtamentis melius eſt admit-

14 *per hunc text.*
15 *q.cclij.in deciſio.*
16 *l.qui concubinam.§.j. de leg.iij. l.ſi ita ſcriptũ. de leg.j.*

tere, in quibus præſumimus teſtatorem minus velle onerare hæredẽ quam poſſit: quod in contractibus nemo dixerit cùm vtriuſque par ſit cauſa.

HOMINEM. L. XXXVII.

QVAE Ad hanc legem pertinent, ſuperius explicantur [1].

LVCIVS. L. XXXVIII.

Fideiuſſor antequam ſoluat an rectè agat vt liberetur.

Animaduerte caſus in textu & gl. quibus fideiuſſor antequam ſoluat, poteſt à debitore petere vt liberetur [2]: vt cùm diu ſtetit in obligatione, vel ſi eſt condemnatus: idem placuit ſi teneretur ex inſtrumento quod executionem habet paratam: nam & hoc condemnationis inſtar eſt [3]. ſic ſi fideiuſſor peregrè vellet proficiſci, & diu eſſet abſfuturus, poſſet petere vt liberetur [4]. Reliqua vide in l. ſi quis mandatu. ſuprà de negot. geſtis.

SI PRO TE. L. XL.

HABES In l. ſi ex duobus. de nego. geſt. ſuprà.

QVI MANDATVM. L. XLIII.

In obligationibus ad diem, an ante diem ſit actio nata.

APVD Innocentium relatum eſt [5], In obligationibus ad diem certam, ante diem nihilominus, actionum natam eſſe: quod hic textus ſatis euincit. Si enim mandatarius qui pecuniam collocauit ad diem, actionibus cedit mandatoris ergo, conſequens eſt actiones natas eſſe, aliâs enim cedi non poſſet [6]. Sed licet nata ſit actio ante diem, ſi tamen ante diem agatur, excipitur, aut ſaltem condemnatio fiet duplicatis inducíis [7]: & hoc eſt quod dicitur, ante diem agi non poſſe, ſcilicet vtilitate & effectu [8]. Sed hæc intelliguntur niſi obligatio ad ſui commiſsionem requirat moram [9]: & niſi lex expreſsim actionem poſt diem producat, tunc enim ante diẽ nata non eſt [10]. Cum autem in obligatione dies eſt ex natura obligationis, expeditum eſt ante diem natam actionem eſſe [11].

SI MANDATV MEO. L. XLV.

PERTINET Ad ea quæ ponuntur in l. ſi quis mandatu. ſuprà de neg. geſt.

QVINTVS. L. XLVIII.

Ex nudo pacto actio eſt.

HAEC Lex plena eſt cuiuſdam prætoriæ æquitatis. Ex qua poteſt & illud defendi quod Canoniſtæ voluerunt [12], promiſſum ex pacto nudo tam eſſe debitum, vt ex eo actio oriatur: de quo aliâs [13]. Cui cõſequens eſt, vt ſi fideiuſſor vſuras quas nudo pacto promiſerat ſoluerit, habeat mandati actionẽ, per hũc tex. facit quod ponitur in l. fideiuſſor. §. quædã. ſup. eo. Sed hæc in fideiuſſore & mãdatore recipiẽda erũt, qui ſuo nomine ſunt obligati, & ſoluẽtes ſuũ negotiũ gerere dicuntur [14]: at procurator & alius actor non poteſt naturale debitum ſoluere, cùm ad id ſoluendum non habeat mandatum [15]. Sic generali iuſſu iudicis vt debita ſoluantur, vel decreto, vt ſcilicet pro debitis in poſſeſsionem veniatur, non comprehendetur debitum naturale [16].

Fideiuſſor & procurator an naturale debitum quod ſoluerint repetãt.

SERVVM TITII. L. XLVIII.

AN Qui rem vendit vel contrahit vt procurator, teneatur pati executionem, habes ex his quæ ſuprà dicuntur [17].

FID

1 *in l. vinum. ſi cert. peta.*
2 *fac. l. ſi pro ea. C. eo.*
3 *Socy. in ſal. reg. cxlvij. & clxviij. Bal. l. ſi pro ea. iiij. q. mand. C.*
4 *l. aut longa. de procur. Panor in c. ſi. de fideiuſ.*
5 *in c. j. de plus petit.*
9 *alius eſt text. in l. j. in ſi. quando dies vſufr. leg. ſuprà.*
7 *Inno. in d. c. j. & text. in §. semperales. de excep. Inſtit.*
8 *l. certi. ij. verſ. & ibi Bal. ſi cert. petat.*
9 *l. non omnis. verſ. ij. ſup. ſi cert. pet.*
10 *l. niſi finita. de tut. & rat. diſt.*
11 *l. ſi conſtante. §. quoties ſolut. matr. infrà & l. ſi cùm militi. §. de cõpenſ. ſupr. & Bal. in d. l. certi. iij. col.*
12 *in c. j. de pact. vbi vide fusè Panor.*
13 *in l. iuriſgentium. ſuprà de pact.*
14 *l. Papinianus. ſupr. eod. & l. ſicut reus. inf. de fideiuſſ.*
15 *l. is cui. §. Flauius de ſolutio. infrà.*
16 *per ea quæ vult Bar. in l. j. §. hæc verba. infr. ne vis fiat ei.*
17 *l. Plautius. de procura.*

FIDEIVSSOR. L. LI.

RELATVM Eſt in l. fideiuſſor. §. quædam. ſuprà eo.

CVM SERVVS. L. LIIII.

PERTINET Ad ea quæ de eo quod propter affe-ctum intereſt, ſuprà relata ſunt [1].

QVI MVTVAM. L. LVI.

Per reditum domini an reuocetur procurator.

SI Dominus mandatum procuratori dederit cùm eſſet abſuturus, ſola reuerſione non reuocatur mandatum: niſi ad cauſam accedens negotio ſe implicet [2]: ſi tamen per dictionẽ repetitiuam conſtitutus eſſet procurator, vt *quoties abſuerit dominus*, non cenſetur ipſo iure reuocari, licet ſe negotio dominus ingerat [3]: quin abſente domino poteſt in cauſa procurare ex vi repetitionis [4].

MANDATVM. L. LVII.

Mandatum morte mãdantis & mandatarij expirat.

HANC Legem quæ paulò difficilior eſt, ita explica. Mandatum ſicut morte mandantis [5], ſic morte eius qui mandatum ſuſcipit, intercidit, vt hîc: nam in iſtis negotiorum delegationibus fides hominis videtur eſſe electa. Ideo nec ſocietas ad hæredes [6], nec tutela [7], nec curatela [8] tranſit. Si tamen hæredes errore lapſi mandatum exequuntur, & ſeruos qui mandati erant vt diſtrahantur, vendunt, emptores qui vſuceperint erunt ſecuri: ſed ſi illi ſerui ad mandatorem reuertantur, inutiliter emptores venalitiarij agent cum illo publiciana: neque enim publiciana contra dominum intendi poteſt, vt hîc. De quo alias [9].

SI PRAECEDENTE. L. LVIII.

INITIVM Legis huius require ex iis quæ anteà dicta ſunt [10]. Quod autem attinet ad §. *Lucius.* annotatur in l. reſcriptum. ſuprà de pact.

SI MANDATV TITII. L. LVIIII.

Qui luere debet non poteſt emere.

AN Qui alterius mandatu ſtipulatur, videatur adhibitus donandi affectu, dicemus in l. cùm maritus. §. mulier. infrà de pact. conuen. Quòd autem ad §. primum attinet, ſcitum eſt confideiuſſorem qui integram ſummam ſoluit, cenſeri luere pignus, non autem emere [11]: Imo bona fides tantùm valet, vt etiam ſi emerit, cogatur tamen debitori ſoluenti debitum, vel creditori alteri rem reſtituere [12]. Habet enim is mandatum ſoluendi & luendi, non autem emendi [13]: quod etiam perducitur ad eos omnes qui luere debent, vt emere non poſsint: vt in pluribus fratribus prædium obligantibus dicitur, ex quibus alter non poteſt emere, cùm luere debeat [14]. Sic dicimus creditorem non poſſe ſibi aut interpoſitæ à ſe perſonæ vendere pignus: poſſet tamen debitore vendente emere bona fide, & venditio iuris effectum habebit [15].

Mandatores quando inſolidum teneantur.

§. PAVLVS RESPONDI, VNVMQVEMQVE. Plures mãdatores inſolidũ tenentur, & eliguntur, vt hîc [16]: habent tamen beneficium epiſtolæ Diui Adriani, nempe vt diuidatur actio ſi omnes ſint ſoluendo [17]. Beneficium verò quod coreis datur ex nouis conſtitutionibus, nempe vt ipſo iure non teneantur inſolidum, ſed pro parte, niſi contra actum eſſet [18], magis placuit in principaliter obligatis habere locum, non

1 *l. j. de in litem iurand.*
2 *c. ſi quem. ver. ij. de procur. lib. vj.*
3 *d. c. ſi quem. in princ.*
4 *facit l. ij. quando vſufr. amit. ſuprà.*
5 *l. inter cauſas. & ibi noto. ſuprà eod. l. eius. ſi cer. petat.*
6 *l. hæres ſocij. infrà tit. j.*
7 *l. j. de fide. & nomi. tuto.*
8 *l. eius. de cura. furio. inſ.*
9 *in l. j. de publ. ſuprà.*
10 *l. inter cauſas. eod.*
11 *l. Paulus. de fideiuſ.*
12 *per hunc tex. & tex. in l. ij. & l. cùm ſecundus. §. j. infrà de diſtrac. pig.*
13 *l. j. & ibi Bal. & Alex. de dolo. C.*
14 *l. fi. §. quatuor. infr. de legat. ij.*
15 *l. & qui ſub. C. de diſtr. pignor.*
16 *& l. fin. ſupr. quod iuſſ.*
17 *l. ſi. de conſt. pecu. C. & l. inter fideiuſſores. de fideiuſſ. l. fideiuſſor. de fide C.*
18 *auth. hoc ita. C. de duob. reis.*

autem in mandatoribus qui acceſſoriè accipi ſolent [1]. In pluribus verò mandatariis & adminiſtratoribus quibus quid mandatum eſt, qui tenentur non quòd aliorum ſint interuẽtores, ſed quia gerant, conſtitit eos pro parte teneri ſi ſint priuati [2]. non idem eſt ſi publici & neceſſarij, quia tunc inſolidum actio eſt [3]. Sed quod dico priuatos adminiſtratores teneri pro parte, intellectum habet, niſi eis inſolidum adminiſtratio data eſſet [4]. reliqua perſequere in l. j. §. ſi plures. ſuprà de exercito.

Mandatarij & adminiſtratores an inſolidum.

§. ILLE ILLI. Hunc textum retulit Paulus. Caſt. ſingularem, vt quoties dies adiicitur cauſa finiendæ & limitandæ obligationis, toties interpellatio extra iudicium facta præſcriptionem interrumpat. quod etſi cum ęquitate cõiunctum eſt, non tamen hoc textu ſatis probatur. Hîc enim dicitur mandatorem fuiſſe conuentum, quod vocabulũ potius ad iudicium quàm ad ea quæ extra iudicium fiunt, pertinet [5]. An autem litis conteſtatio vſucapionem interrumpat, alibi dictum eſt [6]. Planè litis conteſtatio longi temporis præſcriptionem interpellat [7]: at triginta annorum præſcriptionem ſola citatio & vocatio [8]: idem eſt in præſcriptionibus quæ lege municipali & ſtatutis ſunt receptæ, vt Bart. Ange, & alij ſcribunt [9]: etiãſi vocatio iuſſu iudicis non competentis facta eſſet. quod Iaſon probat [10], & CVRIA Pariſienſis iudicauit [11]. Quod autem ad finem legis pertinet, eleganter dicitur cautionem ſimpliciter prolatam à teſtatore, intelligi denuda, hoc eſt, ſine fideiuſſore [12]. Idem eſt ſi à contrahentibus [13], aut à iure ciuili: tamen his caſibus ſi perſona ſit ſuſpecta, quò poſsit alteri parti eſſe cautum, arbitrio iudicis continebitur, vt fideiuſſorem dari iubeat [14]. Si verò cautio profertur cum adiecto, vt *idonea cautela*, debent fideiuſſores interuenire vel pignora, vt hîc [15]. *vel competenti* [16], vel ſi ita diceretur, *rectè caueri* [17], vel ſi *ſufficiens cautio* nominaretur [18]. Sed & cautiones quæ fiunt in iudicio, ſolemnes eſſe debent, & cum fideiuſſoribus [19]. Sic ſatiſdatio, dationem fideiuſſoris habet [20], & ſatiſacceptio [21].

Præſcriptio qui interpellatur.

Cautio an debet impleri cũ fideiuſſore.

CREDITOR. L. LX.

VIDE Quæ relata ſunt in l. quoties. §. creditor. ſuprà de peculio. vbi dicitur an iudicio pendente contra vnum, alter poſsit eiuſdem rei nomine conueniri.

§. DVOBVS. An plures mandatores inſolidum eligi poſſint, & quid in madatariis habes in l. ſi mãdato Titij. §. Paulus. ſupra eod. reliqua in eandem ſententiam recitantur in l. j. §. vlt. de exercitoria.

§. LVCIVS. Aliud eſt aliquid liberæ committi voluntati, & aliud arbitrio boni viri [22]: nam ſi ita dico, *quibus voles reſtituas*, etiam indigni poterunt eligi [23]. Idem ſtatuitur ſi alicui ad liberã voluntatẽ permittitur negotiari vel adminiſtrare: nam ſufficit dolum & fraudem abeſſe, vt hîc. Cùm autem arbi-

Libera voluntas & arbitriũ boni viri.

1 *glo. in l. fin. quod iuſſ. & ibi Bal.*
2 *l. cùm alicui. de neg. geſt. ſuprà.*
3 *d. l. cùm alicui.*
4 *l. creditor. §. duobus. & ibi glo. Bar. & Bal. infra eod. & l. ſi plures. inf. de curat. bonis dan.*
5 *per l. creditor. in prin. inf. eod. ibi creditor mandatorem conuenit.*
6 *l. ſi poſt acceptum. ſuprà de rei vind.*
7 *l. mora. C. de rei vind.*
8 *l. iij. & l. cùm notiſsimi. de præſ. xxx. anno.*
9 *l. ij. §. vlti. pro empt.*
10 *l. vlt. de eo per quẽ fact.*
11 *Die xvij. Iulij. 1515.*
12 *l. iij. C. de ver. ſigni.*
13 *l. fi. de cõd. cau. dat cau. & ibi Alex.*
14 *l. pen. ſupr. de peti. hære. ibi, iudicis cautione vel ſatiſdatione. & Bal. in d. l. iij. de ver. ſignif. facit l. quæſitum. de pign.*
15 *l. iiij. §. addici. de fideic. libert.*
16 *l. ſi debitori. de iud.*
17 *l. j. §. iubet. de col. bon.*
18 *c. j. ad fi. cum glo. de ſequeſt. poſſeſ. c. ex parte. de verb. ſign.*
19 *l. prætoria. iij. de præto. ſtipul. l. j. C. de procu. & ibi glo.*
20 *l. j. & l. quoties. ſupr. qui ſatiſ. cogan.*
21 *l. v. §. ſatiſacceptio. infr. de verb. oblig.*
22 *per tex. in l. fideicõmiſſaria. iij. de fideicommiſ. liber. infrà.*
23 *l. cùm quidam. in princ. de lege. ij.*

arbitrio boni viri res gerenda eſt, aut pecunia diſtribuẽda, indignis collatio non poteſt fieri [1]. In obſcurò autem præſumitur potius arbitratus boni viri electus, quàm libera voluntas [2]: víxque verbum reperias quo libera voluntas contineatur, præter verbum volo, *vt cui voles da* [3]. Nam hac forma, *vt tibi placebit*, arbitrium boni viri ſignificatur [4]. Idem in his verbis, *ſi putauaris, ſi exiſtimaueris, ſi vtile tibi & bonum videbitur* [5].

1 d.l.cùm quidã.poſt prin.
2 l. ſi ſocietatem mecum. infrà pro ſocio.l.ſi libertus.ij.de oper.liber.inf. & Bar.in d.l.cùm quidam.& in l.cùm filius.§.pater.de leg.ij.
3 l.fideicommiſſa.§.ſi ſic.de leg.iij.
4 l.Titius.§.ſorore, & l.cùm proponas. & ibi Bar.et l.Lucius.i.de fideicom.lib.
5 d.l.fideicommiſſa.§.ſi ſic.de leg.iij.

Cvm controversia. L. vlti.

QVOD in ſecundo reſponſo huius legis dicitur pertinet ad relaia in l.ſed Proculus.ſupra eodem.

Pro ſocio.

Societas. L. i. et ii.

In ſocietate ſine traditione tranſit dominium.

AN in vniuerſalibus ſine traditione dominium transferatur, vt in ſocietate, vide relata in l.ſi ager.ſuprà de rei vind. Quod verò in ſocietate ſine traditione bona ſtatim communicantur, non habet locum in caſu quem ſuprà retulimus [6].

6 in l.ſi ſocius.ſiccr.pet.

Ea vero. L. iii.

Iuſta hæreditas.

§. De illo. Iuſta hæreditas appellatur quæ ab inteſtato & iure legitimo deſcendit, non ſi ex ιeſtamento: vt hîc [7]. ſi tamen in hæreditate in qua hæres legitimus ab inteſtato eram futurus, inſtituar, nihilominus dicetur iuſta hæreditas: nam eorum quæ inſunt, expreſsio non operatur aliquid [8]: ſic ſi ius quod commune erat, ſit relatum in conſtitutionem, non ideo de eo iudicabiιur atque de conſtitutione municipali, ſed vt de iure communi [9]. quod valet ad multa [10]. Sed & de illo admonendi ſumus, non ideo eam hæreditatem quæ ab inteſtato defertur, iuſtam & legitimam appellari, quòd ea quæ teſtamento datur non ſit quoque legitima. manifeſtum eſt enim, & hãc legitimam appellari [11], cùm lex ιeſtamenta tueatur, his verbis, *Is vti legaſſit rei ſuæ ita ius eſto* [12]. Sed appellatur iuſta quaſi perfecta, & iure ſanguinis, naturæ & ciuilibus præceptis debita. Vnde teſtamentum, iuſtam ſententiam quaſi perfectam omni iure dicimus [13]: iuſtos liberos [14], quaſi verè liberos: iuſtum pactum, illud quod veſtitum appellant, quaſi omni iure ſubnixum [15]. At quæ ex teſtamento defertur hæreditas, non ita multis rebus cumulata eſt & perfecta: quanquam non impropriè legitima dici poſsit [16]. ex quo mea ſententia rectè, contra Alexandrum [17] contendit Alciatus [18], in ſpecie qua aliquis ſibi & legitimis hæredibus ſuis ſtipulatur emphyteuſim, ad ius emphyteuſis eos quoque pertinere, quibus ex teſtamento hæreditas eſt delata [19].

Legitima hæreditas.

7 fac.l.j. de ſuis & legit. infrà.
8 l.iij.& ibi Bar.ad fi. de lega j.
9 c.paſtoralis.de fid.inſtr.
10 vt glo. in verb.facti.in c.j.de conſtit.lib.vj.Barto.in l.j.ad leg.Falc.inſ.
11 l.lege obuenire. de verbor.ſignifi.
12 l.verbis.de verb.ſignif.
13 l.j.de teſta.inſ.
14 l.cùm quis.de nat.lib.C.
15 l.Stichum.§.naturalis.de ſolut.inſ.
16 d.l.lege obuenire.
17 conſil.lvj.in ij.volumi.
18 lib.iiij. parado.c.vij.& d.l.lege obuenire.
19 per tex.in d.l.lege.

Coiri. L. xii.

SIMPLICITER ſocietas cõtracta ad ea quæ ex quæſtu veniũt refertur: ideo nec lucra hæreditatis aditæ, aut agniti legati in ſocietatem veniunt [20]: nec enim talia in quæſtu & operis numerantur [21]. Item quod dicitur liberalitatem in alium collatam reputari & præſumi ex antecedente merito profectã [22], toties verùm eſt, quoties donatio non eſſet pro-

20 l.nec adiecit.inſ.eo.
21 l.aditio.§.j. de acq.hæred.infrà.
22 d.l.nec adiecit.

hibita:nam ſi donatio inhibetur, non creduntur anteceſsiſſe merita niſi probentur [1], idque etiam ſi donator id nominatim ſit complexus [2]: nam ex eo quòd donatio iure non eſt vtilis,videtur clauſula de meritis in fraudem adiecta [3]. quod eouſque perducendum eſt,vt etiam ſi pater filio donet,& merita exprimat,debeant tamen ea probari, aliâs donatio non ſubſiſtit [4].Idem in donatione inter coniuges.at impletis meritis & probatis,non eſt impedienda remuneratio, quæ etiam inter prohibitos donare,valet [5],etiam ſine inſinuatione [6].

Donatio facta creditur ex precedētibus meritis.

1 *l.ſi fortè. de caſt. pecul. infrà.*
2 *glo.in l.ſi donatione.& ibi doct.de collat.*
3 *l.qui teſtamentum. de prob.ad ſi.*
4 *l.j.§.j.& ibi Barto. inſ. pro donat.*
5 *l.quod autem.§. ſi vir. de donat.int.vir.& vx.*
6 *l. Attilius.de donat.& ibi Bar.*

SI CONVENERIT. L. XIIII.

ISTA lex præclara eſt,in qua ad finem habes, quod coita ſocietas vſque ad ſtatum tempus,nihilominus poteſt diſſolui ſi ſocius eſſet iniurioſus,aut damnoſus: quod & aliâs diximus [7].Ex quo deſcendunt illæ quæſtiones quæ omnibus ſunt in ore,de eccleſia & minore,qui non poſſunt regulariter ad diuiſionem prouocare [8]:vt poſsint tum prouocare, ſi illis id ex re eſt:finge enim eos habere rixoſum ſocium cuius præſentia communioni ſit obſutura [9]:hîc enim & ſocietas iuſtè renuntiatur, & mandatum tacitè reuocari intelligitur [10]. Ad eum modum debemus interpretari patrum voluntates, cùm diſponunt vt aliquid remaneat inter filios commune.Bartol.

Reuocatur ſocietas ſi ſocius eſt rixoſus.

7 *l.in hoc iudicium. §. ſi cõueniat.ſup.cõ.diuid.*
8 *l.inter omnes.de præd. mino.C.& l. ſi pupillorum.de reb.eor. qui ſub tut.*
9 *l.iubemus.ij. & ibi glo. Bar.& Bal.in verb.diuidere.de ſacroſ.eccleſ. & Bar.hîc.*
10 *l.liberto. §. Largius. & ibi Bar.de annu.leg.*

IDEMQVE. L. XVI.

EX hoc textu temperantur hæ leges,quæ vel procuratorem mittendum [11],vel medicum adhibendum volunt [12], & ſimiles,vt habeant locum,ſi facilè ſit procuratorem mittere. Sed hæc aliâs fuſius [13].Et ex hoc textu ad finem ſatis conſtat, emptorem teneri ſtare ſocio, & ſic colono partiario, nec prius rem quam emit,diuidere poſſe cum eo qui fuit venditoris ſocius,quàm potuiſſet venditor:quod tamen Baldus [14] intelligit,pro eo anno tantùm quo colonus ille partiarius fundum excoluit:in cæteris annis, nequaquam:ne cogatur fieri ſocius ei quem non elegit:quod benignius eſt [15].

Emptor an ſtare ſocio teneatur.

11 *l. Papinianus.de minor.*
12 *l.ſi ab hoſtibus. §. vlti. ſol.matr.*
13 *in l.vlt.de in integ.reſt.*
14 *in l.emptorem.ij. col.C. locat.*
15 *per tex.in l. qui admittitur. inf. eo. & l. vlti. comm.diuid.*

SED ET SOCIVS. L. XVII.

HVIVS generis & ſententiæ ſunt ea quæ ad l. ſi procuratorem.ſuprà de procur.adſcripſimus.

QVI ADMITTITVR. L. XVIIII.

SOCIVS ſocij mei (inquit lex) ſocius meus non eſt. Huc adiungitur quòd aliâs in CVRIA Pariſienſi ſummè addubitatum eſt [16]. Pariſius moribus receptum eſt, vt quæſita matrimonio conſtante ſint communia inter ambos coniuges. Item alio capite continetur,vt ſi alterutro decedente, qui ſuperſtes eſt repertorium legitimè nõ conficiat ,maneat eadem ſocietas inter hæredes defuncti & eum qui ſupereſt. Ex facto accidit vt Titius Mæuiam duceret, & ex ea liberos tolleret. poſteà matrimonio Titij mortalitate extincto,Mæuia ſuperſtes non confecto inuentario, & ſic perſtante ſocietate eorum quæ poſtea quæſita eſſent,ſecundo marito nupſit,quæ &

Socius ſocij mei non eſt meus ſocius.

16 *xiij.Calend.April.anno 1542.*

in

in matrimonio obiit: quęro ex quęſitis à Męuia & ſecundo viro, quæ pars ſocietatis nomine filiis priorioris matrimonij ceſſura ſit? Placuit ſemiſſem dari, non autem dodrantem quem petebant: erant enim ſocij Mæuiæ matris, non ſecundi viri, qui tamen Mæuiæ vxoris ſocius erat. Nam ſi ſocij fuiſſent, à marito matris dodrantem integrum auferre debebant: ſemiſſem hęreditario matris nomine, & quadrantem iure ſocietatis, quę illi cum marito per legem intercedebat. Et hoc Lucius Pariſienſis in Placitis refert [1].

1 *lib. viij. tit. de comm. inter coniug. comm.*

De illo. L. xxiii.

AN damnum lucro compenſetur, vide quæ ponuntur in l. ſi negotia. de neg. geſt. ſuprà.

Mutius. L. xxx.

Lucrum deducto damno dicitur.

HAEC lex ex genere illarum eſt, quæ pactum contra ſubſtantiam actus inutile faciunt [2]. Ideo cum iuris intellectu lucrum intelligi non poſsit, niſi prius damno deducto, nec damnum niſi lucro ſubſtracto, conſequens eſt ſocietatem ita coitam non valere, in qua partem damni, partem lucri quis ferat. Cùm igitur ita reputatio fuerit facta, vt lucrum intelligatur damno deducto, & contrà, valebit pactio vt aliam atque aliam damni aut lucri partem quis ferat, vt hac lege: neque enim ſimul in eadem ſpecie lucrum & damnum poſſunt ſubſiſtere. Et huc pertinent quæ aliâs in eandem ſententiam ſcripſimus [3].

2 *vt l. cum precario. infrà de prec.*

3 *l. fructus. inf. ſolu. matr.*

Pro socio. L. xxxviii.

Cautela futurorum nō pertinet ad iudicē.

AN cautela futurorum ad iudicem pertineat, ex his quæ alibi adſcripſimus reſponſum eſt [4]: nam, vt ibi dicitur, ordinarium eſt vt pro iure futuro cautio interponatur iudicis iuſſu, ſi tamen cauſa eſt. Ex quo illa deſcendit quæſtio, an cautio debeat interponi vbi non eſt conuentum: de qua retulimus alio loco [5].

4 *l. non quemadmodum. de indic. ſup.*

5 *l. iij. de condi. cauſ. dat. cauſ. non ſecu.*

Si qvis a socio. L. xli.

APVD Iuriſconſultos quæritur, quoties contractui, pacto, vel conuentioni, pœnalis ſtipulatio ſubiicitur, an ex pacto vel contractu, an verò ex ſtipulatione actio accōmodanda ſit. Et magis placuit vtraque via agendi facultatem eſſe [6]: ſed tamen alterutro debet eſſe contentus actor: nam ſi pœnam abſtulerit, rem non poterit petere, & è diuerſo [7]. Cui ſententiæ magnopere conſequens eſt, quod dicimus, per ſecundam ſtipulationem pœnæ, primam non cenſeri nouatam, nec videri à prima receſſum. Cùm enim pœna in fauorem creditoris apponatur, vt ſcilicet eius metu debitor ad rem de qua conuenit, ſit paratior [8], non debet hoc creditori damno eſſe. Præterea abſurdum eſt, vt ſtipulatio pœnæ quæ acceſſoria eſt ad principalem obligationem, poſsit nouare principalem [9]. Igitur prima reſtat, & ex ea agi poteſt, per hunc tex. Sed in obligatione facti, placet opinio exiſtimantium, vt ea per ſequentem pœnæ ſtipulationem nouetur [10]: nō tam certè ex vi ſecundæ nouantis, quàm ex natura primæ: in qua quia factum verſatur, præci-

An per ſtipulationem pœnæ nouetur primus cōtractus.

6 *l. prædia. inf. de actio. empt. l. reſcriptum. §. ſi pacto. de pact. vbi noto. & l. duo. inf. eo.*

7 *l. apud Celſum. §. Labeo. de doli & met. excẽ. & d. §. ſi pacto. l. ſi pater. §. ſi mulier. de pact. dotal.*

8 *l. liber homo. §. vlti. de verb. oblig. l. 4. reſp. ij. C. de arb.*

9 *per tex. in l. qui vſumfructũ. de verb. obli. inf.*

10 *per tex. in l. obligationũ ferè. §. vlt. de verb. obli.*

ſa non eſt obligatio, ideóque reſtat creditori ex pœnali ſtipulatione actio [1], quam ſententiam contra aliorum opinionem Zaſius [2] & Alciatus [3] defenderunt. Aliâs non eſt nouatio, & vtraque agi poterit, ſed vna debebit eſſe contentus, vt dixi: quodam tamen caſu vtrunque deberi poteſt, vt quoties pœna eſt adiecta loco contemptus [4]. at ſi pœna ſit adiecta loco rei, vel eius quod intereſt, vix eſt vt vtrunque peti poſsit. Planè ſi id quod intereſt pœnam excederet, petetur id quod excedit, per hunc tex. [5] Item pœna & res debentur ſi clauſula, *rato manente pacto*, ſit adiecta [6], vel iuramentum, quod & illius clauſulæ vim habere creditur [7]. Hæc autem diſtinguntur in pœna conuentionali: at in pœna legali vtrunque debetur ſine diſtinctione [8]. Nonnulla huius ſententiæ ad legem Prędia. de actionib. emp. adſcripſimus.

Quando res & pœna ſimul peti poſsint.

Rei commvnis. L. xlv.

VIDES hîc actionem pro ſocio vel mandati non tolli, ſi prius actum ſit furti actione: nam generale eſt vt perſecutoria non tollatur per pœnalem, & è contrario [9]: niſi in caſu §. nouiſsimè. in l. iij. nautæ caupo. ſtabu. ſuprà. & niſi cùm actor qui duabus illis actionibus vellet conſiſtere, eſſet ſibi contrarius [10]. Planè perſecutoria per perſecutoriã tollitur, vt condictio furti (quæ & ipſa rem perſequitur [11].) per actionem mandati vel pro ſocio [12], ex quo genere intelligenda eſt l. ſi is cui. de furtis. vt actio furti, hoc eſt, condictio furtiua tollatur per commodati actionem, cùm ambæ ſint perſecutoriæ [13]: & ita Barto. neceſſariò interpretatur. Sed de his fuſius in l. quod in hærede. §. eligere. de tributo.

Actio perſecutoria non tollitur per pœnalem & contrà.

Cvm dvobvs. L. lii.

§. Damna. Si cui ex ſociis pecus etiam æſtimatum ſit traditum, non ideo magis periculo aſtringitur ob æſtimationem factam, vt hîc: quod explica & tempera vt ſuperius retulimus [14]: nam fortuitus caſus nulli imputatur [15]. quod in culpa non vtique verum eſt, quæ à ſociis præſtanda eſt [16]. vnde fit vt quod in alea vel adulterio perdiderit ſocius, ex medio non ſit laturus [17], ex quo & illud deſcendit, vt ſocius de furto ſibi facto, alteri ſocio obligetur: nam furtum culpa eius à quo rem fur abſtulit, contigiſſe exiſtimatur, per hunc tex. Planè ſi à domeſtica perſona furtum ſit factum, nemo dixerit culpa domini furtum contigiſſe [18]: quia à tali perſona etiam diligentiſsimus ſibi non potuiſſet cauere. Latrocinium autem quod peregre infertur, ſemper inter caſus fortuitos numeratur [19], & hanc diſtinctionem Panor. [20] & omnes ferè probant. De incendio diximus in l. iij. de offic. præfe. vigil. Quod autem pertinet ad §. *quidam Sagariam*, an damna quæ procuratori in mandato exequendo, vel ſocio in explicanda ſocietate inferuntur, à domino vel ſocio ſarciri debeant, habes in l. ij. §. ſi conſeruatis. ad leg. Rhod. de iac.

Aeſtimatio an periculũ transferat.

Furtum in culpa eſt.

Latrocinium inter caſus fortuitos eſt.

§. Socivm. Socius vniuerſorum bonorum vniuerſa in ſocietatem conferre debet: quod adeò verum eſt, vt etiam ad ea communicanda teneatur, quę ob iniuriam ſibi perſonaliter factam abſtulit, per hunc text. quod tamen neque in procura-

Socius omnia confert.

tore

1 *l. ſtipulationes non diuiduntur. de verb. obliga. infrà.*
2 *lib. 1. ſing. intell. c. iiij.*
3 *lib. 5. parad. c. xij.*
4 *l. ſi quis rem. de arbi. inſ.*
5 *& l. prædia. inſ. de acti. empt.*
6 *l. qui fidem. de tranſac. ſup. l. cùm propon. ss. de tranſac. C.*
7 *l. ſi quis maior. C. de tranſac. Panor. in c. per tuas. iiij col. de arbit.*
8 *l. ſi pro fure. de condict. furt. Bar. in l. cùm proponas. de tranſac. C. tex. in l. rei cõmunis. inf. eo.*
9 *vt hîc, & l. ſi pro fure. de condi. furt. ſup. l. ſi pignore. §. tum furti. inſ. de furt. l. ſi mandauero. §. ſi tibi. ſup. tit. 5.*
10 *l. 5. de furt. C.*
11 *d. l. ſi pro fure.*
12 *inf. eo. l. ſed ſi ex cauſa.*
13 *fac. l. ſi merces. §. culpæ. inſ. locat.*
14 *in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ſup. commo.*
15 *l. quæ fortuitis. de pign. act. C.*
16 *ſup. eo. l. §. venit.*
17 *l. adeò. inf. eo.*
18 *Ita poteſt intelligi tex. in l. eum qui. §. idem ſcribit, de furt. infrà.*
19 *l. 1. depoſ. C. & inf. eadẽ l. §. quidam.*
20 *in c. 4. pe. col. ext. cõmod.*

tore [1], neque in hæreditatis poſſeſſore admittimus [2]. Appoſite verò hîc dicitur, ſocium etiam vniuerſalem communicare non cogi ea, quæ ex iniuſtis cauſis acquiſiuit. Ex quo efficitur temperatio ad conſuetudinem quæ Lutetiæ contra bonos mores opinor, & dignitatem tantæ ciuitatis in vſu eſt, qua continetur bona acquiſita à marito vel vxore conſtante matrimonio, vtrinque communicari, vt habeat locum ſi ex iuſtis cauſis res acquiſita eſt. Nam quod ex peculatu vel ſacrilegio quæſitum eſt, in iudicium familiæ erciſcundæ non venit [3]. nec collatio peti poteſt ex eo [4]. Sic ſeruus domino ex maleficio non acquirit [5]: ſic nec prælatus eccleſiæ, nec filius patri. Sed hæc rationem habent, niſi ex re alicuius quæſitum eſſet, quia illi reſtituendum eſt; licet ex iniuſta cauſa eſſet acquiſitum [6].

Iniuſtè quæſita non communicantur.

SOCIVM. L. LX.

HVNC textum allegamus in l. Qui proprio. §. procurator. de procura.

SI TITIVS. L. LXII.

HABES in l. j. §. ſed ſi ego. ſi pars hæred. peta. ſuprà.

VERVM EST. L. LXIII.

INTER ſocios condemnatio fit, quatenus facere poſſunt. quod beneficium etiam defenſori porrigitur [7]: nam is nomine alieno conuenitur, nec ſolet eius conditio deterior eſſe quàm domini, præterquam in ſatiſdando [8]. Aliud placuit in fideiuſſore, patre, vel domino, vt hoc beneficium non habeant, per hunc textum: nam tales nomine proprio conueniuntur & agunt [9]. In iudicio tamen iis conceditur, vt petant principalem cuius intereſt euocari, vt is ſuſcipiat defenſionem & ſic habeat priuilegium [10]. Et ex eo quod ſequitur in §. *ſi cum tres.* apparet inter ſocios ex præcedenti pactione, non eſſe potiorem occupantis & recipientis conditionem: debet enim vnus pro alio interponere fidem & diligentiam, per hunc text. Ideóque ſi vnus ex ſociis ſoluendo non ſit, ad reliquos ex æquo damnum pertinet [11]. At in aliis qui non ſunt ſocij, ſiue ex vno contractu illis debeatur [12], ſiue ex pluribus, aliud ſtatuitur [13], vt ſcilicet diligentioris ſit potior conditio. quod toties verum eſt, quoties per ſententiam res ablata eſt [14]: nam ſi per gratificationem, dum omnes inſtarent, rem vnus ſeruauerit, aut per vim, ſecus dicitur [15]. Sic ſi bona iam poſſeſſa ſunt, omnium creditorum conditio exæquatur: & qui ſibi diligens eſt, aliis æquabiliter proficit [16]. Planè fiſcus priuilegium habet, vt ab eo creditore qui diligens fuit & debitum ſeruauit, auferat [17].

Quatenus facere poteſt ſocius conuenitur.

Inter ſocios non eſt melior occupãtis conditio.

ACTIONE. L. LXV.

EX hoc textu habetur, teſtationem & denuntiationem poſſe fieri à procuratore generali. Eodem modo & fieri poteſt ipſi procuratori, & perinde eſt atque ſi domino fuiſſet facta, vt infra eadem lege [18]. Sic denuntiatio facta procuratori excuſat nuntiantem à vitio clandeſtini [19]: non tamen conſtituet dominum in contumacia. Obtinuit enim procuratorem nunquam debere euocari, niſi cum

An teſtatio poſſit fieri procuratori.

1 *l. qui proprio. §. procurator. de procu. vbi pono.*
2 *l. at vbi. & ibi pono. ſuprà. de pet. hæred.*
3 *l. cætera. ſupra famil. erciſc.*
4 *l. nec prætermittendũ. hoc tit.*
5 *l. quod ſeruus. ad ſi. de acq. poſſe.*
6 *l. ancillarum. & l. ſi poſſeſſor. y. ſup. de petit. hæred.*
7 *vt hic. & l. ſi cum procuratore. de re iud. inf.*
8 *l. ſed & ea. §. defendere. ſup. de procu.*
9 *l. eum reus. de fideiuſſ. infrà.*
10 *per tex. in l. idémque. §. generaliter. ſup. mand.*
11 *l. ſi vnus ex ſociis. inf. eo.*
12 *l. ſi. C. depoſiti. & ibi Bal.*
13 *l. qui autem. §. ſciendũ. quæ in fraud. cred. inf.*
14 *l. inter eos. de re iudic. infrà.*
15 *l. pupillus. quæ in fraud. inf. & l. ſi non expediet. ri. §. j. de bonis auth. iu dic. poſ.*
16 *l. cum vnus. de bo. autho. iudi. poſſ. & l. qui autem. §. ſciẽdum. quæ in fraud.*
17 *l. pecuniam. de priu. fiſc. C.*
18 *§. item ſcriptũ. facit l. denuntiaſſe. ad l. Iul. de adult.*
19 *l. aut qui aliter. §. ſ. infrà. quod vi aut clam.*

dominus eſt abſens, & non reperitur [1]. Ex quo & illud expeditum eſt, vniuerſitatem & numerum non rectè euocari per denuntiationem ſyndico factam, ſed ipſi capitulo & vniuerſitati teſtatio eſt exponenda [2]. Sic præſentatio mandati apoſtolici non cum ratione fit ſyndico, nec ex eiuſmodi nuntiatione capitulum obligatur mandato, aut afficitur præbenda, eo caſu quo affici poſſet: ſed ij qui numero præſunt, adeundi ſunt, vt conuocent ſodalitiũ, & ſic frequenti concione fiet præſentatio mandati [3]. ſufficit tamen denuntiationem fieri rectoribus, & iis qui principes ſunt in numero [4]: quod & Felinus & Archidiaconus probant [5]. Et ſicut diximus non conſtitui in mala-fide dominum per denũtiationem factam procuratori vel ſeruo, ita nec in mora conſtitui eum æquitatem habet [6].

§. MORTE. Societatem mortalitate vnius ſocij diſſolui, etiam ſi inter multos ſit inita manifeſtum eſt, vt hîc: tamen poſt mortem actio pro ſocio durat [7]: & hæredi accommodatur, licet ſocius non ſit. Sic ſocietas quo-ad inchoata etiam ad hæredes tranſit [8]. Sic & ratione rei quæ communis eſt, quicquid quæritur ex ea etiam mortuo ſocio, in commune ferendum eſt, per hunc textum. & ita exiſtimo intelligendum quod ſupra ead. lege relatum eſt [9].

SI VNVS EX SOCIIS. L. LXVII.

PERTINET ad ea quæ ponuntur in l. verum eſt. §. ſi cùm in tres. ſupra eo.

NEMO EX SOCIIS. L. LXVIII.

IN fiſco ſpeciali iure placuit, vt rem communem ſibi & alteri inſolidum vendere poſſit [10]: idem eſt in re fiſco & aliis obligata, vt totam poſſit diſtrahere, dummodo reſiduum aliis creditoribus reſtituat [11]. In priuatis autem ſociis magis eſt, vt nullus plus ſua parte diſtrahere queat, per hunc text. aut obligare [12]: nam inter ſocios potior conditio prohibentis eſt [13]. quam tamen rem ſic exaudimus, vt in rebus venalibus non habeat locum, quas pro ſolido vnus ex ſociis vendere poteſt: nam ſocius alteri ſocio videtur mandaſſe talium rerum diſtractionem, & contractum [14]. Item iſta lex intelligitur in rebus iam ſocietati quæſitis, vt ab vno vendi non poſſint niſi pro ſua parte: ſin autem res per vnum empta nondum ſocietati eſſet illata, vt non quæritur alteri ſocio, ita is qui emit poterit eam in ſolidum vendere [15]. Huc pertinet quòd ſocius etiam prohibente ſocio domum poteſt locare, cùm pro parte ſua bene & commodè locatio fieri non poſſit [16], tum quod ad eum vſum res eſt deſtinata [17].

DVO SOCIETATEM. L. LXXI

EX hoc textu ſatis manifeſtum eſt, quod & ſuprà retulimus [18], cùm contractui adiicitur pœnalis ſtipulatio, verbi gratia: *Si hoc non ſit factum, pœnam dare ſpondes*, non tamen nouari primum contractum, ſed integrum erit ex eo agi, vel ex pœnæ ſtipulatione, vt tamen alterutro ſit contentus actor [19].

Side notes (right margin):

Vniuerſitas euocari nõ dicitur, ſi denuntietur ſyndico tantùm.

Mors dirimit ſocietatem.

Socius rem niſi pro parte ſua non diſtrahit.

Per ſtipulationem pœnalem prior cõtractus non nouatur.

Notes (left margin):

1 l. iij. de procur. C. & ibi Bar. & l. iij. de alimen. & cib. leg. inf. glo. in cauſam. de dolo & cont. & ibi Pan.

2 glo. in l. non poteſt dolo. de regul. iur. ibi Bar.

3 glo. in ver. factam. in c. ſi capitulo. de conceſ. præ. lib. vi.

4 l. municipes. de cond. & demonſt. per l. omnes. §. hoc nihilo. de epiſ. et cle.

5 Feli. in c. 1. de maio. & obed. Archid. in c. commeſſationes. 44. diſtinct. Guid. pap. q. cccxxj. in deciſio.

6 l. mora. ver. ſufficit. de vſur. inf.

7 l. verum. §. quod in hærede. ſup. eo.

8 l. hæres ſocij. ſup. eo.

9 in §. ſi in rem.

10 l. ij. de comm. rer. aliena. C.

11 l. res quæ. §. ij. inf. de iure fiſci.

12 l. iij. §. [illegible] inf. qui potior.

13 l. Sabinus. ſup. cõmu. diuid. l. vnus. de ſeruit. vrba. ſuprà.

14 argu. totius. titu. de inſtit. & exercit. & Bald. hîc. & in Rubr. C. pro ſocio.

15 l. ſi ſocius. & ibi noto. ſi cert. petat. l. ſi quis ſocietatem. inf. eo.

16 l. hæredes. §. ſi vnus. fami. hercis. Bar. in l. hac. diſtinctio. §. ſi. locat. inf.

17 l. arboribus. §. manis. et ibi gl. de vſufr. Bal. et in l. 1. col. ij. & ibi Paul. de caſt. qui teſta. fac. poſ.

18 l. ſi quis à ſocio. ſupr. eo.

19 d. l. ſi quis à ſocio. & l. reſcriptum §. ſi pacto. de pact. l. prædia. de act. emp.

Si quis

SI QVIS SOCIETATEM. L. LXXIIII.

HABES in l.ſi ſocius.ſup.ſi cert.pet.& nonnulla in eandem ſententiam paulò antè diximus [1].

SOCIETATEM. L. LXXVI.

FVERVNT ex recentioribus [2], qui diuiſionem arbitrorũ quæ ferè apud omnes percrebuit,nõ probarẽt,rectiúſq; dici contenderent,vnũ arbitri genus ex iis quæ iure ciuili prodita ſunt extare,quod enim Accurſius Bar.Bal.& cæteri legebant in hoc reſponſo, *Arbitrorum enim genera ſunt duo*: corruptè legi affirmantes,repoſuerunt,*Arbitriorum enim genera ſunt duo*.ſed prior lectio & probabilior eſt, & Florentinis codicibus conſignata.Ex qua id rectè effici poſſe putamus, vt arbitrorũ genera duo cõſtituãtur: quidam enim ex compromiſſo adeuntur,hoc eſt ex pœnæ repromiſsione ſi ſententiæ illorum non ſit paritum. nam niſi compromiſſum interuenerit, ſententiam ferre non coguntur [3]: quod alibi Paulus interpretatur,niſi pœna ſit compromiſſa [4].Si tamen ſtipulatio eſſet ſubiecta arbitrio,ſententiæ ſcilicet ſtari,id pro pœna fungitur, & ſententiam nihilominus arbitri ferre debebunt [5]. Hi igitur quicquid fuerint arbitrati ſiue æquum,ſiue iniquum, ratũ erit, nec ex iniquitate poterit retractari, vt hoc textu. quod tamen ita ſubaudimus,ſi non id dolo ſtipulantis factum eſt [6]: vel niſi euidens gratia,aut ſordes eorum qui arbitrati ſunt,arguãtur [7]. Alij ſunt arbitri,& hi ſine pœna accipiuntur,& ferè in iis quæ circa contractus addubitantur,interuentores eſſe ſoluent, vulgo arbitratores.quorum ſententia ſi iniquitatem habeat,ad bonum virum temperanda remittitur [8].& hanc ſententiam Alciatus probat [9]. ſed dubitatum eſt intra quod tempus arbitrium ad bonum virum redigi debeat:in quo placet crebrior ſententia,quæ hanc poteſtatem vſque ad triginta annos perducendam eſſe voluit.ea enim officio iudicis competit,in quo niſi triginta annorum præſcriptio admitti non ſolet [10]: quod & Angelus [11],Baldus [12],& Alexander exiſtimant [13]. Planè illud in Gallia lege principali cautum eſt, vt ſine diſtinctione qui ad arbitrum ierunt, etiam non ſoluta pœna ordinarium appellare poſsint: qui ſi ſententiam arbitrorum confirmet,nõ aliâs ſuperiores iudices appellandi poteſtas erit, quàm pœna perſoluta. quod & CVRIAE Pariſienſis decreto continetur [14].Plus etiam dicitur eum contra quem arbitrorum ſententia fuerit à iudice confirmata,à pœnæ depoſitione non abſolui,quāuis ſententiam arbitrorum nullam & inutilem eſſe alleget:& hoc ab eadem CVRIA iudicatum eſſe Ioannes Lucius teſtis eſt [15].

Arbitrorum genera duo.

Arbitratores.

Intra quod tempus arbitrium boni viri petitur.

SI SOCIVS. L. LXXXI.

PERTINET ad poſita in lege,dotis.infrà.de iur.dot.

1 *l.nemo ex ſociis.eo.*
2 *Coraſ.ca.xviij.lib.iiij miſcell.*
3 *l litigatores.§.arbitrũ.ſuprà.de receptis.vt ſentent.dicant.*
4 *l.non diſtinguemus.§.1.de recept.vt ſentent.*
5 *l.diem.§.vlt.ſuprà.illo titul.*
6 *l.ita demum.de recept.vt ſent.*
7 *l.iij.C.de recep.arb.*
8 *vt hic et legibus ſequẽt. l.ſi libertus ita.de oper. lib.c.quintauallis.de iureiuran.ext.*
9 *in l.pe.de p[illegible].C.& l.illa verba.de verb.ſignific.infrà.*
10 *glo.in l.ſicut.de præſcr. xxx.vel xl.annor.C.in ver.perſecutione.& ibi Bar.& alij.*
11 *l.ij.C.de arb.*
12 *in l.vlt.col.vj.de contr.empt.C.*
13 *conſil.95.ad fi.volu.ij.*
14 *menſe.Febr.ann.1522.*
15 *lib.xj.placitorum.titul.de exceptionib.cap.vlt.*

LIBER OCTAVVSDECIMVS PANDECTARVM.

De contrahenda emptione,& de pactis conuentis inter emptorem & venditorem compoſitis,& quæ res vænire non poſſunt.

HAEC VENDITIO. L. VII.

TRACTATVM eſt an ſubſtantia, vel ea quæ contractibus accidunt, poſsint conferri in arbitratum vnius ex contrahentibus, vel extranei:ſed hoc alibi apud Accurſium relatum eſt [1]. Quid in teſtamentis, vide glo. in c.cùm tibi.de teſtam.ext. Planè cùm in vnū ex contrahēbus arbitrium confertur, de arbitrio boni viri res intelligitur [2]:& ſi noluerit pars arbitrari, pro impleto contractus habebitur [3]:quod non admittitur, ſi in extraneum arbitrādi poteſtas reiiciatur : ab eius enim perſona non receditur [4]. Poteſt & aliud hîc tractari, quando poteſtas arbitrandi finiatur:in quo ferè diſtinguitur, vt cùm tertio illa facultas competit, finiatur anno [5]:ſi verò vni ex contrahētibus, melius eſt rem ita conſtituere, vt poſt ſexaginta dies concludatur [6]. quod habet locum in ſubſtantialibus. ſi autem arbitrium circa adminicula contractus verſetur, quamprimum arbitrari pars debebit:aliâs quaſi impleta conditio videbitur, per hunc textum. quod & Bartolus aſſentitur [7].

Arbitrium an de bono viro intelligatur.

Arbitrandi facultas quando pereat.

NEC EMPTIO. L. VIII.

BENIGNE opinor in hac lege diſtinctio Bartoli [8] admittenda eſt, vt cùm quis emit rem futuram, fructus videlicet qui naſcentur, vel piſces qui capientur, nullis captis fructibus & piſcibus, nullam venditionem contrahi; ſine re enim venditio non eſt [9]. nec illi ſpeciei rectè hæc comparabitur, cùm ſcilicet ad ſpem verba referuntur. finge enim me emiſſe iactum retis:hîc enim nullis captis piſcibus, nihilominus venditio valet, per hunc textum [10]. quod rationem habet : niſi qui hanc vendit ſpem, certior & ſciens nihil omnino ſequuturum, contraxiſſet [11].

Spes emitur & loco rei eſt.

IN VENDITIONIBVS. L. IX.

HABES legem bene claram, ex qua illud efficitur, vt quia conſenſu contractus continetur [12], diſſenſu quoque inutilis fiat. quod ita accipimus, ſi in ſubſtantialibus contractus diſſenſus eſt & error, puta in cauſa dominii, nempe cum ignoranti res ſua venditur [13], & in pretio, in ſexu, in materia [14]: quanquam & illud placeat, errorem in materia non efficere inutiles cōtractus lucratiuos, vt ſtipulationem [15] : ſed nec pignoris datio errore materiæ fit nulla [16]. vt & anteà ſuo loco adſcripſimus [17]. Cùm autem in nomine tantùm erratur, ſed de corpore conſtat, valet contractus [18]; idem ſi in qualitate [19], & acceſſorio [20]. In iudiciis verò, non omnino diſſenſus inutile iudicium facit, ſed ea interpretatio accipienda erit quæ acto

Diſſenſum an conuellat venditionem.

Error in iudicii an noceat.

1 *l. in vendentis. & ibi Bal. fusè. de cont. empt.*
2 *l. creditor. §. Lucius. & ibi ſcripſi. ſuprà. mād.*
3 *per hunc tex. Iac. de Aren. in re ciuili. de cond. & demoſt. inf.*
4 *l. ſi arbitratu. infrà. de verb. oblig. & Bar. hic.*
5 *l. iij. §. ſed et ſi quis. C. comm. de leg.*
6 *l. quod ſi nolit. §. ſi quis ita. de adil. ed.*
7 *in l. ſi quis arbitratu. de verb. oblig.*
8 *in l. qui iactū. inf. de act. emp. & fuſius in l. cotē. §. vlt. inf. de public. et. in l. cùm hæreditatem. de hær. vel act. vend.*
9 *per hunc tex.*
10 *in verb. aliquando. & l. quod ſi in venditione. inf. de hær. vel act. vēd. l. emptorem. §. vlt. de act. emp.*
11 *l. hoc autem. de hær. vel act. vend.*
12 *in l. omnibus rebus. de act. & oblig.*
13 *l. etſi. §. inf. eo.*
14 *per hunc tex. & l. in omnibus negotiis. de act. & oblig. l. ſi ego. ſi cert. pet. vbi noto.*
15 *l. ſi quod aurum. inf. de verb. oblig.*
16 *l. 1. in fi. de pig. act.*
17 *d. l. 1. de pig. act.*
18 *vt hic. & l. ſi quis in fundi. de leg. 1.*
19 *l. alioquin. inf. eo.*
20 *l. ſi in emptione. in prin. inf. eo.*

actori fauet, ſi in initio cauſæ error verſetur [1], ſi in exitu, reo fauendum erit [2]: ſecundum ea quæ fuſius relata ſunt in l. de die.ſuprà qui ſat.cog.

IN HVIVSMODI. L. XII.

DE Diſſenſu & conſenſu lege ſuperiore dictum eſt. Huc autem & alia incurrit quæſtio, an diſſenſus vel conſenſus eius cui acquiritur, ſpectari debeat, an verò eius qui cõtrahit: quod magis eſt. Sic cùm donatur ſeruo cauſa mortis, mors ſerui inſpicitur, non domini [3]. Ideóque ad præſcribendum, bona-fides domini non ſpectatur, ſed procuratoris aut ſerui qui contraxit [4]. quod exiſtimo toties eſſe verum, quoties contractus domini mãdato non eſt geſtus: ſi enim eius mandato res acta eſt, ſcientiam aut ignorantiam ex illius perſona metiemur [5]: quem ſenſum lex ſequens videtur habere: ſic & aptè dicitur, domini ſcientiam inſpici ſi contraxit: nec ſi ſeruus aut procurator ad tradendam poſſeſſionem aut fines demonſtrandos ſit datus, ideo nocebit domino, ſi ampliores fines quàm ſenſerat dominus, demonſtraſſe arguatur [6].

Sciendam aut malam fidem ex procuratoris perſona metimur.

QVOD VENDIDI. L. XVIIII.

NON Solet dominium rerum venditarum ad emptorem tranſire, niſi pretium ſoluerit, aut alio modo ſatisfecerit, vel ei fides pretij habeatur [7]. quæ ſententia ad omnes contractus generalis eſt [8]. vnde nec colonus fructus facit ſuos, niſi ſoluta domino penſione, aut aliter ſatisfactione factà [9]. ſed tamen in locatione ſubſiſto: videtur enim colonus fructus ſuos facere etiam non ſoluta penſione. nam ſi tenentur pignori domino rei pro penſione [10], conſequens eſſe videtur, eos non eſſe domini: cùm rei ſuæ pignus eſſe non poſſit [11]. Sed hoc non mutat quod generaliter definimus. nam venditor ante perſolutum pretium retinet rem loco pignoris [12], & tamẽ adhuc res ſua eſt, cùm emptor nõ ſatisfecerit [13]. Et eius quod dicimus in locatione fructus ad conductoris dominium non tranſire, donec penſionem intulerit, magnum argumentũ quod alibi Labeo notat, fructuum furto ablatorum nomine condictionem domino non colono applicari [14]: quaſi velit domini fructus rei locatæ eſſe: ſoli enim domino condictio furtiua datur [15]. planè fides in dubiis habita præſumitur [16]: quod non admittimus in rebus quæ niſi præſente pecunia, vendi non ſolent, vt accidit in iis quæ ad nũdinas comportantur [17]: aut quoties res venditur homini peregrino: tunc enim res venditoris manet, adeo vt illi vindicatio rectè applicetur [18]. Et vide quod relatum eſt in l.procuratoris.§.planè.de tribut. Item an procurator fidem habere poſſit de pretio, habes in l.cuicunque.§.ſi ei quem.ſupr.de inſtito.

Dominium nõ tranſit niſi fide habita de pretio.

Fides an præſumatur habita.

LABEO I. L. XXI.

PERTINET Ad poſita in l.veteribus.ſuprà de pact.

HANC LEGEM. L. XXII.

QVAEDAM Sunt quæ ſpecialiter vendi non poſſunt, ea ſi cum vniuerſitate quadam vendantur, vtilis venditio contrahitur, per hũc tex. [19] Sic ius patronatus, quia ſpiritali dicitur annexũ, ſpeciatim vendi non poteſt [20]: ſed cũ vniuerſali

Ius patronatus cum vniuerſitate venditur.

1 l.ſi quis inteẽtione.de iud. l.inter ſtipulantẽ.§. Stichum.de verb.oblig.
2 c.cùm partium.de regu. iur.lib.vj.
3 l.vlt.de dona.cauſ.mor. & fac.l.cùm quidam.§.pe.de acqui.hered.
4 l.eum qui.§.in hac. & ibi Barto.de publicia.in rẽ act.ſup.fa.l.ſequitur.§.Labeo.de vſuc.infrà.
5 l.ij.de litig.infrà.
6 l.ſed ſi communis.§.vl. inf.eod.
7 per hunc text.& §.vendita.de rerũ diuiſ.Inſt. & l.procuratoris.§.planè.vbi noto.ſup.de trib.
8 l.iij.de pig.act.inf. Bart. in l.ij.de rer.permut.
9 tex.& glo.in l.ſi ſeruus communis.§.locaui.& ibi ſuſè Bar.de furt.inf.
10 l.in prædiis.quæ res pig. tacit.oblig.infrà.
11 l.neque pignus.infr.de reg.iur.
12 l.Iulianus.§.offerri.de act.emp.infrà.
13 per hunc tex.& d.§.vẽdita de rer.diuiſ.
14 l.cùm in plures.§.meſſem.locat.infrà.
15 l.j.ſupr.de cond.furt.
16 gl.hîc.& in l.procuratoris.§.planè.de trib.infr.
17 Bal.in l.ſi donationis.C. eod.
18 tex in l.ſi legationis.de iud.& Bal.in d.l.ſi donationis.
19 l.quadam.inf.de acqu. rer.dom.
20 c.quia clerici.de in.pat.

venditione, locatione & publicatione, vendi, locari & publicari rectè dicitur [1]: ſed videamus ne contrà ſit dicendum, ſi ſpecialiter pretium pro iure patronatus ſtatuatur: tunc enim magis eſt vt nec cum vniuerſitate tranſeat [2]. Vnde placuit Panormitano, patronum à iudice profano ſpecialiter patronatu per ſententiam priuari non poſſe: ſed ſi omnia bona publicanda declarat, ius patronotus eandẽ cum reliquis bonis cauſam ſequetur [3]. Et hæc in iure patronatus, quod ſpiritali annexum eſt, recipiuntur. In rebus autem merè ſacris & eccleſiaſticis melius eſt vt nec cum vniuerſitate trãſeant, vt in eccleſia, vel iure decimarum ferè receptum eſt [4]: licet diſtinxerit Hoſtienſis [5].

Ius ſpiritale cum vniuerſitate non venditur.

SI SCIENS. L. XXVI.

HAEC Lex ſatis confirmat opinionem Bartoli [6], qua dicitur prohibitionem alienationis à iudice factam, tranſlationem dominij impedire: quod non tantùm verum eſt cùm interdictio ſit prodigo, luxurioſo, furioſo & iis quibus lege interdici poteſt, vt putauit Baldus [7], ſed & ſi cæteris interdicatur: putà cùm intra tempus deliberationi datum alienatio inhibetur [8]: vel cùm ſeruus à pręſide manumitti prohibetur [9]. Sic & impeditur vſucapio [10]. Sin autem alienatio prohibetur ex pactione, non inhibetur tranſlatio dominij, ſi contrà fiat: nam is cuius cauſa alienatio eſt prohibita, cõdicet rem [11]; deſiit ergo eſſe ſua, cùm nemo rem ſuã condicat præterquam à fure [12]. & hoc clarè Scæuola notat [13]. Sed videndum eſt nè aliud ſit dicendum, cùm venditio pactióue prohibetur ab eo qui ius in re habet: tunc enim ſi vendiiur, inutilis vẽditio erit: ergo dominium nõ transferetur. Ideo debitor pactus ne venderet pignus, ſi vendit inutilem contractum efficit, nec creditori nocet [14]. Cùm verò à lege vel teſtatore alienatio prohibetur, an dominij trãſlatio impediatur, retulit Accurſius in l. ea lege. de cond. ob cauſ. dat.

Prohibitio alienationis à iudice facta an impediat dominium trãsferri.

QVI TABERNAS. L. XXXII.

TABERNA Eſt nomen loci, non negotiationis [15]. Ex quo & illud dici poſsit, vendita aut legata taberna, merces in dubio non contineri [16]: nec huic ſimile eſt quod dicitur, obligata taberna, merces quoque obſignatas teneri [17]: nam hoc in pignore dicere rectius eſt, ob modicum præiudicũ: quę ratio in venditione aut legato ceſſat [18]. Sic generali pignore bona etiam futura cõprehenduntur [19]: quod in generali venditione, publicatione [20], vel legato [21] non admittimus. Huc annecti poteſt, nomen menſæ [22], item cauponæ ad negotiationem pertinere [23]. Ideóque merces illis nominibus cõtinebuntur, & debita, & credita [24]. An verò legata bibliotheca libri legati cenſeantur, habes in l. librorum. §. ſed ſi bibliothecam. de legat. iij.

Vendita aut obligata taberna an merces contineantur.

Legatũ menſę

CVM IN LEGE. L. XXXIII.

AN In facienda interpretatione, faueatur potius venditori quàm actori, retulimus in l. veteribus. ſupr. de pact.

SI

1 c. ex litteris. de iur. patro.
2 l. ſi ex duobus. §. vlt. cum l. ſeq. de pecul.
3 Panor. in c. cùm laici. de iur. patron.
4 c. querelam. de ſimon. & Innoc. in d. c. ex litteris. vide fuſius Panor. in c. ad quæſtiones. de rer. permut. extr.
5 in d. c. ad quæſtiones.
6 in l. filiusfamilias. §. diui. iij. col. ibi, quæro an præceptum. de leg. iij.
7 in l. ea lege. ad ſi. de cõd. ob cauſ.
8 vt hoc tex. l. diuus. de petit. hæred. ſupr.
9 l. ſeruus hac lege. infr. de manumiſſ.
10 l. qui fundũ. §. qui ſciẽs. pro empt.
11 l. ea lege. de cond. ob cau.
12 l. vlt. vſuf. quemad. cau.
13 in l. ſi ita quis. §. ea lege. de verb. oblig.
14 l. ſi creditor. §. vltim. de diſtr. pig. infr.
15 l. taberna, de fund. inſtr. infrà.
16 d. l. taberna. & per hũc textum.
17 l. cùm tabernam. infr. de pignor.
18 vt per Bar. in d. l. cùm tabernam.
19 l. vlt. C. quæ res pig. obl. poſſ.
20 l. ſi mandauero. §. is cuius. ſup. m and. & c. felicis. §. verũ. de pœnis. lib. vj. Bar. in l. fin. C. de pact.
21 l. vlt. §. j. de leg. ij. & l. ſi ita. de aur. & arg. leg.
22 l. cùm pater. § menſæ. de leg. ij.
23 l. taberna. de fundo inſtru. infrà.
24 d. § menſæ. & ibi Bar.

SI IN EMPTIONE. L. XXXIIII.

Inſpiciturquod principale eſt.

DE Diſſenſu in contractum incurrente, habes in l. in venditionibus. ſupra eo. Et an interpretatio ea accipienda ſit quæ emptori fauet, an quæ venditori, ponitur in l. veteribus. de pact. Hîc autem notari ſolet ſemper inſpici quod principale eſt, licet quod accedit ſit maioris valoris [1]. Ideo cum permuto librum meum cum tuo, & adiicitur aliqua pecunia ex mea parte, erit permutatio, cùm illa principaliter contrahatur, licet pecunia forſan ſit maior quàm res [2]. Sinautem principaliter ematur, erit emptio, licet aliqua pars permutationem ſapiat [3].

QVOD SAEPE. L. XXXV.

§. ILLVD CONSTAT. Huc pertinent ea quæ ponuntur in l. hæc vẽditio. ſup. eo. Et quod hîc relatum eſt, pretium & quæ ſubſtantię contractus ſunt, ſi ad vnius partis arbitrium referantur, imperfectam efficere venditionem, non habet locum in contractu dotis [4]: ſed nihilominus dos arbitrio boni viri ſtatuetur [5]: quod & alibi dictum eſt [6]. Et quod attinet ad §. *in iis quæ*. hic textus valde nobilis eſt & planus: ex quo apparet, quoties vinum vel quid aliud venditur ad menſurã, aut pondus, aut numerum, toties dici imperfectam venditionem, donec quod venditur ſit admẽſum vel appenſum: ideóq; interea periculum venditorem reſpicit [7], niſi forte emptor in mora eſt admetiendi [8]: vel niſi in ſe ſuſcipiat periculum emptor, & emat auerſione [9]. Cùm autẽ vinũ vel aliud quippiam in ſpecie vænit, vt ſi ponas vendi vinũ quod in apotheca vel cella eſt omne: magis eſt vt emptoris ſit periculum ſtatim [10], etiam ante deguſtationem [11]: niſi quid de bonitate vini, vẽditor emptori affirmauerit, vel niſi is ſcierit bonitatem non duraturam [12]. Item ad ea quæ dicimus vendi ad menſuram vel ad ſpeciem, pertinent quæ ponuntur in l. qui fundum. §. qui agrum. infra eodem.

Incertitudo nõ facit inutilem dotis promiſſionem.

In re vendita ad menſuram cuius ſit periculum.

SI QVIS DONATIONIS. L. XXXVIII.

CVM Donationis cauſa minoris res venditur, venditio valet, vt hîc: nec ob hoc in nomẽ donationis tranſit [13]: ideóq; non putarem neceſſariam eſſe inſinuationem. Planè quoties venditioni illa clauſula ſubiicitur, *id quo pluris res eſt, donauit*, ceſſat remedium legis [14], quod venditori decepto vltra dimidiam pretij ſubuenit. quod in venditore ſciente rei valorem non dubitanter intelligit Bartolus [15]: nam ſciens decipi non dicitur. Sinautem ignoraret, per talem clauſulam non cenſetur remittere niſi modicum quiddam [16]. & ſic remedium l. ij. de reſcin. vendit. quod deceptis vltra dimidiam accommodatur, retinebit [17].

Qui ſcienter quod plus eſt donat, non habet remedium l. ij. de reſc. vend. C.

SI DEBITOR. L. XXXVIIII.

§. VERISIMILE. Hic textus difficilis eſt, quem ita explica: vendidit aliquis oleam pendentem, & ſtipulatus eſt pretium, quanta pecunia decem pondo olei quod ibi naſceretur digna eſſent, ſi tantùm quinque pondo olei naſcantur, quæro an emptor poſſit petere decem pondo, an vero quinque tantùm: ſed melius eſt, vt quinque tantùm petat. Idem è diuerſo in perſona venditoris recipiendum eſt:

Litera explicata.

1 *Facit l. ij. §. quod ſi rem. ſup. depoſi. & l. ſi procuratorem. mand.*

2 *vide quæ ponuntur à Bar. & aliis in l. Ariſto de donat.*

3 *l. tenetur. §. j. de action. empt. ſuprà.*

4 *l. cùm poſt. §. gener. & l. quæro. de iur. dot. l. filiæ. de leg. iij.*

5 *d. l. quæro.*

6 *d. §. gener.*

7 *l. cùm conuenit. de peric. & cõm. rei vend. infrà.*

8 *l. ſi per emptorem. de peric. & cõm. rei ven. infr.*

9 *l. ſi quis vina. §. ſi auerſione. de peri. & com. inf.*

10 *l. ſicut. de act. emp. C.*

11 *l. j. & ibi vide gloſ. mag. infr. de peric. & cõm. l. ſi quis vina. §. ex hoc. illo tit.*

12 *l. ſi vina quæ in doliis. inf. de peric. & cõm. rei vend.*

13 *Bal. in rub. C. eo. ibi, duodecimo quæro iij. col.*

14 *l. ij. de reſcin. vend. C. & c. iij. ext. eo.*

15 *in l. ſi quis cùm aliter. de verb. oblig. vlt. col.*

16 *argu. l. ſi libertus ita. de oper. lib. infr.*

17 *Bar. in d. l. ſi quis cùm aliter.*

nempe vt qui fructum oliuæ pendentis vendiderat,& ſtipulatus erat illius nomine decem pondo olei quod ibi naſceretur:ſi ibi quinque tantùm naſcantur,quinque tantùm petat.Sic cùm quis legat decem amphoras vini ex eo quod natum eſſet in tali fundo, ſi quinque tantùm capiantur, nihil amplius debebitur [1] .ſecus eſt,ſi in ſingulos annos ita legaretur, *Decem amphoras lego*:nam ſi minus hoc anno decem amphoris ſit perceptum, ex alijs annis replebitur numerus [2] .quod recipi, cùm quid ſemel præſtandum eſt,non poteſt [3] .Hæc opinione mea omnibus legibus ſatisfaciunt, licet fuſius Bartolus [4] & alij in hoc genere luſerint.

1 *l.cùm certus.de vino & oleo legat.*

2 *l.ex eo vino. de vino & oleo leg.infr.l.legatū. §. 1.de annu.leg. l. Lucius. de alim.& cib.leg.l. Firmio.in prin.infr.quando dies leg.ced.*

3 *per hunc tex.& d.l.cùm certus.*

4 *in l.inter ſtipulantē. §. ſacram.de verb.oblig.*

QVI FVNDVM I. L.XL.

HOC Reſpōſum difficultatem habet: nam membra diſtinctionis videntur conuenire,ſi tu ita legis vt habetur vulgò,& hanc lectionem etiam videmus in Pandectis Florentinis, à qua fortaſſe religio ſit ſeceſſionem facere . ideo ſic res temperabitur, vt multum interſit an ſit actum,vt intra triginta dies emptor fundum metiatur,& domino renunciet,quanto modus agri ſit minor, tunc enim vix eſt, vt renunciatio poſt terminum facta valeat, [5] an verò ſit conuentum , vt intra triginta dies emptor metiatur, & renunciet de modo agri, non autem quanto minor ſit modus,vt in caſu ſuperiore dicitur: hîc enim ſatis erit emptori intra terminum teſtatione cōplexum fuiſſe, minorem modum agri inueniri,licet non renunciet quanto modus ſit minor [6]. Et hæc ſint dicta cùm apponitur terminus ad menſuram faciendam: ſinautem cùm conuentum eſſet vt menſuraretur , terminus non ſit appoſitus, rectius eſt vt intra ſexaginta dies dimenſio fiat [7] .At cùm nihil de menſuratione dictum eſt,vſque ad triginta annos poterit emptor de modo agri querelam perferre [8]:quòd verum eſt etiamſi non eſſet deceptio in dimidia pretij: quia illud remedium legis [9],non habet locum quādo res ad menſurā venditur, nec id obſtat quominus peti poſſit,vt menſura repleatur [10] :quod & Panormitanus probat [11].Sic vſque ad triginta annos error calculi reuocatur [12].Sic dicimus intra triginta annos ſententiam arbitri ad boni viri arbitratū redigi poſſe.[13] Alij volunt in prima parte diſtinctionis appoſitū fuiſſe terminum ad menſurandum & renunciandum:in ſecunda verò tantum terminum ad menſurandum:in quo & Panormitanus fuit [14].Sed hoc effici ex textu poſſe non intelligo.

Litera explicata.

5 *vt in tex.ibi,nam ſi ita.*

6 *in text. ibi,ſed ſi ita.vt Bar.& Bal.hîc.*

7 *l.quòd ſi nolit.§. pen.de ædili.edict.infr.*

8 *l.ſicut.de præſc.xxx.vel xl.ann.C.*

9 *l.ij.de reſcind.vend . C. & c.iij. & c . cùm cauſam.de emptio.& vend. extr.*

10 *c.per tuas.& ibi glo. de donat.*

11 *in d.c.per tuas.*

12 *l.j.de error.calc.fac. l. ſi ſeruū.§.1.& l.tenetur. de act.empt.*

13 *notat.in l. ſocietatem.§. arbitrorū.pro ſocio.ſupr.*

14 *d.c.per tuas.*

De minore agri modo vſq; ad xxx. annos querela perfertur.

§. QVI AGRVM. Hîc & alia quæſtio eſt,cùm venditur fundus tot iugerum, an ſi plura iugera reperiantur , emptori cedant,an vēditori:In quo præclarum eſt quod Oldradus [15], Baldus,[16] Panor.[17] & omnes ferè dixerunt. cùm enim pretium formatur à mēſura, & ab ea contractus incipit,vt, *vendo tibi decē iugera*, & in ſingula iugera certū pretiū promittitur, facile quiuis dixerit quod ſupereſt ad venditorem redire [18]: & quod deeſt debere ſuppleri à venditore [19]. Sin verò contractus incipit à ſpecie,licet demonſtratiuè aliqua mentio de modo agri fiat,finge forſan vendere me tibi fundum centum iugera continentem ; rationem habet, vt licet plura iugera quàm centum reperiantur , ea nihilominus cedant emptori

Re vendita ad modum,an debeat ſuppleri modus qui deficit.

15 *conſ.cexxxij.*

16 *in rubr.C.eod.xxij.q.*

17 *in c.per tuas . de donat. extr.*

18 *per hūc tex.& l.ſi duorum.de act.empt. infrà.*

19 *l.tenetur . infr . de act. empt . & c. per tuas.de empt.extr.*

ptori [1], nec is ad augendum pretium tenebitur: falſa enim demonſtratio finium fuit, quæ non nocet [2], quod & alibi videtur Paulus Caſtr. eſſe complexus, quem vide [3]. Et hoc ferè in locatione Paulus apud Labeonem refert [4]. Qui enim nauem pro duobus millibus modiorum vehendis conducit, magis eſt vt pro eo modiorum numero mercedem debeat, quem naui impoſuerit: in modo enim, id quod in contractu præcipuum eſt, confidit. contra eſt, ſi ſimpliciter, aut auerſione nauem conduxerit, quæ duorum millium modiorum ſit capax: nam pro duobus millibus mercedem præſtabit [5].

Locatio ſub modo.

1 *l. qui fundum. infrà de euict.*
2 *l. falſa. de cōd. & demō.*
3 *in l. ſi ſeruum. §. vlti. de act. emp.*
4 *in l. vlt. §. vlti. ſuprà ad leg. Rhod. de iact.*
5 *d. l. vlt. ad leg. Rhod.*

Ea qvae commendandi. L. XLIII.

AN quæ dicuntur à venditore vt rem venditam commendet, ſint ab ipſo præſtanda, alibi breuiter apud Accurſium relatum eſt [6]: & aliquid etiam infrà dicemus [7].

6 *l. quod venditor. ſuprà de dolo.*
7 *l. j. de ædil. edict.*

Non licet. L. XLVI.

AN magiſtratus conſtante officio contrahere poſsint, ex iis quæ ſuprà relata ſunt [8], apparet.

8 *l. principalibus. ſi cer. pe.*

Senatvs. L. LII.

SENATVI placere ne quis domum dirueret, vt plus ſibi acquireretur: neve negotiandi cauſa ex ea quid venderet, pœna in emptorem dicta dupli eius quanti emiſſet: in venditorem, vt irrita venditio ſit. Ex quo illud proficiſcitur, annullationem actus, pœnam eſſe [9]. Sed hoc impropriè: nam propriè pœna dici non poteſt ex Innocentio [10]. Hinc effici poſſe exiſtimo, iudicem bene & ex ordine facere, ſi eum qui contra ius contraxerit, mulctam inferre cogat, & contractum irritum declaret: adeo vt nec hoc obtētu dici poſsit: duas pœnas vnius commiſsi nomine infligere: nam annullatio actus pro pœna non fungitur, vt dixi. aliàs autem iudici non eſt concedendum duplici pœna quem afficere [11]. vnde eum qui contumax eſt, non poteſt multare, & contra eum poſſeſsionem bonorum decernere [12]: at poteſt illum multare, & nihilominus cauſam peragere, ſi lis cōteſtata eſt [13]: nam in cauſa procedere in pœna non eſt [14].

Annullatio actus an ſit pœna.

Duplex pœna non infligitur.

9 *ſ. c. c. ſi religioſus. in ſin. prin. de elect. lib. vj.*
10 *in c. ſi verè. de ſen. excō. extra.*
11 *l. ſenatus. de acen. infr.*
12 *ca. quoniam frequenter. §. vl. vt lit. non cōt. extr.*
13 *ca. accedens. §. vt lit. non conteſta.*
14 *Panor. in d. c. quoniam. §. vlt.*

Arboribvs. L. LVIII.

NON eſt nouum, vt in contractibus nominatis ad reſoluendum contractum actio accommodetur, quando ſub modo contractum eſt, ſine quo alia pars non fuit contractura [15]. Quod regulariter non admittitur [16]. & hoc aliàs adſcripſimus [17]. Sic cum ratione dicitur, vt emptio fundi reſoluatur petente emptore, ſi arbores quarum gratia acceſsit ad contractum, ſint deiectæ, vel exuſtæ, per hunc textum.

Nominatus contractus reſoluitur interdum.

15 *l. cùm te. de pactis. inter empt. & vend. C.*
16 *l. inciuile. de rei vind. C.*
17 *in l. in commodato. § ſicut. ſuprà commod.*

Qvi officii. L. LXII.

PRINCIPIVM pertinet ad quæſtionem qua quæritur, magiſtratus an contrahere poſsit, ſed hoc aliàs [18]. Quod autem hîc dicitur de re aduerſione empta, annotauit Budæus *auerſione* legendum eſſe: quod tunc fieri creditur, cùm emptor periculum omne in ſe ſuſcipit, & vēditor in illum omne dam-

Vendere auerſione.

18 *l. principalibus. ſuprà ſi cert. pet.*

num à ſe auertit [1]. & huc iunge quæ aliâs in eandem ſententiam explicata ſunt [2].

FVNDVS ILLE. L. LXIIII.

QVI ſibi & Titio emit fundum, quia Titio non potuit acquirere, ſibi inſolidum videtur emiſſe [3]. nam venditoris ſiue promiſſoris intereſt rem totam emi, non partem. Ex quo generaliter quæri ſolet, an in cõtractibus ſit locus iuri accreſcendi: quod non admittimus [4]: niſi in caſu huius legis, nempe cùm promiſſoris intereſt: vel niſi in vſufructu [5], & iis quæ diuiſionem non admittunt, vt in ſeruitutibus [6]. quanquam propriè in indiuiduis ius accreſcendi, vel non decreſcendi locum non habeat [7]. res enim magis natura rei, ſolida capi dicitur, quàm iure accreſcẽdi [8]. ſed & in liberalitate principis iuri accreſcendi locus eſt, & quod vnus non ceperit, in alium transſcribitur [9]. Sic ad coniunctionem legalem (vt loquuntur noſtri) ius accreſcendi pertinet [10]. Aliâs nunquam ius accreſcendi in contractibus valet [11]: idque ex ſententia Bartoli [12]. Vnde euenit vt ſi in feudo dato duobus fratribus, vnus ceciderit à parte ſua, pars illa defecta nõ acquiratur alteri, ſed ad dominũ redeat [13]. Cui adiungitur quod aliâs dixi in l. dominus. ſuprà de vſufruc.

In cõtractibus non eſt ius accreſcendi.

IN VENDENDO. L. LXVI.

IN vendendo fundo (inquit lex) quædam niſi dicãtur, non ſunt præſtanda: vnde viam, iter, actum, aquæductum venditor dare nõ tenetur, niſi id nominatim dictum ſit: quod ita verum eſſe intelligimus, ſi penes venditorem nullus alius fundus remaneret per quem acceſſum emptori poſſet præſtare: nam ſi fundum, vel fundi partem retinet, puto eò deueniendum eſſe, vt emptori qui per alium locum acceſſum non habet, viã præſtare ſit cogendus [14], vt ſuprà multis contra alios explicatum eſt [15].

Venditor an viam præſtare emptori debeat.

IMPERATORES. L. LXXI.

QVIBVS menſuris res quæ venditur, menſuretur, inter contrahentes conueniri poteſt, vt hîc: quod ſi actum non eſt, ea menſura erit accipienda, quæ conſuetudine recepta eſt [16]. Sin autem plures menſuræ in vſu eſſe ſolent, minor erit accipienda [17]. Cùm autem falſis menſuris res admenſa eſt, qua actione decepto cautum eſſe poſsit, vide ad ſatietatem apud Accurſium [18].

Quibus menſuris res menſuranda ſit.

PACTA CONVENTA. L. LXXII.

HOC reſponſum difficile eſt, & illud anteà explicauimus [19]. Hîc autem Papinianus ſtatim quærit de pactis conuentis, quæ non ad ſubſtantiam contractuum pertinent, ſed adminicula ſunt illorum: ea ſi poſteà & ex interuallo adiiciuntur, proficiunt ad exceptionem, non ad actionem: & ita ille ipſe pòſt explicat, quod antea ſub verborum inuolucro dixerat, *pacta quæ poſteà facta detrahunt emptioni, contractu contineri*: nam pro iis quæ deciduntur de contractu, exceptio eſſe ſolet [20]: *quæ verò adiiciunt non ineſſe*: hoc eſt, ea pacta non valere ad actionem [21]: nam pro adiectis contractui actio applicari ſolet.

Adminicula contractuum.

1 not. in l. opus. infrà locat.
2 in l. quod ſæpe. §. in iis quæ. ſupra eod.
3 facit l. ſi abſentis. C. ſi cert. pet.
4 l. ſi mihi & Titio. de verbo. obli. §. ſi quis. de inu. ſtipu. Inſtit.
5 l. j. §. vlti. de vſufru. accreſ. ſuprà.
6 l. proprium. cõmu. præd. ſuprà.
7 Ange. in d. l. proprium.
8 l. ſi ita ſcriptum. §. regula. de lib. & poſth. infrà.
9 l. j. ſi liber. imperia. ſoci. lib. x. C.
10 l. j. §. cõmunis. & l. proinde. §. vlt. de ſti. ſer. infr.
11 d. l. ſi mihi & Titio.
12 in l. re coniunctis. vlt. col. de leg. iij.
13 tex. in c. j. §. pe. quib. mo. feud. amit. & in §. vlti. de feud. marcb. vel duc. in vſib. feu. l. Lucius. §. Caio. ad Trebel. Bar. in d. l. ſi mihi & Titio.
14 l. via. §. vl. ſuprà de ſer. ruſt. præd.
15 l. Gaurus. de ſer. vrban. præd.
16 l. quòd ſi nolit. §. quia aſsiduis. infrà de ædil. edict.
17 c. ex parte. de cenſi. extr.
18 in l. arbitrio. §. de eo. ſuprà de dolo.
19 l. iuriſgentium. §. adeo autem. de pactis.
20 l. & hæredi. §. vl. de pac.
21 l. iuriſgentium. §. quinimo. de pact.

let [1]. Pòſt verò [2] Papinianus tentat de pactis quæ ad ſubſtantiam contractus pertinent, vt quæ ad pretium augendum vel diminuendum interponũtur: & ea ſine diſtinctione ad actionem & exceptionem prodeſſe receptum eſt: per illa enim primus contractus renouatur, & nouus celebrari intelligitur: ex quo cur actionem dari non dicamus? Reliqua ſuprà fuſius dicuntur [3].

Pacta quæ ad ſubſtantiã contractus pertinent.

Clavibus. L. LXXIIII.

Traditio clauium an dominium & poſſeſſionem transferat.

CLAVIVM traditio in contractibus ex quibus ferè dominium transferri ſolet, poſſeſsionem transfert, vt hîc [4], & dominium [5]. Quòd ſi non præcederet titulus transferens dominium, ad ſolam cuſtodiam valere dicitur [6]. An autem caupo, vel ſtabularius tradens claues armarij viatori, in quo reponat res inuectas, liberetur à cuſtodia, habes in l. vlt. naut. caup. ſtabula. ſuprà.

Dolia. L. LXXVI.

Ruta cæſa an ſint fundi.

In coæneris abraſio nõ eſt

RVTA cæſa non ſunt ædium aut fundi [7]: nam illorũ nominum appellatione ea tãtùm continentur, quæ erui & cædi à domo poſſunt, ſine domus iactura. Ex quo euenit, vt ea quæ aliâs in rutis cæſis haberentur, ſi deffoſſa ſint, ædium eſſe dicantur, & ad emptorem pertineant, vt hîc: nam in effoſsis & ferruminatione infixis, coraſio non habet locum [8]. Ideo ſeræ, & quæ ad eas pertinent claues, ædibus accedunt [9]. cætera autem inſtrumenta quæ fundo non ſunt iniuncta: fundi non ſunt, nec ad emptorem tranſeunt: niſi fundus venditus aut legatus eſſet cum inſtrumẽto [10]: vel niſi fundus vti eſt, & integro ſtatu venderetur: hîc enim quæ ſunt in fundo, omnia venditione continentur [11].

Titius. L. VLT.

Pactum l. commiſſoriæ in pignoribus.

AN pactum legis cõmiſſoriæ in hypothecis reprobetur, vide quæ ponuntur in l. Titius. ſuprà de pignor. act. Quod autem ad alteram legis partem pertinet, an perſonalis obligatio fundum ſequatur, adiice ea quæ ponuntur in l. his ſolis. de cond. indeb. & in l. iij. §. opus. de alienat. iud. mutand. cau. ſuprà. Hic & alia incurrit quæſtio: an, cùm ſuper aliquo fundo, vel de aliquo fundo penſio, aut quid ſimile præſtandum legatur, fundus pro penſione obligatus maneat: quod nullam dubitationem habet in vltima voluntate: nam omnia bona ſunt pro legato hypothecata [12]. Si autem penſio præſtanda eſt ex contractu, ſubſiſto, ſed melius eſt fundum non eſſe obligatum, quod ex hoc textu clarè impletur: licet Bart. aliter ſentiat [13].

Cum penſio debetur de re aliqua an res ipſa pignorata ſit.

De in diem addictione.

DE in diem addictione non adiectione legendum eſſe recentiores ſatis admonuerunt. atque ita in Pandectis Florentinis legitur.

Qvoties. L. II.

Re auocata per addictioné emtus fine fructus ante capti.

NON fruſtra hîc dicitur, multum intereſſe an in diem addictio faciat contractum conditionalem, an purum. Nam ſi conditionalis venditio eſt, emptor nec fructus ſuos facit, nec vſucapit [14]. Diuerſum dicitur, ſi pura

1 l. ſi vnus. §. pactus. de pactis.
2 ibi, an idem dici.
3 in d. l. iuriſgent. §. adeò. de pact.
4 & l. j. de cri. exp. hær. C. vide Old. conſi. ccvııı.
5 Inn. in c. ij. de fide inſtr.
6 l. cùm pater. §. pater pluribus. de leg. ij.
7 l. in vẽdẽdo. §. ſi. ſup. eo.
8 l. ſi poſſeſ. ſuprà de rei vind.
9 l. fundi. infrà de actione empti. vbi vide alia in textu.
10 l. j. & ij. C. de verb. ſign.
11 l. ij. de bo. vacan. lib. x. C.
12 l. j. C. commu. de lega. & §. ij. Inſti. de leg. gloſſ. & Bart. in l. Lucius. de ali. & cib. le. tex. in l. bac. te nus. de vſufruc. Bar. & Iaſ. & Pau. de Caſtr. in l. cùm ij. §. ſi vni. de trãſ. ſuprà.
13 in l. codicillis. §. inſtituto. de leg. ij.
14 vt infra eod. l. vbi.

eſſet venditio, ſed reſoluenda ſub conditione:nam emptor fru ctus ſuos facit, vt hîc:quod verum eſt cùm ex pacto addictionis in diẽ venditio reſcinditur,& ſic nolẽte emptore:ideóque cùm venditor rem venditam cum facultate redimendi, redimit, fructus ſunt emptoris, quo nolente pactum exerceri poteſt [1], nec in ſortem emptor eos cogetur imputare.quod indiſtinctè ſecundum Abbatem & Guid.pap.rectius dicitur [2]. ſin autẽ eſſet in arbitratu emptoris reſcindere emptionẽ, necne, placuit nullo caſu fructus ad eum pertinere: vt cùm emptor ex ædicto ædilium rem redhibet [3]. Quæ autem verba in addictione in diem efficiant puram emptionem,aut conditionalẽ, habes in textu. In obſcuris autem videtur agi vt ſit pura [4]. ex quo aptè dicitur, pignori datam rem intra diem addictionis, pignoratam eſſe,medio enim tempore dominus eſt [5].

1 c.illo.& ibi Pan. de pig. extrà.
2 Panor.in c.ad noſtram. de emp. Guid.pap.deci. cccccxvj.
3 l.cùm autẽ.§.fi. de ædi. edict.
4 l.ij.§.ſi in diem.infr.pro empto.
5 l.ſi ex duobus. §.vltim. infra codẽ. vbi notatur.

VBI AVTEM. L. IIII.

§.SED ET MARCELLVS.Re in diem addicta,& meliore allata conditione,reſoluitur pignus, quod ab emptore primo in ea eſt contractum, vt hîc. Ex quo efficitur quæſtio, an extincto iure datoris,perimatur quoque ius eius,qui ab eo cauſam habet:in quo talis temperatio valuit, vt toties perimatur ius accipientis,quoties inuito datore ius datoris reſoluitur, vt hîc accidit.nam inuito emptore res ab eo trãsfertur ad illũ qui meliorem conditionem attulerit:ideo pignus interim contractum perit creditori [6]:ſic cùm res ex pacto retrahendi auocatur à venditore,vel ex ſtatuto,quo licet agnatis res à proximis ſuis diſtractas reuocare,pignus interim factum concidit [7]. Secus dicitur ſi ex ementis voluntate reſcinditur emptio: nam quod interim pignus in re creditori creauerit, manebit emptione reſciſſa:vt accidit in redhibitione ex edicto ædilitio [8]. His annectitur quod cùm vaſallus cadit à feudo ob commiſſum aliquod, dicitur reſolui pignus ab eo creatum [9]. Idem eſt ſi volens vaſallus feudum refutauerit [10]. Nec verò feudis ſolet ea diſtinctio adhiberi,quam ſuprà poſuimus;ineſt enim feudis,vt ſine quo onere ad dominum redeant.

Perempto iure concedendis an perimatur ſi accipientis.

Re reuocata ex iure retractus an pignus interea ab emptore factum concidat

6 facit l.lex vectigali.inf. de pign.l.iij.infr. quibus mod.pig.vel hypot.ſo..in j.reſp.l.ſi is cui.§.j.quẽadmo.ſer.amit.
7 glo.& Bar. hic per hunc tex.& d.l.lex vectigali.
8 l.iij.infrà quib.mod.pig. ſol.l.bouẽ.§.pignus.inf. de ædil.edict.vide Bar. in l. in diem. de aqua pluuia.arcen.
9 ca.j.§.rurſus.& gloſſ.in ver.dominum.qui.mod. feud.amit.in vſib.feud.
10 ſecund.Bal.in d.§.rurſus.

SABINVS. L. IX.

EX eo quod Sabinus voluit, licere venditori meliorem conditionem allatam abiicere,& primam cõplecti,ſatis oſtenditur quod aliâs voluit Bart. [11] In licitationibus & auctionibus publicis, per ſecundum offerentem primum non liberari, niſi expreſſe aliud actum eſſet [12]. Sed hoc intellige cùm ſecundus qui plus obtulit non cauet, aut non comparet:nam ſi idoneè ſatisdaret, remanet regula quæ in auctionibus perpetua eſt,vt plus offerenti detur [13].

In auctionibus an ſecundo offerente primus liberetur.

11 in l.licitatio.in prin. inf. de public.
12 vt hoc tex.
13 l.penes.& ibi Bal.& Salic.de vectig.C.

QVOD SI VNO. L. XIII.

Cùm vno pretio res alteri venditur, vna emptio eſt [14], & ſi res ſub pacto addictionis in diem addicta eſt, duo non poſſunt afferenti meliorem conditionẽ partes ſuas addicere, alio tacente:nam emptor non emiſſet rem niſi ſolidam, vt hîc. Ex quo eleganter dici poteſt, cùm duo vendunt rem vno pretio, ea lege vt poſſint intra tempus eam redimere oblato pretio, non poſſe vnum ex pacto partem redimere alio tacente, per hunc

Duobus vendentibus ſub pacto redimendi an ſit liberũ vni pro parte redimere.

14 l. plerunque. & l. cùm eiuſdẽ.inf.de ædil. edi.

per hunc tex [1].& hoc Bartolus [2] & Bald.[3] probant ſed ſi ſolidam rem ex pacto perſequatur, audietur, & ita CVRIA Pariſienſis iudicauit [4]. Et hoc intelligimus habere locum, quoties ex pacto conuento & cõtractus lege, rem redimit: ſinautem ex duobus venditoribus vnus reſtitutionem petit, alio tacente, vel quia nolebat, vel quia non poterat reſtitui, audietur. quod & Placito CVR. Pariſieſ. continetur [5]. Sed & huc deueniendum erit, vt ſi emptor à toto contractu diſcedi deſyderet, mos ei geratur, & omnino contractus inutilis declaretur [6].

1 *fac. l. quod ſi nolit. §. ſi plures. de ædilit. edic. l. cui vſusfructus. inf. de vſuf. lega.*
2 *in l. ſi quis aliã. per ill. tex. de ſolut. & d. l. cui vſusfructus.*
3 *in l. ij. de pact. int. emp. à vend. C.*
4 *xj. calen. Maij, anno 1548. facit. l. com. diuid. §. ſi debitor. ſup. cõmuni diuidund.*
5 *ann. 1549. in mẽſe Febr.*
6 *l. tutor. §. j. de minor.*

SI PRAEDIO. L. XV.

ILLVD incunctabile eſt, non poſſe afferri meliorem cõditionem iacente hæreditate venditoris: ſed intra diem addictionis ſi hæres exiſtat, ei melior conditio afferri poterit. Ex quo intelligitur in contractibus facultatem implendi conditionem ad hæredẽ tranſire, quod in conditione quæ ex caſu & fortuna pendet, ſatis conſtat [7]. In cõditione autẽ quæ in cuiuſq; facultate eſt, ferè placuit hãc nõ trãſire ad heredes [8]: niſi quoties qui obligatur ex conditionis implemento, aliquid accepit vt obligaretur, vt hoc textu [9]. Nec ignoro fuiſſe aliquos [10], qui ſine diſtinctione facultatẽ impledæ cõditionis hæredi detulerint. Sed mihi prior opinio probabilior eſt. nec multũ facit quod ex Vlp. [11] citant, eũ qui iuſſus eſt ab arbitro, dare decẽ, tranſmittere poteſtatem dandi ad hæredem, & ſic hæredem datis decem pœnam euitare: nam in illa ſpecie nulla conditio eſt, tantùm illud remanet, an hęres poſsit numerare ſummam, quam defunctus ex ſententia arbitri inferre iuſſus erat.

In cõtractibus an hæredi implendæ conditionis ſit facultas.

7 *l. ſi quis ſi Titius. de verb. in oblig. l. ij. §. ſi pecuniam. inf. de donat.*
8 *l. ſi x. cum petiero. inſ. de ver. oblig. l. qui Romæ. §. Agerius. illo titu. & ibi Bar. & alij.*
9 *& l. neceſſario. ver. ij. de peric. & cõmod. rei vend. l. ij. de pact. inter empt. & vend. C.*
10 *Duarenum in tracta. Scæuola.*
11 *in l. diem. §. j. de arbi. infrà.*

De lege commiſſoria.

SI FVNDVS. L. I.

IN pignoribus an hoc pactum poſsit exerceri ſuprà retulimus [12]. In venditionibus autem frequens & creber eſt. Si igitur ad diem pecunia ab emptore non eſt ſoluta, ipſo iure res redit ad venditorem, atque ſi nunquam emptori tradita fuiſſet: illiúſq; nomine venditor poterit vindicationẽ intendere [13]. & ſic iſto caſu traditione opus nõ eſt: nam ſine ea venditor recipit dominium [14]. quod intellectum habet, ſi in ipſa venditione appoſitum eſt pactum, at ſi ex interuallo contrà [15]. Vt autem emptor incidat in hoc pactum, non requiritur vt interpelletur, ſed offerre debet [16].

Lex cõmiſſoria ipſo iure emptionem nullem facit.

12 *in l. Titius. de pign. act.*
13 *l. ſi. inf. eo. l. cõmiſſoria. de pact. inter empt. C.*
14 *glo. in l. commiſſoriæ. d. & ibi Paul. de caſt.*
15 *glo. in l. ab emptione. de pactis.*
16 *l. ſi fundus. ad ſi. inſ. eo.*

POST DIEM. L. VII.

HVNC tex. repete ex his quæ poſita ſunt in l. Aemylius. de minor.

MVLIER. L. VLT.

LEX iſta manifeſta eſt. Ex qua & illud proficiſcitur, poſſe fieri proteſtationem debitori ne ſoluat creditori: quæ nuntiatio valet, ſi à publica perſona, & iudicis authoritate fiat [17]. priuatus enim ſua authoritate hoc non poteſt exequi [18]. Item nonnullæ ſunt cauſæ, in quibus talis teſtatio non impedit quo minus ſolutio creditori à debitore fiat: vt in redditione depoſiti, ſolutione pẽſionis ab inquilino, vel præſtatione ſalarij [19].

Poteſt fieri proteſtatio debitori ne creditori ſoluat.

17 *vt hic. facit. tex. in l. hæres. inſ. ad Trebell. l. Papinianus. de publicia. ſuprà l. vtrum. de cõſtit per Bar.*
18 *ſecund. Bar. & Bal. hic.*
19 *Auth. ſed iã cautum depoſit.*

De hæreditate vel actione vendita.

VENDITOR. L. I. §. I.

VENDITA hæreditate, ea quãtitas ſpectatur quę fuit venditionis, nõ ea quę fuit mortis, aut aditæ hæreditatis tempore. ſed nec tẽpus poſterius inſpicitur. Ideóq; ſi qui erat inſtitutus, & impuberi ſubſtitutus hęreditatem vendiderit, non cenſetur vendere ius ſubſtitutionis: eſt enim prorſus alia hæreditas. præterea ſubſtitutio reſpicit perſonã, non rẽ: ideóq; venit ad eũ, à quo vt ab indigno ablata erat hęreditas [1]: non ratione portionis, quã nullã habet, ſed perſonæ ſuæ. Sic ius ſubſtitutionis ad hæredes non pertinet: perſonã enim reſpicit [2]. vtrunq; in iure accreſcendi ſecus valuit: nam id nõ datur ei qui tanquã indignus partẽ ſuã amiſit, vel alio modo reſtituere rogatus eſt [3]. Item ad hæredes tanſit, ob portionẽ quæ defuncto acceſſerat [4]: cùm id portionẽ ſequatur. Quòd autẽ pertinet ad §. *ſolet*, adiunge ea quæ dicta ſunt in l. qui proprio. §. procurator. de procuratorib. ſup. Et quod dicitur, hæredẽ qui nõ debitũ exegit, non cogi reſtituere emptori, intellige de eo indebito quod penitus non debetur: nã naturale debitũ tãtùm, tenetur emptori reddere, ſi exegit [5].

Vendita hæreditate ius ſubſtitutionis non venit.

SI NOMEN. L. IIII.

CVM quis accipit fideiuſſorẽ qui non eſt ſoluẽdo, vel recipit nomẽ in ſolutũ, cuius debitor locuples nõ eſt, præiudicat ſibi, nec alios fideiuſſores, aut aliud nomen petere poterit per hũc tex. [6] nec de euictione aget [7]. ſed ſi dolus interuenerit, propter dolũ aget [8]. Nã periculũ nominis ceſsionariũ reſpicit, nõ cedentẽ [9]. quod opinor rationẽ habet, ſiue ignorãs, ſiue ſciẽs ceſsionẽ receperit ceſsionarius [10]: debuit enim qualitatẽ nominis expẽdere & diſquirere [11]. tamẽ æquitatẽ habet, vt ſi deceptus fuerit qui ceſsionẽ recepit, & probabili errore inductus putarit debitorem delegatũ, aut fideiuſſorẽ datũ ſoluẽdo eſſe, agat ad id quod intereſt [12]: quod & Paulus de caſt. probat [13]. Aliud ſtatuitur in eo qui fideiuſſorẽ recepit, qui non erat idoneus ad fideiubẽdum, non ob inopiã, ſed alia qua cauſa: is enim etiam ſi ſcienter receperit, poterit alium petere: & hîc eſt verè ſenſus, l. iij. de fideiuſſ. ſi primã partẽ cum nouiſsima conferas [14]. Nec mutare arbitror, quod dicitur de eo qui rem alienam ſcienter emit, vt non habeat authoritatem [15]: quia in illa ſpecie venditori ſatis eſt tradidiſſe etiam rem alienam, cum ad dominij translationem iure non obligetur [16]: at in iſto caſu tenebatur aliquis ad dandum fideiuſſorem, quem ſi dederit non idoneum, non videtur dediſſe [17].

Periculum nominis ceſsi ceſsionarij eſt.

CVM HAEREDITATEM. L. VII. CVM LL. SEQ.

VIDE quæ ponuntur in l. nec emptio. ſup. de cont. emp.

VENDITOR EX HAEREDITATE L. XXI.

HAEC lex paulò obſcurior eſt, ideo ſic eã potes explicare. Hęreditatẽ tibi vẽdidi interpoſita ſtipulatione, me tibi omnia quæ ex hæreditate erũt, reſtituturũ: ſi alij rẽ ſingularẽ ex hęreditate vẽdo, an pretiũ tibi, an rẽ debeã, quæſtio nis eſt: cui talis diſtinctio accõmodatur, vt ſi prius vẽdiderim rẽ quàm hæreditatẽ, tibi ego pretij nomine ſim obligatus: nã vẽdita hęreditate

Vẽditor hæreditatis ad quid teneatur emptori ſi rem ex hæreditate diſtraxerit.

venit

1 l. ex facto. §. vlt. de vulg. & pup. inf.
2 l. ſi ex pluribus. de ſuis & leg. inf. l. qui plures. & l. ſi plures. de vulg. et pup. ſubſt. inf.
3 l. ſi totam. de acq. hæred.
4 d. l. ſi ex pluribus.
5 l. ſi hæredi. ad Treb. inf.
6 & l. inter cauſas. §. abeſſe. ſup. mãd. l. iij. §. plane. de fideiuſſ. l. promittendo. §. ſi debitorẽ. inf. de iur. dot.
7 l. cum ea. §. vlt. inf. de euict.
8 l. ſi plus. §. vlt. de euict. infrà.
9 l. pupilli. §. ſoror. inf. de ſolut.
10 glo. in d. l. iij. de fideiuſ.
11 l. qui cum alio. de reg. iur. inf.
12 l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. inf. ſolut. matr. l. ſi Titius. de fideiuſſ. infr.
13 in d. l. iij. de fideiuſſo. fac. tex. cum glo. in l. ſi quis affirmauerit. et ibi Bal. de dolo.
14 fac. l. j. et ibi Bal. ſi quis in ius voc. non ierit.
15 l. ſi fundũ. C. de euict.
16 l. emptorẽ. de act. emp.
17 Paul. de caſt. in d. l. iij. de fideiuſſ. tex. in l. quoties. qui ſatiſd. cog.

venit quod erat tempore venditionis, nec tempus mortis, aut aditæ hæreditatis ſpectatur [1]: & res talis qualis eſt vendi dicitur [2]. Si autem prius vendidi hæreditatem, poſteà verò rem ſingularem: rem quidem debeo: ſed cum deſierim eam poſſe præſtare, quia alienaui, pretiũ loco rei fungetur. quod in vniuerſalibus generale eſt, vt pretium loco rei ſuccedat [3]. de quo aliâs à nobis fuſius [4]. Nam qui hæreditatem vendidit, ſi quid poſtea in hæreditate gerit, videtur nomine ementis gerere, ſicque deberetur pretium rei venditæ ementi hæreditatem, vt hoc textu [5]. Diuerſum placuit cum res ſingularis vni vendita & non tradita, alteri venditur & traditur: nam vt poſterior potior eſt in re [6], ita nec pretiũ priori debebitur: nec enim admittitur, vt in ſingularibus pretiũ loco rei fungatur [7]. Tertius eſt caſus, cùm rem meam quam tamen alius poſsidebat, vendo tibi, ſi rem iudicio perſecutus auſero, ad eam tibi obligari me certum eſt, vt tradam [8]: ſi æſtimationem, ad rem nihilominus teneor, nõ ad ęſtimationẽ aut aliam quamlibet pœnã, quam iudicio coraſi [9]. Licet enim pœna quæ rei tuæ occaſione profecta eſt, tibi ſit reſtituenda [10]: aliud tamẽ eſt ſi occaſione rei non tuæ, ſed tibi debitæ eſſet percepta, vt hîc in textu. Debebo igitur rem, non ęſtimationẽ aut pœnam: niſi rem ſine culpa deſij poſsidere, nam æſtimatio tũc loco rei fungetur [11].

Pœna rei meæ occaſione ablata an mihi reſtituenda.

Si excepto. L. vlt.

HAEC lex habere videtur παράδοξον, ſed eam intellige ſecundum diſtinctionẽ quæ ponitur in l.ij.§.ſi venditor. ſup.eo.

De reſcindenda venditione.

Si qvam rem. L. ii.

HVC applicantur quæ dicta ſunt in l. ab emptione. de pact. ſup. Cum igitur in contractu venditionis res integra eſſe deſinit [12]: nudo conſenſu ab eo diſcedi non poteſt [13]. quod habet locum etiam ſi venditor remanſit in poſſeſsione, ſed conſtituit ſe emptori; nomine poſsidere: nam talis traditio vera dicitur [14]. Quod ſi detur actus qui modo conſenſu perficiatur, vt donatio [15], etiã nudo conſenſu ab eo poterit diſcedi: ſufficit enim actus ſimilis priori ad conuellendũ quod prius contractum eſt [16]: nam prout quidque contractum eſt, ita & ſolui poteſt [17].

Quo modo ab emptione diſcedatur.

Emptio. L. iii.

PERTINET ad poſita, in l. ſi defunctus. de procurat.

Cvm emptor. L. v.

AN reſoluta emptione ex vna parte, reſolui quoq; intelligatur ex altera, habes in l.vlt.inf.de acceptil.

Titivs. L. viii.

AN ſubſcriptio noceat ſubſcribenti, ex his quæ anteà ſcripſimus reſponſum eſt [18].

Fvndvs. L. ix.

CVM fiſcus vellet vendere fundum meũ ob vectigal non ſolutũ, etſi ſolùm teſtatione cõplectar, me eſſe paratũ ſoluere, potero tamẽ per iudicẽ reſcindere venditionẽ rei meæ, modo offerã pretiũ emptori, vel inferã vectigal, per hunc tex. [19] & hîc eſt caſus, in quo oblatio quæ verbo ſolo fit, effectũ habet,

Oblatio verbalis an proficiat.

1. *l.ij.§.j.ſup.eo.*
2. *l.cum res.de leg.j.l.Rutilia.l.alienatio.de cõtr.emp.ſup.*
3. *l.Imperator.§.vlti.de leg.ij.inf.*
4. *in l.ſed etſi rem.de pet.hær.ſup.*
5. *ibi, ſed vbi. & inf. ibi, at cum hæreditas.*
6. *l.qui tibi.C.eo. & l.quoties.de rei vindic.C.*
7. *per hunc tex.ibi, ſed hoc in re. & in l. qui vas.§.ſi.de furtis.*
8. *l.ex empto.poſt princ.de act.empt.inf.*
9. *vt hic, ibi, quod ſi rem.*
10. *l.vtrum §.fin.de pet.hæred.vbi ſusè.*
11. *vt hic ad finem.*
12. *quod dic, vt d.l.ab emptione.*
13. *vt hic. & l.j. Quam liceat ab empt.C.*
14. *l.quod meo. & l. interdum de acq. poſ.noto in l.quædam.ſup. de rei vind. vid. Bald. in l.j.quand.liceat ab empt.rece.*
15. *l.ſi quis argentum.§.ſi.C.de donat.*
16. *l.j. & ibi Bal.quand.liceat ab empt.*
17. *l.prout.de ſolut.*
18. *l.Caius.de pig.act.*
19. *fac.tex. in l.preſiduũ.de diſtract.pign.C.*

T 2

& reſcindit venditionem pignoris. Alius eſt in immobilibus, in quibus ſufficit offerre verbo [1]: in ſolis enim mobilibus conſignatio recepta eſt [2]. Planè ei qui ſe offert paratum facere, quod momento expediri non poteſt, ſufficit verbo offerre [3]. Idem pręcipitur quoties offerens verbo nõ fuiſſet receptus [4]. Aliàs vix eſt vt oblatio verbalis aliquem effectũ habeat: nam quod præſens nõ eſt, propriè nõ dicitur offerri [5]. Sic qui dicit ſe paratũ ſatiſdare, debet habere fideiuſſores in procinctu, aliàs nil efficit [6]. Sic oblatio facta in ciſta aut ſacco non proficit, ni ſi prius pecunia corã teſtibus numerata eſſet [7]. quod & cõſuetudine Pariſ. receptũ eſt. Vide reliqua in l. debitor. de vſur. inf.

Oblatio in ſacco.

SEIVS. L. X.

QVOD multis capitulis oſtenditur, tutorem à ſe videri exegiſſe [8]: cùm id teneatur in ſua perſona præſtare, quod in aliis [9]: habet locum quoties illa præſumpta exactio prodeſt ei cuius negotia geruntur: nam ſi illi noceret, prodeſſet autẽ adminiſtratori vel tutori, non videtur is à ſe exegiſſe, niſi manifeſtè appareat: vt ſi ponas eum contutori ſoluiſſe, vel in tabulas retuliſſe, per hunc textum quem nota.

Quando tutor videatur ſibi ſoluere.

De periculo & commodo rei venditæ.

SI VINVM. L. I.

CVM vinum venditur in ſpecie, cuius ſit periculum ante deguſtationem, non ſatis conuenit inter magiſtros iuris. Sed ego in Azonis & Accurſij ſententia ſum procliuor, vt periculum ſit emptoris: de quo vide quæ à nobis ſuprà ſunt relata [10]. nec me mouet quod hoc capitulo dicitur, *ſi non ſint deguſtata, ſignata tamen ab emptore vaſa, conſequenter dici periculum eſſe venditoris*: Nam hoc intellige de ſpecie propoſita dici, nempe cum conuenit vt eſſet periculum venditoris ſimpliciter, quo caſu eo decurrendum erit, vt vſque ad deguſtationem, is periculo obligetur, vt ex textu manifeſtiſsimè impletur [12]. Planè periculum quod propter malam cuſtodiam, ipſi rei fuerit allatum, ſine diſtinctione vẽditoris erit, qui ſemper cuſtodiam debere dicitur donec tradiderit [13]. Cùm autem res ad mẽſuram vel numerũ venit, vid. quæ poſui in l. quod ſæpe. §. in his quæ. de contra emptio. Et ex §. *licet.* annotauit Iaſ. [14], hunc caſum ex iis eſſe, in quibus dies non interpellat pro homine. licet enim dies ſit ad metiendum pręſtituta, ſi tamen conſtituta die non ſit admenſum vinũ, nõ cõtinuò vẽditor vinũ effundet, ſed teſtatò prius denũtiabit emptori. Verum hæc opinor parum aptè, nõ enim hîc erat actũ vt liceret effundere vinũ ad diẽ: quod ſi cõueniſſet, verè poſsit dici diem pro homine non interpellaſſe, cum alia teſtatio requiratur. ſed hîc dies poſita erat menſurationi, intra quam ſi non menſuretur vinum, ex legis neceſsitate denuntiabit venditor & pòſt effundet.

Ante deguſtationẽ cuius ſit periculum.

NECESSARIO. L. VIII.

EMPTIONE ſub cõditione cõtracta, ſi pẽdẽte cõditione deceſſerit emptor, aut vẽditor, hæredes obligati manebũt. Et eius generis eſt quod quęritur, an facultas implẽdę cõditionis ad hęredes pertineat: de quo vide quod ſuprà poſuimus [15].

Si ven

---

1 l. j. §. ſed vbi. quando et quib. quarta par hered. lib. x. C.
2 Auth. dos data. C. de donat. ante nupt.
3 tex. in c. literas. de reſti. ſpolia. Hoſtien. in c. interpoſita. de appell. ext.
4 d. c. interpoſita. in prin. de appell. Bal. in l. j. ne liceat. tert. prouocar.
5 l. qui decem. §. idem reſpõſum. de ſolut. l. ſeruus ſi hær. ad fi. de ſtatulib.
6 Bar. in l. prætor. §. ſi quis paratus. de oper. no. nunt.
7 Bar. in l. cùm ſeruus. de cond. & demon. & in l. acceptam ad fi. de vſur. & ibi Bal. xj. q.
8 l. qui negotia. ſup. mãd. l. quoties. de adm. tuto.
9 l. cum hereditas de admi. tut. l. tutor. de fideiuſſ. inf. l. cum in eo. de pactis. ſup.
10 in l. quod ſæpe. §. in iis quæ. de contra. empt.
11 ver. ſed & ſi non ſunt.
12 ibi, quod ſi nõ deſignaui.
13 l. cuſtodiam. inf. eo. l. vẽditor. inf. de acti. emp.
14 l. ſi ex legati. de ver. obl.
15 in l. ſi prædio. de in diẽ addict.

SI VENDITA. L. XI.

HABES duo ex hac lege: primum eſt, vix eſſe vt incendium ſine culpa habitantium accidat,& ſic in fortuitis caſibus non numerari:quod aliâs à nobis pertactum eſt [1].Alierum vt dominus factum familiæ ſuæ præſtare nō cogatur [2]. quod & ipſum ſuprà poſuimus in l.j.naut.caup.ſtab. & alibi etiā nōnulla dicentur [3].

Dominus factum familiæ non præſtat.

1 in l.iij.de off.præf. vig. ſuprà.
2 fac.l.quoties. de noxal.
3 l.videamus.inf.locat.

ILLVD. L. XVII.

VVLGATVM eſt quod dicitur, vltimā morā nocere & ex ea antecedentē purgari [4]: quod tamen ipſum rationem habet,niſi qui prius morā cōtraxiſſet, in dolo eſſet verſatus [5]. Nam qui prius fuit in mora,ſi dolum committit, nō poteſt alium conſtituere in mora,niſi per interpellationem in iudicio factam [6].Item nō habet locum in cōditionibus implendis: in quibus id ſpeciatim inducitur,vt qui primum accipere recuſauit,deinde ſe recepturum offert,non purget primam morā [7]. Idem dicitur, ſi lex diſponeret, vt quod vnus accipere noluerit,alij tranſcribatur:nam ſi ille primus recuſet,ſua mora ius facit:nec amplius eam diligentia ſua poterit ſarcire [8].Huc adiungitur quod apud Bar. [9] relatum eſt, reus euocatus eſt vt poſt tres dies veniat,hoc addito,vt vna dies locum primi termini, altera ſecundi,tertia tertij teneat:ſi reus prima die ſe ſiſtat, at actor tertia,an reus dicatur cōtumax ex hac regula, qua dicitur vltimam morā nocere:quod vix eſt [10].Nam quoties reus die dicta adeſt abſente actore,circūduci edictum lex iubet [11]. Faciunt quæ poſui in l.eum quem. de iud. ſup. Item quod dixi vltimam moram authori ſuo tantum nocere,intellige ſi circa idem committatur:nam ſi circa diuerſa vtrique nocet [12].

Vltima mora an noceat.

4 fac.l.ſemel.ſol.mat.
5 l.ſi per emptorem.§.vlt. & ibi Bar.de act. emp.
6 l.ſed et ſi alia.de conſti. pecu. & Socyn. in fall. reg. cxcj.
7 l.vlti. de cond. inſert.C.
8 l.fortiſſimi. & l.ſeq. de erog.mil.anno.lib.xij. C.
9 in l.prætor. §. aliquando.de nou.oper. nunc.
10 Bar.in d.l.prætor.
11 l. & poſt edictum.§.j. de iud.ſup.
12 Bar.& Iaſ.in l.ij.§. vlti.de eo quod cer.loc.

VENDITOR. L. VLTI.

DE eo quod intereſt intra vel extra rem,nonnulla vide in l.nūmis.de in lit.iur.neq; enim quod hîc dicitur, nō venire in rationē eius quod intereſt,ſi potuit aliquid lucrari,indiſtinctè verum eſt.nā poterit quoq, venire lucrū in reputatione eius qđ intereſt,ſi tale eſt lucrū,qđ ſit certū & ſolitū fieri ab honeſto mercatore [13].ſicq; vulgo intellectū habet qđ alibi Sceuola ſcribit [14]:& hoc poſt veteres Cora.in Miſcel.annotauit [15].

Lucrum an diſpiciatur in eo,quod intereſt.

13 l.quemadmodum.§.itē Labeo.ad le.Aquil.ſuprà.Iaſ.in l.ij.§.ſi de officio.de eo quod cert. loco.& d.l.nummis.de in lit.iur.
14 l.ij.§.nunc de officio.de eo quod cer.loc.
15 lib.iij.c.xiij.

De ſeruis exportandis, vel ſi ita mancipium vænierit vt manumittatur vel contra.

SI QVIS HAC LEGE. L. III.

APVD magiſtros belliſsimè quæritur [16], Mæuius donauit mihi fundum eo pacto, vt poſt bienniū pendā eccleſię vel Titio decē, vtrū ex interuallo ſit facultas donatori remittēdi mihi, hanc neceſsitatē dandorū decē Titio,quod magis eſt per hūc text. cùm nullū ius ſit quæſitū eccleſiæ aut Titio. Etſi enim in donationibus placuit,vt alteri per alterū quæratur [17],toties tamē id verum erit, quoties donantis voluntas non refragabitur [18]:qui antequā ius alteri creatū ſit,poteſt reuocare actum per hunc tex.ſi modo is cū quo eſt cōtractū,nō repugnet:& eo modo intelligendum putamus quod infrà ponitur [19].tacente autem donatore,rectè aget is cui ex contractu cum alio facto,decem ſunt data:& ita intelligo tex.in l.qui Romæ.§. Flauius.ad finem.de verbor.obligationi. Idem ſtatuitur, ſi mortuus eſſet donator, quia hæredi reuocatio non datur [20]. Hæc opinor verius, licet quidam repugnent [21].

Nobilis quæſtio.

16 Bar. in l.qui Romæ.§. Flauius.de verb.obliga. infrà.
17 l.quoties. de dona.quæ ſub mod.C.
18 d.l.quoties ibi,iuxta donatoris voluntatem.
19 l.quæſitum.inf. eo.
20 per hunc tex. Bart.in d. §.Flauius. & Alexander.
21 Paul. de Caſt. in d.§. Flauius.

Alia quæſtio.

His adiungitur quod etiam ab omnibus ferè quæſitum eſt [1], Dedi tibi fundum emphyteuſis nomine, ea lege, vt decem mihi, & viginti Titio ſingulis annis des: tu non ſoluendo canonem mihi, cecidiſti ab emphyteuſi, an ego ad quē res ex commiſſo rediit, tenear Titio ad viginti, quod non puto, ſi nihil omnino erat ſolutum Titio, & ſic quoad eum res eſſet integra: per ea quæ ſuprà poſuimus: at ſi quid eſt illatum Titio, perfecta eſt donatio, nec reuocari poteſt [2].

LIBER NONVSDECIMVS PANDECTARVM.

De actionibus empti & venditi.

Si res vendita. L. I.

AIT lex, ſi res vendita nō tradatur, tradi tamen poſsit, aut dolo culpáve factum eſt, quominus tradi poſsit, ad id quod intereſt agitur. Primùm igitur agetur ad rem, quam ſi ſe nolle dare, venditor reſponderit, rectè & ex ordine ad id quod intereſt cōdemnabitur [3]: nec multum facit quod dicitur, iudicem debere condemnare ad id quod petitū eſt, nō ad aliud [4], vt ſententia ſemper ſit conformis libello [5]: nam id quod intereſt ſuccedit loco rei: & idem cum re iudicatur eſſe, vt & antea adſcripſimus [6]. Cuius rei magnum argumentū eſt quod traditur, fideiuſſorem qui in aliam cauſam non poteſt accipi [7], poſſe tamen accedere in id quod intereſt, licet rē reus promiſerit [8]: & hoc Bar. probat. Poterit & principaliter ad id quod intereſt agi moram faciente venditore [9]. poterit & alternatim libello comprehendi vt detur res, & ſi ea non detur, ad id quod intereſt fiat condemnatio: qui modus ab omnibus hîc cōmuniter tenetur. Planè emptor rem ſi ita videtur, poterit perſequi, & venditor ad eam præciſè tradendam debebit damnari ſi eam habet: ſin minus, ad id quod intereſt [10]. Et hæc fuit opinio Martini, ad quā frequēter ab omnibus cōcurſum eſt [11]. fietq; condemnatio in plus quàm res valeat, per hunc tex. ſecundum id quod intereſt propter affectionē, ſed tamen ea temperatio adhiberi ſolet, vt id quod ſingulariter intereſſe cuiuſq; poteſt, duplū æſtimationis communis non excedat [12]: quod tamen in ignorāte vēditore locū habet. ſi enim fuerit ſciens, hoc beneficiū nō habet, vt & alibi fuſius à nobis explicatur [13]. Planè intra limites dupli fit taxatio, quoties id quod intereſt merā affectionē reſpicit: nam ſi cōmodum pecuniarium contineret, duplum egredi poterit [14]. An autē ad lucrū perducatur, vide quod ponitur in l. nummis. de in lit. iur. Planè & hoc animaduerſum eſt, in venditorem qui ſine culpa aut dolo à re deciderit, condemnationem non eſſe faciendam ad id quod emptoris intererit, ſed ſatis erit ſi venditor actionem præſtet [15].

Id quod intereſt loco rei ſungitur.

Venditor ad rē præcisè dādam an cōpellatur.

Id quod intereſt an excedat duplum.

Vitia rei non celanda.

§. Si venditor. Venditor qui more improbato in ſeruitute, vel quo alio vitio rei cęlādo, verſatus fuerit, in id quod intereſt emptori ignoranti damnatur: nō idē dicitur ſi emptor ſcierit: quia certus non eſt certiorādus. de quo vide quod ponimus in l. item veniunt. §. petitam. de pet. hær. Quid autem ſi

ſi ven

1 Alex. Ang. Paul. in l. adoptiuum. ſup. de in ius voc. §. patronum.
2 l. perfecta. de dona. quæ ſub mod. C. l. j. ſi manc. ita ſuc. aliena. vt manu. l. ſed ſi hac. §. proſtituta. de in ius voc.
3 l. ſi traditio. C. eo. l. vinū. ſup. ſi cer. pet. notat. in l. in re furtiua. de condic. furt. ſuprà.
4 l. vlt. de fideic. lib. C.
5 l. vt fundus. ſup. comm. diuid.
6 l. in re furtina. de cond. furt. ſup.
7 l. Græcè. §. vlt. inf. de fideiuſſ.
8 l. ſtipulatus. & ibi Bal. de fideiuſ. inf.
9 per hunc tex. & in d. l. traditio. C. eo. & l. ſi quis ab alio. de re iud. inf.
10 l. qui reſtituere. ſup. de rei vind. §. perficiuntur. de donat. inſt.
11 Bar. & Bal. hic, Innoc. & Hoſt. in c. cùm Ioannes. de fid. inſtr. ext.
12 l. j. de ſenten. quæ pro eo quod inter. C.
13 l. Titius. inf. eo.
14 l. ſeruus. ſup. tit. j. Paul. de Caſt. hic.
15 l. quod ſæpe. §. ſi res. de contr. empt.

venditor ignorans celet ſeruitutẽ, inferius dicetur [1]. & etiam huc pertinet quod in eandẽ ſententiã alibi Accurſius refert [2].

SI IN EMPTIONE. L. II.

Tradens quando dominium transferat.

CVM in emptione modus dictus non præſtatur, vide aliqua in l. qui fundum. ſup. de contrah. emp. Quod autẽ ad §. *vacua.* manifeſtũ eſt, quòd ſi venditor tradens eſt dominus, dominium transfertur [3], etiã ſi poſſeſsionem non vacuam tradat [4]. tenetur tamen is vt rem tradat, item vt vacuam, per hunc tex.

RATIO. L. III.

In iudicia ſtricti iuris quãdo fructus veniãt.

§. SI EMPTOR. Ex hoc tex. notat Paul. Caſtr. hîc, ſtipulationem interpoſitam ſuper contractu bonæ-fidei, nõ ideo effici bonæ-fidei: ſed ſtricti iuris manebit. Itaq; licet in actionẽ ex empto & reliqua bonæ-fidei iudicia, veniãt fructus à tempore moræ [5]: nõ tamẽ in ſtipulationẽ quæ his ſubiicitur [6]: ſed id quod intereſt veniet [7]: quo continebuntur & fructus, nõ tanquam fructus, ſed tanquam id quod intereſt. quæ inſpectio nõ fruſtra inducitur: qui enim petit fructus eo nomine quia ſua intereſt, eos tãtùm fructus habebit, quos capere potuiſſet: ſi vt fructus, omnes fructus conſequetur, licet nõ eos percepiſſet, quod declara vt per Bar. hîc [8]. Et ad §. *ſi per venditorem*, quod tẽpus & qui locus ſpectetur in condemnatione facienda, repete ex iis quæ poſita ſunt in l. vinũ. de reb. cred. ſup. An verò difficultas excuſet à mora, alibi etiam explicatum eſt [9]. Quod autem hîc dicit gloſ. per diei lapſum, vel per interpellationem, in mora aliquem conſtitui, pertinet ad id quod inferius dicemus [10].

In æſtimatione facienda quod tẽpus ſpectatur.

SI SERVVM. L. IIII.

§. SI MODVS. De modo agri vide quod ſingulariter eſt relatum in l. qui fundum. §. qui agrum. ſup. de contrah. empt.

TENETVR. L. VI.

Sciens vel ignorãs vitium qui teneatur.

PERTINET ad notata in l. ſi in emptione. ſup. de cõt. emp. Et ad finem legis [11], expeditum eſt venditorẽ qui etiam ignorans rẽ vitioſam aut ſeruam vendiderit, teneri [12]: non ad id quod intereſt [13], ſed quanto minoris [14]. Cùm autem ſciret vitium rei, omnimodo tenebitur [15]: nec ei proficiet nominatim excepiſſe de aliquo vitio. nam hæc teſtatio ſcienti nõ prodeſt [16]: at ignorantem iuuaret [17]. Idem dicitur cùm quis rem vendit, & teſtatione complectitur ſe nolle teneri ſi res euincatur: nã ſi ſciẽs fuerit, nihilo plus adiuuatur teſtatiõe [18]. ignorãti aũt ꝓderit teſtatio, vt nõ teneatur id quod intereſt præſtare, ſed tamẽ ad pretiũ condẽnabitur [19]. Et qđ retuli ignorãtẽ teneri quãto minoris, cõtra eſt in eo qui furẽ vẽdidit, quia ad nihil tenetur [20]. Idẽ in eo qui prædiũ tributariũ ignorãs vẽdidit [21]. at qui ignorãs vas vitioſum vẽdidit, nõ tantũ quãto minoris, ſed ad totã vtilitatẽ cõdẽnatus eſt [22]: qđ & aſcripſi in l. Titius. inf. e.

FVNDVM. L. VII.

Res ad aliquos trãsfertur cum qualitate prima.

REGVLA eſt, vt quoties quod vni debet acquiri, alteri quæritur, id fiat cum omnibus qualitatibus: ſic legatũ vni factũ, cùm ad aliũ transfertur, intelligi debet cum qualitate & oneribus, quæ primo legatario erãt indicta [23]. Ex quo præclare apud Bar. hîc & oẽs quæritur, ſtipulatus ſum Titio & heredibus illius ad tertiam generationem emphyteuſim, ſi Titius ad ſe hãc emphyteuſim nolit pertinere, legis cautione ad me redit [24], ſed tamen in reputatione facienda generationum, non ex mea, ſed ex Titij familia res conſtituetur [25].

NON EST NOVVM. L. X.

TITIVS vendidit rem mihi, & poſteà alteri: conſtat vtrique illum de eui-

1. *in l. tenetur. §. vlt. eod.*
2. *l. quod vẽditor. de dol. ſup.*
3. *l. clauib⁹. de cõt. emp. ſup.*
4. *l. ſi fundũ. de fun. dota. Bar. ĩ l. cũ res. de prob. C.*
5. *l. videamus. de vſur. §. ſi actionem. inf.*
6. *per hunc tex.*
7. *l. ſi fundũ. inf. de ver. obl.*
8. *& in l. videamus. §. ſi actionẽ. de vſu. & in l. ſi filiusfamilias. de ver. ob.*
9. *l. vlt. ad l. R bod. de iact.*
10. *in l. mora. inf. de vſur. et l. ſi ex legati. de ver. obli.*
11. *ibi, ſi venditor.*
12. *l. Iulianus. in princ. inf. eo. & ſup. ea. l. in princi.*
13. *l. ẽim venderes. ſup. de cont. empt.*
14. *d. l. Iulianus.*
15. *l. i. § i. ſup. eo.*
16. *vt hoc text. & l. quærõ. infra eod.*
17. *l. quæritur. §. ſi venditor. de ædil. ædic. inf. & Pau. de C a. in l. i. ſup. e.*
18. *vt hîc. et l. ex empto. §. denique. in f. eo.*
19. *d. l. ex empto. §. vlti. de act. empt.*
20. *l. Iulianus. §. item qui furem. inf. eo.*
21. *l. ſi ſterilis. § i. inf. eod.*
22. *l. tenetur. §. ſed ſi vas. ſup. eo. l. ſed addes. §. i. inf. loc.*
23. *l. legatum. de adim. leg. l. Caio. de alim. & cib. leg. inf.*
24. *l. ſi abſenti. C. ſi cert. petatur.*
25. *facit tex. in l. ſi quis vſumfructum. infrà de vſufru. leg. & ibi Bart.*

ctione obligatum eſſe eiuſdem rei nomine: ſi alteri emptori ego hæres extiterim, concurrunt illæ duæ actiones pro euictione in perſona mea, quæ eiuſdem rei nomine dantur: ſed tamen quæque ius proprium & diuerſum perſequitur: Ideóque nec electione, nec perceptione ex vna facta, alia tollitur: quòd ſi ego vnam tantùm actionem intendere voluero, nihilominus vtriuſque contractus commodum capiam, vt hoc textu apparet. Quæ ergo dicuntur aliâs [1], de electione facienda in actionibus, neque cuiquam concedi duabus ſimul actionibus agere [2], aut eo caſu quo cumulari poterunt, tamen perceptione tolli [3], habent locum quando ad idem diuerſæ illæ actiones dantur. hîc autem dantur ad diuerſa, nempe pro duplici euictione duobus competente, quæ ad vnius perſonam conſidit, licet res vna eſſet vendita. Reliqua vide in gloſ. & poſuimus. in l. quod in hærede. §. eligere. de tribut.

Plures actiones ad diuerſa inſtitutæ electione nô tolluntur.

Ex empto. L. xi.

NATVRALITER contractu emptionis & venditionis continetur, vt venditor rem tradat: neque enim ad dandum, hoc eſt, ad transferendum dominium tenetur. Quòd ſi conueniret inter partes vt teneatur dare venditor, dicetur contractus innominatus [4]. Emptor autem transferre dominium nummorum debet, vt hîc: tenetur enim ad genus: at venditor ſpeciei tradendæ alligatur, idque præcisè ſi rem habet, vt antea expoſuimus [5]. Ideóque plus venditori leges fauent ſecundum gloſſ. Ex quo conſequens eſſe Bartolus & Paulus volunt [6], vt ſi venditor teneatur ad rem in genere, debeat quoque rem efficere emptoris, quod nota. Quod autem in §. *venditorem*. dicitur, pertinet ad poſita in l. ij. infrà de euictio.

Venditor non dare ſed tradere cogitur.

§. IDEM LIBRO SECVNDO RESPONSORVM AIT, EMPTOREM. Emptor condemnatus & euictus, tantum à venditore ſeruat empti iudicio, quantum præſtare per ſententiam coactus eſt. Idem planè ſtatuitur, ſi ſine ſententia rem reſtituit, cùm manifeſtum eſſet rem euincentis eſſe, idque per hunc tex. quod & Barto. [7] aliâs probauit, licet hîc diſſentiat: quod placere non poteſt: nam ſi iis qui alieno nomine conueniuntur, bona-fides eſt agnoſcenda [8]: profectò rectius hoc dicetur in emptore, qui ſuo nomine conuenitur. ſic licet epiſcopus non poſſit mihi conferre beneficium ab alio poſſeſſum nô incoloratè, niſi prius ille color per ſententiam tollatur [9]: ſecus tamen dicitur, ſi manifeſtum eſſet poſſidentem intruſum & iniuſtum eſſe [10]. Cùm verò obſcura eſſent iura eius qui agit, debebit ſubſequi ſententia, vt tandem poſſit emptor regredi in venditorem [11].

Emptor an poſſit ſine ſententia reſtituere ſeruata euictione.

§. QVI AVTEM. Manifeſtum eſt quòd quoties contractus præcedit, in id ſtipulatio habere licere contractui ſubiecta, proficit, vt ſi per extraneum ſit factum quominus habere emptor liceat, committatur ſtipulatio. Aliâs eiuſcemodi ſtipulatione factum alienum comprehendi non ſolet [12]. Item cùm apertè venditione comprehenditur, nihil euictionis nomine præſtitum iri, venditor nihilominus tenebitur ad omne id quod intereſt, ſi fuit ſciens [13]: ſi ignorans, ad pretium tantum, per hunc tex. quæ ſentētia ſic exauditur, vt nô habeat locum, quando

Quando in contractu venditionis euictio nô præſtetur.

1 *l. quod in hærede. §. eligere. de tribut. & ibi notatur.*
2 *l. j. C. de furt.*
3 *l. item illa. §. vetus. vbi noto de conſtit. pecun.*
4 *tex. in l. fi. & ibi glo. & Bar. de cond. cauſ. dat. ſup. Barto. in l. j. de rer. per. noto in d. l. vlt.*
5 *l. j. ſup. eo.*
6 *Bar. & Paul. hic. & in l. ſi domus. §. deceſſit. inf. de leg. j.*
7 *in l. at qui natura. §. cum me abſente. de nego. geſt.*
8 *l. quoties. §. ſicut. de adminiſt. tut. inſ.*
9 *c. cum voſtris. & ibi Panor. ad fi. de conceſ. præ.*
10 *c. literas. de conceſ. praben. ext.*
11 *l. vtique. de rei vind. vbi noto. & l. non tamen. inf. de euict.*
12 *l. ſtipulatio habere licere. inf. de verb. oblig. & glo. hic & Bart.*
13 *l. tenetur. §. vlt. ſup. eo. & ſup. ea. l. §. denique.*

quando pactum eſſet initum, vt quo caſu à nominata quadã perſona fiet euictio, non teneatur vẽditor: nã nec preuũ hoc caſu reficiet emptori [1]. Idem placuit in diuiſione inter hæredes facta, qua cauetur vt neuter alteri de euictione obligetur [2]: hîc enim neque euictio neque authoritas eſt, quòd hoc pactum vtrique parti proficere poſsit: quod in ſimplici vẽditione dici nõ poteſt, in qua ſolus venditor in lucro poteſt verſari, emptor in dãno: nã in vendendo fundo aut alia quapiam re, euictio cõtinetur, licet id nõ exprimatur [3]. An autẽ in diuiſione inter viuos aut in teſtamento facta, euictioni ſit locus, alibi explicatur [4].

SI IACTVM. L. XII.

HANC legem repete ex iis quæ dicta ſunt in l. nec emptio. ſuprà de contrah. emp.

IVLIANVS. L. XIII.

Actio quanto minoris duplex.

HOC principium pertinet ad ea quæ ponuntur in l. tenetur. ſupra eo. & vide hîc glo. primã quam omnes ferè ſequuntur [5]: ex qua coaleſcit differentia inter actionẽ quanto minoris, quæ prætoria eſt, & ex edicto ædilium deſcẽdit, datúrque quãto minoris res eſt [6]: & inter actionẽ quanto minoris ciuilẽ, quæ ex lege venit, & datur quanto minoris emptor fuiſſet empturus, ſi ſciſſet: nõ quanto minoris res eſt [7]. & vide hîc fuſius Paul. de Caſt. quia hæc fortaſſe olei & ſcholæ ſunt. Præterea ex hoc reſponſo apertè demonſtratur, eũ qui rem vitio affectã ſciens vendiderit, in id quod intereſt, quantũ illud eſt, etiã ſi duplũ excedat condẽnari [8], in quã rem & alibi nõnulla diximus [9]. Quod autẽ ad §. *ſi vẽditor.* pertinet, an dolus dãs cauſam cõtractui, vel incidẽs in cõtractũ, efficiat cõtractum inutilem, habes in l. eleganter. de dolo. ſuprà.

Dolus dans cauſam contractui.

Dolus tutoris.

§. SED CVM IN FACTO. Quæſtionis eſſe ſolet, an dolus tutoris pupillum teneat: de qua alibi retulimus [10].

Emptor non agit niſi integro pretio ſoluto.

§. OFFERRI. Qui ex parte ſua cõtractui non ſatisfacit, nõ poteſt ex illo cõtractu actionem intendere [11]. Ideo emptor niſi totum pretium offerat, vix eſt vt agere ad rẽ poſsit: nec ſufficeret partẽ obtuliſſe, vt hîc. Ex quo fit, vt vnus ex pluribus hæredibus emptoris, partem offerendo nihil agat [12]. cui bene annectuntur quæ paulò ſuperius retulimus [13]. Plane & hoc admittitur, vt ſi emptor partẽ pretij ſoluerit: poſtea reliquã partẽ ſoluens, poſsit recipere à vẽditore fructus pro rata pretij ante ſoluti: quod Bar. notat [14], & ſummã rationẽ habet. Similiter requiritur in vẽditore, vt rẽ tradat antequã pretiũ petere poſsit: vnde fit, vt ſi re iam tradita agat ad pretiũ, poſsit nihilominus emptor ſolutionẽ recuſare, ſi dominij quæſtio moueatur [15]. His adde tã priuilegiariã eſſe vẽditoris cauſã in pretio repetẽdo, vt ſi is rẽ tradiderit ꝓtio nõ recepto, etiã iuris canonici authoritate vſuras exigere poſsit [16], qđ alibi notaui [17]. Nec verò reſcripta quinquẽnalia, quæ moratoria ſolutionũ ſunt, emptori ꝓſunt ad differẽdã ſolutionẽ pretij, vt CVRIA Pariſi. iudicauit [18]: quòd ſit iniquũ emptorẽ rem habere, & ex ea fructus capere, at eius nomine nihil inferre [19].

Venditor non agit niſi rem perfectè tradat.

Si fructibus perceptis dies penſionis non venerit cum contrahitur, cui penſio debeatur.

§. SI FRVCTIBVS. In fructibus maturis vel immaturis, iiſque pendentibus expeditum eſt illos emptorem ſequi: nã pars rei ſunt [20]. Qui autẽ iam ſunt percepti, ad venditorẽ pertinent qui eos cepit: nec enim fundũ aut villã ſequũtur [21]. Sed de pẽſionibus valde addubitatũ eſt, cũ die venditionis nondum illarum inferendarum dies venit, emptorem an venditorẽ ſequantur: in

1 *l. qui libertatis. infrà de euict. in princi.*
2 *glo. & Bar. in l. ſi familia. C. fami. erciſc. Bald. in l. nõ dubitatur. de evi.*
3 *l. in vendendo. de contrah. emp. ſuprà.*
4 *l. ſi cùm venditor. §. vlt. infrà de euict.*
5 *Bart. Bald. Pau. de Caſ. & alij.*
6 *l. quod ſi nolit. §. ſi plures. infrà de ædil. edict.*
7 *vt hoc tex. in princi.*
8 *l. tenetur. §. ſed ſi vas. ſupra eo. l. ſed addes. §. ſi vas. infrà loca.*
9 *l. Titius. infra eod.*
10 *l. iij. §. quod ſeruus. ſup. de trib.*
11 *fac. l. ædiles. ad fi. infrà de ædi. edict. & l. auxilium. ad fi. de min. xxv. ann. ſuprà.*
12 *l. fiſtulas. §. qui fundũ. ſup. de contrah. emp.*
13 *in l. quod ſi vno. de in diem addict.*
14 *per tex. in l. vlt. §. vl. de fund. dot.*
15 *l. pe. §. vlt. ſupr. de peric. & cõmo. rei ven. & l. vl. §. pe. infr. de exc. rei iud.*
16 *glo. & Panor. in c. cõqueſtus. de vſur. extrà.*
17 *l. j. de vſur.*
18 *die xxj. Iunij, anno 1533.*
19 *l. curabit. de act. emp. C.*
20 *per hunc text. & l. fructus pendentes. ſupr. de rei vind. vbi nota.*
21 *l. fundi. §. ſed & vinũ. infra eod.*

quo ferè obtinuit, vt ſi die initæ venditionis fructus erant percepti, dies autē ſoluendæ pēſionis nondū venerat, nihilominus penſio illa venditori debeatur: eſt enim conſentaneū vt ad quem fructus pertinere debuerant, ad eū quoque penſiones, quæ vice fructuum funguntur [1], deueniāt [2]. & hoc Bal. probat [3]. Nec mutare arbitror quod Pau. [4] videtur voluiſſe, penſionē emptoris eſſe, ſi fructus die venditionis erant iam percepti, ſed nondū pēſionis dies venerat. Nam hoc ſpeciali iure dicitur fauore emptoris, qui primùm ſibi fundum in diē addictū, iterū licitando obtinuit, vt quia interim poſsidebat, & etiā ſoluerat pretium, dies pēſionis, eius gratia, inſpiciatur, non fructuū captorū. licet aliter Bar. [5] ſoluat. Quòd ſi res vendita eius generis eſt, vt ex ea fructus ciuiles magis quàm naturales percipiantur, nempe penſiones, vt domus quæ in locatis eſt, aut nauis, magis eſt vt vſque in id tēpus penſio debeatur vēditori, quo res vēdita eſt: poſterioris temporis penſio ad emptorē deueniat [6]. Cuius rei argumentū eſt quod de vſufructuario dicitur, ad quē pertinere dicuntur penſiones eius tēporis quo vſusfructus cœpit: anterioris autē & eius quod poſt finitū vſumfructū fuit, proprietario cedūt [7]: vt & alibi dictū eſt [8]. Et ex hac ſentētia noſtra, erunt opinor exaudiēda ea quæ hîc Vlpianus dicit. quòd enim ait penſiones agri qui in locatis ſit, ei qui locauerat, hoc eſt, venditori deberi, intelligi poteſt de penſionibus, quarū dies ipſo contractus tempore nōdum venit, ſed tamē fructus ante ipſum contractū iam erant percepti à colono. Cur enim pēſiones eas venditoris eſſe non dicamus, cùm fructibus iis ſuccedāt, qui vēditoris lucro (eo nomine quòd ab ipſo percepti) ceſſuri erant [9]. Quòd verò pòſt ſubiicit Vlpianus [10], penſiones vecturarum, nauium & iumētorum ad emptorē pertinere, intellectum habet in iis penſionibus quæ pro eo tempore debentur quod emptionem ſubſecutum eſt. Nam venditor & emptor pro rata ſui temporis eas penſiones diuident, vt dixi [11].

Fructus ciuiles.

Litera explicata.

1 l. ſi nauis. de rei vind. ſup.
2 per l. defuncta. de vſufr. vbi noto.
3 in l. j. ij. eo. ibi, quæro quid ſi. de vſur. & fruct. leg.
4 in l. vlt. §. vl. de iure fiſ.
5 in d. l. vlt. §. vlt.
6 vt l. ſi nauis. de rei vindica ſuprà.
7 l. ſed & ſi quis ſtipulatur. §. ſi operas. & l. ſi operas. de vſufru. ſuprà.
8 in d. l. defuncta. ſupr. de vſufruct.
9 per d. l. defuncta.
10 hîc, in verſic. itē ſi quid.
11 per text. in d. l. ſi operas. de vſufruct.

§. SI TITIVS. Benignè admittitur in eo qui maiorem agri modum profeſſus eſt emptori ſuo, vt propter ignorātiā, alluuio poſt venditionē ſubſequens ad modū cōplendum reputetur, per hunc text. aliâs alluuio & omne lucrū ex re ipſa proueniens poſt contractum, licet res nō ſit tradita, emptorē reſpicit [12]: nec puto neceſſariā eſſe coniectationē glo. & doctorum, qui hunc tex. intelligunt, cùm venditio ad menſurā facta eſt. quod falſum arguitur ex ipſo tex. in quo dicitur vendi fundus nonaginta iugerū, qui cōtractus ad mēſurā nō dicitur eſſe factus, vt ex iis manifeſtū eſt quæ ſup. poſuimus, cū de fūdo ad mēſurā vēdito loqueremur [13].

Alluuio in re vendita cuius ſit.

12 infr. ead. l. §. ſi quid ſeruo. l. filio. §. vlt. de her. inſt. & §. ſed & ſi poſt. de emp. & vend. Inſtit.
13 in l. qui fundū. §. ſi agrū. ſupr. de contrahen. emp.

§. IDEM CELSVS. Cùm mihi aliquis cōſtituit ius ad rē, nō in re (vt noſtri dicūt) & mihi eius rei nomine perſonali actione tātùm obligatus eſt, ferè eſt vt poſsit rē, ꝓuocatus ab alio, diuidere: ꝓinde & illa diuiſio mihi oberit. vt euenit in eo qui vēdidit mihi partē fūdi, quē cū alio cōmunē pro iudiuiſo habebat: qui ante traditionē, cōi diuidundo iudiciū accipere, & rē diuidere poteſt, vt hîc. Non idē ſtatuitur, ſi habebā ius reale in re [14], puta is qui habebat fundū cum alio cōmunē pro indiuiſo, cōſtituit mihi ius in re: neque enim mihi officit diuidēdo. ſic diuiſio à debitore facta in re mihi hypothecata nō obeſt mihi, quin ego in omnibus partibus etiā iis quę aliis obuenerūt, ius pignoris perſequi poſsim [15]: nec diuiſio proprietarij vſufructuariū tenet [16]. Cui cōſequēs eſt, vt cū maritus cōſtāte matrimonio ſit dominus rerū dotaliū [17], poſsit

Venditor prouocatus an obſit emptori diuidendo.

Marit. diuiſio an vxorem teneat.

14 l. Pomponius. de rei vin.
15 l. communi diuidūdo. §. ſi debitor. ſupr. cōmu. di. l. ſi conſenſit. §. vlt. quib. mod. pign. ſol.
16 l. ſi qui vſumfructū. de vſufr. leg. infr.
17 l. dote ancillam. de rei vind. C.

poſsit quoque res dotales cõmunes diuidere:& mulieri id cedet qđ ex iudicio ad maritũ peruenerit [1]. His annectitur creditorẽ poſsidentẽ pignus,ad diuiſionẽ prouocari poſſe, & diuidendo facere ius & præiudiciũ debitori [2]. Quod autẽ pertinet ad §.*ſi procurator.* repete ex iis quæ dicta ſunt in l.j. & ij. de inſt. vbi ex hoc tex. effici dicimus, toties ex contractu procuratoris domino actionẽ etiam ſine ceſsione eſſe, quoties ex eo obligaretur dominus. Reliqua ex hoc genere ſup. retulimus [3].

Pœna adiecta quantitati vel ſpeciei an vſuram ſapiat.

§. IDEM POMPONIVS. Egregium eſt quod hîc dicitur, pœnã adiectã quantitati in contractibus & teſtamentis, videri adiectam in fraudẽ legum, quæ de vſuris loquuntur. quod locum habet ſiue illa pœna in quantitate ſit, vt *ſi decem non ſolueris, promittis duplum* [4], ſiue in facto conſiſtat, vt *promittis mihi dare decem, & ire Romam* [5]. Itaque omnes hæ pœnæ de quibus inter partes conueniri ſolet, vt qui non ſoluerit certo die pẽdat pœnam, multis CVRIAE Pariſienſis authoritatibus damnatæ ſunt [6]: quod & Carolus Molinæus Pariſienſis vir doctiſsimus in tractatu vſurarũ annotauit. Quòd ſi illa pœna nõ quantitati ſed facto adiicitur, toleratur [7]. Idem putat Barto. [8] ſi ſpeciei adiiciatur: cùm enim ex facto aut ſpecie vſuras præſtari non ſit ſolitum [9], ſi qua pœna adiicitur, nõ videtur ea ad fraudẽ legis pertinere. Sed & in tranſactione, etiã pœna quantitati adiecta, non cenſetur in fraudẽ vſurarum adiecta [10]. quod opinor nõ abſurde ad iudicia perduci poſsit [11]. Sic cùm ſors apponitur in perſona tertij, & pœna in perſona propria, hoc caſu valet ſtipulatio pœnæ, nec iudicabitur vſuraria [12]. Quod autem ad finem legis, & reſponſa quæ ſequuntur pertinet, nonnihil addimus in l. dolia. de contrah. emp. ſuprà.

SI STERILIS. L. XXI.

§. SI PRAEDII. Hoc caſu ignorãtia excuſat vẽditorẽ celãtẽ onus rei vẽditæ: de quo vide quod alibi fuſius adſcripſimus [13].

Vtilitas extra rem.

§. CVM PER VENDITOREM. An in reputatione faciẽda eius quod intereſt, veniat vtilitas quæ eſt extra rẽ, vide quod dicimus in l. nũmis. de in lit. iur. Nã quod dicitur non æſtimari nec attendi vtilitatẽ, quæ extra rẽ eſt, rationẽ habet cũ petitur id quod intereſt ex negligentia & mora, puta quia Titius non fecit aut non tradidit: ſin autem petitur id quod intereſt ob factum, commiſſum & dolũ, contra eũ fortaſſe qui dedit vas vitioſum, rectius eſt vtilitatẽ extra rẽ in reputationẽ venire, etiã ſi duplum excedat [14]. quod à nobis alibi fuſius [15]. Et quod extrema lege [16] de eo vẽditore quæritur, qui ſibi habitationẽ quoad viueret recepit, vel decẽ in ſingulos annos, an altero anno poſſit habitationẽ eligere, alio decẽ petere, extra dubitationẽ eſt per hunc text. at eodẽ anno partẽ habitationis & partẽ ex decẽ nõ petet [17]. Nec mihi videtur huic ſententiæ refragari quod dicitur, ſtipulationẽ in ſingulos annos vnam eſſe [18]. neque enim hoc impedit quominus ad ſingulas alternatiuæ partes variare quotãnis liceat: neque ea de re deſinit ſtipulatio vna eſſe, cùm hanc conditionem & legem habeat, licet Bart. [19] in ea contrarietate diſſoluenda ſe contentius implicet.

QVI PENDENTEM. L. XXV.

Litera explicata.

Hęc lex ſatis inuoluta eſt. Quærebatur autẽ de eo qui vindemiã pẽdẽtẽ emerat, ſi legere fructus prohibetur, quomodo illi cautũ eſſe poſsit. Cui nõ illico reſpõdet, ſed quaſi pręfationis loco ait Iulianus, vẽditori pretiũ petẽti except. opponi poſſe, quòd rẽ nõ tradidit: quã ſi tradiderit, iniuſtè facit ſi phibeat emptorẽ vuã legere, aut calcare, aliúdve facere: ideóq; iniuriarũ teneretur. Pertinet ad id qđ & ſuprà memoraui-

1 l. cùm in fundo. §. ſi fundus communis. de iur. dot.
2 l. iij. C. commu. diuid.
3 l. ſi procurator. de procur. ſuprà.
4 per hũc tex. & l. iij. §. vl. de annuis lega. & l. cùm allegas. de vſur. C.
5 gloſ. not. in l. rogaſti. §. ſi tibi. & ibi Bar. de rebus cred.
6 Die xiiij. Martij, anno 1553.
7 l. Lucius. infrà eodẽ.
8 in d. l. cùm allegas.
9 l. in fideicommiſſo. §. vlt. infr. de vſuris.
10 l. promiſsis. de tranſact. C. & ibi Alex.
11 l. vlt. de præt. ſtipul.
12 l. qui res. §. qui ſtipulatur. de ſolut. & ibi Bar.
13 l. tenetur. §. vlt. ſupr. eo.
14 l. tenetur. §. ſed ſi vas. & l. Iulianus. in prin. ſupr. eod. & Paul. de Ca. hîc.
15 l. Titius. infrà eo. & d. l. nummis.
16 §. qui domum.
17 l. ſi ex toto. §. ſi. de leg. j.
18 l. ſi Stichum. §. final. de verb. oblig. infrà.
19 l. ſi ſeruus communis Meuij. §. penult. de ſtip. ſer. & hîc.

muſ[1]: & ſuffragatur ei opinioni quam alibi retulimus[2], vt etiam in venditionibus via ſit præſtanda emptori à venditore, ſi aliunde emptor acceſſum non habet, & id venditori expeditum eſt.

Acceſſus in vẽditione præſtandus.

PRAEDIA. L. XXVIII.

HAEC lex Pauli Caſtrenſis teſtimonio manifeſta eſt. ſtatus eſt, cùm contractui ſubiicitur ſtipulatio pœnæ, puta vendenti mihi prædium promiſiſti te aliquid facturum, & ſi non faceres, pœnam. In qua ſpecie placuit etiam commiſſa pœna contractum manere, & ex illo agi poſſe, vt quod cõuenit impleatur. Planè ſi quod contractu conuenit, à te ſim conſecutus, ex ſtipulatione ad pœnam agere non potero[3]. ſin autem pœnam exegero, nec ad id quoque quod per contractum fieri debebat, rectè agam: niſi pœnam de qua conuenit id quod intereſt ſuperet[4]. Ex quo & illud efficitur, vt licet creditor apponat minorem pœnam, quàm res ſit, non tamen reſiduo quod pœnam excedit, obnuntiare creditur: quod interpretamur ſiue ex contractu bonæ fidei id quod intereſt petitur, vt hîc, ſiue ex cõtractu ſtricti iuris[5]: nec per pœnalẽ ſtipulationem videtur prioris contractus nouatio induci: ſiue ille contractus fuerit ex cauſa oneroſa, vt hîc[6], ſiue ex lucratiua[7]. idque ideo ſtatutum eſſe didici ne debitori quædam veluti illecebra non implendi contractus & incitamentum afferatur, dum ſoluere pœnam mauult, quæ aliquando minor eſſe ſolet re ipſa. Quamuis in hoc vltimo caſu nouationem fieri crediderit Bartolus[8]. Sed tu vide quæ ponuntur in l. ſi quis à ſocio. ſuprà pro ſocio. vbi obices qui huic ſententiæ aduerſari videntur remouimus.

Qui pœnam abſtulit, nõ petit rem.

Stipulatio pœnæ non nouat præcedentem contractum.

SERVVS QVEM. L. XXX.

CVM ad rem dandam, hoc eſt, trãsferendum dominium venditor non teneatur[9], conſequens eſt, vt quoties emptori licet rem habere & in poſſeſsione eſſe, toties de euictione agere is non poſsit, licet res ſit aliena[10]: quod iam verum eſt, vt licet emptor iudicio de re propoſito ſit victus, ſi tamẽ adhuc negligentia eius qui in lite vicit, rem teneat, non tamen de euictione agere poſsit[11]. poterit verò emptor agere vt res tradatur libera[12], & pretium retinere ſi illud non ſoluit, donec res omnimodo libera tradatur[13]. Poſſet prætereà emptor agere nomine eius quod intereſt, ſi ſciens venditor rem alienam tradiderit, per hunc tex. non tamen de euictione[14].

Qui rem quoquomodo habet nõ agit de euictione.

SI EA RES. L. XXXI.

§. VTERQVE. Huc pertinẽt ea quæ ponimus in l. ſiue autẽ. §. ſi duobus. de publicia. ſupr. vbi plura apud Acc. videre potes.

SI QVIS A ME. L. XXXII.

HVC & pertinent ea quæ alibi adſcripſimus[15]. & in eandem ſententiam vide gloſ. in l. arbitrio. §. de eo. de dolo. ſuprà.

VENDITOR. L. XXXVI.

Venditor quãdo cuſtodiæ obligetur.

QVOD dicitur hîc[16], venditorem in re vendita præſtare cuſtodiam & diligentiam debere, rationẽ habet ſecundum Paulũ Caſtr. niſi in mora ſit emptor rem accipiendi: hoc enim caſu ad hoc erit decurrendum, vt rem tanquam alienam poſſit vẽditor negligere[17]. Sic vinum effundere poterit, emptore

1 *l. Iulianus. §. offerri. ſupra eod.*
2 *l. Gaurus Marcello. de ſeruit. vrb. præd. ſuprà.*
3 *l. apud Celſum. §. Labeo. de dol. excep. infr. l. duo. pro ſoc. infrà.*
4 *l. ſi quis à ſocio. ſupr. pro ſocio.*
5 *l. vlt. §. vlt. de eo per quẽ fact. erit. & ibi gl. ſupr.*
6 *l. reſcriptum. §. ſi pacto. de pactis. ſuprà.*
7 *l. quamuis. de vſuris. C.*
8 *per tex. in l. obligationẽ. §. vlt. de act. & obligat.*
9 *l. ex empto. ſupra eo.*
10 *l. qui rem. C. de euic.*
11 *l. habere licere. infrà de euict.*
12 *l. ex his prædijs. C. de euict.*
13 *ſecund. Bald. in d. l. qui rem.*
14 *d. l. habere licere. & Bartol. hîc*
15 *l. imperatores. de cõtrah. emp. ſuprà.*
16 *& in l. cuſtodiã. de peri. & commo. rei. ſuprà.*
17 *l. venditor ex hæreditate. §. quamuis. de hæred. vel act. vend. ſuprà.*

re moram faciente [1]. Sic moram faciente muliere in fundo dotali recipiendo, maritus non tenetur de culpa & negligentia, ſed de dolo tantum [2].

QVAERO. L. XXXVIIII.

PERTINET Ad poſita in l. tenetur. §. vlt. ſup. eod.

QVINTVS. L. XL.

Dominium per traditioné tranſit.

EX Contractu non ſolet dominum tranſire, niſi traditio ſubſequatur [3]: ideóque ex contractu erit agendum, non rei vindicatione, vt hîc. reliqua alibi explicantur [4].

SI DVORVM. L. XLII.

Compenſatio ſpeciei ad ſpeciem.

HIC Eſt caſus quo fit compenſatio ſpeciei ad ſpeciem, & eſt ſingularis in iure, ſecundum Baldum [5]. Reliqua perſequere in l. ſi conuenerit. de pig. act.

TITIVS I. L. XLIII.

Id quod intereſt an duplum excedat.

VENDIDISTI Mihi ancillam fideicommiſſariæ libertati ſubiectam. ſi poſtea euincatur ad libertatem, agam ad ſumptus in illam factos, & ad id quod intereſt. quod tamen non excedet duplum pretij. quod toties verum eſt, quoties illud quod intereſt venit propter expenſas factas: nam ad illud tenetur venditor, ſed vſque ad duplum: nam ſi alibi abſurdum eſſe dicitur, dominum re ſua carere propter expenſas in rem factas [6]: certè multum emptori delaturus eſt prætor, ſi re euicta vſque ad duplum eius quod ob ſumptus factos intereſt, rationem haberi patiatur. Sed hoc ita verùm eſt, ſi venditor fuerit ignorans: nam ſi is ſciens fuit, *omnimodo teneri debet* [7], id eſt, vltra duplum [8]. Nec vtimur Alciati ſententia [9], qui emptorem, quòd rem alienam vendiderit conuentum, non vltra duplum damnari debere ait, licet fuerit ſciens & prudẽs. Sin autem alio modo poteſt intereſſe, ad id omne quod intereſt cõuenitur, etiamſi duplum excedat: quod euenire poteſt, cùm domus mihi vendita vitium fecit, & pereunt animalia mea [10]: & hoc Baldus probat [11]. Sinautem quærimus de eo quod communiter intereſt, vniuerſum peti poteſt etiam vltra duplũ [12]: ideóque contra eum qui in mora eſt, condemnatio fit quanti plurimi res fuit à mora [13]: ex eo enim quòd plurimi propter moram fuit, tanti certè eſt communiter [14]. Planè ſi quærimus de eo quod intereſt, quod conuentum intereſſe vulgo appellatur, in infinitũ peti poteſt, & nullis cãcellis concluditur: ſed eò poteſt perduci, quatenus erit conuentum [15]. In reputatione autem facienda eius quòd ſingulariter intereſt, admittenda erit diſtinctio quæ ponitur in l. j. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt [16]. Et quod dicitur venditorem qui ignorans rem vitio affectam vendiderit, teneri quanto minoris, nec vltra duplum in eum condemnationem fieri, rationem habet, ſi res quæ vendita eſt in aliquo iuuare poteſt [17]: nam ſi omnino illa eſſet inutilis, vt in vaſe vitioſo & fracto quod humorem non tenet, venditor ad omne quod intereſt etiam vltra duplum damnatur [18]: quod ex Alciato [19] rectius eſt.

Id quod intereſt cõmuniter.

Intereſſe conuentum.

Id quod ſingulariter intereſt.

IDQVE ET IVLIANVM. L. XLV.

Venditor quas expẽſas ſoluat re euicta

§. ILLVD EXPEDITIVS. Ex legibus ſuperioribus habes, re euicta non tantùm ad pretium venditorem emptori

1 *l. j. de peric. & commod. rei vend. ſuprà.*
2 *l. ſi mora. ſol. matr. infrà.*
3 *l. traditionibus. de pact.*
4 *in l. ſi ager. de rei vind.*
5 *in l. ſicut. de act. empt. C.*
6 *l. ſi neceſſarias. de pign. act. & l. in fundo. ſupr. de rei vind.*
7 *l. idque Iulianum. ver. in omnibus. inf. eo.*
8 *ſecund. Paul. Caſt. & Bar. hic.*
9 *in l. vna. § . tertia quæſtio eſt. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. C.*
10 *l. Iulianus. §. ſine autẽ. & l. tenetur. §. ſed ſi vas. ſupra eod.*
11 *in l. vna. vij. col. ibi. ſexto immediatè. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.*
12 *l. j. ſupra eod.*
13 *l. ratio. §. cùm per venditorem. de act. empt. l. vinum. ſi cert. pet.*
14 *l. pretia rerum. ad l. falc. infrà.*
15 *l. vlt. de præt. ſtipulatia iſta. §. alteri. de ver. obl. vbi vide Bar.*
16 *vbi vide Bart. col. antepe. ibi, nunc venio.*
17 *d. l. Iulianus. ad princ.*
18 *l. tenetur. §. ſed ſi vas. ſupra eo. & l. ſed addes. §. ſi. vas. locat.*
19 *d. l. vna. ver. tertia quæſtio. ij. col. de ſenten. quæ pro eo.*

condemnari, ſed ad id quod intereſt,& ad omnes expenſas [1]; quod tamen locum habet,niſi quo remedio poſsit emptor eas ſeruare ab eo qui euincit:vnde fit vt ſi ædificẽ in domo quam mihi alienam vendidiſti,re euicta non recipiam à te expenſas ædificij, cùm eas ab euincente poſsim ſeruare doli mali exceptione propoſita [2].

SI QVIS ALIENAM. L. XLVI.

Dominium authori meo ſuperueniẽs an mihi proſit.

QVOD Receptũ eſt dominium & ius venditori accedẽs, emptori prodeſſe, verum eſſe creditur, ſi ex integro vẽditor emptori tradat: neq; enim vetus traditio, quæ ab eo qui tunc dominus nõ erat facta eſt, emptori ad rem cõfirmandã valere exiſtimatur [3]. Sed cur alia traditio neceſſaria ſit, cũ iam ſit traditũ, non video: id enim nullibi probari videtur. Quinimo & illud dicitur, vt quoties authori meo dominiũ rei mihi vẽditę aut alio titulo cõceſſæ, accedit, toties iudicer dominus, etiam ipſo die quo mihi traditio facta eſt [4]: aut ſaltẽ cõfirmatur mihi dominiũ in hoc, vt agere poſsim [5]. Sed quod dicimus cõfirmari mihi dominiũ rei, ſi author meus pòſt incipiat dominus fieri, ita verũ eſſe didici, ſi intereſt illius me dominũ fieri; puta quòd à me de euictione appellari põt. Nã ſi nullo modo illius intereſt, & mihi in nullo obligatus eſt, non confirmabitur [6]. Sin autẽ mihi Titius rem alienam obligauerit, an accedẽte illi dominio pignus mihi obſignatum maneat, relatũ eſt in l. rem alienã. de pig. act. Item an ius agenti ſuperueniens pendente iudicio illi proſit, etiam alibi tractabimus [7].

LVCIVS. L. XLVII.

PERTINET Ad poſita in l. Iulianus. §. idem Papinianus. ſupra eõd.

TITIVS II. L. XLVIII.

Inſtrumenta penes venditorem eſſe debent.

CERTVM Eſt venditorem non cogi inſtrumenta rei quæ venditur, præſtare emptori [8], nec hæredem legatario [9]. Sed officio iudicis continebitur, vt vẽditor vel hæres cautione ſua repromittãt emptori vel legatario, vt quoties opus erit, toties inſtrumentorũ recognitũ & deſcriptum facient, per hunc text. [10] Quod & Pariſiẽſ. CVRIA iudicauit [11]. Nec mutare arbitror quod alio reſponſo proditũ eſt [12], emptiones ſeruorũ eſſe dãdas ei cui omnia quæ in domo erant ſunt legata, ſi alio capite de ſeruis mẽtio facta eſt: nã intellige præſtãdas eſſe emptiones, hoc eſt, cõmoda emptionũ non inſtrumenta [13]. Nec omittendũ eſt quod & CVRIA Pariſ. cẽſuit [14], inſtrumenta penes proprietarium eſſe debere, non vſufructuarium [15].

QVI PER COLLVSIONEM. L. XLIX.

Recepto pretio vſuræ an petantur.

§. PRAETII SORTE. Bellisſimè dicitur, receptione pretij & ſortis præiudicium creari recipienti, ne poſthac pro reliquis vſuris poſsit iure experiri, aut pro eo quod intereſt, vt hic [16]: quæ ſententia generalis eſt ad omnia quæ officio iudicis veniunt, vt ſoluta ſorte illa non petantur [17]. Secus dicitur in iis rebus, quæ vel ex conuentione, vel ex ſtipulatione debentur: nam ſoluta ſorte durat ſtipulatio ad ea quæ ſunt ſtipulatione comprehenſa [18]. Ideo fructus etiam finito de re iudicio, principaliter peti poſſunt [19]: cùm non officio

Fructus.

iud-

1 *fac. l. euicta. ij. de euict. inf. l. vẽditores. de verb. oblig.*
2 *per hunc tex. fac. l. adeo. §. ex diuerſo. de acq. rer. domi. & l. ſi is. de adil. priuat. C.*
3 *Paul. de Caſt. in l. rem alienam. de pig. act. ſup.*
4 *l. perinde. de reb. cred. l. j. in fi. de caſt. pecul.*
5 *l. cùm vir. de vſuc. & ibi Bart.*
6 *l. ſi ſeruus. infr. qui & à quib. ſecũ. Pau. de Caſt. in l. rem alienã. iiij. col. ibi, ex prædictis. de pig. act. ſup.*
7 *l. ſi rẽ. §. vlt. de pig. act. ſuprà.*
8 *l. inſtrumẽta. C. de fidei.*
9 *Bar. in l. quæſitũ. §. Papinianus quoque. de fun. & inſtruct.*
10 *& l. creditor. in prin. inf. eodem.*
11 *xiiij. Cal. Decẽ. an. 1550.*
12 *in d. §. Papinianus.*
13 *Bar. in d. §. Papinianus.*
14 *Die xxiiij. Maj. anno 1515.*
15 *fac. l. vl. de fid. inſtr. inf.*
16 *& l. vlt. vbi pono. de eo quod cert. loc.*
17 *l. iiij. dep. C. pono. in d. l. vlt. de eo quod cert. loc.*
18 *l. j. de iudic. C.*
19 *l. fundi. inſ. de excep. pono in l. ex diuerſo. §. vbi. de rei vind.*

Expenſæ litis.

Receptis vſuris etiam peti ſors poteſt.

iudicis, ſed iure actionis debeantur [1]. quod multis CVRIAE Pariſienſis authoritatibus comprobatum eſſe Lucius refert [2], vt fructus omiſsi dum lis ordinaretur, iterum peti poſsint. At expenſæ litis cum officio iudicis tantùm debeantur, magis eſt finito & tranſacto negotio peti non poſſe [3]. quod intelligit Bartolus [4] de expenſis quæ ratione victoriæ debentur: ſi autem debeantur obtentu contumaciæ, rationis eſt vt finito negotio peti poſsint, cum iure & in factum actione petantur [5]. Quòd ſi quærimus an receptis vſuris nobis præiudicemus in ſorte, expeditum eſt nihilominus ad ſortem actionem ſupereſſe [6].

1 gl.in.§.actionũ.in verb. bonæ fidei. Inſt. de act.
2 lib.xj.placit.tit.de fruct.
3 l.terminato.de fruct. & lit.exp.
4 in l.j.ad fi.ſi quis ius dic. non obt.
5 l.j.§.hoc iudicium.ſi quis ius dic.non obt.
6 l.ſi in iudicio.de except. rei iud.

BONA FIDES. L. L.

REFERTVR Ad ea quæ habentur in l. vlti. de acceptil.infrà.

SI ET PER EMPTOREM L. LI.

PERTINET Ad poſita in l.illud.de peric. & com. rei vend. Vbi vide an vltima mora noceat.

CREDITOR FVNDVM. L. LII.

Pœnæ cõmiſſorum conductoribus non fiſco applicantur.

Filia renũtians hæreditati recepto fundo an agat de euictio ne illo euicto.

EX Hoc textu clarum eſt, mancipes & tales conductores vectigalium, poſſe vendere ob vectigal non illatũ res penſitationi ſubiectas: quod & hoc Bartolus notat [7], & tamen verum eſt ſi per iudicem venditio fiat [8]. Sed quæſitum eſt, an pœnæ non ſoluentium cedant lucro mancipum, aut lucro fiſci: & obtinuit mancipibus cedere [9]. quod & aliâs Guido Papa refert [10]. Quod autem pertinet ad §. *Prædium.* hunc textum habeo pro ſingulari, licet nullus animaduerterit: ex quo habes filium aut filiam qui accepto fundo ex dote, vel donatione patris, ſe hæreditate abſtinuerunt, agere de euictione, contra hæredem. quod opinor dubitationẽ non habet, quatenus ille fundus in legitimã imputatur, ſiue ſit quarta iure naturæ, [11] ſiue quarta ex Senatuſconſulto Trebelliano [12]. Sed an ad id quod excedit quartam euictio detur: quod magis eſſe exiſtimo, per hunc textum, qui indiſtinctè loquitur. Pro quo & illud eſt quod dicitur, cauſam dotis, cauſam oneroſam eſſe [13], at in omnibus contractibus onerosis ſere euictio eſt [14]. cui conſequens eſt vt ſi filia ex cauſa meræ donationis haberet, non ſit euictio [15]. His annectitur quod aliâs tractatum eſt, in diuiſione quæ à teſtatore inter liberos aut extraneos facta eſt, an ſit euictioni locus: ſed hoc aliâs dictum eſt [16].

7 Bar.& Bal.hic.
8 l.creditores.de pig. C.l. negantes.de act.& obli.
9 l.ſi quis ſine.C. de vect. commi.
10 q.cccxiij.in deciſ.Gration.
11 l.ſcimus.in prin. vbi Bal. de inoff.teſt.
12 l.hæres percepto.ad Trebell.inf.
13 l.ex promiſſione de act. & oblig.infr.
14 l.in vendendo.de empt. & vend.ſupr.l.ſi familiæ. C.fami.ercis.
15 l.Ariſto.ad fin.de don. not.in l.ad res.de donat.
16 l.ſi cùm venditor.§.vlt. de euict.infrà.

Locati conducti.

LOCATIO. L. II.

Locatio ſine mercede non fit.

Locatio ad certam rem.

SICVT Emptio & venditio propriè ſine quantitate & pretio cõtrahi non dicitur [17]; ſic nec locatio & conductio ſine mercede verè fieri intelligitur [18]. Erit igitur vera locatio, cùm merces cõtractui ſubiecta eſt, vt hoc textu. Quòd ſi fiat locatio ad fructuum partẽ, potius ſocietas quàm locatio nominanda eſt [19].

17 l.empti.de cont. empt.C.
18 l.j.§.ſi quis ſeruum.dep. ſup.& l.naturalit.§.at cum do.inf.de præſ.ver.
19 l.ſi merces.§.vis maior. inf.eo.& ibi Bar.j.col.

Planè ea locatio quæ ad certam ſpeciem contrahitur, putà, *loco tibi prædium ad certas teſſeras frumenti aut olei*, inter contractus innominatos numerabitur: ideóq; præſcriptis verbis erit agendum [1]. Sed non ideo in tali contractu erit pœnitentiæ locus, ſicut euenit in innominatis contractibus [2]: is enim proximè accedit ad locationem [3], præſertim cùm illo ferè modo res locentur [4]. Sed & illud animaduertendum eſt, quod hoc reſponſo ſequitur [5]: non enim fruſtra quæritur, an contractus locationi & conductioni, an verò emptioni ſit applicandus. Nam ſi locatio ſit, ad hoc erit decurrendum, vt conductori remiſsio mercedis ob ſterilitatem fiat [6], quæ tamen in emptione locum non habet: cùm contractu perfecto res periculo ſit emptoris [7]. Ideóque accommodatè quæritur, an quæſtores publicani & mancipes, qui certa pecunia redemerunt vectigalia, dici debeant emptionem contraxiſſe, vt ob bellum vel ſterilitatem nulla illis fiat remiſsio: an verò inter conductores potius numerentur, vt ad illud beneficiũ vocentur, quod magis eſſe Guido Papa refert, idque ſæpius in CVRIA Gratianopolitana iudicatum ait [8]: quod tamen intellige, cùm ad ſingulos annos pẽſio refertur: nam ſi pro multis annis vna pecunia promitteretur, emptio eſſet [9], nec erit remiſsioni locus: & hoc Bartolus probat, & verum opinor eſt [10]

Remittitur merces ob ſterilitatem in locatione non in emptione.

Publicanis an fiat remiſsio.

1 d.§. ſi quis ſeruũ. & d. §. at cum do. gl. & Bar. in l. olei. C. eo.
2 l. ſi pecuniam. de cond. cauſ. dat. ſup.
3 d. l. ſi olei. & ibi Bald.
4 l. domini prædiorum. de agric. & cenſ. lib. xj. C.
5 §. adeo autem.
6 l. ſi merces. §. vis maior. & l. ex conducto. inf. eo. l. licet. C. eod.
7 l. neceſſario. de peric. & com. rei vend. ſuprà.
8 q. dcxxx. in deciſ. Gratian. tex. in l. forma. §. j. de cenſ. in l. ex cõducto. §. Papinianus. ſup. eod.
9 gl. fin. in l. j. in verb. alienationis. de iur. emph.
10 Bar. in l. eotem. §. vlt. j. & ij. col. de public. infr.

CVM FVNDVS. L. III.

AN Aeſtimatio emptionem faciat, habes nonnulla in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ſup. commod.

LOCATIO. L. IIII.

PRECARIVM Aut locatio ſimpliciter facta mortè concedentis non expirat [11]. At ſi ita facta eſt, *quoad voluerit concedens*, propè eſt vt moriente concedente concidat: is enim morte deſinit velle: & ita intellige hunc textum [12]. Sed & in iuriſdictione delegata quoad is qui delegat, reuocet, illud placuit, vt mortuo delegante re iam anticipata & minime integra, non ideo tamẽ iudicetur poteſtas delegati reuocata [13].

Precarium aut contractus ad voluntaté factus an morte reuocetur.

11 l. cùm precario. §. j. & l. quæſitum. §. j. de prec. infrà.
12 ſecund. Paul. de Caſt. hic. tex. in c. ſi gratioſè. §. j. reſp. de reſcr. lib. vj.
13 c. ſi delegatus. §. idem. de of. deleg. lib. vj.

IS QVI REM. L. VI.

HANC Legem habes à nobis expoſitam in l. ſi pignore. de pign. act. ſup.

SI QVIS L. VIIII.

§. HIC SVBIVNGI. Cùm vſufructuarius, beneficiarius (quem nonnulli vſufructuario & vſuario comparant [14]) feudatarius, aut emphyteuta fundum (in quo vſusfructus aut beneficium eſt) locati vel pignoris nomine permittunt, & accidit finiri vſumfructum, & beneficium morte poſſidentis, vel aperiri fundum, magis eſt vt res redeat libera ad dominum [15]. nec enim dominus aut eccleſia tenetur ſtare colono poſito à vaſallo, vſufructuario, vel eo qui beneficium habet, per hunc textum [16]. Sed poſſet dubitari an in hæredes vſufructuarij, vaſalli, aut beneficiati, poſsit colonus agere ad id quod intereſt, quod non admittimus. potuit enim colonus præuidere talia iura perituta aliquando, per hunc textum. Idem dicitur ſi vſufructuarius & feudatarius ius ſuum

Fructuarius ſi in plus locauerit fundum, nõ tenetur de euictione finito iure.

14 gl. in c. præſenti. de off. ord. lib. vj.
15 c. j. §. rurſus. & ibi gloſ. qui. mod. feud. amit. in vſib. feud. pono in l. ſi ex duobus. §. vlt. de in diẽ add. ſuprà.
16 & c. vlt. & ibi glo. ne præl. vic. ſuas.

venderent:nam finito vſufructu,vel feudo aperto, emptor ab illis nihil ſeruabit,ne pretium quidem. nam ius quod habuerant cùm ſua cauſa vendidiſſe videntur [1]: quod tamen rationem habet,niſi emptor deceptus exiſtimarit eos fuiſſe directos dominos [2]. & hoc Paulus Caſtrenſis refert, & æquum eſt.Quod autem ferè extrema legis parte 3 quæritur de incendio,cuius periculo ſit,an locatoris, an conductoris, alibi adſcripſimus [4].

Incendium.

VIDEAMVS. L. XI.

Familia an obliget dominum.

VIDES hîc dominum non præſtare factum familiæ ſuæ niſi in culpa eſſet,quia forſan perditos homines in domum induxerit:vel niſi illos ei inſtituto adhibuiſſet in quo ipſe verſatur:vt euenit in nautis & cauponibus qui facto & furto ſeruorum ſuorum obligantur [5]:quod hactenus verum eſſe didici,vt ij exhibendo ſeruos liberentur [6].Et extat CVRIAE 7 Pariſienſis placitum,quo caupo ad exhibendos ſeruos qui viatori furtum fecerant damnatus eſt:& id ſi non faceret,ad damni compenſationem.& hoc aliâs diximus [8].

ITEM QVAERITVR. L. XIII.

§.QVI IMPLETO. Certum eſt finito tempore locationis poſſe dominũ propria authoritate expellere inquilinum, & domum claudere [9]. Si tamen dominus decurſo tempore, patitur colonum in locatione eſſe,videtur relocare pro anno illo,vt hîc dicitur.Vnde euenit,vt ſi colonus decurſo tempore locationis non admonuerit dominum,teneatur ad penſionem totius anni,in quo relocatio ex lege videtur cõtracta [10]: cui ſententię hîc tex.patrocinatur,ob bonam fidem quæ vltrò citróque contrahentes tenet:nam hoc caſu dies pro homine non interpellat [11].licet Alciatus contrariam opinionem teneat [12].Tam igitur verum eſt manſione coloni poſt finitam locationem,reconductionem videri factam, vt etiam pignorum duret obligatio,ſi ipſemet colonus ea pignora dederit: nam ſi alius dedit,finito tẽpore liberantur, nec redingrata locatione in obligationem incurrunt [13].Sed hoc ita verum eſt, niſi illius conſenſu res iterum pigneretur:ſufficeret tamen, ex nonnullorum ſententia,eum ſimpliciter conſenſum accõmodare contractui relocationis [14].Quod tamen falſum eſſe,vel ex eo conſtat, quod retulit Scæuola [15], hæredem eius qui dederat dotem & ſtipulatus erat eam ſibi reddi diuortio ſecuto, non aliter diuortio ſecuto agentem ad dotem repelli poſſe, quàm ſi nominatim conſenſiſſet, vt ea quantitas dotis fieret matrimonio reconciliato:ex quo arguitur non ſufficere ſimpliciter eum conſenſiſſe renouato matrimonio, niſi de dote ſimiliter cauerit [16].Sic quoque non ſufficit eum qui pignora dedit,conſenſiſſe relocationi, niſi nominatim pignora in eadem cauſa eſſe voluerit. Et quod in pignoribus ab alio datis dicimus,idem quoque in fideiuſſoribus ab ipſis cõtrahentibus datis,intellige,quos nemo dixerit finito locationis tempore, recidere in obligationem per relocationem factam [17]. ſic ſi arbitrio ad diem facto fideiuſſores aduenerint, finito die arbitrij,ij non tenebuntur,licet arbitrium ſit prorogatum [18].Huc pertinent quæ poſita ſunt in l.iij.§. ſi is. quod quiſque iur. ſup.

Colonus finito tempore in locatione manés videtur reconducere.

1 l.qui tabernas. de contr. empt.ſuprà.
2 per hunc text. ibi, quid tamen.& Pau.Ca.hîc.
3 §.ſi colonis.
4 l.iij.de off.præf.vig.
5 l.j naut.caup.ſtab.ſup.
6 l.ex Diui.C.eo.
7 die xxj. Iul. anno 1517.
8 l.j.nau.caup.ſtab.
9 Guid. Pap.q.cccclxxx. fac.l.ſi quis nec cauſam. de reb.cred.ſup.
10 Iaſ.in l.ſi ex legati cauſa.inſ.de verb. oblig.vj. col.ibi,ſexto.per text. in l.4 §.cum eo.ibi,quare ſi quis finita. de eo qui pro tut.& ibi Barto.
11 vt Iaſ.ĩ d.l.ſi ex legati.
12 in l. ſi quis nec cauſam. § i de reb.cred.ſup.
13 vt hîc,& l.vlti.ſup. de pact.
14 glo.in l.dotẽ.inſ.de iur. dot.& Pau.de Caſ.hîc.
15 in l.cùm maritus.§. Titius.inſ.de pac. dot.ſac. quod pono in l.plerique. de rit.nupt.infrà.
16 text. eſt in l. ſtipulatio. de dote.inſ. de iur. dot.
17 l.ſi. ſup. de pact. facit l. pe.ind.ſolui.infrà.
18 l.Labeo.§.4.ſup.de arbi. & ibi dicitur.

§. In vrbanis. Quod mox diximus, in ruſticis prædiis habet locum, in quibus per manſionem colonus reconduxiſſe videtur pro anno: in vrbanis, contrà eſt, in quibus tanti tempo ris reconductio videtur facta, quanto tempore in vrbano prędio colonus remanſerit poſt finitam primam locationem, & hoc communiter tenetur [1]. Ideóque non expectato anno dominus colonum poterit expellere, quia pro illo tantum tempore quod habitarit colonus, non pro toto anno, reconductio videtur facta. Sed hoc non habet locum quoties in ſcriptis locatio erat facta, id eſt, quoties voluerunt contrahentes vt ſcriptura eſſet de ſubſtantia contractus, neque aliàs perficeretur contractus niſi ſcriptura intercederet [2]. nam eo caſu per manſionem non cenſetur colonus reconducere: cùm ea ſolennitas quæ in prima locatione erat appoſita, requiſita ſit in renouatione [3]. Ideóque admittitur vt in officiis quæ non voluntate, ſed authoritate publica geruntur, nõ videatur renouatum officium, ſi quis finito tempore in eo permanſerit [4].

In ruſticis prędijs an per coloni manſionē videatur facta reconductio.

Contractus in ſcriptis

1 Bar. Bal. & Paul. de Caſtro.

2 ſecundum formam l. contractus. de fid. inſtr. C.

3 l. ſi vt propenis. ij. de nuptiis. C.

4 d. l. ſi vt propenis. & l. j. §. cum eo. il i, quare ſi quis finita. de eo qui pro tuto. ſecun. Bar. & Bal. hic.

Ex condvcto. L. xv.

COLONVS non tenetur ad refectionem, ſed locator, & locatore ceſſante, aget colonus ex cõducto, vt hîc, vel diſcedere poterit [5]. Quod ſi reficiat, fiet illi diminutio mercedis pro rata expenſarum [6]. Quid in vſufructuario, habes hîc glo. & ſuperius annotauimus [7]. Reliqua huius legis pertinent ad l. ſi merces. §. vis maior. infra eod.

Colonus an reficere debeat.

5 l. inquilino. de dam. infe. infrà.

6 l. pe. §. fi. de via public. infrà.

7 in l. vſufructu legato. §. quoniam. de vſufruc.

§. Papinianvs libro iiii. Responsorvm ait, Si vno. Propter damnum maximum & ſterilitatem, ſolet fieri remiſsio mercedis [8]. Tamen nemo dixerit ſterilitatem eſſe, licet vno anno nihil ſit perceptum, ſi cæterorum annorum vbertate poteſt illa ſterilitas ſarciri, per hunc textum. fiet igitur reputatio omnium annorum & præcedentium & ſequentium: qua ex comparatione ſi ſoluta mercede colonus reperiatur deceptus vltra dimidium pretij ſiue penſionis, fiet remiſsio: quod & Bartolus [9] Baldus [10] & Panormitanus [11] probant. Et hæc compenſatio admittitur in locatione vna plurium annorum, ſecus in pluribus locationibus. Quod autem dicit hic textus de vectigali fundo, pertinet ad id quod quæritur, an publicanis & publicis quæſtoribus remiſsio mercedis fiat, quod ſuprà diximus [12].

Remiſsio mercedis fit ob ſterilitatem.

8 vt ſuprà l. proximà. & l. licet. C. eo.

9 in l. licet. C. eo.

10 in d. l. licet. nona q.

11 in c. propter ſterilitatẽ. de loca. & conduc. ext.

12 l. ij. §. adeò. eo.

§. Item cvm qvidam. In hanc ſententiam gloſ. & omnes fusè diſtinxerunt. Ideo ſi ita videtur, te ad eos refer. Ne verò à contextu recedamus, ex eo hæc ſententia generalis efficitur, vt quoties ex caſu contingente ex perſona locatoris, impeditur vſus conductoris, toties merces repetatur: quod in contractu nominato admittimus per hunc textum: nam in contractibus innominatis caſus contingens in perſona locatoris non facit vt locator reſtituere mercedem cogatur [13]: niſi ex capite pœnitentiæ [14]. Cur tam variè in illis potius quàm in his contractibus, vide hîc rationem apud Paulum de Caſtro [15]. Item regula à nobis poſita non habet locum, quoties daretur merces de publico: nam magiſtratibus debetur ſalarium, licet impediantur facto ſuo abſque culpa eueniente [16].

Si non fruitur conductor, an repetere mercedem poſsit.

Magiſtratibus & aduocatis etiã facto ſuo gerere impeditis ſalariũ debetur.

13 l. pe. C. de condi. ob cau. dat. l. iij. §. ſed ſi Stichus. & l. ſi pecuniam. ſup. de condi. cauſ. dat.

14 d. l. ſi pecuniam.

15 ſi. col. ibi, pſtano.

16 l. diem functo. ſuprà de aſſeſſo. vbi noto.

Idem

Idem in aduocatis placuit, qui etiam impediti cauſam perorare, ad hæredes ſalarium tranſmittunt [1]. Planè & illud generale eſt in vltima voluntate, vt qui mercedem capere debet, eam omnino percipiat, licet caſu in perſona ſua contingente impediatur [2]. Alia autem exit regula, vt conductor vti impeditus facto ſuo, vel caſu ex ſua perſona contingente, nihilominus debeat mercedem locatori [3]. de quo & infrà explicatur [4].

1 *l.4.§.pe.de var. & extraord. cognit.inf.l.poſt duos.de adm. diuer.iudi. C.*
2 *l.cùm hæres.§.Stichus. de ſtatul.inf.*
3 *l.ſed addes.§.cùm quidam.inf.eo.l. fi. ad leg. Rhod.de iact.ſup.*
4 *d.l.ſed addes. §.cùm quidam.*

SED ADDES. L. XIX.

§. SI QVIS DOLIA. Citamus in l.tenetur.§.vltimo.ſuprà de actio.empt. Et hîc eſt caſus quo etiam ignorans tenetur ad id quod intereſt, licet duplum excedat: quod alibi diximus [5].

5 *l.Titius.de act.emp.ſup.*

Impedito conductore an locator mercedem percipiat.

§. CVM QVIDAM. Videndum eſt, cùm aliquis rem, vel operas ſuas locauit, nec in eo ſtat quominus vel rem fruendam colono præſtet, vel operas, ſed per conductorem, finge forſan eum nolle, vel peregre proficiſci, an ſit æquum conductorem non præſtare mercedem: ſed magis eſt, vt locator integram penſionem etiam temporis futuri conſequatur, vt hîc [6]. Id ita verum eſt, niſi iuſta aliqua cauſa colonus migraret: hîc enim futuri temporis penſionem non præſtabit, niſi hoc nominatim ſit exceptum [7]: & niſi locator eodem anno operas ſuas locaſſet alteri: quo caſu æquum eſt vt à conductore nihil accipiat, qui iam in damno non verſetur, vt hîc [8]. Sed in conductore domus qui ante tempus recedit, & ſic in culpa eſt, inducitur, vt totam penſionem futuri temporis præſtet, etiam ſi dominus domum illo anno alieri locauit. Nam indiſtinctè dicitur eum qui culpa recedit, mercedem debere futuri temporis [9]. Reliqua vide in l. ſi vno. §. item cùm quidam. ſuprà eodem. Item quemadmodum diximus colonum recedentem teneri ad penſionem futuri temporis, ita & placuit dominum non præſtantem rem vt colonus frui poſsit, teneri ad id quod intereſt ratione totius temporis [10]. Quod autem ferè nouiſsima lege dicitur [11], alibi explicatum eſt [12].

6 *& in l.ſi in lege.§.ſi domus.& l.dominus.§.vlti.& l.habitatores.in fine. & l. qui operas. inf. eodem.*
7 *l i.§.ſi penſio. de migr. inf. & l. ſi merces.§. ſi vicino.inf.eo.*
8 *& l. diem functo. ſup. de off. aſſeſſ.*
9 *per tex.in l.ſi in lege. §. ſi domus.inf.eod. & ibi Paul.de Caſt.fac.l dict. ad ſi ſecund.intell.gloſ. & Bar.ſup.de off.aſſeſ.*
10 *l.ſi in lege.§.colonus.infra eod.*
11 *§.Papinianus.*
12 *in d.l.diem functo.*

ITEM SI PRETIO. L. XXII.

Contrahentes ſe poſſunt decipere.

LICITVM eſt, inquit textus [13], contrahentibus ſe inuicem circunſcribere. de quo vide quod ponitur in l.in cauſæ.ij.§.idem Pomponius.ſuprà de minor.

13 *in §.quemadmodum.*

SI IN LEGE. L. XXIIII.

Arbitrium in contractibus.

QVAE ſint quæ in contractibus conferri poſsint in arbitrium contrahentium, habes ex Accurſio in l. in vendentis. C.de contrahen.empt. & alibi etiam aliqua annotamus [14]. Planè id quod ſimpliciter refertur ad arbitrium alicuius, intelligitur collatum ad arbitrium boni viri, non liberam voluntatem, de quo aliâs diximus [15]. Quod autem pertinet ad §.ſi colonus.an illata à ſecundo conductore, domino putentur obligata, diximus in l.ſolutum.§.ſolutum.ſuprà de pignerat.actio.

14 *in l.hæc venditio. ſup. de contrab. empt.*
15 *in l.creditor. §. Lucius. ſup.mand.*

§. SI DOMVS. Hunc §. repete ex iis quæ poſita ſunt in l.

ſed addes.§.cùm quidam.ſupra eodem.

SI MERCES. L. XXV.

IN hanc ſententiam vide gloſſ. in l. in vendentis. C. de contrahenda emptione. vbi habes bene longam diſtinctionem.quod & alibi tentauimus [1],& ex §.*culpæ*. dici ſolet,damnum quod aliquis ab inimicis ſuis patitur,intelligi ex quadam interpretatione,culpa ſua pati [2]: quod tamen æquitatem habet, cùm inimicitiæ erant ſuſceptæ culpa eius qui damnum accepit [3]:ſi enim nulla ei culpa poteſt aſcribi,non præſtabit illud damnum:quæ enim tanta diligentia alicuius eſſe poteſt,vt cauere poſsit ſibi iniuriam non inferri [4]? Idque Baldus & Duarenus probant [5]. Sic venditor iniuriam emptori factam in re vendita,præſtare non ſolet [6]: niſi forſan prohibere potuit,& non fecit [7].

Damnum mihi datum ab inimicis meis culpæ meæ imputatur.

§.VIS MAIOR. Quo modo ſit æſtimanda ſterilitas & quando ei ſit in locatione locus,ſuperius retulimus [8]. Si igitur damnum intolerabile contigerit in fructibus, ſit remiſsio mercedis [9]:niſi iam eſſent collecti:cùm enim ij perceptiõe & ſeparatione facti ſunt coloni, damno coloni ſunt [10]: nam & illud expeditum eſt ob damnum datum in rebus coloni, non fieri mercedis remiſsionem [11]. Item ob damnum in re conducta contingens,remiſsio facienda eſt, puta cùm res incendio periit [12]:quod in moletrina à flumine erepta Baldus reſpondit [13],licet fluminis periculum potuiſſet conductor præuidere. Et hæc in conductore etiam ad longum tempus locum habet [14]:nõ idem eſt in emphyteuta [15]:tum quia ad modicum quiddam tenetur, tum quod illum numum quem præſtat,non pro mercede, ſed potius honoris cauſa dare cenſetur [16].Quid in queſtoribus & mancipibus adſcripſimus in l.ij. ſupra eodem. An autem ſicut conductori ob ſterilitatem remiſsio benignè conceditur,ita & ob immodicam vbertatem augeri penſio debeat:ſed hoc vix eſſe putem: idque per hunc textum:qui colono immodicum lucrum auferri non concedit:tum quia non ita fauorabilis cauſa eſt eius qui ex vbertate magna mercedem ſibi augeri contendit, quàm alterius qui propter vim tempeſtatis & calamitatis remiſsionem poſtulat:cùm prior de lucro & præda,hic de damno cauendo ſolicitus ſit [17], & hoc Paulus Caſtrenſis ſine diſtinctione probat. Sed opinor hoc ſummam rationem habet, ſi diligentia colonorum res in tantam vbertatem ſit deducta,vt lege principali aperte demonſtratur [18].At ſi ex fortuna aut prouidentia Dei,nulla coloni accuratione tanta vbertas contigerit,vtimur opinione Accurſij,Bartoli [19] Abbatis [20] & cæterorum, vt propter illud incrementum etiam penſio augeatur [21]. id enim poſtulat bona-fides vt quod de vna parte dictum fuerit, ad aliam perducatur [22].

Remiſsio mercedis.

Emphyteutæ non fit remiſsio mercedis.

Ob nimiam vbertatem an debeat augeri pretium.

IN OPERIS. L. XXVI.

EX hoc textu habetur,in operis & factis promiſsis duobus,potiorem eſſe eum cui prius fuerit promiſſum: quod in quantitatibus promiſsis,nõ vtiq; dicitur [23]:niſi accedat realis hypo

In factis promiſsis & i quãtitatibus prior tempore an ſit potior.

1 *l.hæc vẽditio.ſup. de cõtrah.empt.*
2 *vt hic,& l.pen. in prin. inf.ſol. mat.*
3 *per d.l.pe.*
4 *l.ſed de damno.inf.eod.*
5 *in d.l.pe.in princ.*
6 *l.fi.C.de actio. emp.l.ſi per imprudentiam.de euictio.inf.*
7 *l.iij.ſup.de noxal.*
8 *in l.ex conducto.§.Papinianus.ſup.eo.*
9 *vt hic,& l.licet. C. eo.*
10 *l.pignus.de pign.act.C.*
11 *l.damnum.& ibi Bald. & Bar.C.eo.*
12 *l.ex conducto.§.cùm quidam.l.ſi quis domũ. §.1.ſup.eo.*
13 *in l.licet.ij.q.C.eo.*
14 *Bal.in l.1.iij. col. de iur. emphy.C.*
15 *per l.1.de iur.emphy. C.*
16 *Panor. in c. propter. in fi.ext.eod. & Bal.in d. l.1.de iur.emphy. iij.col.*
17 *facit l.quicunque. & l. pe.de omni agr. deſer. lib.x1.C.et l.ij. de ſund. rei priuat.*
18 *l.vlti.de alluuio. C.*
19 *glo.& Bart. & alij hic.*
20 *in c.propter.vlt.col.ext. eodem.*
21 *c.quanto. & ibi gloſ. de cenſi.*
22 *l. vlt.de accepti.inf.l. bona-fides.de actio.empt.*
23 *l.priuilegia.de priuileg. cred.inf. Barto. hic. & Bal.in l.ij.C.eod.*

hypotheca, in qua prior tempore præfertur [1]. ſic & inuecta in domum habitationis cauſa, prius tenentur ei cui anterioris temporis penſiones cedere debent, quam alteri cui poſterioris temporis penſio debetur [2]. Et hic textus iungitur iis quæ alibi diximus [3].

QVI INSVLAM. L. XXX.

Ob refectionẽ & ſi inhabitare vult dominus licitè eiicit colonum.

OB neceſſariam refectionem dominus poteſt colonum eiicere, vt hîc: & tenebitur tantùm ad remiſsionem mercedis pro rata, non ad omnem vtilitatem [4]. contra eſt, ſi voluntaria eſſet refectio, quia quanti coloni intereſt, tanti dominus damnatur [5]. Plus dicitur ob neceſſariam refectionem colonum ſponte poſſe migrare [6]. Sed & cùm dominus vult domum inhabitare, poteſt colonum eiicere, ſi quædam cauſa noua inhabitandi superuenit [7]: quo caſu ad id quod intereſt colono non tenebitur: & ita CVRIA Pariſienſis iudicauit [8], in eo qui ob magiſtratum nuper habitum, ex lege municipali in certa ciuitatis curia tenebatur habitare. Et quod dixi dominum lege eiicere poſſe colonum à domo, ſi inhabitare vult, non habet locum in emphyteuſi [9], nec in locatione ad longum tempus: quod & decreto CVRIAE Pariſienſis contineri per manus accepimus.

Cauſa inhabitandi dominus non eiicit emphyteutã & colonum lõgi temporis.

Penſio in fine anni ſoluitur.

§. QVI AEDEM. In penſione quæ fundi conducti nomine debetur, receptum eſt vt niſi finito anno ſolutio impleri non debeat [10]: nam quod minus eſt, ſemper contractibus contineri creditur [11]: quanquam enim principio anni committi ſtipulatio dicatur, ſufficit tamen in fine anni ſoluere [12]: & hoc ab omnibus magno cõſenſu dicitur [13]. Sin autem de mercede operarum quærimus idem placuit [14]: niſi ſi ad certam menſuram pretium ſiue merces relata eſt: nam tacitè venit, vt pro modo menſuræ ſolutio fiat, per hunc textum: idem eſt ſi conditio locantis operas ſuas id poſtularet: puta pauper eſt, nec magnũ opus poteſt abſoluere, niſi per diuerſas præſtationes ei merces inferatur [15]. Quod ſi pecunia petatur non tanquam merces laboris, ſed pro ſumptu qui in rem fieri debet, conſtitit anteà agi poſſe, quàm ſumptus ille fiat [16]: modo ſe rem impleturum actor caueat [17]. Cui ſententiæ conſequens eſt quod alibi dicitur [18], eum cui legatum factum eſt ſub conditione aliquid impendendi, non cogi antea expendere aut erogare, quàm legatum abſtulerit: quod tamen ipſum non eſt expeditum: ideo adi Bartolum [19]. Et ex §. *colonus*, videtur effici, aliquem præſtare debere factum familiæ ſuæ: quod rationem habet, cùm aliqua eius culpa arguitur, non autem caſus fortuitus vt hîc apparet. aliâs nemo ex facto familiæ ſuæ appellari ſolet, vt aliâs dictum eſt [20]. quanquam hîc ſumma doctorum repugnet.

Merces quãdo ſolui debeat.

Dominus an factum familiæ præſtet.

IN NAVEM SAVPHEII. L. XXXI.

Actio oneris auerſi.

ACTIO oneris auerſi deſcendit ex contractu per auerſionem facto, cùm venditor in emptorem omne periculum transfert, & à ſe auertit [21]: aut cum locator in colonum & conductorem [22]: puta cum aliquis nauta nauem ad merces vehendas præbet mercatoribus, vt hoc textu. Cùm igitur plures in naue Saupheii frumentum impoſuiſſent, & vni

1 *l. potior. inf. qui potio. in pigno. habean.*
2 *l. inſulam. & ibi dicitur. inf. qui potior. in pigno.*
3 *l. vlt. qui potiores.*
4 *& l. aedem. C. eo. & ca. propter ſterilitatem. §. vlt. ext. eo.*
5 *arg. d. c. propter. §. vlt.*
6 *l. inquilino, de damno infec. l. ſi. de migrã. inf.*
7 *c. pen. ext. eo.*
8 *die xij. Iulij, ann. 1552.*
9 *ſecund. Pan. in c. pen. ij. col. ext. eo. & Iaſ. in l. ij. xj. col. de iur. emph. C.*
10 *l. qui hoc anno. de verb. oblig. inf.*
11 *l. ſemper in ſtipulationibus. de reg. iur. inf.*
12 *l. ſi ſeruus communis. §. vlt. & ibi Bar. de ſtip. ſeru.*
13 *l. in aedem. C. eo.*
14 *glo. & doct. in l. ij. C. eo.*
15 *ſecund. Bar. hic. & in d. l. ij.*
16 *l. ſi verò non remunerandi. in fi. & l. ſi mandato. ad prin. ſup. mãd. Panor. in c. pe. vlt. col. ext. eo.*
17 *l. inſulam. in fi. inf. eo.*
18 *l. eum cui. de fid. lib. inf. glo. in l. 4. de his quæ ſub modo.*
19 *l. huiuſmodi. de leg. j.*
20 *in l. vlt. ſup. naut. caup. ſtab.*
21 *l. qui officij. §. vlt. de cont. emp.*
22 *l. opus. & ibi noto. inf. eo.*

frumenti partem quantam intuliſſet, Saupheius reddidiſſet, poſteáq; nauis periſſet: quærebatur an actione oneris auerſi reliqui mercatores, partem in frumento vni mercatori ſoluto à nauta ſeruare poſsint: quod vix eſſe ait. Nam ſi frumẽtum, vel alia quantitas naui impoſita ſit confusè ad numerum, pondus, aut menſuram, dominium ex hoc transferri videtur in nautam, & quaſi mutuũ contrahi, in hoc vt non idem, ſed tantundem reddatur [1]: quo caſu iuſtè potuit nauta vni reddere de quantitate, quæ in ſuo dominio erat, nec tenebitur eam quantitatem cæteris reficere: propius eſt enim vt is ſit liberatus quaſi re ſine culpa perempta [2]. nam licet genere maximo perempto non eximatur ab obligatione debitor, cùm genus perire non poſsit [3]: non idem tamen recipimus in genere ſubalterno: quo ſublato liberari debitorẽ dicendum eſt [4]: vt in caſu huius legis, cùm nauta ex frumento in naui poſito debitor eſt. præterea hîc nauta debebat quantitatem & genus propter ſpeciem, & per conſequens ſublata ſpecie à quantitate debet abſolui [5]. Ex his efficitur, vt cùm pecunia datur numerata, nõ autem conſignata in ſacco, vel cùm quantitas explicata datur, non concluſa aliquo marſupio, aut vaſe, tunc cenſeatur transferri dominium: quod ex textu manifeſtè apparet [6]. & vide quod aliâs in eam rem diximus [7]. Nec multum vrget quod dicitur, procuratorem aut nuntium cui pecunia numeratur vt alij deferat, facere furtum ſi non illi numerat cui iuſſus eſt [8], quaſi non videatur in eum tranſiiſſe dominium per numerationem, cùm rei ſuæ nemo furtum faciat: quia hoc habet locum cùm ſigillata pecunia data eſt: nam quoties non ſigillata datur, toties dominium transfertur, & furtum non fieret, ſecundum diſtinctionem huius legis: quod & Iaſon probat [9]. Vel forſitan melius dicetur, quòd quemadmodum condictio furtiua contra furem degenerat, & nemo condicit rem ſuam præterquàm à fure [10]: ita & actio furti degenerabit contra furem, vt in eum actio furti intendatur, licet dominus ſit effectus: vel eò maximè quòd ex Baldi ſententia [11], ineptus libellus contra furem admittatur. Alia eſt pars diſtinctionis in textu, quòd cùm triticum naui impoſitum eſt, diſtinctum & beronibus incluſum, non autem confusè, manet imponentium: ideò ſi vnius triticum alteri ſit ſolutum, rei vindicatio erit accommodanda, nec oneris auerſi actioni locus erit, per hunc textum [12]. Iam verò ex reſponſi tenore conſtat, mercatores qui frumentum naui impoſuerant, ſocios non fuiſſe: nam ſi ſocij fuiſſent, non eſſet inter eos occupantis conditio potior, ſed quod vnus diligentia ſua abſtulit à nauta, ad communicandum cæteris obligatus eſt [13].

1 ex l. cum quid. ſi cert. pet. ſup. l. res in dotem. de iur. dot. inf.
2 vt hoc tex. ad fi. ibi, ſed ſi ita.
3 l. incendium. C. ſi cert. pet. noto in l. quod te mihi. poſt gl. ſup. ſi cert. pet.
4 in l. ratione. §. incerta. inſ. ad l. falc.
5 l. Titia. §. vlt. & l. quidã. §. ij. de leg. 1. noto in l. quod te mihi. ſupr. ſi cert. pet.
6 ibi, nam ſi quis.
7 l. 1. §. quoties. ſup. depoſ.
8 l. ſi quis vxori. §. Iulianus. de furt. inſ. l. ſi cui. C. de furt.
9 in l. eius. §. quas verò. ſup. ſi cert. pet.
10 l. vlt. quemad. vſufr. caueat ſup.
11 in l. falſus. iij. colũ. de furt. C. Bar. in l. quoniã. de cond. furt. ſup.
12 ibi, quòd ſeparatim.
13 l. verum eſt. §. ſi cùm tres. ſup. pro ſoc.

Numeratio dominiũ transfert.

Nuntius an furtum faciat pecuniæ numeratæ ſi non deferat.

Qvi fvndvm. L. XXXII.

EX hac lege primùm ſingulariter efficitur, colonum non cogi ſtare particulari ſucceſſori eius à quo rem conductam habet: quod notandũ eſt. Et è diuerſo, ſingularis ſucceſſor, vt emptor nõ cogitur colonũ eum habere, cui vẽditor locauerat, vt hîc [14]: colono enim ſolũ cõpetit actio perſonalis, quæ in ſingularẽ ſucceſſorẽ & poſſeſſorẽ nõ datur [15]: ex quo euenire poteſt, vt ſit pro contractu locationis res locata colono nexu oblige

14 & l. emptorem. C. eo. l. nihil. de leg. j. inſ.
15 l. vlt. ſup. de cõt. emp. l. j. §. ſi hæres. inſ. ad Treb.

Colonus non ſtat emptori.

Emptor an ſtet colono.

obligetur, poſsit is re vendita à domino, incumbere rei [1], adeo vt emptor teneatur illi ſtare: & hoc omnes probāt [2]: & CVR. Pariſiē. placito continetur [3]. Sic & emptor colono ad nō modicum tempus ſtare cogetur. habet enim talis colonus vtile dominium [4], & actionem in rem [5]. Idem eſt ſi conuentum eſſet inter venditorem & emptorem, vt colonus remaneret in

Miſſus ſtat colono.

fundo [6]. Planè in hoc genere perpetuum eſt, vt ſingularis ſucceſſor qui dominium non nanciſcitur, ſed forſan cuſtodiæ cauſa in fundum venit, teneatur ſtare colono [7]. Itē in fiſco ſpecialiter dicitur illius fauore, vt emens ab eo teneatur ſtare colono [8]: quod Bartolus ad eccleſiam etiam perducit [9]. ſed & prælatus ſuccedens alteri in prælatione rectoriæ, non poterit ex-

Colonus fiſci & eccleſię priuilegiarius.

pellere colonū poſitum ab anteceſſore, cum nomine eccleſiæ locatio facta videatur: ſecus in eo qui eſt ſimplex canonicus [10]. Item proprietarius nō cogitur ſtare colono ab vſufructuario poſito: nec fructuarius colono poſito à proprietario [11]. Nec diuerſum eſt in muliere, quæ locationem à marito factam de fundo dotali non tenetur admittere [12]. Sed pupillus locationem à tutore factam non reuocat tutela finita [13], cùm plenam geſtionem habeat tutor. Item an emptor teneatur ſtare colono partiario, relatum eſt in l. idémque. §. vlt. ſup. pro ſoc.

1 *l. pignoris. inf. de pigno.*
2 *Bar. & Paul. hîc. & Bar. et Bal. in l. emptorē.*
3 *ann. 1543. die ix. Mart.*
4 *l. j. ſi ager vectig. vbi ad ſcripſi.*
5 *l. j. de ſuperf. §. quod antem. inf.*
6 *l. ſi merces. §. j. ſup. eod.*
7 *l. in venditione. §. j. de bon. auth. iud. poſſ. inf.*
8 *l. vlt. ibi, quia ſub colono. de iur. fiſc. inf. l. iij. de manci. & col. lib. xj. C.*
9 *d. l. iij. de manci.*
10 *glo. in cap. vlt. ne præl. vic. ſuas. & ibi Pan. & Bal. in d. l. emptorē. ij. co.*
11 *l. ſi quis domū. §. j. ſup. eo. l. arbores. de vſuf.*
12 *l. filiofa. §. vlt. inf. ſol. matrim. l. ij. §. vlt. de dote prælég.*
13 *l. ſi tutela. de adm. tut. Bar. in d. l. ſi filiofam. §. vlt.*

SI FVNDVS. L. XXXIII.

Fiſcus ex publicatione ſuccedens non ſtat colono.

HAEC lex de genere eſt eorum quæ proximo capite poſita ſunt: ex qua mirum videri poſsit, fiſcum ex publicatione in bona alicuius ſuccedentem cum hæredis loco habeatur [14], non tamen cogi ſtare colono: quod manifeſtè hîc oſtenditur. aliâs enim vniuerſalis ſucceſſor ſiue hæres tenetur ſtare colono anteceſſoris [15]. Sed quemadmodum iure ſpeciali in fiſco admitti diximus [16], vt qui ab eo emit ſtare colono compellatur [17]: ſic & ſpecialiter in eodem fiſco inductum eſt, vt is ex generali titulo ſuccedens non cogatur colono ſtare, vt hîc: quamquam in reliquis contrà, vt ſuprà annotatum eſt [18].

14 *l. ij. C. ad l. Iul. de vi.*
15 *l. viam. C. eo.*
16 *l. qui fundum. ſup. eo.*
17 *l. vlt. inf. de iur. fiſ.*
18 *d. l. qui fundum.*

OPVS. L. XXXVI.

Res aduerſione empta.

RES dicitur auerſione vendi & locari, non aduerſione ſicut Budæus annotauit, & ita in Pandectis Florentinis legitur: quamquam Franciſcus Connanus Pariſienſis vir doctiſsimus aduerſione emere & locare rectius legi putet [19]: vt qui emit aduerſione, in ſe aduertat, hoc eſt recipiat & retineat periculum: ſic Cicero dicit Verrem direpta naui prædam in ſe omnem aduertiſſe, hoc eſt, recepiſſe. Planè ſi legis auerſione, hoc tunc fieri intelligitur, cùm venditor omne periculum à ſe auertit in emptorem [20]: aut cùm locator in colonum omne damnum reiicit [21]. Idem eſt ſi de te opus faciendum conduco per auerſionem: nam hoc caſu donec approbetur, damnum tuum eſt: & hoc eſt quod hîc ſentit Florentinus, *opus quod auerſione locatum eſt, donec approbetur, periculum conductoris eſt*, id eſt, eius qui operas ſuas locauit, qui & aliquando locator dicitur [22]: ſed hîc etiam conductor vocatur, quod plerunque Iuriſconſultis vſuuenit [23]: quamquam & Cicero ipſe in ea ſignificatione accipiat conductorem. Redēptor, inquit, qui columnā faciēdā de Cotta & Torquato cō-

19 *lib. vij. com. iur. ciuil. c. x. & xj.*
20 *l. qui officit. §. vlt. de cont. empt. ſup. l. ſi vina. §. ſi auerſione. ſup. de pe. ric. & com.*
21 *l. j. §. exercitorem. de exercit.*
22 *vt inf. eo. l. qui operas. doct. in l. ſi vno. §. item cùm quidam. ſup. eo.*
23 *l. veteres. ſupr. de act. empt. Bart. hic.*

duxerat,hoc eſt qui operas ſuas locauerat ad opus columnæ. Quomodo etiã inferius Iabolenus loquitur [1]. *Martius domũ faciendam à flacco conduxerat*,hoc eſt,Martius redemptor operas ſuas promiſerat Flacco ad domum ædificandam:quæ ſi vi naturali,putà terræ motu, ſiue labe pereat & cadat, etiam antequam approbetur tradatúrve, Flacci locatoris erit periculũ, non Martij qui domum faciendam promiſit,quod multis alijs reſponſis manifeſtè oſtenditur [2]:niſi qua culpa Martij arguatur, vt cum vitio operis opus periiſſet [3]. Culpam enim ſolam & dolum cogitur artifex præſtare,non caſum [4]. Ex quo euenit vt dominus qui eum ad opus faciendum aduocauit, teneatur eius operis mercedem præſtare, pro modo quo ædificium erit factum,licet opus perierit [5]. Periculum igitur operis etiam antequam approbetur, locatorem ſiue dominum, non autem operarium tenebit: non enim amplius à mercenario & redemptore, locatori erit præſtandum, quàm quod locator ſua opera & cura eſſet conſecutus, ſi vel ipſemet ædificaſſet, vel aliũ ædificio adhibuiſſet: quo caſu ſi quid vi maiore contigiſſet,non potuiſſet diligentia ſua auertere:hoc ergo redemptori non nocebit: & ita intellige quod hîc in fine ſuboſcurè dicit [6].addit,niſi aliud eſt actum,hoc eſt,niſi redemptor auerſione domum faciendam conduxit ſiue promiſit,hoc eſt, in ſe periculum recepit: quia tanto tempore periculum præſtabit, quo-ad adprobetur domus à locatore. Idem eſt ſi ad menſuram opus faciendum locatum eſt, vt eatenus obligetur, quatenus admenſio non fiet:in ea vero parte quæ fuerit menſurata,periculo eximetur.& ita intellige principium huius legis: nec eſt neceſſe redemptorẽ in culpa fuiſſe,ſicut Bar.& Paulus voluerunt:non enim nouum eſt, vt pacto quis ſuſcipiat in ſe periculum & caſum [7].

Periculũ operis an locatoris an conductoris ſit.

Qvi operas. L. xxxviii.

PERTINET ad id quod ponitur in l.ſi in lege.§. cùm quidam ſup.eo.& alibi etiam nonnulla [8].

Sed de damno. L. xli.

ALLEGATVR in lege.ſi merces.§.culpæ. ſupra eodem titul

Cvm apparebit. L. xlvii.

IN obſcuris duo iudicantur accepti pro virili parte, nõ inſolidum [9]. Vnde infert Panormita. [10] plures qui cœnaculum conduxerunt,conueniri tantùm prò parte poſſe non inſolidum [11]. Si tamen appareat ſingulos inſolidum eſſe acceptos,etiam inſolidum conuenientur: ſed nouo iure non aliter, quam ſi reliqui abſint aut inopes ſint [12]. Reliqua vide in l.ſi vt certo.§.ſi duobus.commoda.ſuprà.

Plures an inſolidum videantur accepti an pro parte.

ΟἹ ἘΠΊΤΡΟΠΟΙ. L. xlviiii.

HANC legem ſe ex Florentinis Pandectis repoſuiſſe Alciatus dicit [13],cùm in vulgaribus codicibus deeſſet. Ex qua illud proficiſcitur, tutorem & curatorem nõ poſſe ante redditas rationes cõducere prædia à fiſco vel principe. Quod etiam

ad eos

1 *l. Martius.inf.eo.*
2 *l.ſi prius.et l.vlt.inf.eo. & hac l.ibi,ſi tamen.*
3 *d.l.vlt. & l.ſi prius. & l.item quæritur.§.ſi gẽma.ſup.eo. fac. l. ſi ſeruus.ſi cadicem.ſup.ad l. Aquil.*
4 *l.ſi quis fundum.§. Celſus.ſup.eo. & l. ea lege.§.1.inf.eo.*
5 *l.ſi fundus. in princ. ibi, quemadmodum.ſup.eo.*
6 *in ver.ſi tamen.*
7 *l.ſi quis domum. §. Iulianus.eo.ſup. & l.1.§. ſæpe euenit.ſup.depoſit.*
8 *l. ex conducto. §. Item cum quidam.ſup.eo.*
9 *l.reos. §.1.inf. de duob. reis.l. Paulus.de re ind. inf.*
10 *in c.cõſtitutus.de relig. domi.1.col.*
11 *facit.l.ſi non ſinguli.& l.cum te C.ſi cer.petat.*
12 *Auth.hoc ita.C.de duo. reis.*
13 *lib.ij.diſpunctio.c.ij.*

Tutores non côducunt prædia à fiſco.

ad eos magiſtratus qui tutores creant perducitur:cùm & ipſi pro minus idoneis tutoribus ſoluere compellantur [1].Sinautē tutores ſuccederent iis qui prædia de fiſco conduxerunt,nihil oberit quin in conductione hęreditaria perſeuerent [2].nec abſurdè dicatur,tutores ad côductiones illas admittêdos, ſi idoneos fideiuſſores dare ſunt parati [3].Sic tutores & cæteri reddē dis actionibus obligati,qui ad ordines ſacros promoueri nequeunt [4], adlegentur dato fideiuſſore idoneo [5].

EA LEGE. L. LI.

Periculū operis cuius ſit.

§. LOCAVI. Superius retulimus [6],operis periculū etiam antequā approbetur,eſſe non redemptoris, ſed domini qui id locat faciendum [7],niſi aliquo vitio operis perierit opus [8]: Quodam tamen caſu redemptor de vitio operis non tenetur, nempe cùm operas ſuas locat ſingulis diebus, non proſpectu conſummationis operis, per hunc textū: qui ſingulas operas, appellat operam diurnam. operæ enim ſunt diurnū officiū [9].

QVI FIDEIVSSOR. L. LIII.

PERTINET Ad poſita in l.ſolutum.§.ſolutam. ſuprà de pigno.act.

QVAERO. L. LIIII.

Fideiuſſor an acceſſionibus ex mora rei venientibus alligetur.

HAEC Lex applicatur his quæ poſita ſunt in l. centum. de eo quod cert. loco.vbi explicatur, an fideiuſſor teneatur de vſuris & cæteris acceſsionibus ex mora rei veniētibus.nam hoc magis placuit in contractibus bonæ-fidei [10]. Quid in cæteris,ibi vide: quibus adiunge ea quæ ponuntur in l.iij.§.ſi is. ſuprà quod quiſque iur. Quod autem pertinet ad §. *inter locatorem*,quando colonus expelli poſsit,alibi tentamus [11].

DOMINVS. L. LV.

Quando dominus ad cuſtodiam teneatur.

INTERDVM Locari ſolet tota domus,& hoc caſu locator cuſtodiæ non alligatur [12]:aliquando ſolet dominus domus retenta ſibi domo,aliquam partem locare, horreū puta: in quo admittimus,vt locator cuſtodiā præſtare cogatur [13], non tamen periculū caſus & fortunæ [14].At enim ſi initio contractus ſunt appoſiti cuſtodes à domino,cùm hoc ipſo is in ſe aſſumat cuſtodiā, & à colono auertat [15],hactenus dominum teneri verū eſt:vt tamē liberetur ſi cuſtodes exhibeat [16],vt alibi adſcripſimus [17]. Quòd verò hîc dicitur colonum in re conducta impendentem, ſeruare expenſas à domino,pertinet ad id quod aliâs dictum eſt [18].Et quod ad legem extremam pertinet, vide quæ paulò ſuperius explicantur in l.ſed addes. §. cùm quidam.ſupra eod.

CVM DOMINI. L. LVI.

Simplex colonus nô ſoluens canonem quando eiici potsit.

IN ſimplici colono conſtitit,eum ſi ceſſet ſoluere canonē, expelli ex-continenti poſſe [19], & priuata domini authoritate [20].Quod tamen intelligimus,niſi eſſet abſens, vel niſi conuentum eſſet vt expelli non poſſet: quibus caſibus biennium erit eiectio ſuſtinenda [21]. Sed benignè recipitur, vt expulſus poſsit moram purgare ſoluendo, & ad conductionem redire, modo res ſit integra,& nô alij locata [22].Cùm verò loquimur de emphyteuta,id ſeruatur,vt expectetur triennium. nec ante ob non illatum canonem,expelli queat [23]:ſi emphyteuta pri-

Emphiteuta & colonus ad magnum tempus an eiiciantur.

1 *toto tit.de magiſtrat.côueniend.C.& infrà.*
2 *l.decurio.de decurio.inſ.*
3 *l.reſcripto. §. debitores. de munerib.& honor.*
4 *c.j.de oblig.ad ratioc.nō ordin.*
5 *Panor in d.c.j.ad finem, per d.§.debitores.*
6 *in l.opus.ſupra eo.*
7 *l. Martius.infra eod.*
8 *l.fuit.eodem tit.*
9 *l.j.inſ.de operis liberto.*
10 *per hūc tex.& l.ſi poſtea.rem pupilli ſaluā fore.inſ.l.ij.§.fin.de adm. rerū ad ciuitat.per.*
21 *l.cùm domini.inſ. eod.*
12 *l.cùm in plures. §. vlt. infra eod.*
13 *l.cùm in plures.§ .locator.inſ.eo.l.j.C.eo.tit.& Bal.ibi.*
14 *per hunc tex.& l.damnum.C.eo.*
15 *l.quarundā.de acq.rer. do.l.ſi ſoluturus . de ſol. & noto in l.ſi vt certo.§. ſi de me.ſupr. commod.*
16 *l.ex diui.C.eod.& ibi Bald.*
17 *l.videamus.ſuprà loca.*
18 *l.ſumptus.de rei vind.*
19 *l.adem.C.eo.l.vectigalis.§.vlt.infr.de public.*
20 *doct.in l.ij.de in.emphy. & Paul.de Caſt.in l.colonus.inſ.eo.*
21 *per hunc tex.& l. quæro.§.inter locatorem.& ibi Bart.ſup.eo.*
22 *argu.l.ſi in lege.§.colonus.ſup.eo.Bal.in auth. qui rem.de ſacr.eccl.C.*
23 *l.ij.C.de iur. emphy.*

uati eſt. ſin verò eccleſiæ, biennium obſeruatur[1]. quod ideo euenire creditur, quòd emphyteuta ius in re habeat[2]. Quæ ratio etiam in conductore ad magnum tempus obtinet, cùm & ipſe ius in re, & actionem in rem habeat[3]: vnde ante triennium non expelletur: quod Abbas retulit[4], & æquitatem habet.

1 *auth. qui rem de ſacroſ. eccleſ. C.*
2 *l. 1. ſup. ſi ager vectigal.*
3 *l. 1. de ſuperfic. §. quod autem.*
4 *in c. ij. col. vj. ext. eo.*

INSVLAM. L. LVIII.

§. IN OPERIS. An breuitas temporis officiat contractibus tam bonæ-fidei quàm ſtricti iuris, habes in l. ij. §. qui ita ſtipulatur. de eo quod cert. loc. Quòd autem ad finem legis pertinet[5], licet in cõtractibus vltro & citro obligatoriis, tam nominatis, quàm innominatis, generale ſit, vt non prius vnus agere poſsit, quàm ex parte ſua impleuerit[6]: nec ſufficiat cauere ſe impleturum[7], cum lex oblationem poſtulet[8]: ſi tamen contractus verè fieret ſub modo, poteſt is qui ſub modo, aliquid facere aut dare iuſſus eſt, agere vt pecunia detur, licet ex parte ſua non impleat: ſed ſufficiet cautionem exponere ſe impleturum, quod ex hoc textu rectè dicitur, & Bartolus probat[9]. nam cum modus eſt implendus ex pecunia mihi danda, poſſum hanc pecuniam mihi dari iure intendere antequam impleam[10]. Item his annectitur quod pono in l. Qui inſulam §. qui ædem. ſupr. eod.

5 *§. quidam in municipio.*
6 *l. Iulianus. §. offerri. de act. emp. ſup. l. iij. de rer. permu. C.*
7 *l. quod ſi non ſoluere. ſuprà de pigno. act.*
8 *d. §. offerri.*
9 *Bar. in l. quibus diebus. §. fin. de condit. & demonſt. infrà.*
10 *l. eum. de fideicom. liber. inf. l. huiuſmodi. in prin. & ibi Bar. de leg. j.*

In cõtractibus vltro & citro obligatoriis: In cõtractibus vtiliter nõ agitur niſi qui agit impleuerit.

MARCIVS. L. LVIIII.

AN Ad locatoris aut conductoris periculum opus pertineat relatum eſt in l. opus. eo. ſupr. vbi iſta lex explicatur.

CVM IN PLVRES. L. LX.

§. MANDAVI. Cùm mihi falſo perſuaſiſſes, vt opus ducentis facerem, mandaui tibi vt opus faceres, aſsignata tibi in eam rem pecunia, ſi poſt compertum habeam non poſſe minoris trecentis opus fieri, potero à te reliquam ſummam operi faciendo à me tibi illatam, repetere. nam toties etiam in contractu nominato pœnitentiæ locus eſt, quoties mẽdacium illi cauſam dedit[11]: aliàs non eſſet pœnitentiæ locus[12]. Sed nec redemptor qui ita mentitus eſt, poſſet mecum lege agere, vt illi totius operis mercedem ex iure communi inferam[13], quaſi non per eum ſtet quominus opus perficiat: nam hoc illi in mendacij pœnam ſtatuitur, vt hîc. Et ex eo quod hac lege dicitur[14], domino fructuum furto ablatorum nomine, condictionem applicari, non colono, perſpectum eſt quod alibi adſcripſimus[15], fructus antequam penſio inferatur, eſſe domini non coloni[16]. & pertinet ad ea quæ diximus in l. arboribus. §. Iulianus. de vſufr.

Pœnitentia in contractu nominato eſt cõtra mentientẽ.

Colonus non eſt dominus fructuũ non illata penſione.

11 *per hunc tex. ſecun. Bar. & Paul.*
12 *l. in commodato. §. ſicut. vbi fuſius dixi. ſup. cõm.*
13 *l. qui operas. ſupr. eod. & noto in l. ſed addes. §. cum quidam. ſup. eod.*
14 *§. meſſem.*
15 *l. quod vendidi. ſupr. de cont. empt.*
16 *per tex. gl. & Bart. in l. ſeruus communis. §. locani. inf. de furt.*

§. LOCATOR. relatum eſt in l. dominus. ſupra eodem, vbi quæritur quis de cuſtodia horrei locati teneatur.

COLONVS. L. LXI.

In ſimplici colono conſtitit, ſiue pẽſionis nõn ſolutæ ergo ſit eiectus, ſiue qua alia cauſa iuſta, aut iniuſta, ſemper eũ expẽſas ſeruare, per hũc textum: quæ ſententia in cõmodatario[17], cre-

Colonus eiectus penſionis non ſolutę nomine an recipiat expenſas.

17 *l. in rebus. §. poſſunt. cõmodo. ſup.*

creditore pignoratio [1], atque adeo in omni eo qui expẽſas in aliena re fecit, generalis eſt [2]. Sed in emphyteuta quæſtionis eſt, an repulſus ob nõ ſolutã penſionem non repetat expenſas: quod magis eſt, ſiue ſit emphyteuta eccleſiæ [3], ſiue priuati [4]. placétq; Baldi ſentẽtia, vt indiſtinctè emphyteuta nõ recipiat expenſas, licet emphyteuſis finiatur ſine illius culpa: nam in hoc illi emphyteuſis data eſt, vt in eam expenſas faciat: ideóq; rectè placuit magnas expenſas ad eũ ſpectare [5]. At in vaſallo diſtinguimus, vt cùm aperitur feudum nulla ſua culpa, is repetat expenſas & meliorationes [6]. Sin autẽ cadat feudum in commiſſum culpa feudatarij & vaſalli, nemo dixerit repetitionẽ expenſarũ eſſe: idq; in CVRIA Grationopo. recipi Guido Papa teſtis eſt [7]. Sic dicitur, ei qui rẽ reſtitutioni ſubiectã ſciẽs emit, nõ dari repetitionẽ vtiliũ expẽſarũ [8]: qđ & Bal. etiã probat [9].

Emphyteuta.

Vaſallus.

1 l. creditoris. inf. de fur.
2 §. certè de rerum diuiſ. Inſtitu. l. in fundo. ſuprà de rei vin. vbi noto.
3 auth. qui rem. C. de ſacr. eccleſ.
4 l. ij. de iur. emphy. C.
5 ſecund. Bal. in d. l. j. per l. ij. allo tit.
6 c. j. §. ſi vaſallus. hic fin. lex regni. in vſib. feud.
7 q. cccc. xxxiiij. in deciſ. & Bald. in d. §. ſi vaſallus.
8 l. vlt. §. vl. C. com. de leg.
9 in d. §. vlt.

SI RIVVM. L. VLT.

HANC Legẽ repete ex iis quæ poſita ſunt in l. opus. ſup. eo. in qua quæritur periculum operis locati ad quẽ ſpectet.

De æſtimatoria.

ACTIO DE AESTIMATO. L. I.

Aeſtimatio an transferat periculum.

HIC Titulus planus eſt. Quòd autẽ ad finem dicitur æſtimationem facere, vt periculum trãſeat in eum cui res æſtimata datur, rationẽ habet, cũ ſpeciatim cõuenit, vt æſtimatio reddi poſsit: tũc enim manifeſtè emptio contrahitur: & hoc modo multa reſpõſa intelligi debent [10]. Sæpe autem ita fit æſtimatio, non vt æſtimatio reddi poſsit, ſed vt ſciatur quãto pretio res vendi debeat: quo in caſu non ſemper qui ſuſcepit rem periculo tenebitur, ſed accommodanda erit diſtinctio Vlpiani [11]. Sed & in hanc ſententiam aliâs diximus plura [12].

10 l. ſi vt certo. §. nunc videndũ. ſup. comm. l. cùm fundus. loc. ſuprà.
11 in l. ſi gratuitã. §. j. infr. tit. ſeq.
12 l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ſupr. commod.

De rerum permutatione

SICVT ALIVD EST. L. I.

Permutatio nõ contrahitur ſi res aliena eſt.

NOTA Eſt regula, alienã rem dantẽ nullam cõtrahere permutationẽ. Quod etiã in ſacris rebus dicere melius eſt: nã ſi vnus permutãtiũ beneficia vltrò citróq;, nõ habet ius in beneficio, inutilis contrahitur permutatio [13]. Quod tamẽ intelligit hîc Bar. cùm verba ad translatione dominij apta ſunt, vt eſt verbũ *dare*, quod dominij translationẽ habet [14]. Sin verò verba nõ ſunt accõmodata trãsferẽdo dominio, vt *tradere*, *accipere*, etiã à nõ domino permutationẽ fieri poſſe obtentũ eſt [15]: quod & Abbas probat [16]. Permutatio autem nõ dicitur facta per ſolum cõſenſum, ſicut in contractibus nominatis vſuuent [17], ſed implemento opus eſt [18]. Quod ſi ei qui impleuit non impleatur, aget is cõdictione ad reſoluendũ contractum, vt hîc [19]. Nam pœnitere licet in his contractibus, niſi certis caſibus, quos aliâs retulimus [20]. At in venditione aliíſq; nominatis contractibus, qui impleuit, nõ rectè ad reſcindendũ cõtractũ aget: ſed in id tãtùm vt viciſſim ſibi impleatur, aut id quod intereſt detur [21], quod tamen ipſum nõ ſine diſtinctione eſt. Sed de his aliâs [22]. Quibus autẽ hic cõtractus à vẽditione differat, vide gl. & doct. in l. ij. C. eo.

In permutatione requiritur implemẽtum.

13 c. cùm venerabilis. ibi, nec cũ alio quã cũ domino. de excep. & alibi Panor. num. 23.
14 l. vlt. de cond. . c auſ. dat ſuprà.
15 Bar. in l. j. C. eod.
16 in d. §. cùm venerabilis. nu. 22.
17 l. ij. de act. & obl. inſ.
18 l. ex placito. C. eo.
19 & l. quoniam. C. eod.
20 in l. ſi pecuniam. de cõd. cauſ. dat. ſupr.
21 l. in ciuile. de rei vind. C.
22 in l. in commodato. §. ſicut. ſup. comm.

De præſcriptis verbis & in factum actionibus.

NONNVNQVAM. L. I.

Cur præſcriptis verbis actio dicta.

EXISTIMAVIT Alciatus [1], olim in nominatis contractibus id ex vſu fuiſſe, vt qui ex eis actionem vellet intendere, Prætorem adiret, & ſecundum ea quæ proponerentur, actionem ab eo impetraret. Erãt enim formulis certis diſtinctæ actiones, ad quodlibet negotium accommodatæ, variæ tamen ex variis cauſis rebúſque conſtitutæ: id quod & principali decreto apertè oſtenditur [2]. In contractibus autem innominatis nullæ certæ erunt actionum conceptiones, ſed cùm pars negotium explicaſſet apud Prætorem, tum Prætor certam formam ex narratione facti præſcriberet, ex qua actio quæ *præſcriptis verbis* nominatur, competeret. Quod etiam Baldus, [3] videtur probare, vt actiones in contractibus nominatis nomen contractuum ex quibus veniunt accipere velit, vt actio ex empto, vendito, locato. At in contractibus innominatis, ex verbis inter contrahentes habitis, actio præſcribi, & generaliter *præſcriptis verbis* vocari ſolet [4]. Ex quo euenire poſsit quod alibi Duarenus teſtatus eſt [5], Toties præſcriptis verbis actionem eſſe, quoties in aliqua conuentione propria appellatio iure ciuili non habetur, ſi tamen cauſa ſubſit, id eſt, datio aut factum. quanquam Alciatus [6] hanc tantùm actionem dari affirmet, cùm mutuum factũ, quod *συνάλλαγμα* vocat, intercedit: ſed hæc inferius dicemus [7]. Ex his autem probabile eſt, præſcriptis verbis actionem non dari niſi in contractibus innominatis: neque enim fuit neceſſe nominatis conuentionibus hanc actionem adiungere, cùm & illæ ex ſe & nomine ſuo actionem pariant [8]. quod & Baldo videtur [9], licet omnes Tranſalpini obſtrepant [10].

Quando præſcriptis verbis actio ſit.

1 *c. vlt. lib. iiij. diſpunct. & Duare. in l. iuriſgentiũ. §. ſed etſi in alium. ſup. de pact.*
2 *l. nulli. de formul. & impetr. ſublat. C.*
3 *hîc in rubrica & Paul. de Caſt.*
4 *per l. ij. & iij. eod.*
5 *in l. iuriſgentium. §. & ideo. de pact. ſuprà.*
6 *in rub. de pact. & l. cùm muta. de tranſact. C.*
7 *l. naturalis. §. quod ſi faciam. infra eod.*
8 *l. iuriſgentium in princ. de pact. ſup.*
9 *in l. ex placito. iij. col. ibi, quæro igitur. de rer. permut. C.*
10 *Vid. Cy. in l. d. ex placito. & Iaſ. in l. bona fidei. C. de pact.*

NATVRALIS. L. V.

In conuentionibus innominatis quo remedio impleti caueatur.

HAEC Lex ab omnibus difficilis exiſtimata eſt: & id ſanè rectè, ſi commẽtationum inuolucris obducatur. Habet verò ſpecies factorum, quibus cõtractus innominati à ſe ferè diſtinguntur: in quibus enumerandis videtur mihi Paulus & dilucidus & planus fuiſſe: niſi quod quædam huic legi aduerſantur, quæ vix & ægrè ſolui poſſunt. In propoſita autem ſpecie cùm conuenit, vt ego tuum, & tu meum ſeruum manumitteres, ſi id nõ facis, cùm ego iam fecerim, actio præſcriptis verbis mihi dabitur; qua ex tribus alterũ ſeruabo, vel id quod mea intereſt ſeruum me manumiſiſſe [11]: vel agam vt viciſsim eum de quo conuenimus, manumittas, ſicut ego meũ manumiſi [12]: vel ad id quod mea intereſt te non manumiſiſſe [13]. Aliquãdo etiã in iſtis innominatis, condictioni ob cauſam locus eſt, cùm liceat pœnitere [14]. quod tamẽ exaudimus in datione, hoc eſt, cùm is qui condicit, dedit: nam poteſt datum ſibi reddi intendere: cùm autem aliquid fecit, quia per rerum naturã factum infectum fieri non poteſt [15], condicere non poterit, ſed ad id quod intereſt, aget.

11 *inf. ea. l. §. vlt.*
12 *l. ob cam. infra eo. l. cum precibus. ad fin. l. de rer. permu. C.*
13 *in ea l. §. etſi quidem.*
14 *l. ſi pecuniam. de cond. cauſ. dat. ſup. & inf. ea. l. §. j.*
15 *l. in bello. §. facta. inf. de cap. & poſtli. reuerſ.*

§. ET

§. ET SI QVIDEM. Cùm pecunia datur vt res tradatur, & eam accipiam, vt verbis textus vtar, emptio eſt, quia ad tradendum tantùm venditor ex contractu obligatus eſt [1]: nec enim his verbis generalibus, *vt rem accipiam*, translatio dominij intelligitur, ſicut dandi verbo. Et quãquam accipiendi verbum ad omnes conuentiones referatur, hîc tamen de venditione interpretari rectius eſt, quòd is contractus ſit & nobilior & frequentior [2]. & hoc modo Bartoli & aliorum ſententiam Zaſius in Antinomiis illuſtrauit. Quòd ſi conuenit vt res daretur pro pecunia, quod interpretamur vt dominium transferatur, contractus innominatus erit [3]: niſi certis caſibus quos aliâs retulimus [4]. Quod autem ad finem §. dicitur, rem eſſe periculo eius cui dari debet, vide ne non contrarium ſit dicendum ex Celſi reſponſo [5]. Sed nos nonnulla aliâs in hanc ſententiam adſcripſimus [6].

Quãdo locatio dicatur & quãdo contractus innominatus.

§. AT CVM DO. Vt locatio contrahi dicatur, merces intercedere debet [7]: item requiritur vt illa merces detur pro facto quod locari ſolet: ſi enim factum eſt vel opera quæ non conſueuerit locari, magis eſt vt contractus innominatus ſit, *do vt facias* [8]. quæ ſententia mihi extra omnem diſputationis aleam poſita eſſe videtur: quod enim Paulus hîc aſſerit præſcriptis verbis ad id quod intereſt agi poſſe, aut ad reſoluẽdum contractum actionem dari, cum datur res vt fiat, manifeſtè arguitur non eſſe locationem, aut aliquem contractum bonæ fidei: cum in his ad reſoluendum contractum non agatur [9], vt & antea expoſuimus [10]: quãquam aliud Coraſio videatur [11]. Quòd ſi detur pecunia pro vſu rei, non admittitur prior diſtinctio: ſemper enim locatio erit, licet res non cõſueuit locari [12]. Cùm ergo datur non merces aut pecunia, ſed res vt aliquid fiat, contractus innominatus eſt: idem placuit ſi pecunia daretur pro facto non conſueto locari, vt in hac ſpecie *do tibi decem vt Stichum manumittas*: hîc enim ceſſante te, dicto manumiſsioni die, vel condictio mihi, vel præſcriptis verbis ad id quod intereſt actio erit [13]. at hoc ſi in contractu nominato emptione puta, conuenerit, die dicto te ceſſante, ad libertatẽ ſeruus perueniet, nec condictioni locus erit [14]. Item finis huius §. [15] diſtinguit hîc, quòd aliâs Vlpianus ſimpliciter dixerat [16], nẽpe tibi Stichum dedi vt Pamphilum manumittas, Pamphilo manumiſſo à te, euictus eſt Stichus, ages actione ciuili præſcriptis verbis [17]: niſi fuerim ſciens & in dolo: iam enim de dolo danda eſt, per hunc tex.

In contractu facio vt des an de dolo actio ſit.

§. QVOD SI FACIAM. Superius diximus [18], in cõtractibus innominatis cum cauſa ſubeſt, implenti contra eũ qui non impleat actionem ciuilem præſcriptis verbis eſſe [19]. Sed videndum ne aliud ſit dicendum in contractu innominato *facio vt des*, in quo non ciuilis præſcriptis verbis actio, ſed de dolo accommodanda eſt [20]. cuius rei quoque decretum Imperatoris extat [21]: vbi aliquis dedit ancillam manumittendam vt ſibi daretur ſeruus: nam hoc interpretamur atque ſi ipſemet manumiſiſſet: & ſic erat *facio vt des*, quod omnibus video placere [22]: ex quo efficitur id quod alibi ex Vlpiani authoritate [23] defenditur, in conuentionibus à iure non nominatis, cauſam habentibus & negotium, dari ciuilem, vt non procedat in hac

1 *l.j.ſupr.de rer.permu.l. ex empto.de act.emp.*
2 *l.ij.in prin. & gl.in ver. contrahitur. infrà pro emp.*
3 *l.vlt.ſupr.de cond.cauſa data.*
4 *in d.l.vlti.*
5 *in d.l.vlt.*
6 *in d.l.vlt.ad fi.*
7 *l.j.§.ſi quis ſeruũ.depo. noto in l.ij.ſuprà locat.*
8 *per hanc tex.*
9 *l.in ciuile.de rei vind.C.*
10 *l.in commodato.§. ſicut. comm.*
11 *lib.ij.Miſcel.cap.xj.*
12 *glo.& Pau.de Caſt.in l. rogaſti.§.j.ſup.ſi cer.pe.*
13 *per hunc tex.*
14 *l.ſi is qui.l.ſi mancip.ita ſue.aliena.& Bartol.& Iaſ.hîc.*
15 *ibi,ſed ſi dedi.*
16 *in l.iuriſgentium.§.& ideo.ſuprà de pact.*
17 *vt d.§.& ideo.*
18 *in l.j.ſupra eod.*
19 *l.iuriſgentium,in princ. de pact.ſuprà.*
20 *per hunc text.*
21 *in l.cùm proponas.de dolo.C.*
22 *Bar.Bal.Pet.Cy.Ange. in d.l.cùm proponas.*
23 *l.iuriſgentium.in princi. de pact.ſuprà.*

ſpecie *facio vt des*:quæ non obſcurè hîc à Paulo à præceptis cæterarũ ſeparatur,vt nulla ciuilis detur,imò de dolo actio ſit:vt mirer nonnullos etiã in hac ſpecie ciuilē dari voluiſſe:quæ ſententia ſtare nõ poteſt niſi hic §.omnino expungatur.Sed quod dicimus in contractu facio vt des,dari actionem de dolo mihi qui feci,intelligũt omnes [1],cum ex meo facto nihil tibi adeſt, vt in ſpecie propoſita, manumitto ſeruum vel decem des: ſed cum ob meum factum aliquid tibi adeſt, vt cum remitto tibi querelam teſtamenti, vt des partem hæreditatis,obtinuit præſcriptis verbis actionem dari, vt hoc modo Imperatoris reſcriptum [2] cum hoc reſponſo conueniat. Nec me Alciati authoritas de communi hac ſententia dimouet,qui,contractum *facio vt facias* in illo reſponſo [3] eſſe affirmat: quòd ibi dicatur, facio & remitto querelam vt ſuſcipiam à te partem bonorũ, quaſi ſuſcipere ſit factum. quod manifeſtè falſum eſſe oſtenditur per id quod paulò antè in hac noſtra lege dicitur [4], vbi cum do, vel facio vt recipiam vel accipiam, contractum do aut facio vt des contrahi affirmat Paulus,idque pluries. Idem ergo videatur,cum do vt ſuſcipiam: nam quid inter recipere, accipere & ſuſcipere interſit,nõ video.Nec mutat quod idem Alciatus ait in memorato reſponſo [5], non fuiſſe contractum facio vt des, quòd non ad id quod intereſt præſcriptis verbis, ſed ad dandum præciſè,actio competiiſſet: nam in dãdis, vt ait ille,præciſè ad dandum actio eſt [6]. Verum hæc ſententia omnino iuri aduerſatur: conſtat enim in contractibus innominatis in quibus ad dandum agitur,nõ agi præciſè, ſed ad id quod intereſt,quod ſuprà clarè textus indicat [7]. At in nominatis remanet regula,vt agi præciſè ad dandum poſſit [8]. Igitur ſtabit quod magno conſenſu veteres dixerunt, quoties in contractu facio vt des ex meo facto aliquid tibi adeſt, præſcriptis verbis agi. & ita etiam puto intelligendum quod infrà Iulianus refert [9], cum indico tibi ſeruum vt des mihi decem: nam cum indicauero præſcriptis verbis agam: ex eo enim facto meo tibi adeſt. quanquam de dolo etiam agi poſsit,ſi dolus aliquis arguatur. [10] Quòd ſi forſitan aliquis miratur me veterũ opinione vti, quam recentiores omnes damnauerunt [11], mea certè ratio fuit non potuiſſe me ad reliquos diſceſsionem facere, quorum ſententiæ & diuinationem habent, & nihilo vetere probabiliores ſunt.In obſcuris autem potior apud me eſt antiquitatis cauſa, quod ea (vt dicebat Pythagoras) propius accedat ad deos, & non ita vulgi opinionibus ſit corrupta. Quanquam non diffitear quod alibi Cynus [12] teſtatur,tanta antinomiam etiam veteratores fugere.Nam quod recentiores [13] affirmant, in omni conuentione cuius appellatio iure prodita nõ eſt,dari ciuilem, huic reſpõſo aduerſatur in ſpeciem, quod nullam actionem ciuilem in facio vt des dari ponit. aut affirmare negare eſt.

§.Sed si facio. Attigit ſuprà tres modos contractus innominati,*do vt des,do vt facias,& facio vt des*:hîc alter reſtat: *facio vt facias*, cuius & ſubdit exemplum. Conuenit inter nos vt tu meos debitores Romæ,ego tuos Carthagine exigerem. In quo exemplo dicitur,& Paulus Caſt.& Iaſ.probant [14], ex iſta conuentione, qua conuenit vt ego debitores tuos exigerem,

In dandis quãdo ſit obligatio præciſa.

In conuentione qua debitores meos exigere mandatum cõtinetur.

1 gloſſ.Bar.Paul. Azo.& Iaſ.hîc & alij.
2 in l.cũ mota.C.de trãſa.
3 l.cùm mota. vbi Alcia. in princ.
4 §.& ſi quidem.ſupr.
5 l.cùm mota.de trãſac.C.
6 l.vbi autem.§.vltim.de verb.oblig.infrà.
7 d.§.& ſi quidem.ſuprà ead.l. vbi Paul.Caſtr. Barto.in l.ſtipulationes non diuiduntur.xij. q. de verb.obliga.
8 d.l.vbi autem.§.vlt.
9 in l.ſolent.& l. permiſiſti.§.1.infra eod.
10 vt d.l.ſolent.in fi.
11 Alb.in l.cùm mota. de tranſact.C.Fulg.hîc.Coraſ.lib.ij.Miſcell.cap.x. Alcia.in d.l.cùm mota.
12 l.cùm mota.de trãſac.
13 Fulgo.hîc.Coraſ.libro ij. Miſcell.c.x. Duaren.in l.iuris gentium. de pact. poſt princ.
14 in hac l.

rem, poſſe agere me, quia hoc mandati vice eſt. Sed & ex hoc textu efficitur [1], contractus innominatos aſſumere naturam nominatorum quibus ſimiles ſunt: non tamen ob hoc efficientur bonæ fidei. expeditum eſt enim ex contractibus innominatis ſolam actionem de æſtimato, & rerum permutationem bonæ fidei contractibus adiungi [2], & ſic *do vt des*: nam & hic contractus magis pro portione permutationis eſt [3]. Reliqui autem *do vt facias, facio vt des, facio vt facias*, inter ſtricti iuris contractus numerantur, cùm eos in numero bonæ-fidei contractuum non reperiamus [4].

INSVLAM. L. VI.

CONTRACTVS innominatus non ideo deſinit eſſe, quòd contractum nominatum ſonet, vt hîc apparet, *Inſulam tibi vendidi, vt aliam reficeres*: non enim ob hoc quod venditionis verbum eſt inſertum, vẽditio dicetur, quæ ſine pretio non contrahitur [5]. Hoc autem quæri plurimum intereſt. Nam debentur laudemia in venditione. contrà eſt in permutatione, & aliis contractibus: hactenus enim laudemia & cætera id genus quæ honoris nomine dantur à contrahentibus, deberi didici, ſi pecunia interceſſerit, vt Guido papa retulit [6]. Sic in donatione vulgo opinio receptior eſt, vt laudemia nõ debeãtur [7]. quanquam ferè conſuetudo refragetur.

Laudemia in permutatione non debentur & donatione.

SI VIR VXORI. L. XII.

CVM in venditione apponitur pactum, vt liceat venditori infrà aliquod tempus rem redimere, ex eo pacto actio præſcriptis verbis erit, per hunc textum: poterit etiam agi ex vendito [8]. Et hæ actiones quanquam ſint perſonales, ſunt tamen in rem ſcriptæ: ideóque apud iudicem loci in quo res eſt quæ redimenda petitur, intendi debent. Et ita CVRIA Pariſienſis iudicauit [9]. Et ex hoc reſponſo apud me pro iudicato eſt, pactum illud quo venditori rem redimendi facultas datur, iure ciuili contineri [10]: atque adeo iure Pontificio [11]. quid enim pactum quod de retrò vendendo vocant, à ſpecie huius legis differat, non agnoſco: quanquam nonnulli [12] differre affirmarint. Planè cùm ex lege contractus venditor ad redimẽdum accedit, non nouum contractum facere, ſed primum videtur implere. Ideo ex primo laudemia debentur, non ex iſta pactitia redhibitione [13]. & ſi alter ex coniugibus ante matrimonium ſub hoc pacto vendiderit, & contracto matrimonio redimat, in commune non feret, obtentu conſuetudinis quæ quæſita conſtante matrimonio à coniugibus, inter ipſos communicari iubet: neque enim nouus contractus eſt [14].

Pactum de redimẽdo in rem ſcriptum.

Ius retractus angnatorum.

SOLENT. L. XV.

HANC legem explica ex iis quæ poſita ſunt in l. naturalis. §. quòd ſi faciam. ſupra eodem.

SI GRATVITAM. L. XVII.

§. SI MARGARITA. An æſtimatio faciat tranſire periculum in eum qui rem æſtimatam recipit, require ex iis quę altâs expoſuimus [15].

1 *ibi, quæ actio ſimilis. ſ.ac. l. j. §. ſi quis ſeruũ. depo.*
2 *§. actionum. de act. inſt. & Io. Fab. ibi ad fi.*
3 *ſupra ea. l. §. j.*
4 *in d. §. actionum. & ibi Io. Fab. ij. col.*
5 *l. empti. C. de cõtrah. em.*
6 *q. xcij. in deciſ. Gration.*
7 *ſecundum Guid. Pap. q. xlviij. & Alexan. cõſil. xciiij.*
8 *vt l. ij. de pac. inter em. C.*
9 *Calen. Apri. anno 1548.*
10 *hoc tex. & l. ij. de pactis inter empt. C.*
11 *ca. ad noſtram. de empt. & vend. extrà.*
12 *Coraſ. li. iij. Miſcel. c. ix.*
13 *ſecũd. Maſuer. ti. de loc.*
14 *ſecun. Laſar. in conſuet. Burg. tit. de retra.*
15 *in l. 4. ſupr. de æſtim. act. & in l. ſi vt certo. §. nũc videndum. ſupr. cõmod.*

Titivs. L. xxv.

SI Titio dederim pecuniam, vt ex vſuris & redditu eius ſoluat pro me vectigal aut aliquid ſimile, apparet non eſſe mutuum: quia cùm mutuum re contrahatur, non poteſt in plus obligatio contrahi, quàm datum eſt [1], hîc autem poſſet ſumma vſuris excreſcere. Ideóque licet mutuum pertineat ad periculum eius qui accipit [2], non tamen pecunia quæ datur Titio, vt pro me ex vſuris vectigal ſoluat, illius periculo eſt, vt hîc dicitur in textu. ex quo ſingulariter temperabis leges quæ volunt rem perire domino [3], & debitorem generis ſemper de periculo teneri [4], vt non habeant locum quando res vel quantitas alicui datur, vt ex ea is negotietur ad lucrum dantis: quãquam enim accipiens propter naturam numerationis fiat dominus [5], quia tamen non ſentit præcipuum lucrum, non tenetur periculo [6]. Sed nec in propoſita ſpecie mandatum intelligi poteſt, cùm gratis non fiat: [7] nec ſocietas erit, cũ ſocius non deſinat rei ſuæ dominus eſſe [8], & in ſocietate res periculo communi fit [9]. Erit igitur contractus innominatus, vt hîc dicitur, & ex illo debebuntur vſuræ, quæ tamen ſi ex vi pacti tantùm venirent, non deberentur [10].

Genus aliquãdo periculo debentis non eſt.

1 *l. rogaſti. §. ſi tibi. ſuprà ſi cer. pet. l. ſi tibi decem. ſuprà de pactis.*
2 *l. incendium. C. ſi cer. pe.*
3 *l. pignus. C. de pign. act.*
4 *d. l. incendium.*
5 *l. in naue Saupheij. & ibi noto. ſuprà locat.*
6 *per hunc tex. ſecundum Iaſ. & Pau. Caſt.*
7 *l. 5. ſuprà manda. l. ſi tibi area. ſupra eod.*
8 *d. l. ſi tibi area. ſupr. eod.*
9 *l. cùm duobus. §. damna. ſuprà pro ſoc.*
10 *l. iij. de vſur. Iaſ. hîc.*

ADVERSARIORVM EX PANDECTIS IVSTINIANI IMPERATORIS

PARS QVARTA.

LIBER VICESIMVS PANDECTARVM.

De pignoribus & hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum.

CONVENTIO. L. I.

QVAESITVM EST APVD VETERES, an res aliena pignerari poſſit, & an dominio poſt pignus contractum accedēte ei qui rem pignori oppoſuit, confirmetur pignus: ſed hęc aliâs retulimus[1]: vbi etiā hic tex. explicatur. Reliqua perquire ex glo. hîc, quæ hanc ſententiam latius explicat.

Litera explicata.

§. CVM PRAEDIVM. Cum prædium oppigneratur, fructus quoque eandem pignoris cauſam ſequuntur, licet id non exprimatur[2]: poteſt tamen ad cumulatiorem cautelam id agi: vt hîc in textu. Quòd ſi eiuſmodi prædium pigneratum alteri, Titius bona-fide emat, emiſſe quidem cum ſua cauſa, & ſaluo pignoris iure dicendus eſt[3]: ideóque poterit auocari ab eo per hypothecariam quæ creditori ad perſequenda pignora ſiue hypothecas datur[4]. Sed de fructibus diſceptatum eſt, an auocari ab emptore poſſent, quod vix eſt. nam debitoris non ſunt: cùm eos emptor bonæ-fidei capiens, iure domini capere exiſtimetur[5]. Fruſtra igitur hoc quæritur, an auocentur per hypothecariam, cùm nunquam fuerint debitoris, & conſequenter nec pignoris nexum ſubierint[6]. Et ſic quòd dixi fructus eandem cauſam pignoris ſequi, rationem habet, niſi res ad aliquem bona-fide perueniret: hic enim fructus ſuos facit. Quod ſi quærimus de re quæ erat debitoris, & pignori data eſt, vel in fructibus pendentibus, qui pars rei ſunt[7], cum ratione eſt,

Hypothecaria an auocet fructus à bonę-fidei poſſeſſore.

1 *in l. rem alienam. de pig. act. ſup.*

2 *l. in præd. inf. in quib. cauſ. pig. vel hyp. tac. l. Paulus. §. j. inf. eo.*

3 *l. alienatio. ſup. de cont. empt.*

4 *§. itē Seruiana. Inſt. de act.*

5 *l. qui ſcit. inf. de vſur. l. in bona-fidei. de acq. rer. dom.*

6 *l. res aliena ſup. de pig. act.*

6 *l. fructus. pendentes. de rei vind.*

vt licet res vel fructus vſucapiantur ab emptore eódque triennij ſpatio [1], cauſa tamen pignoris non vſucapiatur [2]: & ſic per creditorem auocari poterunt ex quaſi Seruiana. Diuerſum placuit in præſcriptione decem vel viginti annorũ, per quam non ſolum res quo-ad dominium, ſed quo-ad pignus tollitur, & præſcribitur [3]. vix enim eſt, vt ſublata perſonali actione, hypothecaria poſsit conſiſtere [4]. Poſſet tamen hoc aliquo caſu accidere, nempe cum debitor præſcripſiſſet actionem perſonalem triginta annis [5], idémque poſsideret fundum in illam perſonalem obligationem pignori à ſe datum: nam nihilominus adhuc conuenietur hypothecaria quæ quadraginta annis conſtat [6]. & eo caſu aut ſimili intellige textum in l. intelligere. de luitio. pig. C. nunquam enim per præſcriptionem principalis actionis, præſcribi cenſetur hypothecaria, niſi ad tollẽdam hypothecariam præſcriptio quoque ordinetur [7].

Hypothecaria an duret perſonali extincta.

§. Pacto. Stipulatus eram à te primum minores vſuras: poſteà te ceſſante ſoluere dicta ſolutioni die, ſtipulatus ſum maiores. Iterum conuenit vt ad diem non ſolutis vſuris maioribus, fructus hypothecarum eſſent vſurarum loco: certe conuentio iſta valet, & ſic ſe habet ſpecies facti. Planè nemo neſcit hoc vltimum poſſe effici pacto: quod producet actionem vel exceptionem, ſecundum ea quæ aliâs diximus [8]. At vſuræ promitti vel augeri pacto non poſſunt, ſed ſtipulatione opus erit [9]. quod tamen non recipimus in contractibus bonæ-fidei, in quibus & pacto deberi poſſunt [10].

Litera explicata.

Si svperatvs. L. iii.

CVM obligatione generali etiam futura cõtineantur [11]: non eſt neceſſe creditorem probare pignus, quod ex ea perſequitur, fuiſſe in bonis debitoris, tempore obligationis [12]. In ſpeciali autem hypotheca placuit hanc neceſsitatem imponi creditori, vt agẽs hypothecaria probet rem fuiſſe in dominio debitoris cum pignori eam accepit, per hunc textum. ſed ad hoc etiam decurretur, vt ſufficiat creditori probare rem fuiſſe poſſeſſam titulo & bonæ-fide à debitore, tempore obligationis [13]. Sic ei qui ius in beneficio, ſibi vindicat, ſufficit probare ſibi illud eſſe collatum ab eo, qui in poſſeſsione erat cõferendi [14], eligendi [15], vel præſentandi [16]. Proinde ſi certum eſt creditorem habere pignoris ius à debitore, non eſt onerandus in probatione dominij: ſed ſufficit probare rem ſibi prius obligatam, quàm poſſeſſori traditam [17]. Iure tamen ſpeciali in fiſco admittitur, vt agẽs ex hypotheca nõ teneatur probare rem tacitè vel expreſſe ſibi prius obligatam, quàm ius poſsidenti conſtitutum. ſed poſsidenti neceſsitas lege imponitur, vt probet ius ſuum antiquius, quam fiſci [18]. Quòd autem hic dicitur ſententiam latam cõtra debitorem poſtquam pignus obligauit, non conuellere ius creditoris, intellige niſi ſciente creditore lata eſſet: tunc enim creditori officit [19], modo non ex contumacia debitoris ſit reddita [20]. At ſententia lata contra hæredem, quia illius potiſsimùm intereſt, obeſt legatariis & libertatibus, vt hîc in textu, de quo vide quod aliâs diximus in l. ſi poſthumus. §. ſi quis ex his. ſuprà de inoffi. teſtam.

Creditor quando debeat probare rem fuiſſe debitoris.

Priuilegium fiſci.

Sententia lata contra debitorem non obeſt creditori.

1 *l. iiij. §. fructus. de vſucap. & ibi glo.*
2 *per hunc tex. & l. vſucapio. C. eo. & l. iuſto. §. non mutat. de vſucap. infrà l. alienationis. de verb. ſig.*
3 *l. j. & ij. ſi aduerſ. cred. præſc. C.*
4 *l. fœnerator. inf. de naut. fœ. l. Labeo. de pact. ſup. l. ſoluitur. §. j. & l. ſeq. inf. quib. mod. pig. ſol.*
5 *ex l. ſicut. de præſcrip. xxx. C.*
6 *per l. nouiſſimi. §. j. de præſcrip. xxx. vel xl. ann. C.*
7 *vt Bal. in d. l. intelligere. de luit. pig. C.*
8 *in l. iuriſgentiũ. §. adeo. de pactis. ſup.*
9 *l. quamuis. C. de vſuris. l. Titius. ſup. de præſcr. ver.*
10 *l. i uſtus. depoſiti. l. initio. de pact. inter. emp. C.*
11 *l. j. in princ. ſup. eo. l. vlt. quæ res pig. oblig. poſſ. C.*
12 *l. & quæ nondum. §. j. inf. eo.*
13 *l. ſi ab eo. inf. eo. & l. ſi rem. ij. & ibi Bar. de pigno. act. ſup.*
14 *c. cũ olim. de cauſa poſſeſſ. & prop.*
15 *c. querelam. de elect.*
16 *ex conſultationibus. de iure patro. ext.*
17 *Bar. in l. de rebus. per illum. text. de donat. ante nupt.*
18 *per tex. in l. j. de iure fiſci. li. x. C. & ibi Bar.*
19 *l. ſæpe. inf. de rei vindic.*
20 *l. quirepudiantes. §. j. & ibi pono. ſup. de inoff. teſt. l. ſi ideo. de euict. infr.*

Contrahitur. L. iiii.

Pignus an nudo cõſenſu cõtrahatur.

PIGNVS quod ex conuentione eſt, ſolo pacto & nudo conſenſu contrahitur [1], & in teſtamento [2]: quod in prætorio aut iudiciali non admittimus: debet enim reuera poſſeſsio tradi [3]. Item nec ſcriptura requiritur ad conſtitutionem pignoris, imo nec ad alterius actus ſubſtantiam: niſi quibus caſibus lege continetur, quos recenſet glo. in c.j.§. poſtquam. de cenſib.lib.vj. [4] Nec illud omittendum eſt, quòd quoties & quibus caſibus ſcriptum requiritur ad ſubſtantiam actus, ſi tamen eſt amiſſum, poterit illud, & quod eo continebatur, per teſtes probari [5]: quod & Panormitanus probat [6]. Sic quanquam lex vel ſtatutum in ſcriptis eſſe debeant, tamen probantur per teſtes [7]. Sic ad ſubſtãtiam ſtipulationis verba ſunt neceſſaria [8]: ea tamen bene implẽtur & probantur per literas [9].

Scriptura teſtibus probatur etiam quoties ſcriptum requiritur.

1 *hic.& l.ſi tibi.§.de pignore.de pact.ſup.*
2 *Bar.in l.non eſt.de pig.act.*
3 *d.l.non eſt mirum. vbi pono.*
4 *& Guid.pap.q.ccccclxxxij.*
5 *l.teſtium. de teſtib.c. cũ olim.de priuil.ext.*
6 *c.ij.ad ſi.de prob.*
7 *Rota.deciſ.1.de conſtit.*
8 *l.1.de verb.oblig.inf.*
9 *l.ea qua.& ibi Bar.inf. de don.inter vir.& vx.*

Obligatione. L. vi.

Obligatione & alienatione generali nõ veniunt feudalia.

GENERALI obligatione non continentur quæ probabiliter non fuiſſent ſpeciatim obligata, vt prohibita alienari, ex quorum obligatione aliquis in pœnam incurriſſet [10]. Sic nec feudalia generali alienatione omnium bonorum venirent [11]. Sic in generali delegatione & commiſsione eadem temperatio adhibenda eſt [12]. & in hanc ſententiam plura Bartolus in l.generali.§.j.& ij.de vſufr.leg.inf.

10 *Bar.in l.codicillis.§.inſtituto.de leg.ij.*
11 *glo.in verb.cuicunque. de ſublat.clem.literis.in Prag.Sanct.*
12 *c.vlt.de off.vic.lib.vj. & c.pe.de pœnit.& remiſſ.eo.lib.*

Si debitor. L. x.

PERTINET ad ea quæ ponuntur in l. ſi fundus.§.ſi duo.infra eo.

Si is qui. L. xi.

Procurator an pro dominicõtractu res domini obliget.

IN procuratore habente ſimplex mandatum ſine libera, expedium eſt vt non poſsit rem aliquam domini, proſpectu eius contractus quem init, obligare [13]: quod tamen vulgo exauditur, niſi dominus conſueſſet pignoribus pecunias accipere & contrahere [14]. at in adminiſtratoribus publicis ſine diſtinctione id obſeruatur vt ij cõtractuũ proſpectu res corporum & collegij pignori dare poſsint: habent enim liberam adminiſtrationem [15]. Nec vtimur ſententiã Abbatis [16], qui exiſtimat prælatum non poſſe rem ſpecialem eccleſiæ pignori dare, vt bene per hunc textum docuit Iaſon [17]: nam & adminiſtratori ciuitatis aut eccleſiæ, conceditur pœnam promittere, ſi ſolita eſt apponi [18]. Pro quo eſt quod dicitur in l. ſolutum. §.vlt.ſup.de pig.act. His non diſsimile eſt quod vulgo recipitur, & Alciatus [19] probat, generali mandato etiam cum libera & ſine metu quæſtionis mandati, non contineri, vt quis pro negotiis poſsit res domini oppignerare & ὑποτίθεσθαι [20].

ἀντίχρησις.

§. Si antixpheiz. Hic ἀντίχρησις non antiphona legendum eſſe Alciatus docuit [21], & ex Pandectis Florentinis verum eſt. Et pertinet ad id quod ponimus in l. ſi pecuniam. ſup. de pig.act. Et quod pertinet ad §. *vſuſfructus*, an vſuſfructus vendi, vel obligari poſsit, vide quod dicitur in l.ſi vſuſfructus. inf. de iur.dot. multa enim obſtant.

Vſuſfructus an vẽdi poſsit.

13 *per tex.in l.iij.ſup.quod iuſſ.*
14 *l. vel vniuerſorum. de pig.act.ſup.*
15 *l.præſes.& ibi Bal. de tranſ.C.*
16 *in c.nulli.de reb.eccleſ.non alie.*
17 *in l.ciuitas.ad ſi.ſi cert.pet.*
18 *arg.l.bene à Zenone. de quad.præſcrip.*
19 *lib.iiij.diſpunct.ca.iiij.*
20 *l.creditor.§.Lucius.ſupra.mand.*
21 *lib.ij.diſpunct.cap.iij.*

Grege. L. xiii.

§. Cvm pignori. Quamquam res aliena pignori dari non poſsit [22], tamen propter vtilitatem contrahentium

22 *l.cum alienares.ſup.de pig.act.*

nihil arbitror vetare, quo minus creditor pignus quod accepit, pignori dare poſsit [1]. idem placuit in hærede creditoris [2]: modo non in maiorem quantitatem creditor obliget quàm ſibi debebatur, aliâs enim non tenet pigneratio [3]. Ex quo euenit, vt debitore ſoluente pecuniam quam debet, pro qua & pignus obſignatum eſt primo creditori, omnino reſoluatur pignus [4]. nam ſoluto iure dantis, extinguitur quoq; ius eius qui ab illo accepit [5]: quod aliâs fuſius [6]. Igitur ex ſpecie quæ proponitur, cùm ſub pignore mihi centum deberes, & idem pignus à te mihi datum, Mæuio accepta aliqua pecunia oppignero, prope eſt vt Mæuio ſecundo creditori actio vtilis in te detur, ad ſeruandum creditum ſuum [7]. Quòd ſi hoc nomē tuum in pignus à me datum Mæuio, Mæuius à te abſtulerit, an mihi creditori primo aduerſus ſecundum creditorem Mæuium actio accommodanda ſit, eius nomine quod à te recepit, quæſitum eſt: & rectius dicitur mihi actionem non dari. aut enim id nomen quod Mæuius exegit, in pecunia erat: & hîc magis eſt vt compenſet Mæuius cum eo quod illi debeo: nam quantitatis ad quantitatem compenſatio valet [8]. Sin verò corpus id fuerit quod tu Mæuio crædıtori meo ſolueris, apud Mæuium ſecundum creditorem erit pignoris loco, pro eo quod illi debeo. Et hæc eſt ſententia iſtius textus [9], quam Bartolus & alij contra glo. notant, & Franciſcus Connanus in commentariis iuris ciuilis [10] eleganter & illuminatè docet. Sed & illud addendum eſt, mihi in Mæuium toties actionem eſſe, quoties ea ſumma quam à te debitore meo ſeruauerit, maior eſt eo debito quo illi teneor [11]. Tractatur quoque an debitori tibi cum mihi ſatisfeceris, actio pigneratitia detur aduerſus Mæuium ſecundum creditorem ad repetendum pignus tuum: mouet quæſtionem quòd cum illo nihil contraxeris, & pigneratitia actio quæ perſonalis eſt, non ſequatur rei poſſeſſorem [12]. Sed cum ipſo iure te ſatisfaciente ſoluatur pignus à te mihi datum, poſteà verò à me iterum Mæuio oppigneratum [13], habet rationem vt in Mæuium ſecundum creditorē agere poſsis. nam pigneratitia licet perſonalis, in rem tamen ſcripta eſt. quod verius eſſe didici [14], & Panormitanus probat [15]. nec abſimile eſt quod hoc textu dicitur [16], creditori ſecundo dari actionem in debitorem, quamuis cum eo nihil geſſerit, nihil contraxerit: ſed & debitori conceditur agere cōtra creditorem ſuum quò is rem liberet [17]: & hoc officio iudicis etiam poterit expediri [18]. Hinc & illa in quæſtio deſcendit, ſi ego Titio, Titius Seio, Seius Mæuio rem meam obligauerit, ſi Mæuius fugerit, & rem meam äuerterit, quo remedio rem meam ſeruabo: & verum eſt quod ferè placuit, me agere in Titium poſſe, qui tamen liberabitur cedendo actionem in Seium, & Seius in Mæuium: nec enim tenebuntur rem mihi repræſentare, cùm iuris authoritate potuerint meum pignus pignori dare. quod & Speculator & Panor. reſponderunt [19].

Pignus pignori datur.

Litera explicata.

§. In superficiariis. Qui tantùm ſuperficiem habet, poteſt quoque eam pignori dare: ſic vſusfructus, & prædiorum vrbanorum ſeruitutes pignoris nexum ſubeunt [20]. *Superficies item iura incorporea pignorātur.*

quod

1 *vt hic. & l.j. & ij. ſi pig. pigno. datum ſit. C.*
2 *c. cum contra. ext. eo.*
3 *l.j. ſi pignus. pig. dat. ſit. & Pan. in d. c. cum cōtra. j. col.*
4 *per hunc tex. & d. c. cū contra.*
5 *l. lex vectigali. inf. eo.*
6 *in l. ſi ex duobus. §. vlt. ſup. in dicm add.*
7 *per hūc tex. & l.j. ſi pig. pigno. dat. ſit. C.*
8 *l. ſi conuenerit. ij. & ibi dixi. de pig. act. ſup. & hoc text.*
9 *ibi, ſed poteſt dubitari.*
10 *lib. iiij. tit. de pig.*
11 *l. quamuis. §. creditor. ſup. de pig. act.*
12 *l. vlt. de cōtr. empt. ſup. l.j. §. ſi hæres. ad Treb. infrà.*
13 *vt hoc tex. & l. debitor. §. vlt. de pig. act. ſup.*
14 *per c. cum cōtra. de pig.*
15 *in d. cum contra.*
16 *& l.j. ſi pignus pig. dat. ſit.*
17 *l. petenti. de pig. act. ſup.*
18 *l. vlt. ſi pig. pign. C. Hoſtien. in d. c. cum cōtra.*
19 *Specul. tit. de pig. §. j. verſ. ſed quæritur. & Panor. in d. c. cum contra. ij. col. de pig. ext.*
20 *l. ſi is qui. §. vſusfruc. cum l. ſeq. ſup.*

quod alibi à nobis explicatur [2]. Ex quo euenire Bartolus [3] dicit, vt qui habet iuriſdictionem ſiue imperium, ius portorij & vectigalis, poſsit illud pignori dare. Sic emphyteuta ius ſuũ pignori dabit, ſed non in maius tempus pignus producetur, quàm durat ius emphyteuſis [4].

Qvaesitvm est. L. xiiii.

Cautio peti poteſt ob cauſam.

EX cauſa, puta cùm debitor de fuga eſt ſuſpectus, etiam ante diem pignora perſequi poteſt creditor, vt hîc. Idem placuit etiam ſi conueniſſet vt pignus cautióve daretur: nam ob nuper eminentem ſuſpicionem peti poteſt cautio [5]. quod an ſit verum à nobis aliâs fuſiùs [6].

Et qvae nondvm. L. xv.

PERTINET ad id quod dicitur in l. ſi ſuperatus. ſupra eo. quo loco tractatum eſt, an creditori agenti hypothecaria, ſit neceſſe probare rem quæ obligata eſt, in bonis debitoris, cùm obligaret, fuiſſe.

Vendens donans vel obligans multis an falſum committat.

§. Qvi res. Qui vendit duobus, diuerſis cõtractibus, incidit in falſum [7]. Diuerſum dicitur in eo qui pluribus donat, vel nomine feudi concedit, aut alios contractus facit. Is enim crimen ſtellionatus committit [8], ſed non falſum [9]. Ideo qui pluribus oppignerat, crimen ſtellionatus contrahit, vt hîc, niſi omnibus poſsit ſufficere pignus [10]: vel niſi prædixerit ſe alij hoc pignus obligaſſe: quo caſu egregium eſt quod hîc dicitur, pignus in id quod pluris eſt, quàm primo debeatur, manere ſecundo creditori obligatum: ita tamen vt primo creditore dimiſſo, inſolidum ſecundo teneatur. quod notatu dignum eſt. Ex quibus efficitur quod alibi Africanus [11] notat, eàdem rem ſecundo pignori datam, illi non minus obligatam eſſe quòd priori ſit oppignerata: re vera enim ſubſiſtit pignus, ſed non ante vtile eſt quàm priori ſit ſatisfactum.

Si fvndvs. L. xvi.

PERTINENT huic ſententiæ quæ aliâs à nobis explicata ſunt [12]. Quod autem præterea hîc dicitur, confirmari pignus de re aliena factũ, ſi dominus ratũ habeat, vide quod poſui in l. aliena. ſup. de pig. act. Et quod ad §. *ſi res hypothecæ*, pertinet, an detractio, additio, aut alia mutatio pignus interuertat & extinguat, etiã in hãc ſentẽtiã alibi adſcripſimus nõnulla [13].

§. Si dvo pariter. Aliquando euenit vt res pluribus obligetur, à lege puta, vt cùm in fundum qui plurium eſt res aliqua à colono inducitur [14], vel expreſſa conuentione id fit: cùm enim fundum quem vni obligaui, alteri ſecundùm oppignero: quod an iure permittente fiat ſuprà diximus [15], in ea ſpecie id eſt, vt ferè potior ſit is qui prius obligatũ accepit [16].

Si eodem tempus pluribus pignus datũ eſt quis potior.

Planè ſi eodem tẽpore & die pignus conſtitutũ eſt, ſolet quęri, an inſolidum, an verò pro parte res vtrique creditori teneatur. Et primùm ſeruabitur quod actum eſt, nã ſi vtrique inſolidum obligata res eſt, inſolidum quoq; cõtra extraneos agẽt: at inter eos erit melior cõditio poſsidẽtis. Sin autẽ ꝑ parte res obligata eſt, vtilis actio & aduerſus extraneos, & inter ipſos dabitur ad dimidiũ poſſeſsiõis [17]. qđ ſi nihil expreſsim cõuenit, plerũq; agi creditur, vt ꝑ quãtitate debiti acceptũ pignus videatur, ſi inter ipſos creditores ſit quęſtio: ſin verò cũ poſſeſſo

2 *l. ſi vſusfructus. de iur. dot.*
3 *in d. l. ſi is qui.*
4 *l. j. & ibi Bal. ſi pig. pig. dat. ſit. l. lex vectigali. inf. eo.*
5 *ſic intellige l. in omnibus. ſup. de iud. Bart. in l. ſi creditores. de priui. credi. inf.*
6 *in l. dedi. in princi. ſup. de cond. cauſ. dat.*
7 *l. qui duobus. de falſ. inf.*
8 *l. iij de crimi. ſtellio. inf.*
9 *Bar. in d. l. qui duobus. Bal. in c. ſi quis. tit. quo temp. miles. ĩ vſib. feud. per illum tex.*
10 *l. ſi quis in pignore. ſup. de pig. act.*
11 *l. qui Balneũ. §. Titia. inf. qui pot. in pig.*
12 *l. ſi proprietati. de iur. dot. inf.*
13 *l. ſi conuenerit. ij. §. ſi quis cauerit. ſup. de pigne. act.*
14 *l. j. & ij. de Saluia. interd.*
15 *l. & quæ nondũ. §. qui res. ſup. eod.*
16 *l. ij. & l creditor. & toto tit. inf. qui potior. & l. 4. & l. ſi fundum. C. illo titu.*
17 *l. ſi debitor. ſup. eo. & l. j. de Salui. interd.*

re,aut ipſomet debitore creditores agant, propius eſt ex hoc reſponſo [1],vt quia pares tempore ſunt, inſolidum agere poſſint.videntur autẽ eodẽ tempore de pignore conueniſſe ſi eodem die conuenerint,licet vnus horarum numero prior fuerit,vt hîc apparet.ſi tamen manifeſtè cõſtaret hunc altero hora aut momento priorem eſſe,idque ex inſtrumento poſſet argui,placet Connani [2] ſentẽtia,vt prior tẽpore alteri præferatur iure communi [3].Pro qua & illud eſt quod apud Canonicos dicitur,& omnes probant [4],vt ſi inter impetrantes literas ad beneficia poſsit apparere quis hora anteceſſerit,is præferatur qui hora vel momento præuenit: aliâs ſi eodẽ die vtriuſq; mandatarij literæ ſint datæ,neq; quis anteuerterit conſtet, nõ ius deficit,ſed probatio: ideóq; id inter illos obſeruabitur qđ decretis Pontificum continetur [5].Planè(vt ad rem redeam)in obligatione quæ ita facta eſt,*illi & illi*,idq; ſimul & eodẽ momento,id recipimus,vt diuiſim vtrique, hoc eſt pro quantitate debiti obligatio procedat:eóque decurritur ob formã obligationis. Et ita finẽ huius §. Connanus in Cõmentariis interpretatur [6].quod ſummam rationẽ habet.Ferè enim eſt vt cõtractus [7],ſtipulatio,promiſsio [8],ſententia [9], & id genus alia ſimul à pluribus,aut in plures inita,pro virili intelligãtur. Sed in toto hoc genere hoc animaduertẽdum erit, vt licet eodem tẽpore pluribus idem pignus ſit obligatũ, ſit tamen inter eos prælatio,ſi ratio principalis debiti id poſtulet. Itaque ſi ponas penſionem domus quæ in locatis eſt,hoc anno meam eſſe, ſequentis anni tuam,in inuectis potior ero quàm tu:debitum enim meum interpretatione,& iuris intellectu tuo prius eſt [10]: quanquam forſitan eodem tempore vtraque penſio nobis aſſignata ſit & conſtituta.

Prælatio horę.

Prioritas horæ attenditur inter impetrantes à papa.

1 *ibi.ſed vterq.ſi.*
2 *lib.iiij.Comment.iur. ciuil.tit.qui potior. in pig.*
3 *d.l.j.& l.ſi fundum. C. qui potio.in pig.*
4 *glo.in verb.ſi non appareat.& ibi doc.in c.duobus.de reſcrip.lib.vj.& & glo. in c. ſi à ſede. de præben. eo.lib.*
5 *in d.l. ſi à ſede. & d.c. duobus.*
6 *lib.iiij.c.xvij.*
7 *l.cùm apparebit.ſup.loc.*
8 *l.reos.§.j.de duob.reis.l. ſi non ſinguli. C. ſi cert. peta.*
9 *l.Paulus. de re iudi.inſ.*
10 *l.inſulam. qui potior.in pig.inſ.*

§.Potest ita.Quando valeat pactum legis commiſſoriæ in pignoribus,diximus in l.Titius.de pig. act. ſup.

Si ab eo. L. xviii.

PERTINET ad id quod alibi à nobis explicatur [11].

11 *l.ſi ſuperatus.ſup.eo.*

Si titio. L. xxii.

CVM ei qui rem meam me non conſentiente obligauit, ſucceſsi,rectè dicitur,non ex ordine me conueniri vtili pigneratitia ex perſona mea:nõ enim pignus confirmatur [12]. At ex defuncti perſona creditori aduerſus me vtilis accommodanda eſt:& ita puto intelligendum hunc textum,niſi forſitan tibi magis placeat Accurſij ſolutio, quam & Connanus libro quarto Commentariorum probat [13]: vt hîc pignoratitia detur,non ea quæ pignus perſequitur:ea enim non datur [14], ſed quæ id quod intereſt,petit,quanquam forſan res ita eſt vt ſolui non poſsit. Equidem ſi diuinationem remoueris, ſine qua tamen res non poteſt teneri,ſolutio noſtra à iure non ſit aliena.Sic quod dicitur eum qui non eſt natus aut conceptus tempore mortis defuncti, non admitti ad illius hæreditatem [15], verum eſſe didici ex perſona ſua: nam ex perſona patris cui eſt hæres,poteſt admitti [16]: idque ex æquitate tituli, *De his*

Si ſucceſsi rem meã obligãti an teneat pigneratitia.

12 *l.rem alienam. ſup. de pig.act.*
13 *lib.iiij. Comment.iur. ciuil.c. xiij.*
14 *d.l.rem alienam.de pig. act.ſup.*
15 *l.Titius.de ſuis & legi. l.j.§. ſi quis proximior. vnde cog.inſ.*
16 *ſecun.Bar.in l.ſi quis filio. in princi. de iniuſt. rup.& irrit. teſt.*

his qui ante apertas tabulas [2]. Ex hoc autem reſponſo illud proficiſcitur, cùm rem quæ mihi debita eſt ex contractu. tibi obligo, deinde dominus effectus per traditionem iterum alij, vt nihilominus illo ſis potior [3]: quod valde notandum eſt. Et quod ad diſſolutionem huius repugnantiæ attinet, vide Duarenum qui rem aliter explicat [4].

IN QVORVM. L. XXIIII.

Prohibita alienatiōe an prohibetur pigneratio.

EXISTIMO prohibita alienatione aut venditione omnino contineri pignoris dationem [5]. nam per pignerationem deuenitur ad venditionem etiam inuito debitore [6]: certúmque eſt prohibito aut conceſſo actu, prohiberi quoque præparationes aut concedi [7]. Præterea venditionis aut alienationis verbo, omnis contractus ex quo dominium transfertur, venit [8]. Si quis tamen ex diuerſo emere prohibitus ſit, non cenſetur prohibitus pignori accipere, vt hîc. ſic qui prohibetur ſiue interdicitur maioribus dignitatibus ſiue iuribus, minoribus interdictus non eſt [9]. Sic quanquam deportati non poſsint emere & vendere, tamen poſſunt actiones intendere quæ ex cōtractibus illis deſcendūt [10], quia id minùs ius eſt [11], quanquam & alia ratio ſit [12].

FIDEIVSSOR. L. XXVI.

§. PATER. Hunc §. repete ex his quæ poſuimus in l. Caius. de pig. act. cui videtur obſtare.

PAVLVS. L. XXVIII.

Pertinet ad ea quæ ſuperius in eādē ſentētiam dicuntur [13].

LEX VECTIGALI. L. XXXI.

HABES in l. ſi ex duobus. §. j. ſup. de in diem addict. vbi quæritur, cùm ab emptore ex pacto redimēdi vel ſtatuto municipali res auocatur, an pignus quod interim in re alteri creauit, reuocetur.

CVM TABERNAM. L. XXXIIII.

Vendita aut obligata taberna an merces veniant.

Dies an ſit neceſſarius inſtrumentis & ſimilibus rebus.

PIGNERATA taberna, merces eandē pignoris cauſam ſequuntur, vt hîc. At vendita taberna non iudicantur merces vēditiōe cōtineri [14]. quod & fuſius aliâs explicauimus [15]. Et ex eo quod alio capite legis cōtinetur [16], tractatum eſt an in inſtrumentis requiratur dies, quod in publicis inſtrumentis ferè admittimus [17], & in beneficiis principum [18]. At in priuatis inſtrumētis vel epiſtolis, dies non eſt neceſſarius, per hunc tex. [19] Sic in inſtrumētis priuatis nō requiritur ſcribentis ſubſcriptio [20]: cōtrà tamen in notariorū inſtrumentis obtinet [21]. Additur præterea, in rationibus mercatorū, ſiue calēdariis, diē eſſe neceſſariū [22]. At in teſtibus nō erit dies aut conſul ad liquidū exquirendus, ſed ſufficiet teſtari ſe meminiſſe actum id quo de quæritur eſſe [23]. Cui cōſequēs eſt vt ſi interrogatus de die teſtis, reſponderit ſe non recordari, probet tamen [24].

Obligatione vel legato generali an contineantur nomina & pecunia.

§. CREDITOR. Verius dicitur, cùm Titius obligat quicquid habet habiturúſve eſt, ea generali obligatione pecunias comprehendi, per hunc tex. quod idem dici poteſt, cùm quis ita generaliter legat [25]. Secus ſi legaret vel obligaret ea omnia quę habet in certo fundo: nec enim pecunia, aut debitorum nomina hoc legatum ſequuntur [26]: quia æs alienum & pecunia totum patrimonium reſpiciunt, non autem fundum in quo aſſeruantur [27], niſi ſint certo fundo annexa [28].

2 *l. j. de his qui ante aper. tabu. C.*
3 *per l. iij. §. j. inf. qui pot. in pig.*
4 *lib. ij. diſp. anniu. c. iiij.*
5 *l. vlt. de reb. alie. non alienand. C.*
6 *l. ſi conuenerit. j. ſuprà de pig. act.*
7 *l. oratio. de ſponſ. inf. l. ad rem. & l. ad legatū. de procur.*
8 *l. quintus. de ſtatulib. c. nulli. de reb. eccleſ. non alien. l. j. de fund. dot. C.*
9 *l. relegatorum. §. poteſt. de interd. & releg.*
10 *l. quidam. de pœn. inf.*
11 *l. ſi mandauero. §. is cuius. ſup. mand. Bar. in l. ex hoc iure. pe. col. de iuſti. & iure.*
12 *de qua in d. l. ſi mandauero. §. is cuius.*
13 *l. ſi conuenerit. ij. §. ſi quis cauerit. de pig. act.*
14 *l. qui tabernas. de cont. empt. ſup.*
15 *in d. l. qui tabernas.*
16 *§. idem quæſit.*
17 *auth. vt præpon. nom. l. optimā. de cōtr. ſtip. C. l. j. de apoch. pub. li. x. C.*
18 *l. ſi quā beneficia. de diuerſ. reſcrip. C.*
19 *& l. publia. ſup. depoſ. ſecund. Bal. hîc, & in rub. de fid. inſtrum. pen. col. C.*
20 *l. cùm antiquitas. & ibi Paul. de Caſt. de teſtamen. C.*
21 *Auth. de tabellio.*
22 *l. prætor. §. ſi initium. ſup. de edend.*
23 *l. ij. §. idē Labeo. de aq. plu. arc. & ibi Bart. inf.*
24 *Bar. in l. ſi librarius. de reg. iur.*
25 *l. quoties. §. vlt. de vſuf. ſup. l. generali. §. vlt. & l. vlt. de vſuf. leg. inf.*
26 *l. vxorem. §. legauerat. de leg. iij. inf.*
27 *l. Caius Seius. de leg. ij. l. ex facto. de hæ. inſt. inf.*
28 *l. ſi fideicommiſſum. §. j. de iud.*

duxerat,hoc eſt qui operas ſuas locauerat ad opus columnæ. Quomodo etiã inferius Iabolenus loquitur[1]. *Martius domũ faciendam à flacco conduxerat*,hoc eſt,Martius redemptor operas ſuas promiſerat Flacco ad domum ædificandam:quæ ſi vi naturali,putà terræ motu, ſiue labe pereat & cadat, etiam antequam approbetur tradatúrve, Flacci locatoris erit periculũ, non Martij qui domum faciendam promiſit,quod multis alijs reſponſis manifeſtè oſtenditur[2]:niſi qua culpa Martij arguatur, vt cum vitio operis opus periiſſet[3]. Culpam enim ſolam & dolum cogitur artifex præſtare,non caſum[4]. Ex quo euenit vt dominus qui eum ad opus faciendum aduocauit, teneatur eius operis mercedem præſtare, pro modo quo ædificium erit factum,licet opus perierit[5]. Periculum igitur operis etiam antequam approbetur, locatorem ſiue dominum, non autem operarium tenebit: non enim amplius à mercenario & redemptore, locatori erit præſtandum, quàm quod locator ſua opera & cura eſſet conſecutus, ſi vel ipſemet ædificaſſet, vel aliũ ædificio adhibuiſſet: quo caſu ſi quid vi maiore contigiſſet,non potuiſſet diligentia ſua auertere:hoc ergo redemptori non nocebit: & ita intellige quod hîc in fine ſubobſcurè dicit[6].addit,niſi aliud eſt actum,hoc eſt,niſi redemptor auerſione domum faciendam conduxit ſiue promiſit,hoc eſt, in ſe periculum recepit: quia tanto tempore periculum præſtabit, quo-ad adprobetur domus à locatore. Idem eſt ſi ad menſuram opus faciendum locatum eſt, vt eatenus obligetur, quatenus admenſio non fiet:in ea vero parte quæ fuerit menſurata,periculo eximetur.& ita intellige principium huius legis: nec eſt neceſſe redemptorẽ in culpa fuiſſe,ſicut Bar.& Paulus voluerunt:non enim nonum eſt, vt pacto quis ſuſcipiat in ſe periculum & caſum[7].

Periculũ operis an locatoris an conductoris ſit.

1 *l. Martius.inf.eo.*

2 *l.ſi prius.et l.vlt.inf.eo. & hac l.ibi,ſi tamen.*

3 *d.l.vlt. & l.ſi prius. & l.item quæritur.§.ſi gẽma.ſup.eo. fac. l. ſi ſeruus.ſi eadẽm.ſup.ad l. Aquil.*

4 *l.ſi quis fundum.§. Celſus.ſup.eo. & l. ea lege. §.1.inf.eo.*

5 *l.ſi fundus. in princ. ibi, quemadmodum.ſup. eo.*

6 *in ver.ſi tamen.*

7 *l.ſi quis domum. §. Iulianus.eo.ſup. & l.1.§. ſæpe euenit.ſup.depoſit.*

Qvi operas. L. xxxviii.

PERTINET ad id quod ponitur in l.ſi in lege.§. cùm quidam ſup.eo.& alibi etiam nonnulla[8].

8 *l. ex conducto. §. Item. cum quidam.ſup. eo.*

Sed de damno. L. xli.

ALLEGATVR in lege.ſi merces.§.culpæ. ſupra eodem titul

Cvm apparebit. L. xlvii.

IN obſcuris duo iudicantur accepti pro virili parte, nõ inſolidum[9]. Vnde infert Panormita.[10] plures qui cœnaculum conduxerunt,conueniri tantùm pro parte poſſe non inſolidum[11]. Si tamen appareat ſingulos inſolidum eſſe acceptos,etiam inſolidum conuenientur: ſed nouo iure non aliter, quam ſi reliqui abſint aut inopes ſint[12]. Reliqua vide in l.ſi vt certo.§.ſi duobus.commoda.ſuprà.

Plures an inſolidum videantur accepti an pro parte.

9 *l.reos. §.1.inf. de duob. reis.l. Paulus.de re iud. inf.*

10 *in c.cõſtitutus.de relig. domi.1.col.*

11 *facit.l.ſi non ſinguli.& l.cum te C.ſi cer.petat.*

12 *Auth.hoc ita.C.de duo. reis.*

ΟΙ ΕΠΙΤΡΟΠΟΙ. L. xlviiii.

HANC legem ſe ex Florentinis Pandectis repoſuiſſe Alciatus dicit[13],cùm in vulgaribus codicibus deeſſet. Ex qua illud proficiſcitur, tutorem & curatorem nõ poſſe ante redditas rationes cõducere prædia à fiſco vel principe.Quod etiam

13 *lib.ij.diſpunctio.c.ij.*

Tutores non cõducunt prædia à fiſco.

ad eos magiſtratus qui tutores creant perducitur:cùm & ipſi pro minus idoneis tutoribus ſoluere compellantur [1].Sinautẽ tutores ſuccederent iis qui prædia de fiſco conduxerunt,nihil oberit quin in conductione hęreditaria perſeuerent [2].nec abſurdè dicatur,tutores ad cõductiones illas admittẽdos, ſi idoneos fideiuſſores dare ſunt parati [3].Sic tutores & cæteri reddẽdis actionibus obligati,qui ad ordines ſacros promoueri nequeunt [4], adlegentur dato fideiuſſore idoneo [5].

EA LEGE. L. LI.

Periculũ operis cuius ſit.

§. LOCAVI. Superius retulimus [6],operis periculũ etiam antequã approbetur,eſſe non redemptoris, ſed domini qui id locat faciendum [7], niſi aliquo vitio operis perierit opus [8]: Quodam tamen caſu redemptor de vitio operis non tenetur, nempe cùm operas ſuas locat ſingulis diebus, non proſpectu conſummationis operis, per hunc textũ: qui ſingulas operas, appellat operam diurnam. operæ enim ſunt diurnũ officiũ [9].

QVI FIDEIVSSOR. L. LIII.

PERTINET Ad poſita in l.ſolutum.§.ſolutam. ſuprà de pig̃no.act.

QVAERO. L. LIIII.

Fideiuſſor an acceſſionibus ex mora rei venientibus alligetur.

HAEC Lex applicatur his quæ poſita ſunt in l. centum. de eo quod cert. loco.vbi explicatur, an fideiuſſor teneatur de vſuris & cæteris acceſſionibus ex mora rei veniẽtibus.nam hoc magis placuit in contractibus bonæ-fidei [10]. Quid in cæteris,ibi vide: quibus adiunge ea quæ ponuntur in l.iij.§.ſi is. ſuprà quod quiſque iur. Quod autem pertinet ad §. *inter locatorem*,quando colonus expelli poſsit,alibi tentamus [11].

DOMINVS. L. LV.

Quando dominus ad cuſtodiam teneatur.

INTERDVM Locari ſolet tota domus,& hoc caſu locator cuſtodiæ non alligatur [12]:aliquando ſolet dominus domus retenta ſibi domo,aliquam partem locare, horreũ puta: in quo admittimus,vt locator cuſtodiã præſtare cogatur [13], non tamen periculũ caſus & fortunæ [14].At enim ſi initio contractus ſunt appoſiti cuſtodes à domino,cùm hoc ipſo is in ſe aſſumat cuſtodiã, & à colono auertat [15],hactenus dominum teneri verũ eſt:vt tamẽ liberetur ſi cuſtodes exhibeat [16],vt alibi adſcripſimus [17]. Quòd verò hîc dicitur colonum in re conducta impendentem, ſeruare expenſas à domino,pertinet ad id quod aliâs dictum eſt [18].Et quod ad legem extremam pertinet, vide quæ paulò ſuperius explicantur in l.ſed addes. §. cùm quidam.ſupra eod.

CVM DOMINI. L. LVI.

Simplex colonus nõ ſoluens canonem quãdo eiici poſsit.

IN ſimplici colono conſtitit,eum ſi ceſſet ſoluere canonẽ, expelli ex-continenti poſſe [19], & priuata domini authoritate [20].Quod tamen intelligimus,niſi eſſet abſens, vel niſi conuentum eſſet vt expelli non poſſet: quibus caſibus biennium erit eiectio ſuſtinenda [21]. Sed benignè recipitur, vt expulſus poſsit moram purgare ſoluendo, & ad conductionem redire, modo res ſit integra,& nõ alij locata [22].Cùm verò loquimur de emphyteuta,id ſeruatur,vt expectetur triennium. nec ante ob non illatum canonem,expelli queat [23]:ſi emphyteuta pri-

Emphiteuta & colonus ad magnum tempus an eiiciantur.

1 *toto tit.de magiſtrat.cõueniend.C.& infrà.*
2 *l.decurio.de decurio.inf.*
3 *l.reſcripto. §. debitores. de munerib.& honor.*
4 *c.j.de oblig.ad ratioc.nõ ordin.*
5 *Panor in d.c.j.ad finem, per d.§.debitores.*
6 *in l.opus.ſupra eo.*
7 *l.Martius.infra eod.*
8 *l.fuit.eodem tit.*
9 *l.j.inf.de operis liberto.*
10 *per hũc tex.& l.ſi poſtea.rem pupilli ſaluã fore.inf.l.ij.§.fin.de adm. rerũ ad ciuitat.per.*
11 *l.cùm domini.inf. eod.*
12 *l.cùm in plures. §. vlti. infra eod.*
13 *l.cùm in plures.§ .locator.inf.eo.l.j.C.eo.tit.& Bal.ibi.*
14 *per hunc tex.& l.damnum.C.eo.*
15 *l.quorundã.de acq.rer. do.l.ſi ſoluturus . de ſol. & noto in l.ſi vt certo.§. ſi de me.ſupr. commod.*
16 *l.ex diui.C.eod.& ibi Bald.*
17 *l.videamus.ſuprà loca.*
18 *l.ſumptus.de rei vind.*
19 *l.eadem.C.eo.l.vectigalis.§.vlt.infr.de public.*
20 *doct.in l.ij.de in.emphy. & Paul.de Caſt.in l.colonus.inf.eo.*
21 *per hunc tex.& l.quæro.§.inter locatorem.& ibi Bart.ſup.eo.*
22 *argu.l.ſi in lege.§.colonus.ſup.eo.Bal.in auth. qui rem.de ſacr. eccl.C.*
23 *l.ij.C.de iur. emphy.*

uati eſt. ſin verò eccleſiæ, biennium obſeruatur [1]. quod ideo euenire creditur, quòd emphyteuta ius in re habeat [2]. Quæ ratio etiam in conductore ad magnum tempus obtinet, cùm & ipſe ius in re, & actionem in rem habeat [3]: vnde ante triennium non expelletur: quod Abbas retulit [4], & æquitatem habet.

1 auth. qui rem de ſacroſ. eccleſ. C.
2 l. j. ſup. ſi ager vectigal.
3 l. j. de ſuperfic. §. quod autem.
4 in c. iij. col. ij. ext. eo.

INSVLAM. L. LVIII.

§. IN OPERIS. An breuitas temporis officiat contractibus tam bonæ-fidei quàm ſtricti iuris, habes in l. ij. §. qui ita ſtipulatur. de eo quod cert. loc. Quòd autem ad finem legis pertinet [5], licet in cõtractibus vltro & citro obligatoriis, tam nominatis, quàm innominatis, generale ſit, vt non prius vnus agere poſſit, quàm ex parte ſua impleuerit [6]: nec ſufficiat cauere ſe impleturum [7], cum lex oblationem poſtulet [8]: ſi tamen contractus verè fieret ſub modo, poteſt is qui ſub modo, aliquid facere aut dare iuſſus eſt, agere vt pecunia detur, licet ex parte ſua non impleat: ſed ſufficiet cautionem exponere ſe impleturum, quod ex hoc textu rectè dicitur, & Bartolus probat [9]. nam cum modus eſt implendus ex pecunia mihi danda, poſſum hanc pecuniam mihi dari iure intendere antequam impleam [10]. Item his annectitur quod pono in l. Qui inſulam §. qui ædem. ſupr. eod.

In cõtractibus vltro nõ agetur niſi qui agit impleuerit.

5 §. quidam in municipio.
6 l. Iulianus. §. offerri. de act. emp. ſup. l. iiij. de rer. permu. C.
7 l. quod ſi non ſoluere. ſuprà de pigno. act.
8 d. §. offerri.
9 Bar. in l. quibus diebus. §. fin. de condit. & demonſt. infrà.
10 l. eum. de fideicom. liber. inf. l. huiuſmodi. in prin. & ibi Bar. de leg. j.

MARCIVS. L. LVIIII.

AN Ad locatoris aut conductoris periculum opus pertineat relatum eſt in l. opus. eo. ſupr. vbi iſta lex explicatur.

CVM IN PLVRES. L. LX.

§. MANDAVI. Cùm mihi falſo perſuaſiſſes, vt opus ducentis facerem, mandaui tibi vt opus faceres, aſſignata tibi in eam rem pecunia, ſi poſt compertum habeam non poſſe minoris trecentis opus fieri, potero à te reliquam ſummam operi faciendo à me tibi illatam, repetere. nam toties etiam in contractu nominato pœnitentiæ locus eſt, quoties mẽdacium illi cauſam dedit [11]: aliâs non eſſet pœnitentiæ locus [12]. Sed nec redemptor qui ita mentitus eſt, poſſet mecum lege agere, vt illi totius operis mercedem ex iure communi inferam [13], quaſi non per eum ſtet quominus opus perficiat: nam hoc illi in mendacij pœnam ſtatuitur, vt hic. Et ex eo quod hac lege dicitur [14], domino fructuum furto ablatorum nomine, contdictionem applicari, non colono, perſpectum eſt quod alibi adſcripſimus [15], fructus antequam penſio inferatur, eſſe domini non coloni [16]. & pertinet ad ea quæ diximus in l. arboribus. §. Iulianus. de vſufr.

Pœnitentia in contractu nominato eſt cõtra mentientẽ.

Colonus non eſt dominus fructuũ non illata penſione.

11 per hunc tex. ſecun. Bar. & Paul.
12 l. in commodato. §. ſicut. vbi ſuſiùs dixi. ſup. cõm.
13 l. qui operas. ſupr. eod. & noto in l. ſed addes. §. cum quidam. ſup. eod.
14 §. meſſem.
15 l. quod vendidi. ſupr. de cont. empt.
16 per tex. gl. & Bart. in l. ſeruus communis. §. locaui. inf. de furt.

§. LOCATOR. relatum eſt in l. dominus. ſupra eodem, vbi quæritur quis de cuſtodia horrei locati teneatur.

COLONVS. L. LXI.

In ſimplici colono conſtitit, ſiue pẽſionis nõ ſolutæ ergo ſit eiectus, ſiue qua alia cauſa iuſta, aut iniuſta, ſemper eũ expẽſas ſeruare, per hũc textum: quæ ſententia in cõmodatario [17], cre-

Colonus eiectus penſionis non ſolutę nomine an recipiat expenſas.

17 l. in rebus. §. poſſunt cõmodo. ſup.

creditore pignoratio [1], atque adeo in omni eo qui expẽſas in aliena re fecit, generalis eſt [2].

Emphyteuta.

Sed in emphyteuta quæſtionis eſt, an repulſus ob nõ ſolutã penſionem non repetat expenſas: quod magis eſt, ſiue ſit emphyteuta eccleſiæ [3], ſiue priuati [4]. placétq; Baldi ſentẽtia, vt indiſtinctè emphyteuta nõ recipiat expenſas, licet emphyteuſis finiatur ſine illius culpa: nam in hoc illi emphyteuſis data eſt, vt in eam expenſas faciat: ideóq; rectè placuit magnas expenſas ad eũ ſpectare [5].

Vaſſallus.

At in vaſallo diſtinguimus, vt cùm aperitur feudum nulla ſua culpa, is repetat expenſas & meliorationes [6]. Sin autẽ cadat feudum in commiſſum culpa feudatarij & vaſalli, nemo dixerit repetitionẽ expenſarũ eſſe: idq; in CVRIA Grationopo. recipi Guido Papa teſtis eſt [7]. Sic dicitur, ei qui rẽ reſtitutioni ſubiectã ſciẽs emit, nõ dari repetitionẽ vtiliũ expẽſarũ [8]: qđ & Bal. etiã probat [9].

SI RIVVM. L. VLT.

HANC Legẽ repete ex iis quæ poſita ſunt in l. opus. ſup. eo. in qua quæritur periculum operis locati ad quẽ ſpectet.

De æſtimatoria.

ACTIO DE AESTIMATO. L. I.

Aeſtimatio an transferat periculum.

HIC Titulus planus eſt. Quòd autẽ ad finem dicitur æſtimationem facere, vt periculum trãſeat in eum cui res æſtimata datur, rationẽ habet, cũ ſpeciatim cõuenit, vt æſtimatio reddi poſsit: tũc enim manifeſtè emptio contrahitur: & hoc modo multa reſpõſa intelligi debent [10]. Sæpe autem ita fit æſtimatio, non vt æſtimatio reddi poſsit, ſed vt ſciatur quãto pretio res vendi debeat: quo in caſu non ſemper qui ſuſcepit rem periculo tenebitur, ſed accommodanda erit diſtinctio Vlpiani [11]. Sed & in hanc ſententiam aliâs diximus plura [12].

De rerum permutatione

SICVT ALIVD EST. L. I.

Permutatio nõ contrahitur ſi res aliena eſt.

NOTA Eſt regula, alienã rem dantẽ nullam cõtrahere permutationẽ. Quod etiã in ſacris rebus dicere melius eſt: nã ſi vnus permutãtiũ beneficia vltrò citróq;, nõ habet ius in beneficio, inutilis contrahitur permutatio [13]. Quod tamẽ intelligit hîc Bar. cùm verba ad translatione dominij apta ſunt, vt eſt verbũ *dare*, quod dominij translationẽ habet [14].

In permutatione requiritur implemẽtum.

Sin verò verba nõ ſunt accõmodata trãſferẽdo dominio, vt *tradere*, *accipere*, etiã à nõ domino permutationẽ fieri poſſe obtentũ eſt [15]: quod & Abbas probat [16]. Permutatio autem nõ dicitur facta per ſolum cõſenſum, ſicut in contractibus nominatis vſuuent [17], ſed implemento opus eſt [18]. Quod ſi ei qui impleuit non impleatur, aget is cõdictione ad reſoluendũ contractum, vt hîc [19]. Nam pœnitere licet in his contractibus, niſi certis caſibus, quos aliâs retulimus [20]. At in venditione aliíſq; nominatis contractibus, qui impleuit, nõ rectè ad reſcindendũ cõtractũ aget: ſed in id tãtùm vt viciſſim ſibi impleatur, aut id quod intereſt detur [21], quod tamen ipſum nõ ſine diſtinctione eſt. Sed de his aliâs [22]. Quibus autẽ hic cõtractus à vẽditione differat, vide gl. & doct. in l. ij. C. eo.

1 *l. creditoris. inf. de fur.*
2 *§. certè de rerum diuiſ. Inſtitu. l. in fundo. ſuprà de rei vin. vbi noto.*
3 *auth. qui rem. C. de ſacr. eccleſ.*
4 *l. ij. de iur. emphy. C.*
5 *ſecund. Bal. in d. l. ij. per l. ij. illo tit.*
6 *c. j. §. ſi vaſallus. hîc fin. lex regni. in vſib. feud.*
7 *q. cccc. xxxiiij. in deciſ. & Bald. in d. §. ſi vaſallus.*
8 *l. vlt. §. vl. C. com. de leg.*
9 *in d. §. vlt.*
10 *l. ſi vt certo. §. nunc videndũ. ſup. comm. l. cùm fundus. loc. ſuprà.*
11 *in l. ſi gratuitã. §. j. infr. tit. ſeq.*
12 *l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ſupr. commod.*
13 *c. cùm venerabilis. ibi, nec eũ alio quã cũ domino. de excep. & alibi Panor. num. 23.*
14 *l. vlt. de cond. . cauſ. dat ſuprà.*
15 *Bar. in l. j. C. eod.*
16 *in d. §. cùm venerabilis. nu. 22.*
17 *l. ij. de act. & obl. inf.*
18 *l. ex placito. C. eo.*
19 *& l. quoniam. C. eod.*
20 *in l. ſi pecuniam. de cõd. cauſ. dat. ſupr.*
21 *l. in ciuile. de rei vind. C.*
22 *in l. in commodato. §. ſicut. ſup. comm.*

De præſcriptis verbis & in factum actionibus.

NONNVNQVAM. L. I.

EXISTIMAVIT Alciatus [1], olim in nominatis contractibus id ex vſu fuiſſe, vt qui ex eis actionem vellet intendere, Prætorem adiret, & ſecundum ea quæ proponerentur, actionem ab eo impetraret. Erãt enim formulis certis diſtinctæ actiones, ad quodlibet negotium accommodatæ, variæ tamen ex variis cauſis rebúſque conſtitutæ: id quod & principali decreto aperte oſtenditur [2]. In contractibus autem innominatis nullæ certæ erunt actionum conceptiones, ſed cùm pars negotium explicaſſet apud Prætorem, tum Prætor certam formam ex narratione facti preſcriberet, ex qua actio quæ *præſcriptis verbis* nominatur, competeret. Quod etiam Baldus, [3] videtur probare, vt actiones in contractibus nominatis nomen contractuum ex quibus veniunt accipere velit, vt actio ex empto, vendito, locato. At in contractibus innominatis, ex verbis inter contrahentes habitis, actio præſcribi, & generaliter *præſcriptis verbis* vocari ſolet [4]. Ex quo euenire poſſit quod alibi Duarenus teſtatus eſt [5], Toties præſcriptis verbis actionem eſſe, quoties in aliqua conuentione propria appellatio iure ciuili non habetur, ſi tamen cauſa ſubſit, id eſt, datio aut factum. quanquam Alciatus [6] hanc tantùm actionem dari affirmet, cùm mutuum factũ, quod *συνάλλαγμα* vocat, intercedit: ſed hæc inferius dicemus [7]. Ex his autem probabile eſt, præſcriptis verbis actionem non dari niſi in contractibus innominatis: neque enim fuit neceſſe nominatis conuentionibus hanc actionem adiungere, cùm & illæ ex ſe & nomine ſuo actionem pariant [8]. quod & Baldo videtur [9], licet omnes Tranſalpini obſtrepant [10].

Cur præſcriptis verbis actio dicta.

Quando præſcriptis verbis actio ſit.

1 c. vlt. lib. iiij. diſpunct. & Duare. in l. iuriſgentiũ. §. ſed etſi in alium. ſup. de pact.

2 l. nulli. de formul. & impetr. ſublat. C.

3 hic in rubrica & Paul. de Caſt.

4 per l. ij. & iij. eod.

5 in l. iuriſgentium. §. & ideo. de pact. ſuprà.

6 in rub. de pact. & l. cùm mota. de tranſact. C.

7 l. naturalis. §. quod ſi faciam. infra eod.

8 l. iuriſgentium. in princ. de pact. ſup.

9 in l. ex placito. iij. col. ibi, quæro igitur. de rer. permut. C.

10 Vid. Cy. in l. d. ex placito. & Iaſ. in l. bona-fidei. C. de pact.

NATVRALIS. L. V.

HAEC Lex ab omnibus difficilis exiſtimata eſt: & id ſanè rectè, ſi commẽtationum inuolucris obducatur. Habet verò ſpecies factorum, quibus cõtractus innominati à ſe ferè diſtinguuntur: in quibus enumerandis videtur mihi Paulus & dilucidus & planus fuiſſe: niſi quod quædam huic legi aduerſantur, quæ vix & ægrè ſolui poſſunt. In propoſita autem ſpecie cùm conuenit, vt ego tuum, & tu meum ſeruum manumitteres, ſi id nõ facis, cùm ego iam fecerim, actio præſcriptis verbis mihi dabitur; qua ex tribus alterũ ſeruabo, vel id quod mea intereſt ſeruum me manumiſiſſe [11]: vel agam vt viciſſim eum de quo conuenimus, manumittas, ſicut ego meũ manumiſi [12]: vel ad id quod mea intereſt te non manumiſiſſe [13]. Aliquãdo etiã in iſtis innominatis, condictioni ob cauſam locus eſt, cùm liceat pœnitere [14]. quod tamẽ exaudimus in datione, hoc eſt, cùm is qui condicit, dedit: nam poteſt datum ſibi reddi intendere: cùm autem aliquid fecit, quia per rerum naturã factum infectum fieri non poteſt [15], condicere non poterit, ſed ad id quod intereſt, aget.

In conuentionibus innominatis quo remedio impleti caueatur.

11 inf. ea. l. §. vlt.

12 l. ob eam. infra eo. l. cum precibus. ad fin. l. de rer. permu. C.

13 in ea. l. §. etſi quidem.

14 l. ſi pecuniam. de cond. cauſ. dat. ſup. & inf. ea. l §. 4.

15 l. in bello. §. facta. inf. de cap. & poſtli. reuerſ.

§. ET

§. Et si quidem. Cùm pecunia datur vt res tradatur, & eam accipiam, vt verbis textus vtar, emptio eſt, quia ad tradendum tantùm venditor ex contractu obligatus eſt [1]: nec enim his verbis generalibus, *vt rem accipiam*, translatio dominij intelligitur, ſicut dandi verbo. Et quãquam accipiendi verbum ad omnes conuentiones referatur, hîc tamen de venditione interpretari rectius eſt, quòd is contractus ſit & nobilior & frequentior [2]. & hoc modo Bartoli & aliorum ſententiam Zaſius in Antinomiis illuſtrauit. Quòd ſi conuenit vt res daretur pro pecunia, quod interpretamur vt dominium transferatur, contractus innominatus erit [3]: niſi certis caſibus quos aliâs retulimus [4]. Quod autem ad finem §. dicitur, rem eſſe periculo eius cui dari debet, vide ne non contrarium ſit dicendum ex Celſi reſponſo [5]. Sed nos nonnulla aliâs in hanc ſententiam adſcripſimns [6].

1 *l.j.ſupr.de rer.permu.l. ex empto.de act.emp.*
2 *l.ij.in prin. & gl.in ver. contrahitur. infrà pro emp.*
3 *l.vlt.ſupr.de cond.cauſa data.*
4 *in d.l.vlti.*
5 *in d.l.vlt.*
6 *in d.l.vlt.ad fi.*

Quãdo locatio dicatur & quãdo contractus innominatus.

§. At cum do. Vt locatio contrahi dicatur, merces intercedere debet [7]: item requiritur vt illa merces detur pro facto quod locari ſolet: ſi enim factum eſt vel opera quæ non conſueuerit locari, magis eſt vt contractus innominatus ſit, *do vt facias* [8]. quæ ſententia mihi extra omnem diſputationis aleam poſita eſſe videtur: quod enim Paulus hîc aſſerit præſcriptis verbis ad id quod intereſt agi poſſe, aut ad reſoluẽdum contractum actionem dari, cum datur res vt fiat, manifeſtè arguitur non eſſe locationem, aut aliquem contractum bonæ-fidei: cum in his ad reſoluendum contractum non agatur [9], vt & antea expoſuimus [10]: quãquam aliud Coraſio videatur [11]. Quòd ſi detur pecunia pro vſu rei, non admittitur prior diſtinctio: ſemper enim locatio erit, licet res non cõſueuit locari [12]. Cùm ergo datur non merces aut pecunia, ſed res vt aliquid fiat, contractus innominatus eſt: idem placuit ſi pecunia daretur pro facto non conſueto locari, vt in hac ſpecie *do tibi decem vt Stichum manumittas*: hîc enim ceſſante te, dicto manumiſsioni die, vel condictio mihi, vel præſcriptis verbis ad id quod intereſt actio erit [13]. at hoc ſi in contractu nominato emptione puta, conuenerit, die dicto te ceſſante, ad libertatẽ ſeruus perueniet, nec condictioni locus erit [14]. Item finis huius §. [15] diſtinguit hîc, quòd aliâs Vlpianus ſimpliciter dixerat [16], nẽpe tibi Stichum dedi vt Pamphilum manumittas, Pamphilo manumiſſo à te, euictus eſt Stichus, ages actione ciuili præſcriptis verbis [17]: niſi fuerim ſciens & in dolo: iam enim de dolo danda eſt, per hunc tex.

7 *l.j. §.ſi quis ſeruũ.depo. noto in l.ij.ſuprà locat.*
8 *per hunc tex.*
9 *l.in ciuile.de rei vind.C.*
10 *l.in commodato.§. ſicut. comm.*
11 *lib.ij.Miſcel.cap.xj.*
12 *glo.& Pau.de Caſt.in l. rogaſti.§.j.ſup.ſi cer.pe.*
13 *per hunc tex.*
14 *l.ſi is qui.l.ſi mancip.ita ſue.aliena.& Bartol.& Iaſ.hîc.*
15 *ibi,ſed ſi dedi.*
16 *in l.iuriſgentium.§.& ideo.ſuprà de pact.*
17 *vid.§.& ideo.*

In contractu facio vt des an de dolo actio ſit.

§. Quod si faciam. Superius diximus [18], in cõtractibus innominatis cum cauſa ſubeſt, implenti contra eũ qui non impleat actionem ciuilem præſcriptis verbis eſſe [19]. Sed videndum ne aliud ſit dicendum in contractu innominato *facio vt des*, in quo non ciuilis præſcriptis verbis actio, ſed de dolo accommodanda eſt [20]. cuius rei quoque decretum Imperatoris extat [21]: vbi aliquis dedit ancillam manumittendam vt ſibi daretur ſeruus: nam hoc interpretamur atque ſi ipſemet manumiſiſſet: & ſic erat *facio vt des*, quod omnibus video placere [22]: ex quo efficitur id quod alibi ex Vlpiani authoritate [23] defenditur, in conuentionibus à iure non nominatis, cauſam habentibus & negotium, dari ciuilem, vt non procedat in hac

18 *in l.4.ſupra eod.*
19 *l.iuriſgentium,in princ. de pact.ſuprà.*
20 *per hunc text.*
21 *in l.cùm proponas.de dolo. C.*
22 *Bar.Bal.Pet.Cy.Ange. in d.l.cùm proponat.*
23 *l.iuriſgentium.in princi. de pact.ſuprà.*

ſpecie *facio vt des*:quæ non obſcurè hîc à Paulo à præceptis cæterarũ ſeparatur,vt nulla ciuilis detur,imò de dolo actio ſit:vt mirer nonnullos etiã in hac ſpecie ciuilẽ dari voluiſſe:quæ ſententia ſtare nõ poteſt niſi hic §.omnino expungatur.Sed quod dicimus in contractu facio vt des,dari actionem de dolo mihi qui feci,intelligũt omnes [1],cum ex meo facto nihil tibi adeſt, vt in ſpecie propoſita, manumitto ſeruum vel decem des: ſed cum ob meum factum aliquid tibi adeſt, vt cum remitto tibi querelam teſtamenti, vt des partem hæreditatis,obtinuit præſcriptis verbis actionem dari, vt hoc modo Imperatoris reſcriptum [2].cum hoc reſponſo conueniat. Nec me Alciati authoritas de communi hac ſententia dimouet,qui,contractum *facio vt facias* in illo reſponſo [3] eſſe affirmat: quòd ibi dicatur, facio & remitto querelam vt ſuſcipiam à te partem bonorũ, quaſi ſuſcipere ſit factum. quod manifeſtè falſum eſſe oſtenditur per id quod paulò antè in hac noſtra lege dicitur [4], vbi cum do, vel facio vt recipiam vel accipiam, contractum do aut facio vt des contrahi affirmat Paulus,idque pluries. Idem ergo videatur,cum do vt ſuſcipiam: nam quid inter recipere, accipere & ſuſcipere interſit,nõ video.Nec mutat quod idem Alciatus ait in memorato reſponſo [5], non fuiſſe contractum facio vt des, quòd non ad id quod intereſt præſcriptis verbis, ſed ad dandum præciſè,actio competiiſſet: nam in dãdis, vt ait ille,præciſè ad dandum actio eſt [6]. Verum hæc ſententia omnino iuri aduerſatur: conſtat enim in contractibus innominatis in quibus ad dandum agitur,nõ agi præciſè, ſed ad id quod intereſt,quod ſuprà clarè textus indicat[7].At in nominatis remanet regula,vt agi præciſè ad dandum poſſit [8]. Igitur ſtabit quod magno conſenſu veteres dixerunt, quoties in contractu facio vt des ex meo facto aliquid tibi adeſt, præſcriptis verbis agi. & ita etiam puto intelligendum quod infrà Iulianus refert [9], cum indico tibi ſeruum vt des mihi decem: nam cum indicauero præſcriptis verbis agam: ex eo enim facto meo tibi adeſt. quanquam de dolo etiam agi poſſit,ſi dolus aliquis arguatur.[10] Quòd ſi forſitan aliquis miratur me veterũ opinione vti, quam recentiores omnes damnauerunt [11], mea certè ratio fuit non potuiſſe me ad reliquos diſceſsionem facere, quorum ſententiæ & diuinationem habent, & nihilo vetere probabiliores ſunt.In obſcuris autem potior apud me eſt antiquitatis cauſa, quod ea (vt dicebat Pythagoras) propius accedat ad deos, & non ita vulgi opinionibus ſit corrupta. Quanquam non diffitear quod alibi Cynus [12] teſtatur,tanta antinomiam etiam veteratores fugere.Nam quod recentiores [13] affirmant, in omni conuentione cuius appellatio iure prodita nõ eſt,dari ciuilem, huic reſpõſo aduerſatur in ſpeciem, quod nullam actionem ciuilem in facio vt des dari ponit. aut affirmare negare eſt.

In dandis quãdo ſit obligatio præciſa.

§.SED SI FACIO. Attigit ſuprà tres modos contractus innominati,*do vt des*,*do vt facias*,*& facio vt des*:hîc alter reſtat: *facio vt facias*, cuius & ſubdit exemplum. Conuenit inter nos vt tu meos debitores Romæ,ego tuos Chartagine exigerem. In quo exemplo dicitur,& Paulus Caſt.& Iaſ.probant [14], ex iſta conuentione, qua conuenit vt ego debitores tuos exigerem,

In conuentione qua debitores meos exigere mandatum cõtinetur.

1 *gloſſ.Bar.Paul. Azo.& Iaſ.hîc & aly.*

2 *in l.cũ mota.C.de trãſa.*

3 *l.cùm mota. vbi Alcia. in princ.*

4 *§.& ſi quidem.ſupr.*

5 *l.cùm mota.de trãſac.C.*

6 *l.vbi autem.§.vltim.de verb.oblig.infrà.*

7 *d.§.& ſi quidem.ſuprà ead.l. vbi Paul.Caſtr. Barto.in l.ſtipulationes non diuiduntur.xij. q. de verb.obliga.*

8 *d.l.vbi autem.§.vlt.*

9 *in l.ſolent.& l. permiſſi.§.1.infra eod.*

10 *vt d.l.ſolent.in fi.*

11 *Alb.in l.cùm mota. de tranſact.C.Fulg.hîc.Coraſ.lib.ij. Miſcell.cap.x. Alcia.in d.l.cùm mota.*

12 *l.cùm mota.de trãſac.*

13 *Fulgo.hîc.Coraſ.libro ij. Miſcell.c.x. Duaren.in l.iuriſgentium. de pact. poſt princ.*

14 *in hac l.*

rem, poſſe agere me, quia hoc mandati vice eſt. Sed & ex hoc textu efficitur [1], contractus innominatos aſſumere naturam nominatorum quibus ſimiles ſunt: non tamen ob hoc efficien tur bonæ fidei. expeditum eſt enim ex contractibus innominatis ſolam actionem de æſtimato, & rerum permutationem bonæ fidei contractibus adiungi [2], & ſic *do vt des*: nam & hic contractus magis pro portione permutationis eſt [3]. Reliqui autem *do vt facias, facio vt des, facio vt facias*, inter ſtricti iuris contractus numerantur, cùm eos in numero bonæ-fidei contractuum non reperiamus [4].

1 *ibi, quæ actio ſimilis. ſ. ac. l. j. §. ſi quis ſeruũ. depo.*
2 *§. actionum. de act. inſt. & Io. Fab. ibi ad ſi.*
3 *ſupra ea. l. §. j.*
4 *in d. §. actionum. & ibi Io. Fab. iij. col.*

INSVLAM. L. VI.

CONTRACTVS innominatus non ideo deſinit eſſe, quòd contractum nominatum ſonet, vt hîc apparet, *Inſulam tibi vendidi, vt aliam reficeres*: non enim ob hoc quod venditionis verbum eſt inſertum, vẽditio dicetur, quæ ſine pretio non contrahitur [5]. Hoc autem quæri plurimum intereſt. Nam debentur laudemia in venditione. contrà eſt in permutatione, & aliis contractibus: hactenus enim laudemia & cætera id genus quæ honoris nomine dantur à contrahentibus, deberi didici, ſi pecunia interceſſerit, vt Guido papa retulit [6]. Sic in donatione vulgo opinio receptior eſt, vt laudemia nõ debeãtur [7]. quanquam ferè conſuetudo refragetur.

Laudemia in permutatione non debentur & donatione.

5 *l. empti. C. de cõtrah. em.*
6 *q. xcij. in deciſ. Gratian.*
7 *ſecundum Guid. Pap. q. xlviij. & Alexan. cõſil. xciiij.*

SI VIR VXORI. L. XII.

CVM in venditione apponitur pactum, vt liceat venditori infrà aliquod tempus rem redimere, ex eo pacto actio præſcriptis verbis erit, per hunc textum: poterit etiam agi ex vendito [8]. Et hæ actiones quanquam ſint perſonales, ſunt tamen in rem ſcriptæ: ideóque apud iudicem loci in quo res eſt quæ redimenda petitur, intendi debent. Et ita CVRIA Pariſienſis iudicauit [9]. Et ex hoc reſponſo apud me pro iudicato eſt, pactum illud quo venditori rem redimendi facultas datur, iure ciuili contineri [10]: atque adeo iure Pontificio [11]. quid enim pactum quod de retrò vendendo vocant, à ſpecie huius legis differat, non agnoſco: quanquam nonnulli [12] differre affirmarint. Planè cùm ex lege contractus venditor ad redimẽdum accedit, non nouum contractum facere, ſed primum videtur implere. Ideo ex primo laudemia debentur, non ex iſta pactitia redhibitione [13]. & ſi alter ex coniugibus ante matrimonium ſub hoc pacto vendiderit, & contracto matrimonio redimat, in commune non feret, obtentu conſuetudinis quæ quæſita conſtante matrimonio à coniugibus, inter ipſos communicari iubet: neque enim nouus contractus eſt [14].

Pactum de redimẽdo in rem ſcriptum.

Ius retractus agnatorum.

8 *vt l. ij. de pac. inter em. C.*
9 *Calen. Apri. anno 1548.*
10 *hoc tex. & l. ij. de pactis inter empt. C.*
11 *ca. ad noſtram. de empt. & vend. extrà.*
12 *Coraſ. li. iij. Miſcel. c. ix.*
13 *ſecũd. Maſuer. ti. de loc.*
14 *ſecun. Laſer. in conſuet. Burg. tit. de retra.*

SOLENT. L. XV.

HANC legem explica ex iis quæ poſita ſunt in l. naturalis. §. quòd ſi faciam. ſupra eodem.

SI GRATVITAM. L. XVII.

§. SI MARGARITA. An æſtimatio faciat tranſire periculum in eum qui rem æſtimatam recipit, require ex iis quę aliâs expoſuimus [15].

15 *in l. 4. ſupr. de æſtim. act. & in l. ſi vt certo. §. nũc videndum. ſupr. cõmod.*

TITIVS. L. XXV.

SI Titio dederim pecuniam, vt ex vſuris & reddítu eius ſoluat pro me vectigal aut aliquid ſimile, apparet non eſſe mutuum: quia cùm mutuum re contrahatur, non poteſt in plus obligatio contrahi, quàm datum eſt [1], hîc autem poſſet ſumma vſuris excreſcere. Ideóque licet mutuum pertineat ad periculum eius qui accipit [2], non tamen pecunia quæ datur Titio, vt pro me ex vſuris vectigal ſoluat, illius periculo eſt, vt hîc dicitur in textu. ex quo ſingulariter temperabis leges quæ volunt rem perire domino [3], & debitorem generis ſemper de periculo teneri [4], vt non habeant locum quando res vel quantitas alicui datur, vt ex ea is negotietur ad lucrum dantis: quãquam enim accipiens propter naturam numerationis fiat dominus [5], quia tamen non ſentit præcipuum lucrum, non tenetur periculo [6]. Sed nec in propoſita ſpecie mandatum intelligi poteſt, cùm gratis non fiat: [7] nec ſocietas erit, cũ ſocius non deſinat rei ſuæ dominus eſſe [8], & in ſocietate res periculo communi ſit [9]. Erit igitur contractus innominatus, vt hîc dicitur, & ex illo debebuntur vſuræ, quæ támen ſi ex vi pacti tantùm venirent, non deberentur [10].

Genus aliquã do periculo debentis non eſt.

1 *l. rogaſti. §. ſi tibi. ſuprà ſi cer. pet. l. ſi tibi decem. ſuprà de pactis.*
2 *l. incendium. C. ſi cer. pe.*
3 *l. pignus. C. de pign. act.*
4 *d. l. incendium.*
5 *l. in naue Saufheij. & ibi noto. ſuprà locat.*
6 *per hunc tex. ſecundum Iaſ. & Pau. Caſt.*
7 *l. j. ſuprà manda. l. ſi tibi area. ſupra eod.*
8 *d. l. ſi tibi area. ſupr. eod.*
9 *l. cùm duobus. §. damna. ſuprà pro ſoc.*
10 *l. iij. de vſur. Iaſ. hic.*

ADVERSARIORVM EX PANDECTIS IVSTINIANI IMPERATORIS

PARS QVARTA.

LIBER VICESIMVS PANDECTARVM.

De pignoribus & hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum.

CONVENTIO. L. I.

QVAESITVM EST APVD VETERES, an res aliena pignerari poſſit, & an dominio poſt pignus contractum accedẽte ei qui rem pignori oppoſuit, confirmetur pignus: ſed hęc aliâs retulimus[1]: vbi etiã hic tex. explicatur. Reliqua perquire ex glo. hîc, quæ hanc ſententiam latius explicat.

Litera explicata.

§. CVM PRAEDIVM. Cum prædium oppigneratur, fructus quoque eandem pignoris cauſam ſequuntur, licet id non exprimatur[2]: poteſt tamen ad cumulatiorem cautelam id agi: vt hîc in textu. Quòd ſi eiuſmodi prædium pigneratum alteri, Titius bona-fide emat, emiſſe quidem cum ſua cauſa, & ſaluo pignoris iure dicendus eſt[3]: ideóque poterit auocari ab eo per hypothecariam quæ creditori ad perſequenda pignora ſiue hypothecas datur[4]. Sed de fructibus diſceptatum eſt, an auocari ab emptore poſſent, quod vix eſt. nam debitoris non ſunt: cùm eos emptor bonæ-fidei capiens, iure domini capere exiſtimetur[5]. Fruſtra igitur hoc quæritur, an auocentur per hypothecariam, cùm nunquam fuerint debitoris, & conſequenter nec pignoris nexum ſubierint[6]. Et ſic quòd dixi fructus eandem cauſam pignoris ſequi, rationem habet, niſi res ad aliquem bona-fide perueniret: hîc enim fructus ſuos facit. Quod ſi quærimus de re quæ erat debitoris, & pignori data eſt, vel in fructibus pendentibus, qui pars rei ſunt[7], cum ratione eſt,

Hypothecaria an auocet fructus à bonæ-fidei poſſeſſore.

1 in l. rem alienam. de pig. act. ſup.

2 l. in præd. inf. in quib. cauſ. pig. vel hyp. tac. l. Paulus. §. 1. inf. eo.

3 l. alienatio. ſup. de cont. empt.

4 §. itẽ Seruiana. Inſt. de act.

5 l. qui ſcit. inf. de vſur. l. in bonæ-fidei. de acq. rer. dom.

6 l. res aliena ſup. de pig. act.

6 l. fructus. pendentes. de rei vind.

vt licet res vel fructus vſucapiantur ab emptore idque triennij ſpatio [1], cauſa tamen pignoris non vſucapiatur [2]: & ſic per creditorem auocari poterunt ex quaſi Seruiana. Diuerſum placuit in præſcriptione decem vel viginti annorũ, per quam non ſolum res quo-ad dominium, ſed quo-ad pignus tollitur, & præſcribitur [3]. vix enim eſt, vt ſublata perſonali actione, hypothecaria poſsit conſiſtere [4]. Poſſet tamen hoc aliquo caſu accidere, nempe cum debitor præſcripſiſſet actionem perſonalem triginta annis [5], idemque poſsideret fundum in illam perſonalem obligationem pignori à ſe datum: nam nihilominus adhuc conuenietur hypothecaria quæ quadraginta annis conſtat [6]. & eo caſu aut ſimili intellige textum in l. intelligere. de luitio. pig. C. nunquam enim per præſcriptionem principalis actionis, præſcribi cenſetur hypothecaria, niſi ad tollēdam hypothecariam præſcriptio quoque ordinetur [7].

Hypothecaria an duret perſonali extincta.

§. PACTO. Stipulatus eram à te primum minores vſuras: poſteà te ceſſante ſoluere dicta ſolutioni die, ſtipulatus ſum maiores. Iterum conuenit vt ad diem non ſolutis vſuris maioribus, fructus hypothecarum eſſent vſurarum loco: certe conuentio iſta valet, & ſic ſe habet ſpecies facti. Planè nemo neſcit hoc vltimum poſſe effici pacto: quod producet actionem vel exceptionem, ſecundum ea quæ aliâs diximus [8]. At vſuræ promitti vel augeri pacto non poſſunt, ſed ſtipulatione opus erit [9]. quod tamen non recipimus in contractibus bonæ-fidei, in quibus & pacto deberi poſſunt [10].

Litera explicata.

1 l. iiij. §. fructus. de vſucap. & ibi glo.
2 per hunc tex. & l. vſucapio. C. eo. & l. iuſto. §. non mutat. de vſucap. infrà l. alienationis. de verb. ſig.
3 l. j. & ij. ſi aduerſ. cred. præſc. C.
4 l. fænerator. inf. de naut. fæ. l. Labeo. de pact. ſup. l. ſoluitur. §. j. & l. ſeq. inf. quib. mod. pig. ſol.
5 ex l. ſicut. de præſcrip. xxx. C.
6 per l. nouiſſimi. §. j. de præſcrip. xxx. vel xl. ann. C.
7 vt Bal. in d. l. intelligere. de luit. pig. C.
8 in l. iuriſgentiũ. §. adeo. de pactis. ſup.
9 l. quamuis. C. de vſuris. l. Titius. ſup. de præſcr. ver.
10 l. lucius. depoſiti. l. initio. de pact. inter. emp. C.

SI SVPERATVS. L. III.

CVM obligatione generali etiam futura cõtineantur [11]: non eſt neceſſe creditorem probare pignus, quod ex ea perſequitur, fuiſſe in bonis debitoris, tempore obligationis [12]. In ſpeciali autem hypotheca placuit hanc neceſsitatem imponi creditori, vt ages hypothecaria probet rem fuiſſe in dominio debitoris cum pignori eam accepit, per hunc textum. ſed ad hoc etiam decurretur, vt ſufficiat creditori probare rem fuiſſe poſſeſſam titulo & bonæ-fide à debitore, tempore obligationis [13]. Sic ei qui ius in beneficio ſibi vindicat, ſufficit probare ſibi illud eſſe collatum ab eo, qui in poſſeſsione erat cõferendi [14], eligendi [15], vel præſentandi [16]. Proinde ſi certum eſt creditorem habere pignoris ius à debitore, non eſt onerandus in probatione dominij: ſed ſufficit probare rem ſibi prius obligatam, quàm poſſeſſori traditam [17]. Iure tamen ſpeciali in fiſco admittitur, vt ages ex hypotheca nõ teneatur probare rem tacitè vel expreſsè ſibi prius obligatam, quàm ius poſsidenti conſtitutum. ſed poſsidenti neceſsitas lege imponitur, vt probet ius ſuum antiquius, quam fiſci [18]. Quòd autem hic dicitur ſententiam latam cõtra debitorem poſtquam pignus obligauit, non conuellere ius creditoris, intellige niſi ſciente creditore lata eſſet: tunc enim creditori officit [19], modo non ex contumacia debitoris ſit reddita [20]. At ſententia lata contra hæredem, quia illius potiſsimùm intereſt, obeſt legatariis & libertatibus, vt hîc in textu, de quo vide quod aliâs diximus in l. ſi poſthumus. §. ſi quis ex his. ſuprà de inoffi. teſtam.

Creditor quãdo debeat probare rem fuiſſe debitoris.

Priuilegium fiſci.

Sententia lata contra debitorem non obeſt creditori.

11 l. j. in princ. ſup. eo. l. vlt. quæ res pig. oblig. poſſ. C.
12 l. & quæ nondum. §. j. inf. eo.
13 l. ſi ab eo. inf. eo. & l. ſi rem. ij. & ibi Bar. de pigno. act. ſup.
14 c. cũ olim. de cauſa poſſeſſ. & prop.
15 c. querelam. de elect.
16 ex conſultationibus. de iure patro. ext.
17 Bar. in l. de rebus. per illum. text. de donat. ante nupt.
18 per tex. in l. j. de iure fiſci. li. x. C. & ibi Bar.
19 l. ſæpe. inf. de re iudic.
20 l. qui repudiantis. §. j. & ibi pono. ſup. de inoff. teſt. l. ſi ideo. de euict. infr.

Con

Contrahitur. L. IIII.

Pignus an nudo cōſenſu cōtrahatur.

PIGNVS quod ex conuentione eſt, ſolo pacto & nudo conſenſu contrahitur [1], & in teſtamento [2]: quod in prætorio aut iudiciali non admittimus: debet enim reuera poſſeſsio tradi [3]. Item nec ſcriptura requiritur ad conſtitutionem pignoris, imo nec ad alterius actus ſubſtantiam: niſi quibus caſibus lege continetur, quos recenſet glo. in c.j.§. poſtquam. de cenſib.lib.vj. [4] Nec illud omittendum eſt, quòd quoties & quibus caſibus ſcriptum requiritur ad ſubſtantiam actus, ſi tamen eſt amiſſum, poterit illud, & quod eo continebatur, per teſtes probari [5]: quod & Panormitanus probat [6]. Sic quanquam lex vel ſtatutum in ſcriptis eſſe debeant, tamen probantur per teſtes [7]. Sic ad ſubſtātiam ſtipulationis verba ſunt neceſſaria [8]: ea tamen bene implētur & probantur per literas [9].

Scriptura teſtibus probatur etiam quoties ſcriptum requiritur.

1 hic.& l.ſi tibi. §. de pignore.de pact.ſup.
2 Bar. in l.non eſt.de pig. act.
3 d.l.non eſt mirum. vbi pono.
4 & Guid.pap.q.ccccc-lxxxij.
5 l.teſtium. de teſtib.c. cū olim.de priuil.ext.
6 c.ij.ad fi.de prob.
7 Rota.deciſ.ſ.de conſtit.
8 l.j.de verb.oblig.inſ.
9 l.ea quæ.& ibi Bar.inf. de don.inter vir.& vx.

Obligatione. L. VI.

Obligatione & alienatione generali nō veniunt feudalia.

GENERALI obligatione non continentur quæ probabiliter non fuiſſent ſpeciatim obligata, vt prohibita alienari, ex quorum obligatione aliquis in pœnam incurriſſet [10]. Sic nec feudalia generali alienatione omnium bonorum venirent [11]. Sic in generali delegatione & commiſsione eadem temperatio adhibenda eſt [12]. & in hanc ſententiam plura Bartolus in l.generali.§.j.& ij.de vſufr.leg.inf.

10 Bar.in l.codicillis.§.inſtituto.de leg.ij.
11 glo.in verb.cuicunque. de ſublat.clem.literis.in Prag.Sanct.
12 c.vlt. de off.vic.lib.vj. & c.pe.de pœnit.& remiſſ.eo.lib.

Si debitor. L. X.

PERTINET ad ea quæ ponuntur in l. ſi fundus. §. ſi duo.infra eo.

Si is qui. L. XI.

Procurator an pro dominicōtractu res domini obliget.

IN procuratore habente ſimplex mandatum ſine libera, expeditum eſt vt non poſsit rem aliquam domini, proſpectu eius contractus quem init, obligare [13]: quod tamen vulgo exauditur, niſi dominus conſueſſet pignoribus pecunias accipere & contrahere [14]. at in adminiſtratoribus publicis ſine diſtinctione id obſeruatur vt ij cōtractuū proſpectu res corporum & collegij pignori dare poſsint: habent enim liberam adminiſtrationem [15]. Nec vtimur ſententiâ Abbatis [16], qui exiſtimat prælatum non poſſe rem ſpecialem eccleſiæ pignori dare, vt bene per hunc textum docuit Iaſon [17]: nam & adminiſtratori ciuitatis aut eccleſiæ, conceditur pœnam promittere, ſi ſolita eſt apponi [18]. Pro quo eſt quod dicitur in l. ſolutum. §.vlt.ſup.de pig.act. His non diſsimile eſt quod vulgo recipitur, & Alciatus [19] probat, generali mandato etiam cum libera & ſine metu quæſtionis mandati, non contineri, vt quis pro negotiis poſsit res domini oppignerare & ὑποτίθημι [20].

ἀντίχρησις.

§. Si ΑΝΤΙΧΡΗΣΙΣ. Hic ἀντίχρησις non antiphona legendum eſſe Alciatus docuit [21], & ex Pandectis Florentinis verum eſt. Et pertinet ad id quod ponimus in l. ſi pecuniam. ſup. de pig.act. Et quod pertinet ad §. *vſusfructus*, an vſusfructus vendi, vel obligari poſsit, vide quod dicitur in l.ſi vſusfructus. inf. de iur.dot. multa enim obſtant.

Vſusfructus an vēdi poſsit.

13 per tex.in l.iij.ſup.quod iuſſ.
14 l.vel vniuerſorum. de pig.act.ſup.
15 l.præſes.& ibi Bal. de tranſ.C.
16 in c.nulli.de reb.eccleſ. non alie.
17 in l.ciuitas.ad ſi.ſi cert. pet.
18 arg.l.bene à Zenone. de quad.præſcrip.
19 lib.iiij.diſpunct. ca.iiij.
20 l.creditor.§.Lucius.ſu prà.mand.
21 lib.ij.diſpunct.cap.iij.

Grege. L. XIII.

§. Cum pignori. Quamquam res aliena pignori dari non poſsit [22], tamen propter vtilitatem contrahentium

22 l.cum aliena res.ſup.de pig.act.

Pignus pignori datur.

nihil arbitror vetare, quo minus creditor pignus quod accepit, pignori dare poſsit [1]. idem placuit in hærede creditoris [2]: modo non in maiorem quantitatem creditor obliget quàm ſibi debebatur, aliâs enim non tenet pigneratio [3]. Ex quo euenit, vt debitore ſoluente pecuniam quam debet, pro qua & pignus obſignatum eſt primo creditori, omnino reſoluatur pignus [4], nam ſoluto iure dantis, extinguitur quoq; ius eius qui ab illo accepit [5]: quod aliâs fuſius [6]. Igitur ex ſpecie quæ proponitur, cùm ſub pignore mihi centum deberes, & idem pignus à te mihi datum, Mæuio accepta aliqua pecunia oppignero, prope eſt vt Mæuio ſecundo creditori actio vtilis in te detur, ad ſeruandum creditum ſuum [7]. Quòd ſi hoc nomẽ tuum in pignus à me datum Mæuio, Mæuius à te abſtulerit, an mihi creditori primo aduerſus ſecundum creditorem Mæuium actio accommodanda ſit, eius nomine quod à te recepit, quæſitum eſt: & rectius dicitur mihi actionem non dari. aut enim id nomen quod Mæuius exegit, in pecunia erat: & hîc magis eſt vt compenſet Mæuius cum eo quod illi debeo: nam quantitatis ad quantitatem compenſatio valet [8]. Sin verò corpus id fuerit quod tu Mæuio crœditori meo ſolueris, apud Mæuium ſecundum creditorem erit pignoris loco, pro eo quod illi debeo. Et hæc eſt ſententia iſtius textus [9], quam Bartolus & alij contra glo. notant, & Franciſcus Connanus in commentariis iuris ciuilis [10] eleganter & illuminatè docet. Sed & illud addendum eſt, mihi in Mæuium toties actionem eſſe, quoties ea ſumma quam à te debitore meo ſeruauerit, maior eſt eo debito quo illi teneor [11]. Tractatur quoque an debitori tibi cum mihi ſatisfeceris, actio pigneratitia detur aduerſus Mæuium ſecundum creditorem ad repetendum pignus tuum: mouet quæſtionem quòd cum illo nihil contraxeris, & pigneratitia actio quæ perſonalis eſt, non ſequatur rei poſſeſſorem [12]. Sed cum ipſo iure te ſatisfaciente ſoluatur pignus à te mihi datum, poſteà verò à me iterum Mæuio oppigneratum [13], habet rationem vt in Mæuium ſecundum creditorẽ agere poſsis. nam pigneratitia licet perſonalis, in rem tamen ſcripta eſt. quod verius eſſe didici [14], & Panormitanus probat [15]. nec abſimile eſt quod hoc textu dicitur [16], creditori ſecundo dari actionem in debitorem, quamuis cum eo nihil geſſerit, nihil contraxerit: ſed & debitori conceditur agere cõtra creditorem ſuum quò is rem liberet [17]: & hoc officio iudicis etiam poterit expediri [18]. Hinc & illa in quæſtio deſcendit, ſi ego Titio, Titius Seio, Seius Mæuio rem meam obligauerit, ſi Mæuius fugerit, & rem meam âuerterit, quo remedio rem meam ſeruabo: & verum eſt quod ferè placuit, me agere in Titium poſſe, qui tamen liberabitur cedendo actionem in Seium, & Seius in Mæuium: nec enim tenebuntur rem mihi repræſentare, cùm iuris authoritate potuerint meum pignus pignori dare. quod & Speculator & Panor. reſponderunt [19].

Literæ explicata.

Superficies item iura incorporea pignorãtur.

§. IN SVPERFICIARIIS. Qui tantùm ſuperficiem habet, poteſt quoque eam pignori dare: ſic vſusfructus, & prædiorum vrbanorum ſeruitutes pignoris nexum ſubeunt [21].

quod

1 vt hic. & l.j. & ij. ſi pig. pigno. datum ſit. C.
2 c. cum contra. ext. eo.
3 l.j. ſi pignus. pig. dat. ſit. & Pan. in d.c. cum cõtra. j. col.
4 per hunc tex. & d. c. cũ contra.
5 l. lex vectigali. inf. eo.
6 in l. ſi ex duobus. §. vlt. ſup. in diem add.
7 per hũc tex. & l.j. ſi pig. pigno. dat. ſit. C.
8 l. ſi conuenerit. ij. & ibi dixi. de pig. act. ſup. & hoc text.
9 ibi, ſed poteſt dubitari.
10 lib. iiij. tit. de pig.
11 l. quamuis. §. creditor. ſup. de pig. act.
12 l. vlt. de cõtr. empt. ſup. l.j. §. ſi hæres. ad Treb. infrà.
13 vt hoc tex. & l. debitor. §. vlt. de pig. act. ſup.
14 per c. cum cõtra. de pig.
15 in d. cum contra.
16 & l.j. ſi pignus pig. dat. ſit.
17 l. petenti. de pig. act. ſup.
18 l. vlt. ſi pig. pign. C. Hoſtien. in d. c. cum cõtra.
19 Specul. tit. de pig. §. j. verſ. ſed quæritur. & Panor. in d. c. cum contra. ij. col. de pig. ext.
20 l. ſi is qui. §. vſusfruc. cum l. ſeq. ſup.

quod alibi à nobis explicatur [2]. Ex quo euenire Bartolus [3] dicit, vt qui habet iuriſdictionem ſiue imperium, ius portorij & vectigalis, poſsit illud pignori dare. Sic emphyteuta ius ſuũ pignori dabit, ſed non in maius tempus pignus producetur, quàm durat ius emphyteuſis [4].

QVAESITVM EST. L. XIIII.

Cautio peti poteſt ob cauſam.

EX cauſa, puta cùm debitor de fuga eſt ſuſpectus, etiam ante diem pignora perſequi poteſt creditor, vt hîc. Idem placuit etiam ſi conueniſſet vt pignus cautióve daretur: nam ob nuper eminentem ſuſpicionem peti poteſt cautio [5]. quod an ſit verum à nobis aliâs fuſiùs [6].

ET QVAE NONDVM. L. XV.

PERTINET ad id quod dicitur in l. ſi ſuperatus. ſupra eo. quo loco tractatum eſt, an creditori agenti hypothecaria, ſit neceſſe probare rem quæ obligata eſt, in bonis debitoris, cùm obligaret, fuiſſe.

Vendens donans vel obligans multis an falſum committat.

§. QVI RES. Qui vendit duobus, diuerſis cõtractibus, incidit in falſum [7]. Diuerſum dicitur in eo qui pluribus donat, vel nomine feudi concedit, aut alios contractus facit. Is enim crimen ſtellionatus committit [8], ſed non falſum [9]. Ideo qui pluribus oppignerat, crimen ſtellionatus contrahit, vt hîc, niſi omnibus poſsit ſufficere pignus [10]: vel niſi prædixerit ſe alij hoc pignus obligaſſe: quo caſu egregium eſt quod hîc dicitur, pignus in id quod pluris eſt, quàm primo debeatur, manere ſecundo creditori obligatum: ita tamen vt primo creditore dimiſſo, inſolidum ſecundo teneatur. quod notatu dignum eſt. Ex quibus efficitur quod alibi Africanus [11] notat, eàdem rem ſecundo pignori datam, illi non minus obligatam eſſe quòd priori ſit oppignerata: re vera enim ſubſiſtit pignus, ſed non ante vtile eſt quàm priori ſit ſatisfactum.

SI FVNDVS. L. XVI.

PERTINENT huic ſententiæ quæ aliâs à nobis explicata ſunt [12]. Quod autem prætereà hîc dicitur, confirmari pignus de re aliena factũ, ſi dominus ratũ habeat, vide quod poſui in l. aliena. ſup. de pig. act. Et quod ad §. *ſi res hypothecæ*, pertinet, an detractio, additio, aut alia mutatio pignus interuertat & extinguat, etiã in hãc ſentẽtiã alibi adſcripſimus nõnulla [13].

Si eodem tempus pluribus pignus datũ eſt quis potior.

§. SI DVO PARITER. Aliquando euenit vt res pluribus obligetur, à lege puta, vt cùm in fundum qui plurium eſt res aliqua à colono inducitur [14], vel expreſſa conuentione id fit: cùm enim fundum quem vni obligaui, alteri ſecundùm oppignero: quod an iure permittente fiat ſuprà diximus [15], in ea ſpecie id eſt, vt ferè potior ſit is qui prius obligatũ accepit [16]. Planè ſi eodem tẽpore & die pignus conſtitutũ eſt, ſolet quęri, an inſolidum, an verò pro parte res vtrique creditori teneatur. Et primùm ſeruabitur quod actum eſt, nã ſi vtrique inſolidum obligata res eſt, inſolidum quoq; cõtra extraneos agẽt: at inter eos erit melior cõditio poſsidẽtis. Sin autẽ ꝑ parte res obligata eſt, vtilis actio & aduerſus extraneos, & inter ipſos dabitur ad dimidiũ poſſeſsiõis [17]. qđ ſi nihil expreſsim cõuenit, plerũq; agi creditur, vt ꝑ quãtitate debiti acceptũ pignus videatur, ſi inter ipſos creditores ſit quęſtio: ſin verò cũ poſſeſſo

2 *l. ſi vſusfructus. de iur. dot.*
3 *in d. l. ſi is qui.*
4 *l. j. & ibi Bal. ſi pig. pig. dat. ſit. l. lex vectigali. inf. eo.*
5 *ſic intellige l. in omnibus. ſup. de iud. Bart. in l. ſi creditores. de priui. credi. inf.*
6 *in l. dedi. in princi. ſup. de cond. cauſ. dat.*
7 *l. qui duobus. de falſ. inf.*
8 *l. iij de crimi. ſtellio. inf.*
9 *Bar. in d. l. qui duobus. Bal. in c. ſi quis. tit. quo temp. miles. ĩ vſib. feud. per illum tex.*
10 *l. ſi quis in pignore. ſup. de pig. act.*
11 *l. qui Balneũ. §. Titia. inf. qui pot. in pig.*
12 *l. ſi proprietati. de iur. dot. inf.*
13 *l. ſi conuenerit. ij. §. ſi quis cauerit. ſup. de pigne. act.*
14 *l. j. & ij. de Saluia. interd.*
15 *l. & quæ nondũ. §. qui res. ſup. eod.*
16 *l. ij. & l creditor. & toto tit. inf. qui potior. & l. j. & l. ſi fundum. C. illo titu.*
17 *l. ſi debitor. ſup. eo. & l. j. de Salui. interd.*

his qui ante apertas tabulas [2]. Ex hoc autem reſponſo illud proficiſcitur, cùm rem quæ mihi debita eſt ex contractu, tibi obligo, deinde dominus effectus per traditionem iterum alij, vt nihilominus illo ſis potior [3]: quod valde notandum eſt. Et quod ad diſſolutionem huius repugnantiæ attinet, vide Duarenum qui rem aliter explicat [4].

IN QVORVM. L. XXIIII.

Prohibita alienatiõe an prohibetur pigneratio.

EXISTIMO prohibita alienatione aut venditione omnino contineri pignoris dationem [5]. nam per pignerationem deuenitur ad venditionem etiam inuito debitore [6]: certúmque eſt prohibito aut conceſſo actu, prohiberi quoque præparationes aut concedi [7]. Præterea venditionis aut alienationis verbo, omnis contractus ex quo dominium transfertur, venit [8]. Si quis tamen ex diuerſo emere prohibitus ſit, non cenſetur prohibitus pignori accipere, vt hîc. ſic qui prohibetur ſiue interdicitur maioribus dignitatibus ſiue iuribus, minoribus interdictus non eſt [9]. Sic quanquam deportati non poſsint emere & vendere, tamen poſſunt actiones intendere quæ ex cõtractibus illis deſcendũt [10], quia id minus ius eſt [11], quanquam & alia ratio ſit [12].

FIDEIVSSOR. L. XXVI.

§. PATER. Hunc §. repete ex his quæ poſuimus in l. Caius. de pig. act. cui videtur obſtare.

PAVLVS. L. XXVIII.

Pertinet ad ea quæ ſuperius in eãdẽ ſentẽtiam dicuntur [13].

LEX VECTIGALI. L. XXXI.

HABES in l. ſi ex duobus. §. j. ſup. de in diem ad dict. vbi quæritur, cùm ab emptore ex pacto redimẽdi vel ſtatuto municipali res auocatur, an pignus quod interim in re alteri creauit, reuocetur.

CVM TABERNAM. L. XXXIIII.

Vendita aut obligata taberna an merces veniant.

PIGNERATA taberna, merces eandẽ pignoris cauſam ſequuntur, vt hîc. At vendita taberna non iudicantur merces vẽditiõe cõtineri [14]. quod & fuſius aliâs explicauimus [15]. Et ex eo quod alio capite legis cõtinetur [16], tractatum eſt an in inſtrumentis requiratur dies, quod in publicis inſtrumentis fere admittimus [17], & in beneficiis principum [18]. At in priuatis inſtrumẽtis vel epiſtolis, dies non eſt neceſſarius, per hunc tex. [19] Sic in inſtrumẽtis priuatis nõ requiritur ſcribentis ſubſcriptio [20]: cõtrà tamen in notariorũ inſtrumentis obtinet [21]. Additur præterea, in rationibus mercatorũ, ſiue calẽdariis, diẽ eſſe neceſſariũ [22]. At in teſtibus nõ erit dies aut conſul ad liquidũ exquirendus, ſed ſufficiet teſtari ſe meminiſſe actum id quo de quæritur eſſe [23]. Cui cõſequẽs eſt vt ſi interrogatus de die teſtis, reſponderit ſe non recordari, probet tamen [24].

Dies an ſit neceſſarius inſtrumentis & ſimilibus rebus.

Obligatione vel legato generali an contineantur nomina & pecunia.

§. CREDITOR. Verius dicitur, cùm Titius obligat quicquid habet habiturúſve eſt, ea generali obligatione pecunias comprehendi, per hunc tex. quod idem dici poteſt, cùm quis ita generaliter legat [25]. Secus ſi legaret vel obligaret ea omnia quę habet in certo fundo: nec enim pecunia, aut debitorum nomina hoc legatum ſequuntur [26]: quia æs alienum & pecunia totum patrimonium reſpiciunt, non autem fundum in quo aſſeruantur [27], niſi ſint certo fundo annexa [28].

2 *l. j. de iis qui ante aper. tabu. C.*
3 *per l. iij. §. j. inf. qui pot. in pig.*
4 *lib. ij. diſp. anniu. c. iiij.*
5 *l. vlt. de reb. alie. non alienand. C.*
6 *l. ſi conuenerit. §. ſuprà de pig. act.*
7 *l. oratio. de ſponſ. inf. l. ad rem. & l. ad legatũ. de procur.*
8 *l. quintus. de ſtatu lib. c. nulli. de reb. eccleſ. non alien. l. j. de fund. dot. C.*
9 *l. relegatorum. §. poteſt. de interd. & releg.*
10 *l. quidam. de pœn. inf.*
11 *l. ſi mandauero. §. is cuius. ſup. mand. Bar. in l. ex hoc iure. pe. col. de iuſti. & iure.*
12 *de qua in d. l. ſi mandauero. §. is cuius.*
13 *l. ſi conuenerit. ij. §. ſi quis cauerit. de pig. act.*
14 *l. qui tabernas. de cont. empt. ſup.*
15 *in d. l. qui tabernas.*
16 *§. idem quæ ſit.*
17 *auth. vt præpon. nom. l. optimã. de cõtr. ſtip. C. l. j. de apoch. pub. li. x. C.*
18 *l. ſi qua beneficia. de diuerſ. reſcrip. C.*
19 *& l. publia. ſup. depoſ. ſecund. Bal. hîc, & in rub. de fid. inſtrum. pen. col. C.*
20 *l. cùm antiquitas. & ibi Paul. de Caſt. de teſtamen. C.*
21 *Auth. de tabellio.*
22 *l. prætor. §. ſi initium. ſup. de edend.*
23 *l. ij. §. idẽ Labeo. de aq. plu. arc. & ibi Bart. inf.*
24 *Bar. in l. ſi librarius. de reg. iur.*
25 *l. quoties. §. vlt. de vſuf. ſup. l. generali. §. vlt. & l. vlt. de vſuf. leg. inf.*
26 *l. vxorem. §. legauerat. de leg. iij. inf.*
27 *l. Caius Seius. de leg. ij. l. ex facto. de hæ. inſt. inf.*
28 *l. ſi fideicommiſſum. §. j. de iud.*

ſic nec merces,nec cætera quę vęnalia ſunt,legato eorum quę ſunt in loco,continebuntur [1]:nec enim putantur eſſe in fundo,aut in fundum inuecta, quæ non vt ibi perpetuò eſſent, conſiſtunt [2].Et id verum eſt,niſi ſi qui obligat vel legat, verbo accommodato ſit vſus ad ea deſignanda:puta obligat tabernam aut menſam. Nam hoc caſu manifeſtè apparet vænalia comprehendi,tam in legato [3],quàm in obligatione [4].

Si insvla. L. vlti.

PERTINET ad notata in l. ſi conuenerit.ij.§. ſi quis cauerit.de pignor.actio.

In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.

Pomponivs. L. v.

AN inuecta & illata in domum ſint obligata pro pēſione, vide aliqua in l.item quia conuentiones.ſup. de pact. Planè & ea etiā pro alio debito retineri poſſunt [5], nam generalis ſententia eſt,qua id quod pignori tenetur pro vno debito, poteſt pro alio retineri [6].Quibus & illud annectitur,etiam inuecta ab eo qui à meo conductore conduxit,pignori mihi eſſe, pro ea tamen parte quam conductam tenet [7].Sed hęc habent locum,niſi colonus hypothecā dediſſet:hîc enim inducta à pignore eximuntur [8]. non eſt idem ſi fideiuſſorem,quia nihilominus inuecta tenentur hypothecæ [9]: non enim tantùm iuris & cautionis eſt in perſonam,atque in rem [10]. Item inuecta vt non perpetuò in domo ſint,non tenentur pignori [11].Ex quo inferri poſſe Baldus putat [12],merces & vænalia non contineri tali obligatione tacita:at expreſſa hypotheca bene [13].

In praediis. L. vii.

VT inducta in domum [14], ita & fructus pro penſione nexum pignoris ſubeunt,per hunc textum.Ex quo & illud dicitur,conductorem non habere poteſtatem fructus vendendi,niſi perſoluto pretio,aut alio modo ſatisfacto: aut ſaltem vendere poterit,ſed cum cauſa pignoris.nam vt in venditione res vendita nō tranſit ad dominium emptoris, niſi ſoluto pretio [15]:ita nec fructus omnino conductoris ſunt,niſi ſoluta pēſione [16].nā hæc cautio ad omnes contractus generalis eſt [17]. Adde etiā fructus ꝑ decimis obligatos eſſe,nec ſine hoc onere alienari poſſe [18],nec prius de agro extrahi, quā de decimis ſatisfactio ſit facta [19]:niſi is q decimarū ius habet,aſſētiatur [20].

Est differentia. L. viiii.

VIDE quod ponitur in l.item quia cōuętiones.de pact. ſuprà.Et perutilis quæſtio eſt, an ſemel inuecta & inducta in domū,ſi pòſt educātur, teneātur ſemper lege pignoris: quod vix eſſe videtur:hic enim tex.quodāmodo innuit inuecta poſſe alienari aut manumitti, niſi poſtquam incluſa & deſcripta ſunt [21].quanquā Bal. [22]affirmet ea quæ inducta ſunt, etiamſi educantur non eximi à lege pignoris.Quæ ſentētia verior eſt: ſemper enim pignoris ius rei annexum eſt, etiā ſi ea ad alium

transfe

Inuecta pro alio debito retinentur.

Inuecta liberantur dato pignore.

Fructus pro penſione pignorati ſunt.

Fructus pro decimis obligati.

Inuecta ſi vendantur an pignus duret.

1 l. generali. §. vxori. & ibi Bar. de vſuf.leg.
2 l.debitor.ſup.eo. & l.in prædiis.inſ.tit.j.
3 l. cùm pater. §. menſæ. de leg.ij.
4 ſup.ea.l.in princ. & ibi Bart.
5 Bar.in l.ſolutum. §. ſolutam.de pig.act. ſup.
6 l. j. C.etiam ob chirogr. pec.pig.ret.l.vlt.inſ.eod.
7 d.§.ſolutam.& ibi noto.
8 l.j.inſ.quib.mod pig.ſol.
9 l.Pomponius.§. vlt. infra eod.
10 l.plus.de reg.iur.infr.
11 l.debitor.ſup.tit.j.& l.in prædiis.inf. eo.tit.
12 in l.certi.C. loc.
13 l.cùm tabernam.ſup.ti.j.
14 l.Pomponius.ſup.eo.
15 l. quod vendidi.ſup.de cont. empt. vbi noto. & §.vēdita. de rer.diuiſ. Inſtit.
16 glo.& Bar.in l.ſi ſeruus communis.§. locani. per illum tex.de furt.
17 vt Bar.in d.§.locani.
18 c.paſtoralis.de decim.
19 Guid.Pap.q.cclxxxiij.
20 gloſſ.in l.ſtipulatio iſta. §.inter.de verb.oblig.
21 fac.l.vtique.& ibi gloſ. de dam.inf.infrà.
22 in l.certi.q. vj. loca.C.

transferatur:adeo vt nec debitor legans, donans aut vendens rem pignori nexam,ius hypothecæ conuellat[1]:etiamſi ea generalis ſit[2].Nec mutare arbitror,quod hîc ſeruos inuectos & ſic obligatos penſionis ergo, antequã includantur poſſe manumitti dicitur: nam hoc in libertate ſpeciale erit, pro qua & infinita prope alia non infauorabiliter iure recepta ſunt [3].

Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non poſſunt.

PVPILLVS. L. I.

Inuecta à minore & eccleſia an ſint obligata.

VT ſine tutoris authoritate [4],ita & ſine decreto pupillus prædia alienare, aut obligare non poteſt [5].Sed non inſubtiliter quæſitum eſt, an cum pupillus & eccleſia domũ cõduxerunt,ſua inuecta & inducta teneantur pignoris nomine,& ſic tacitè & à lege, quod vix eſſe puto, ne plus tacitum quàm expreſſum operetur.de quo vide quod aliâs diximus [6].

ARISTO. L. III.

Extraneus ſoluens creditori quando ſuccedat in pignus.

HAEC lex in principio loquitur de extraneo, qui pecunia ſua pro debitore ſatisfacit creditori,cui obligatum erat pignus: & is nullo modo pignus obligatũ habere, nec in locum dimiſsi creditoris ſuccedere dicitur,niſi apponat pactũ,vt ſibi res pignori ſit, & loco creditoris dimiſsi ſuccedat. aliâs enim vix eſt vt ſuccedere poſsit [7]. ſi tamen is poſsideat,adiuuabitur exceptione [8].Non igitur qui ſoluit nomen pro alio, per omnia cõparabitur emptori nominis:quia qui emit nomẽ,pignora & hypothecas emiſſe videtur [9]. Planè ſi ille extraneus qui dimittit creditorem pecunia ſua:vel etiã ipſemet debitor, qui ex pecunia extranei ſoluit antiquiori creditori, pacto efficiãt, vt is qui pecuniam dedit ſuccedat in pignus & locum prioris, bene eſt, & ſuccedet in omnes qualitates & iura quæ priori cõpetebant:adeo vt ſi ſecundus creditor pacto non poterat vendere pignus,id nunc poſsit ob ſecundã conuentionem,qua placuit eũ ſuccedere in ius prioris,per hunc tex.

Paciſcimur alteri ex re noſtra.

Nec nouũ videri debet quod dicimus,debitorem paciſci ei qui pecuniam numerauit, vt ſuccedat in locum prioris creditoris: nam alteri ſtipulari quis poteſt ex re ſua [10]. Et vide hîc ex glo.materiam textus illuminatè & perfectè.

TITIVS. L. IIII.

Re integra à contractu nominato diſceditur.

QVI ſpe futuræ pecuniæ recipiendæ, promittit,nõ obligatur ad recipiendum: quinimo & eo caſu integra re à nominatis cõtractibus poteſt diſcedi [11].& licet in contractibus iam factis nõ ſit pœnitentiæ locus [12]:erit tamẽ pœnitentia in contrahendis [13]. Verùm ſi partis diuerſæ intereſt non recedi à contractu ineundo,vt quia promiſſæ ſunt vſuræ pro pecunia recipienda,non poterit qui debebat eam recipere,non recipere,niſi id quod intereſt,ſoluat [14]. quo perſoluto à contractu abibitur,vt hîc.quod cum ſit in poteſtate eius qui pecuniã debet recipere,non dicitur contractus eſſe perfectus,nec verè pignora cõtracta,ſi qua data ſunt,antequã numerata ſit pecunia,vt hîc. Itaque ſi poſt contractum factum,ſed ante numeratione impletam eadem pignora alij obligata ſint,iſte vltimus erit potior [15]. At ſi nõ eſt in poteſtate debitoris implere cõtractũ,necne,cõtra eſt:vt multis reſpõſis cõtinetur [16].

1 l.debitorem.C.de pignor.
2 l.ij.qui pot. in pig. infrà. & C.
3 l.lege.de manu.inſ.e.vl. de re ind.extr.
4 per hunc tex.
5 l.j.ad fin.inſ.de reb. eor. quæ ſub.
6 in l.item quia conuentiones.ſuprà de pac.
7 per hunc text. & l.j. de his qui in prior.loc.C.
8 l.j.infr.quib.mo. vel hy.
9 l.emptori. de hered. vel act.vend.
10 l.quod procurator. de proc.& ibi pono.l.ſi cùm venderet. de pig.act.& in l.certi.§. ſi nũmos.ſuprà ſi cer.pet.& l.ſi procurator.de procura.
11 l.ab emptione.de pact.ſuprà.l.j.& ij.C.quan.lic. ab emp.
12 l.in commodato. §.ſicut. & ibi pono.ſupr.commo.
13 per hunc tex.& l.qui pecuniam. ſupr.ſi cert.pet. & ibi Bal.& Iaſ.
14 glo.Bart.& Alex.in d. l. qui pecuniam. & in l. qui Romæ.in princip.de verb.oblig.
15 per hunc tex.
16 l.j.& l.ſi fundus.§.j.& l.qui balneum.infr.tit.j.

Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur,& de his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.

QVI DOTEM. L. I.

HAEC lex habet caſus duos nobiles,quos vide.& his annectitur quod poſui in l. Titius. ſuprà tit.j.aliquando enim contractus tempus,aliquando numerationis tempus,ad pignoris conſtitutionem & vtilitatem diſpicimus:quod antea explicatum eſt [1].

1 *d.l.Titius.tit.j.ſupr.*

QVI GENERALITER. L. II.

IN priuilegiis perſonalibus & cautionibus chirographariis,tempus non ſolet attendi [2],vt aliàs diximus [3].At in pignoribus hypothecíſve plurimum tempus dominatur. Nam qui prior eſt tempore,etiam iure dicitur potior [4].Nec tamen ſufficit priorem eſſe in debito,niſi in hypotheca quoque prior ſit.Cui conſequens eſt, vt prior in debito nõ præferatur ei qui poſterior eſt in ineũdo contractu, ſed prius de hypotheca pactum fecit [5]. Cui conſequens eſt vt cum mihi primum bona ſua Titius generaliter obligauit, deinde & tibi etiam generaliter, præferar ego in quæſitis à Titio poſt vtrunque contractum [6], quod ſummã rationẽ habet.Ex quo & illud deſcendit,vt qui generaliter accepit omnia bona pignori,præferatur ei qui rem certã ſpeciali pignore ſibi addictã habet, etiã in illa re [7].Nam eò deuentum eſt vt in electione creditoris ſit quam partem, quámve ſpeciẽ ex multis pignoribus perſequatur [8]: & contra quos ex pluribus poſſeſſoribus pignorum hypothecaria conſiſtat,cùm illa inſolidum detur [9].Tamen ex quadam æquitate non infauorabiliter receptum eſt, vt quoties ei qui prior generalem obligationem habet, poſſet cautum eſſe ex ſua generali, toties is qui ſpeciale pignus habet in iure ſuo defendatur,& in illa re ſpecialiter obligata præferatur priori generalem habenti [10].

In perſonalibus debitis tẽpus pro nihilo eſt.

Generalis obligatio prior, an ſpeciali poſteriori præferatur.

2 *l.priuilegia.inf.de priui. cred.*
3 *l.in operis.ſupr.loca.*
4 *l.j.& l.ſi fundũ.C.codẽ.*
5 *l.creditor. §.ſi primus. infra eodem.*
6 *l.vlt.in princ.infrà eod. Bart.in l.licet.C.eodem. Paul.de Ca.in l.in operis.ſuprà loca.fac.l.Lucius.infrà eod.*
7 *per hunc text.*
8 *l.creditoris. infrà de diſtract.pig.*
9 *l.actio. ſi vnus ex plurib.hered.credi.C.noto in l. ſi poſſeſſor. de rei vindi. ſuper Bart.in l.moſchis. de iure fiſc.*
10 *l.ij.de pig.& ibi Bal.& Bart.C.*

CREDITOR. L. III.

SIC hanc legem explica. Creditor pro debito pignus accepit:idem pignus alteri creditori poſtea obligatum eſt:mox & ille creditor primus aliam ſummam numerat,& nouatione facta de pignore primo,itẽ & alio paciſcitur.certe nouationem non eſſe impedimento quo minus primus creditor ſuũ locum teneat, & ſecundum excludat [11]. quod intelligo quoad ſummam quæ in priorem contractum deducta eſt. Quòd ſi in nouatione nihil de pignoribus aut fideiuſſoribus expreſſum eſt, omnino ea extinguuntur [12]. at enim ſi in ſecundo contractu nulla nouatio interceſſiſſet, licet de pignoribus primi contractus mentio non ſit facta,manent tamen & ea in eadem cauſa. Nam ſi ei qui mihi centum debebat, iterum centum numero, in priore ſumma nullum mihi præiudicium affertur,licet in ſecunda cautione nihil de primo edictum [13]. quod autem ad id quod ſequitur,pertinet,ſuprà expoſuimus [14].

Species explicata.

11 *per hunc text.in princ.l. creditor.§.Papinianus. infrà eodem.*
12 *l. nouatione.de nouatio. infrà.& l.nouatione.de fideiuſſ.C.*
13 *l.Lucio.infrà de obli.& act.*
14 *l.ſi Titio.de pig.*

§. POST DIVISIONEM. Aut nõ intelligo qua de re quæratur,aut ſumma Bartol.& Bald.huic textui aduerſatur.Mihi verò

Litera explicata.

verò id agi videtur. Quærebatur apud Papinianū de quodam Titio qui fundum ſibi & fratri communem, pro indiuiſo pignori dedit:poſtea regionibus diuiſus eſt fundus,& conuenit, vt ſi Titius non liberaret portionem fundi, quam obligauerat ante diuiſionem:ea pars quæ obuenerat Titio poſſet vendi & diſtrahi à fratre,vt ex ea creditor dimitteretur:ex hac cōuentione reſpōdetur fratri ius pignoris eſſe, & eius potiorem fore cauſam primo creditore, cui frater Titius pro indiuiſo obligauerat fundum.quod rationē habet:nec enim Titij obligatio vltra partem ſuam conſtitit: nam & id iure expeditum eſt, vt non plus ſua parte, rem cōmunem ſocius obligare poſſit [1]: cùm res aliena non pigneretur [2]. Sed quod dicimus potiorem ſecundum, intelligendum eſt in dimidia tantum illius partis,quæ obuenit Titio:quoniam alia dimidia, pro indiuiſo tamen, obligata eſt primo creditori: plus & dimidia in parte quæ fratri obuenit etiam pro indiuiſo obligata eſt illi creditori primo, & in duabus illis dimidiis diuerſarum partiū, præfertur prior creditor fratri,cū eas pro indiuiſo potuerit obligare Titius,tanquam partem ſuam.Nec huic ſententiæ refragatur diuiſio,quæ poſt pignus datum à Titio,interceſſit: nam ea non conuellit ius præcedētis pignoris, quin in ea parte quę etiam alij ſocio non obliganti obuenit,perduret [3]:quod in iure perſonali non vtique eſt [4].

Pignus poſt diuiſione perdurat.

INTERDVM. L. v.

RES empta ex pecunia mea,vt mea non eſt [5], ſic nec mihi obligata [6]: vtrunque ſecus dicitur fauore pupilli, ex cuius pecunia res empta illius eſt,vt vindicare poſſit [7]:item illi obligata [8]:non enim verè illius eſt,ſed ex beneficio ſpeciali,vt nemo dicat pupillum rei ſuę pignus habere,quod à iure alienum eſt [9].Et ſicut res ex pecunia mea empta, non eſt mihi obligata,ita nec ſi ipſa res à me eſſet profecta & Mæuio vendita, habita fide de pretio:nam in ea re ſalua non habebo priuilegium ante creditores alios:nec rectè potero intendere rē mihi reddi,& me præferri [10]:& hoc Bart. [11] & Bald. [12] reſponderunt. Planè eū ex cuius pecunia res empta eſt, habere priuilegium inter perſonales creditores conſtat [13]: cui ſi res ſpecialiter pignori data eſt, omnibus antecedētem ſpecialem obligationem habentibus,præfertur [14].At is ex cuius pecunia res eſt refecta aut conſeruata præfertur:habétque non ſolùm priuilegiū inter perſonales [15],ſed illius pignus priuilegiariū erit,& præfertur anterioribus etiam ſpeciali pignori innixis, per hunc textum.& hæc fuit opinio Azon.quam omnes ferè tenent [16].

Res empta ex mea pecunia mea nō eſt nec mihi obligata.

Is cuius pecunia res eſt refecta habet priuilegium.

QVI BALNEVM. L. ix.

HIC tex.nobilis eſt,de quo & aliâs annotatur [17].Quod autem ad aliud caput pertinet [18], certū eſt,pignus datū ab eo qui non fuit dominus,confirmari ſi poſtea efficiatur dominus [19]: & creditor cui eo modo pignus obligatū eſt à nō domino,qui dominus poſteà effectus eſt, erit potior ſecūdo creditore, qui pignus accepit à debitore iā domino facto [20].Nā eo momēto quo debitor efficitur dominus rei à ſe pigneratæ,pignus vtilitate cōualeſcit:ergo in illius pignoris præiudiciū,nō poterit ſecūdo pignori dare,vel etiā alienare debitor. Nec multū facit

Pignus à non domino datū cōfirmatur eo facto domino.

1 l.j.C.ſi commu.res pign. dat. l.nemo ex ſociis. & ibi noto.ſuprà pro ſocio.
2 l.ſi aliena.de pig.act ſuprà.l.j.ſuprà de pignor.
3 l.ſi conſenſit.§.fin.infrà quib.mod.pig. vel hypo. ſol. & l.communi diuidundo.§.ſi debitor.ſup. commun.diuid.
4 l.Iulianus. §.idem Celſus.& ibi ſuſius noto. de act.empt.ſupr.
5 l.ſi ea pecunia. C.de rei vindi.toto tit.ſi quis alt. vel ſibi.C.
6 l.quamuis.iij. C.de pign.
7 l.ij.quand.ex facto tuto. infrà.l.ſi vt propenis.C. de rei vind.& ibi Bart.
8 l.idémque.infra eodem.
9 l.neque pignus.de regu. iuris.
10 l.quidam fundum.de in rem verſ.l.procuratoris. §.planè.vbi noto.de tribut.ſuprà.
11 in l.ſi cum dotem.§.fina. ſolu.matrimo.infrà.
12 in l.licet.C.eod.
13 auth.hoc iure.C.eod.
14 l.licet.C.eod.tit.
15 l.creditor. ſi cer.pe.ſupr.
16 arg.d.l.licet.
17 l. Titius. ſuprà quæ res pig.vel hypo.dat.obliga. non poſſ.
18 §.Titia prædium.
19 l.rem alienam.& ibi noto.ſuprà de pig.act.
20 l.creditor.§.j.ſupr.eodē.

quod hîc dicitur, de Titia quæ mihi & poſtea Mæuio alienum fundũ pignori dedit: deinde domina effecta illius fundi, eum æſtimatum marito in dotem tradidit: vt nullo caſu côualeſcat pignus in perſona Mæuij. Nã interpretamur ei pignus datum eſſe conditionaliter, népe cũ deſierit eſſe mihi obligatũ. Quiu & hunc caſum hoc addito pôſt repetit Caius [1]. at hîc dicitur me eſſe dimiſſum poſtquam in dotem Titia fundum æſtimatum dederat: & ſic eo tempore quo confirmari pignus debuerat, non eſt in bonis debitricis: vnde fit vt non conualeſcat [2]: conſtitit enim neceſſe eſſe ad vtilitatem conſtituti pignoris, vt res oppignerata ſit in dominio debentis eo tempore quo vires pignus capit [3].

1 l. ſi prior. §. à Titio. infr. eod. ſac. l. & qui nondũ. §. qui res. ſupr. de pign.
2 ſecund. glo. & Bart. hîc.
3 l. ſi ſuperatus. in prin. ſuprà de pig.

SI ET IVRE. L. X.

IN pignore quod ex conuentione accipi placuit, expeditum eſt priorem potiorem eſſe, vt antea diximus [4]: ſi modo par ſit cauſa, hoc eſt, non priuilegiaria [5]. In iudiciali autem & prætorio ſubſiſtimus. quamuis autem prætorium etiam iudiciale comprehendat [6]: inter illa tamen differentia eſt. Vnde vnus eſt titulus in Codice Iuſtiniani de prætorio pignore, alter de iudiciali [7]. Igitur in prætorio pignore, qui prior mittitur, non præfertur ei qui poſtea miſſus eſt, ſed omnium cauſa exequatur [8]. Diuerſum multis placuit in pignore iudiciali, népe cùm ex cauſa iudicati plures capiunt rem: hîc enim prior poſteriori præfertur, vt hoc reſpõſo indicari Bartolus refert. Sed tamen quia pignus iudiciale à prætorio præceptis non ſeparatur, cùm vna & eadem ſit ſpecies, & prætorij pignoris appellatione deſignata [9], vix eſt vt putem inter eos qui authoritate magiſtratus pro re iudicata mittuntur, prælationem eſſe: cui ſententiæ non aduerſatur hoc reſponſum, cuius ſenſus hîc opinor eſt, vt is cui pignus conſtitutum eſt, vel eius hæres præferatur ei qui poſteà authoritate magiſtratus in rem venit, & eam pro pignore cœpit poſſidere.

In pignore conuentionali prior potior eſt.

In pignore prætorio & iudiciali quid iuris.

Litera explicata.

4 l. ij. ſupr. eod. c. qui prior. & ibi Dyn. de regu. iur. lib. vj.
5 vt in l. licet. & l. aſſiduus. C. eod. & c. bi qui. & ibi gloſſ. de præb. lib. vj.
6 l. ij. C. de præto. pign.
7 ſi in eau. iudic. C.
8 l. is cui. §. qui prior. vt in poſſ. leg. ſeu fideicõ. infr. l. vlt. C. de bo. auth. iudi. cum ſimilib.
9 d. l. ij. de præto. pig.

POTIOR. L. XI.

CREDITOR verè & propriè non dicitur, cui ſub conditione debetur: cùm is agere intereà vtiliter non poſſit, adeo vt ſi ei ſit ſolutum, poſſit condici [10]. ſic nec debitor conditionalis propriè debitor dici debet, cùm ab eo inuito non poſſit extorqueri pecunia [11]. Nihilominus tamen is latè appellatione creditoris & debitoris venit [12]. quod in contractibus dubium non eſt [13]. Ex quo euenit, vt cùm publicè res proſcribitur, euocatis omnibus creditoribus qui de iure ſuo profeſſionem faciãt: aliâs res addicatur, nec eo nomine euinci poſſit ex forma legis [14]: vt debeant etiam euocari creditores côditionales in hoc vt cũ reliquis profeſſionem faciant [15]. Iam enim conſtitit, ad actum debere eos euocari quorum intereſſe poteſt [16]. Ex quibus profectum eſt quod hîc dicitur, cùm ex debito conditionali aduenit conditio, videri retro debitum: vt creditor cui primùm creatum eſt ius hypothecæ conditionaliter, præferatur ei qui poſt purè accepit ante implementũ cõditionis. quod intelligitur ſi cõditio in caſu & fortuna eſt, at ſi in poteſtate, contrà [17]. Et certe in hoc tex. mirationem habet, quod

Debitor conditionalis an debitor ſit.

10 l. ſub conditione. de cõd. indeb. C.
11 l. debitor. de verb. ſig. inf.
12 l. creditoris. & l. conditionales. de verb. ſignifi. Bar. & doct. in l. j. ſi cer. peta. ſuprà.
13 l. is cui. inſ. de act. & ob.
14 l. ſi eo tempore. de remiſſ. pigno. C.
15 Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim. §. j. de verb. obliga.
16 l. nã ita diuus. de adop. ſup. & l. de vnoquoque. de re iud. l. j. de vent. inſpi. ad fin. infr.
17 per l. qui balneum. ſupr. eod. vide quod pono in l. Titius. quæ res pign. vel hypo. oblig. ſupr.

quod dicitur eueniemem conditionem trahi retrò ad tempus contractus,etiã in dãnũ tertij.Ideo videamus ne hoc in pignoribus tantùm ſit admittendum:in aliis autem rebus non item.

Mandatum papæ non ligat ante conditionem.

Vnde ſi Papa primùm mandat,vt tibi prouideatur de beneficio, ſi acceſſerit conſenſus numeri, & ſic conditionaliter : ſecundò mandat mihi prouideri in eadem eccleſia nulla adiecta conditione,ſi antequam tu habeas aſſenſum numeri,vacet beneficium, prope eſt vt præferar tibi primo impetranti, licet pòſt conditio eueniat Nam impleta conditio non trahitur ad tempus impetrationis [1], etiamſi decretum apponeretur: neque enim decretum ante conditionis euentum ligat [2].

Naturalis filius reſtitutus an præferatur legitimo.

Huc pertinet vetus quæſtio,de eo qui primùm ſuſcipit filium naturalem,deinde filium iuſtum & legitimum : pòſt vero filius naturalis natalibus reſtituitur , an præferri debeat filio legitimo, quaſi ſit primogenitus:quod non eſt dicẽdum: nam reſtitutio non trahitur retro ad damnum tertij,nempe legitimi [3].Quod autem ferè nouiſſima parte reſponſi dicitur : aliâs annotauimus [4].

CREDITOR II. L. XII.

Ius tertij non diſpicitur.

ADMONENDI Sumus diſceptationem qua quæri ſolet, vtrum quis in pignore prior ſit,an poſterior , locum habere inter creditores,quorum illud maximè intereſt. Sed ſi creditor cum poſſeſſore iudicium de pignore accipiat,vincet, licet ſit poſterior,& ab omni poſſeſſore auferet [5].Neque enim poſſeſſor iure tertij, ſcilicet primi creditoris,aduerſus ſecundum creditorem ſe teneri poteſt [6]

Soluens æſtimationem an agat euictionis nomine.

§.SI QVONIAM. Pertinet ad quæſtionem qua quæritur,an ei qui ſoluit litis æſtimationem,cùm rem ſoluere poſſet, competat actio de euictione in eum qui ſoluit . de quo aliâs [7].

§.PAPINIANVS. Hic textus in Pandectis Florentinis cõtinẽter cum priore capitulo legitur.Iungitur verò ei quod ſuperius in eandem ſententiam dictum eſt [8]. Quòd autem pertinet ad id quod nouiſsima lege explicatur [9], an is cui prius traditio facta eſt, præferatur alteri, tam in domino, quàm pignore,ſuprà retulimus fuſius [10].

INSVLAM. L. XIII.

In debitis quæ natura præcedunt, prælatio eſt, licet ſimul pignus ſit acceptum.

EX Hoc capitulo ſingulariter temperatur quod dicitur, pignus ſimul à pluribus eodem momento,aut eadem conuentione acceptum,cuilibet pro partibus dimidiis teneri,non pro quantitate debiti [11]:vt non habeat locum quando vnius debitum natura præcedit alterum, adeo vt natura prius debeat ſolui,quàm aliud.puta in hac ſpecie,cùm ſimul & eodem con tractu conuenit,vt mihi prioris anni, tibi ſequentium penſio accederet:certè cum ratione dicitur, inuecta de quibus quæritur,mihi prius,deinde tibi iuris interpretatione & intellectu teneri in reſiduum [12]. nam prioris anni penſio prius eſt ſoluenda quàm cæterorum annorum: cùm penſio & fructus prioris anni, ſeparetur à penſione ſequentis: poteſt enim penſio augeri poſteà,aut decreſcere. Cui conſequens eſt, vt anno præterito, non ſequentis anni fructus , ſed æſtimatio prioris anni ſit petenda: quia fructus vnius anni à fructu alterius ſe-

1 *c. ſi pro te alicui.de reſc. lib. vj.*
2 *c.j.de conceſ.præb.in 6.*
3 *c.quãuis de reſcrip. lib. vj.Bartol.& omnes in l. Gallus.§.& quid ſi tantũ.de libe.& poſth.infr.*
4 *l.Ariſto. ſup. quæ res pign. vel hyp. dat. oblig.*
5 *per hunc tex.& inf.ea l. §.ſi ſimpliciter.*
6 *l.loci.§.competit.ſupr. ſi ſeru. vind.*
7 *in l.ex diuerſo. §.vlti. ſup.de rei vind.*
8 *in l.iij.ſupr.eod.*
9 *§.ſi priori.*
10 *in l.fine antẽ.§ . ſi duobus.de Publiciana in rẽ act.*
11 *l.ſi fundus.§.ſi duo. & ibi note.ſupr.de pign.*
12 *per hunc text.*

paratus eſt [1]. Secus eſt in iis debitis quæ non certo tempore ſunt præſtanda, licet tempore præcedant: nec enim ideo in hypothecæ iure præferentur, ſed tantùm is qui primùm expreſsim de hypotheca pactus fuerit [2].

l.ſi vſufructus mihi in bienniũ. & ibi Bar. de vſuf. leg. l. vinum. ſi cer. pet. pono ꝗ in l. in re furtiua de cond. furt.

2 *l. creditor. §. ſi primus. ſupr. eo.*

Clavdivs felix. L. xvi.

VIDEAMVS Cùm tertius primum creditorem de pecunia ſua dimittit, an in locum primi ſubſtituatur: & verum eſt, illum ſubſtitui, ſed pro illa tantùm pecunia quam exoluit: nam nec ea res ſecundo creditori oneri eſſe poteſt. quod tamen intellige, ſi actum eſt vt res primo pignorata, ſit tertio etiam obligata, & in ea tertius primi locum teneat [3]. aliâs non ſuccederet tertius loco primi [4]. Nec id abſimile eſt, cũ tertius creditor iudicio quod de pignore accipi placuit vicit primũ, nec enim hoc ſolo in primi locum dicitur ſuccedere, in hoc vt potior ſit ſecundo. Nam ſiue iure vicit primum, nõ tamen officit ſecundo. quamuis primus ſecundum eſſet ſuperaturus: quia ſententia inter alios data, alios nõ tenet [5]. ſi iniuria, mul to minus ea res ſecundo nocebit: nam iniuria quæ fit vni in ſententia ferenda, non debet alteri officere, etiam eo caſu quo ſententia iuſtè reddita nocuiſſet [6]. Primus igitur qui à tertio ſuperatus eſt, poterit ſecundum vincere, vt hîc in textu [7]: & tertius qui primum expulit nihilomagis ſuperabit ſecundũ. ſed tamen quia ex his poteſt circuitus accidere, vide gloſ. & Bartolum hîc.

Tertius de cuius pecunia eſt dimiſſus primus creditor an primo creditori ſuccedat

3 *l. creditor. §. à Titio. ſupra eod.*

4 *l. Ariſto. ſupr. quæ res pigno. vel hypoth. da. l. j. de his qui in pri. cred. locum ſucced. C.*

5 *l. ſæpe de re iud. l. & hic. l. denunciaſſe. §. fin. ad l. Iul. de adult.*

6 *l. ſi per imprudentiam. de euictio inf. l. vltim. C. de actio. empti.*

7 *ad finem ibi, aut contra.*

Lvcivs. L. xviii.

DE Genere eorum eſt quæ ſuprà in eandem ſententiam retulimus [8].

8 *l. ij. eo tit.*

Mvlier. L. xviiii.

VT Secundus creditor priori [9], ita poſſeſſor creditori agenti hypothecaria, habet ius offerendi [10]. quod ius eò vſque perducendum eſt, vt hi ſoluendo poſſint creditorem compèllere ad iura cedenda [11]. Sufficiet verò ſecundo creditori offerre prius creditum: nec enim omne offerendum eſt, ſi quod forſan datum erit poſt obligationem ſecũdi creditoris, vt ſequente capitulo explicatur. Et huic iuri offerendi non eſt ob futura præſcriptio, niſi ea triginta annorum ſit [12]. Sic ius quo pactione venditor cum emptore efficit, vt toties quoties vo let rem poſſit redimere, præſcribitur triginta annis, vt poſtea offerre pretium, & rem ex lege pacti ſibi recipere non poſſit: cuius rei quoque CVRIAE Pariſienſis S. C. extat [13]: nam & hoc per modum iuris competit. At ius offerendi quod per modum facultatis competit, non timet præſcriptionem [14]. Quod autem dico poſſeſſorem vel ſecundũ creditorem poſſe priori creditori offerre, & ab eo inuito impetrare vt ſibi iura mandentur, ſecus dicitur in extraneis [15].

Secundus creditor ius habet offerendi primo.

Ius offerendi ex pacto redimendi xxx. annis præſcribitur.

9 *l. j. C. eo.*

10 *per hunc tex. & l. Paulus. §. vlt. inf. quib. mod. pign. ſoluit.*

11 *per d. l. Paulus.*

12 *l. cùm notiſſimi. §. eodẽ. de præſcrip. xxx. vel xl. ann. C.*

13 *Ann. 1537. die xvj. Martij. Io. Fab. in l. ſicut. de præſcrip. xxx. Anchar. conſ. cccxxxij. Angel. conſ. lv.*

14 *arg. l. viam. de via pub. inf. & Bar. in d. §. eodẽ.*

15 *l. nulla. C. de ſolut. Bart. in l. Ariſto. ſup. quæ res pig. obl. poſſ.*

Qvaerebatvr. L. xx.

HAEC Lex temperat ea quæ diximus in l. in rebus. §. poſſunt. ſup. commod. vbi quæritur an res in vnam cauſam oppignerata, pro alia cauſa retineri poſsit.

Titivs. L. vlt.

EX Hoc reſponſo deciditur ea quæſtio quam ſuprà poſut-

Fiſcus quando in pignore à priuato ſuperetur.

Priuilegium fiſci.

Aliud.

ſuimus [1]:an cum mihi omnia bona alicuius ſunt obligata generaliter, poſtea etiam tibi, præferar in iis quæ quæſita ſunt poſt vtriuſque obligationẽ. Sed & de illo quæſitũ eſt, quando priuati hypotheca, fiſci hypothecam conuellat: in quo admittitur vt hypotheca priuati generalis aut ſpecialis, fiſco præferatur in quæſitis ante obligationem fiſci [2]. nam priuatus prior tempore, perpetuò præfertur fiſco an Regi poſteriori [3], vel ſi tacitam hypothecam priuatus habeat [4]. Hoc tamen plus habet priuato fiſcus, quòd agens contra priuatum poſſeſſorem pignoris, non tenetur probare ſe prius contraxiſſe, quàm alter pignus iniret:ſed hoc onus ad poſſeſſorem pertinet [5]:quod & aliâs admonui [6]. Habet & aliud fiſcus, vt potior ſit in quæſitis poſt vtranque obligationem [7]. Nec obſtat hic textus. nam præter id quod Seia priuata hîc præcedebat fiſcum, habebat & priuilegium tutelę, & ſic erat æqualis fiſco: vnde non multum eſt, ſi iure communi ob antiquitatem obligationis in pôſt quæſitis fiſco anteferatur [8], vt gl. hîc, & Bartolus. In priuatis autẽ ſemper remanet illa ſententia, vt prior præferatur poſteriori etiam in quæſitis poſt vtriuſque obligationem [9]. Quod verò in fiſco admiſimus, vt is in pôſt quæſitis præferatur anteriori creditori, cum ratione perducitur ad omnes eos qui hypothecam tacitam ex lege habent, vt in pupillo, aut muliere pro dote: idque ex hoc reſponſo euidenter conuincitur: quod fuſius & apertius Connanus in commentariis docuit [10].

1 in l.ij.eod.tit.

2 per l.ſi is qui.infr.de iur. fiſci.

3 l.ſi fundum.C.eo.& ibi Bal d.& l.ſi pignus.ſup. eodem.

4 l.1. C.rem alien.gerent. Bart.in d.l.ſi is qui.

5 l.1.de iur.fiſ.lib.x.C.

6 l.ſi ſuperatus.ſup.de pig.

7 per d.l.ſi is qui.& ibi Bart.& Bal.in l.ſi fundum.C.eod.

8 per d.l.ſi fundum.

9 Bar in l.licet.C.eo. Bal. in l. hac edictali. §. his omnibus.de ſecun.nupt. noto in l.ij.ſupr.eo.

10 lib.iiij. commentar. iur. ciuil.c.xvij.

De diſtractione pignorum vel hypothecarum.

CREDITOR. L. I.

Emens a creditore primo tutus eſt.

QVI Emit à creditore primo, & ſic ab eo qui vendendi ius habet, ſecurè emere dicitur: nec cuiuſquam timet hypothecariam actionem, vt ſcilicet res per ſecundum creditorem, aut alium auocetur. quod in creditore qui iure pacti & conuentionis vendit, expeditum eſt [11]. at ſi id in pactionem non eſt deductum, ſed ſolum iure crediti vendat, nonnulli [12] putant reliquis creditoribus offerendi, & ab emptore rem auocandi ius eſſe. Sed hoc vix eſt vt credam, tum quòd in emptorem dicitur dominium transferri [13]: tum quia ſine diſtinctione ſecundo creditori aduerſus primum qui vendidit, actio lege prodita eſt ad id quod debitum ſuum excedebat [14]: vt autem ſecundus creditor emptori offerre poſſit nulla mentio eſt. Nec mutat quod emptor dicitur vti iure ceſſo ex creditoris perſona [15]: vt ex eo dici poſſit poſterioribus creditoribus ius offerendi dari ipſi emptori: quemadmodum & ipſi poterant primo creditori offerre. non enim id ita eſt, nam licet emptor iure ceſſo ex perſona creditoris primi vtatur, habet tamen plus iuris quàm author ſuus, nempe dominium [16]: cùm author dominium non haberet: imo ne poſſeſſionem quidem [17]. Sic debitori, quandiu res obligata vendita non eſt, ius offerendi &

11 l.iij.infr.eo.

12 Conna.lib.iiij.comment. c.xviij.

13 l. ſi conuenerit. de pigno. actio.ſupr.l. non eſt nouũ.de acq.rer.dom. inf.

14 l.creditor. §. Papinianus.qui potior in pig.ſup.

15 l.pen.inf.eo.

16 l.non eſt nouum.de acq. rer. do.l.iiij de pig.act.

17 l.qui pignoris.de acq.poſ. l.ſciendum .§.creditor. ſup.qui ſatiſd.cog.

luendi datur, adeo vt nec præſcriptione cuiuſcunque temporis ſummoueri queat [1], cum illud per modum facultatis competat, quæ extra præſcriptionem eſt [2]: ſi tamen res vendita ſit, nemo dixerit ipſi debitori offerendi ius eſſe aduerſus emptorem, niſi id pacto ſit effectum [3]. Qui autem à ſecũdo emit non tuto emit: res enim à primo creditore poteſt auocari: & hoc remedio primo creditori cautum eſt: nec enim habet actionem contra ſecundum creditorem ad pretium: non enim pretium fungitur loco rei in hypothecaria [4]. Si tamen res eſſet perempta aut præſcripta, cum æquitate dicitur agi poſſe ad pretium contra ſecundum creditorem [5].

Emés à ſecundo creditore.

1 *Bar. & alii in l. cum notiſſimi. [?]. eodẽ. de præſc. xxx. ann.*
2 *l. viam publicam. inf. de via publ.*
3 *l. ſi creditor pignus. §. illud. inf. eo.*
4 *per hunc tex. pono in l. ſi rem. de pet. hær. ſup.*
5 *ſecund glo. Bal. & Bart. hîc. per l. mater. de rei vind. C. l. ſi eum ſeruũ. & ibi noto. de reb. cred. ſuprà.*

FIDEIVSSOR. L. II.

PERTINET Ad id quod ponitur in l. Paulus. § j. ſup. mand. vbi quæritur an fideiuſſor emendi pignoris quod reus nexu obligauit, ſit poteſtas.

SI CREDITOR. L. VII.

CERTVM Eſt creditorem vendentem iure pignoris pacto efficere poſſe vt rem pecunia reddita recipiat [6]. Cui & illud applicatur, vt hoc paciſci debitori poſſit cuius res eſt [7]. Nam ſententia generalis eſt nos paciſci poſſe alteri ſuper re ſua [8]. quod aliâs fuſius dictum eſt [9]. Quòd autem hîc ad finem dicitur, creditorem poſſe paciſci cum debitore, ne debitor pignus vendat, & nullam contrahi venditionem ſi diſtrahat, æquitatem habet in gratiam creditoris: qui quia ius in re ſibi retinet, pacto poteſt efficere, vt prohibita venditione pignoris, alteri dominium non quæratur, cùm nulla ſit vẽditio. (Sic enim legitur in Pandectis Florentinis). Sin autem prohibitio venditionis fiat ab eo qui nullum ius in re ſibi retinet, nõ continuò ſi vendatur, cõtractus erit nullus, ſed ad id quod intereſt actio dabitur [10]. quod & aliâs fuſius [11].

Paciſci poſſumus alicui ſuper re ſua.

Prohibita alienatione an ſi venditur, dominium transfertur.

6 *per hunc text.*
7 *l. ſi cùm venderet. ſup. de pign. act.*
8 *l. quod procurator. ſuprà de procur.*
9 *in l. certi. §. quoniam. ſi cert. pet. & l. ſi procurator. de procur.*
10 *l. ea lege. & ibi Bart. de cond. ob cauſ. C. l. ſi ita quis. §. ea lege. de verb. oblig. infrà.*
11 *l. ſi ſciens. ſuprà de cont. empt.*

CREDITORIS. L. VIII.

PERTINET Ad id quod ponitur in l. ij. ſup. qui potior. in pign. & aliâs etiam fuſius dixi [12]: vt quemadmodum in arbitratu creditoris eſt, quodnã ex multis pignoribus perſequatur, ita in eius optione erit, quem ex pluribus poſſidentibus hypothecaria conueniat, quod & Bartolus notat [13], & verum eſt.

Hypothecaria ad quẽ partem volet creditor, datur.

12 *in l. ſi poſſeſſor. de rei vind. ſupr.*
13 *l. Moſchis. de iur. fiſc.*

CREDITORIS. L. XIII.

HANC legem appellat fortem Bartolus, quam ita explicat, & rectè mea quidem ſententia, vt creditor vendens iure ſuo, ſi quidem poſſeſſionem non habet, ius ſuum cedere debet: ſinuerò habet poſſeſſionem, eam vtique tradet: & ſic licet non habeat dominium penes ſe, transferet tamen [14]. nec verò ſine tali traditione emptor dominium conſequetur [15]. & iungitur iis quæ paulò ſuperius dicuntur [16].

Litera explicata.

14 *l. non eſt nouum. de acq. rer. dom.*
15 *l. qui prædiũ. C. eo. l. iiij. de pig. act. ſup.*
16 *l. j. ſup. eod.*

Quib-

Quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur.

DEBITORIS. L. I.

Mutata pſona aut iudicio an fideiuſſores liberentur.

PERTINET ad ea quæ dicũtur in l.j.ſup. de pig. Quod autem ad nouiſsimum legis caput attinet, an mutata perſona rei aut actoris aut mutato iudicio, pignora accepta liberentur, ſuperius dictum eſt [1].

SI RES DISTRACTA. L. III.

ISTA lex eſt de ſententia eorum quæ poſita ſunt in l. ſi ex duobus. ſup. de in diem addic.

SI DEBITOR. L. IIII.

Qui actui nullo cõſentit non læditur.

QVI conſentit vendi rem ſibi pignori obligatã, pignus amittit: quod & in eo qui rem ſibi obſignatam, alij pignerare permittit, verum eſt [2]: idẽ erit ſi ipſemet emeret [3], vel in dotem acciperet [4]. Sed ſi vẽditio nõ teneat, remanet pignus obſignatum [5]. Sic patronus conſentiendo nuptiis libertæ, amittit operas: ſed ſi matrimoniũ non ſubſtiterit iure, minimè [6]. Hinc cùm dicitur ingreſſum monaſterij facere vt deficiat fideicommiſſum hoc modo factum, *ſi deceſſerit ſine liberis* [7]: quòd monaſterium ſit loco liberorum, ſaltem quoad illum caſum [8]: habet locum, ſi monaſterij ingreſſus tenuerit [9], per hunc text.

ITEM LIBERATVR. L. VI.

Qui debet ſoluere non liberatur dando fideiuſſorem.

§. QVI PARATVS. Quanquam ſolutionis verbo ſatiſacceptio & ſatiſdatio contineantur [10]: hoc tamen interpretari melius eſt, volente creditore. vnde fit vt ſi non conſentiat creditor, non videatur impleta ſolutio cùm ſatiſdatio oblata eſt: nec enim ſola ſatiſdatione liberarentur pignora [11]: nec iuſſus ſententia ſoluere, aut iudicatum facere, offerendo fideiuſſores eximetur [12]. Proinde nec eo modo euitabit debitor carceres, vel miſsionem in bona [13], aut pignorũ captionem, vt & CVR. Pariſienſis placito cautũ extat [14]. Sic iuſſus dare decem, & liber eſſe, non peruenit ad libertatẽ, ſatiſdando pro decẽ [15]. Ex quibus non ineleganter defenditur, procuratorem qui ad recipiendam ſolutionem poſitus eſt, non liberare debitorem ſi ſatiſdationẽ recipiat. quod & Alexander probat [16]: hoc enim modo propter repræſentationẽ pecuniæ minus videretur recepiſſe [17]: quanquam eum qui ad contrahendum ſimpliciter datus eſt procurator, fidem pretij habere poſſe iure defendatur [18]. non enim hic ad recipiendam ſolutionem præciſè datus putatur: quod in generali procuratore pro iudicato eſt [19]: vt & alibi adſcripſimus [20]. Ex quo illud eſt quod anteà dicitur [21], procuratorem generalem poſitum ad mutuandum & recipiendum, poſſe confiteri ſe recepiſſe: quod in eo qui ad certam ſummam recipiendam datus eſt, nemo admiſerit [22]: hic enim quaſi fines mandati egredi videatur, ſi ad recipiẽdũ aliquid datus ſpeciatim, cõfiteatur ſe recepiſſe, cùm nõ receperit.

Procurator fidem pretij an habeat.

SI CONSENSIT. L. VII.

§. SI CONVENIT. De illo dubitatur, an hypotheca conſtituta ab vno ex dominis in re communi pro indiuiſo, duret

1 *in l. in cauſ. e. §. ſi ex parte. de proc. vide Bar. & alios in l. ſi ante. indi. ſol.*

2 *l. Paulus. & ibi annota. inf. eod. tit.*

3 *l. Titius. inf. eod.*

4 *l. Lucius. inf. eo.*

5 *fac. l. quod autem. §. ſi vxor. de don. int. vir. & vxor.*

6 *l. ſicut. de ope. lib. inf.*

7 *auth. de ſacroſ. epiſ. §. ſed & hoc præſenti. collat. ix.*

8 *auth. contra rogatus. C. ad Trebell.*

9 *Panor. in c. in præſentia. nu. 44. de prob.*

10 *l. ſolutionis. de verb. ſig. infrà.*

11 *per hunc text. & l. promiſſor. §. vlt. de pecun. conſt. l. quod ſi non. de pig. act. ſup.*

12 *l. ſi ſe obtulit. §. ait prætor. de re ind. & ibi vide Bar. inf.*

13 *Bar. in l. j. de cuſt. & exhib. reor. inf.*

14 *die xxvij. Februa. anno 1515.*

15 *l. iij. §. ſi quis ſic. de ſtatulib. inf.*

16 *conſ. xcv. in iij. volu.*

17 *c. j. de plus pet. l. plus. de ſolut. inf.*

18 *l. j. de except. rei vend.*

19 *in l. cuicunque. §. ſi ei quem. de inſtit. ſup.*

20 *d. l. cuicunque.*

21 *l. ad legatum. ſuprà de procurat.*

22 *d. l. plus. & c. j. & plus pet.*

re diuiſa etiã in parte quę alteri obuenit, dicitur in l. Iulianus. §.idẽ Celſus.de act.em.vide etiã quę paulò ſuperius dicũtur [1].

SICVT. L. VIII.

§. CREDITOR. Pertinet ad ea quæ poſita ſunt in l. ſi tibi decem.§.poſſeſſor.ſup.de pact.

Creditor pignus alienari ſinens quando amittat pig^a.

§.SI VOLVNTATE. Creditor qui pignus alienari permittit, pignus dimittit [2].Idem eſt ſi alteri pignerari concederet:quia quoad omnes, pignori videtur obnũtiare [3]. Si tamen alienatio vel nõ eſſet ſecuta [4], vel ſecuta minime valuiſſet [5], pignus in priſtina cauſa manet. Quòd ſi ita permittente creditore verè & vtiliter venditio ſit conſecuta, poſteáq; debitor qui vendidit, rem eandem legitimo aliquo modo acquirat, reſcriptum eſt rem illã nõ recidere in obligationẽ etiã generalem futurorũ bonorũ [6]. Planè rẽ verè & ſine ſimulatiõe vendi oportet:nã ſi debitor ſimulatè rem tranſegiſſet, nec, cum ſe id agere præ ſe ferret, vendiderit re vera, pignus manebit obligatũ. Quod ſi obſcurũ eſt, facile in ſuſpicioné venietur ſimulatæ venditionis, ſi reperitur in poſſeſsione rei, quam ſe vendidiſſe dicit. & ita intellige hunc tex. vt Iuſtiniani reſponſo nõ aduerſetur [7]. Ex quo & illud proficiſcitur, quòd licet ſpurius à fratre inſtitui poſsit, etiã in bonis patris, quæ tamen à patre directo per legẽ capere nõ potuiſſet [8]:ſi tamen nõ cõſtaret ſpurium à fratre inſtitutũ eſſe, ſed poſt mortẽ patris, ſemper ſpurius poſſediſſet, facilè ex eo impletur probatio fraudis, nẽpe illa bona ex teſtamẽto patris deueniſſe ad ſpuriũ, per hũc tex. [9]

Fraus qui probetur.

Spurius.

In decreto prætoris & reſcriptis verba attendenda.

§.SED SI PERMISERIT. Hic text. non habet locũ in decreto prætoris, ex quo qui vendẽdi poteſtatẽ habet, nõ tamen pignerare poteſt [10]:nec multũ facit, quòd pignoris datio minor venditione eſt : nec enim in decreto iudicis obtinet regula, *non debet ei cui quod plus eſt licet, quod minus eſt, non licere* [11]. Sic in reſcriptis, verba diligenter ſunt obſeruanda [12]: ex quo euenit, vt cui mandatur conferri præbẽda tanti in annuo redactu æſtimata, nõ poſsit ei etiã volenti præbenda minoris redditus aſsignari [13]. Et ex §.ſi debitori. illud eſt, quòd quẽadmodum permiſsio facta debitori vt alienet, ad hæredem quoque porrigitur, per hunc tex. ita & prohibitio alienationis facta, etiã hæredem, & hęredis hæredem tenet [14]:quod & Bar. probat [15]. ſi tamen hæredi prohibitio facta eſſet ſub nomine proprio, cõtrà:cuius rei argumentũ eſt quod dicitur, prohibitionem ſub nomine filij conceptã, ad nepotes non perduci [16]. Planè & illud conſequenter quæri poteſt, an qui alienare fundum prohibitus eſt, poſsit eum ad hæredes extraneos tranſmittere:quod vix eſſe didici [17].

Permiſsio & prohibitio alienationis hæredem tenet.

PAVLVS. L. XII.

Qui permittit rem alteri obligari pignus dimittit.

QVI rem ſibi hypothecatam permittit alij pignori dari, pignus amittit, nõ ſolùm quoad eum cui conſenſit rem obligari, ſed quoad alios omnes, per hunc tex. & ita Bar. [18] & Specul. [19] hãc legẽ intelligũt. Nõ diſsimile eſt quod dicitur in muliere, quę marito ius hypothecarũ remittit:hęc enim remiſsio omnibus ꝓdeſt [20]. Sed tamẽ ſi illa remiſsio & renũtiatio fieret nõ marito, ſed ei qui cũ marito voluerit cõtrahere, illi tãtùm proderit:& ad eũ cõtractum ſolũ porrigetur : idq; ſpecialiter pro mulieribus inductum eſt [21]. Iam & ad hoc reſpõſum Cõnanus lib. quarto Cõmẽtariorũ [22] addit, vt ſi pignus tam idoneum

1 in l.iij.§.ſi poſt diuiſionem. qui pot. in pig.hab.
2 l.creditor.de reg.iur.l.ſi conſenſit.ſup.eo.
3 l.Paulus.inf.eo.glo.in l.creditor.§.ſi ſecum.qui potior.in pig.
4 per hunc tex.
5 l.ſi debitor.§.vl.ſup.eo. & l.voluntate.inf.eod.
6 tex.ſing.in l.vlt.de remiſſ.pig. C.
7 in d.l.vlt.de remiſſ.pig. ſecun.Bal.ibi, & Bar.et hic.
8 per Bart.Bald.Paul.de Caſt.in l.ſi is qui.de vulga.& pup.per illum tex. & tex.in l.qui Titij. de iis quib.vt indig.
9 Ioan.de Imo.in d.l.ſi is qui.
10 l.ſi pupillorum.§.ſi prætor.de reb.eor. Bar.hic.
11 Dec.in reg.non debet.de reg.iur.
12 l.Pediu.de arb.ſup.c.cùm dilecta.de reſc.ext.
13 c.cui de non.de præb.libro vj.
14 l.j.in ſi.de fund.dot.arg.l.codicillis.§.matre.de leg.ij.l.ſi quis prioris.§.certum.de ſecun.nupt.
15 in l.filius familias.§.diui.in ſi.de leg.j.& l.Lucius.in prin.de leg.iij.
16 in auth.de reſt.fideicõ. Bar.in d.l.Lucius.
17 l.peto.§.frater.de leg.ij. infrà.
18 in l.creditor.§.ſi ſecum.ſup.qui potio.& in l.vlti.de remiſſ.pig. C.
19 in rub.de ſolut.
20 l.etiam.C.ad Velle. & ibi Bald.
21 l.Iubemus.C.ad Velle. & ibi Bar.
22 c.vlt.quib.mod.pignus ſoluit.

neum eſt, vt omnibus ex eo cautũ eſſe poſsit, habeat creditor primus, cuius permiſſu tertio res obligata eſt, duobus dimiſsis in reſiduo hypothecam: ſed putaui, cùm hic tex. dicat remiſſam eſſe hypothecam, adeò vt ſecundus cum quo nihil actum eſt, in locum primi ſuccedat, magis eſſe vt ne ad id quod reſiduum eſt, pignus maneat. nam ſi ad reſiduũ, pignus ſaluum eſſe recipimus, conſequens certè erit ex hoc permiſſu antiquioris vt res tertio obligetur, ſecundi, cum quo nihil geſtũ eſt, conditionem meliorem non eſſe effectã. contra eſt tamen [1], omnino ergo pignus extingui dicendum eſt. Quod autem ad finem legis pertinet, alibi dictum eſt [2].

1 *per hunc tex.*

2 *l. mulier. ſup. qui potior. in pig. hab.*

Primi creditoris. L. vlti.

Ex pluribus debitis vnum debitor accipere cogitur.

HANC legem repete ex his quæ dicuntur in l. quidam exiſtimauerũt. ſup. ſi cer. pet. vbi quæritur, an per partes & diuerſas præſtationes ſolutio fieri poſsit inuito creditori. Planè licet hoc reſponſo, ex pluribus cauſis & debitis vnum debitũ creditor cogatur accipere, etiã ſi vna ſtipulatione & contractu omnia deberentur [3]: tamen ſecus dicitur ſi pœna eſſet ſubiecta ſtipulationi plures ſummas & cauſas complectenti, quo caſu ſi ex vna tantùm cauſa ſoluatur, inſolidum pœna committetur, atque ſi nihil eſſet ſolutum [4]: nam ad pœnam euitandã, non ſufficit ex parte obligationi ſatisfacere [5]: quod tamen tẽperabis ex iis quæ dicta ſunt in l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ſi quis caut. ſuprà.

3 *l. ſcire debemus. de verbo. obli. inf.*

4 *l. ſi is qui ducenta. §. ſi quis ita. de reb. dub. Bar. ĩ d. l. ſcire debemus.*

5 *l. hæredes. §. idem iuris. ſup. fam. erciſ. vbi note.*

LIBER VICESIMVSPRIMVS PANDECTARVM.

De ædilitio edicto & redhibitione, & quanti minoris.

Labeo. L. I.

Redhibitio fit etiamſi venditor ignoret.

HOC edictum, inquit Labeo, ad vẽditiones tam rerum mobilium, quàm immobilium generale eſt: vt vẽditori qui rem vitioſam vendidit res redhibeatur. quod eouſq; perducitur, vt etiamſi vitium venditor ignorauerit, nihilominus redhibitorio iudicio cõueniri poſsit [6]: neque enim ei ignorãtia patrocinatur ad damnum emptoris [7]: quod aliâs diximus [8]. Addit prætereà [9], emptore non ignorante vitium rei, vel ſi ponas illud vitiũ in oculis eſſe, non teneri venditorem ex edicto ædilium, quod emptorem non fecerit certiorẽ: & hoc rationem habet, etiam ſi emptor eſſet in ſupina ignorantia [10]. ſufficit enim emptorem ignorare iuſtè non potuiſſe [11]. Ad hanc ſententiam vide gloſ. in l. quod venditor. ſup. de dolo.

6 *per hunc tex. §. cauſã.*

7 *l. tenetur. & l. Iulianus. de act. emp. ſup.*

8 *in d. l. tenetur. §. vlti. l. Titius. de act. emp.*

9 *in verb. ſi intelligatur.*

10 *Bal. in l. 4. C. de ædil. actio. per tex. in l. ea qua. de cont. emp. ſup.*

11 *l. quæritur. §. vlt. inf. eo.*

Qvid sit fvgitivvs. L. XVII.

Pœnitentia.

AN qui malè egit, pœnitentia nocens eſſe deſinat, vide optimam glo. in l. qui ea mente. de furt. inf.

Si qvid venditor. L. XVIII.

Mediocritas laudata.

MEDIOCRITAS quæ inter nimium & parum eſt, ſemper accipitur in obſcuris. vnde ꝓmiſsio in genere de me-

diocri intelligitur:vt neq; optimum,neque peſsimum dêtur [1]. Sic in legatis & fideicõmiſsis [2],& in donationibus [3]. Sic canõ qui in epiſcopis ſcientiã requirit [4], ad mediocrẽ porrigitur [5]. Quæ temperatio etiam admittitur,quoties vtilitas & id quod intereſt æſtimatur:vt ſi ponas incertum retis in reputationem venire,vt nõ ſit æquũ quanto pluris,aut quãto minoris res eſſe potuit,diſpici:mediũ igitur ſeruãdũ erit [6]. Et hoc ſummam æquitatẽ habet,& multis CVRIAE Pariſi.authoritatibus comprobatum eſſe ſuprà docuimus [7].Sic itaque res temperabitur, vt neq; delicatus debitor,neque oneroſus creditor audiatur [8].

1 per hunc text.
2 l. legato generaliter. de leg.1. & l.lancem.de auro & arg.leg.inf.
3 l.ſi quis argẽtũ.in princ. de donat.C.
4 c.cùm in cunctis.de elec. ext.
5 c.cum nobis.de elect. & c.venerabilis . de prab. ext.
6 Bar.in l.ſi actum.de actio.emp.
7 l.vinum.ſup.ſi cert.pet.
8 l.ſi ſeruos.de pig.ac.ſup.

Cvm avtem. L. XXIII.

In redhibitione omnia emptor reponit.

§.Cvm redhibetvr. Cùm redhibetur res, omnia in priſtinũ ſtatum reponẽda ſunt:vt fructus quos emptor percepit,itẽ ſi quid nomine pœnę vel eius,quod intereſt , abſtulit à venditore,quia forſan is tardius rẽ tradebat, in mediũ ipſi venditori ferantur [9]:quod in redhibitorio iudicio ſpecialiter admitti placuit:quia in eo omnia ſunt ad primũ ſtatum reducenda:præterea liberum eſt emptori rem non redhibere.in cæteris autem iudiciis,ei qui pœnam ex delicto vel culpa ſua pependit,pœna non reſtituetur cum re [10].

9 per hunc tex.
10 l.ſi pignore. de pign.act. ſup. & ibi note.

Aediles. L. xxv.

§.Item scibndvm. Præclara ſunt ea quæ in hanc ſententiam poſita ſunt in l.non ſolũ.de rei vind.ſup.Et adde condemnationem augeri fructibus & acceſsionibus poſt litẽ cõteſtatam venientibus,etiam ſi non petantur [11].At fructus ante iudicium datum capti non continentur ſententia,niſi nominatim petantur,per hunc tex.& ſi non petantur , noua conteſtatione erit opus,vt CVRIA Pariſienſis iudicauit [12].Plus etiã dicitur,ea quę non ſunt in acceſsionibus rei petitæ,ſed ex ſe ſtãt, non pertinere ad iudicem etiã ſi poſt acceptũ iudicium contigerint [13],vt & alibi expoſuimus [14],niſi nominatim petãtur,vt hîc.Sic damna & id quod intereſt,quæ acceſſoriè veniũt, ſi ex geſtu poſt iudicium acceptum facto contigerint condẽnatione comprehendenda ſunt,licet nõ ſint nominatim petita:at ſi actus ante iudicium datũ interuenerit,alia ſententia erit opus, niſi nominatim illa dãna ſint petita:& eo modo replebis quod alibi Vlpia.dicit [15],iudicem qui de damno infecto cognoſcit, æſtimaturum damnum omne quodcunque ante iudicium contigerit,ſcilicet ſi nominatim illi id iniunctum eſt [16]. At illud damnũ quod potiſsimùm ex ſe ſubſiſtit,& à re principali ſeparatum eſt,ſi poſt litem conteſtatam acciderit,nouo iudicio ſarcietur [17].& ſic in illud iudicium nõ veniet,cùm nõ ſit petitũ, nec peti potuerit,quia nõdum accidiſſet : ſin verò ante iudiciũ contigiſſet,nec in illud quoq; veniet,ſi nõ eſt nominatim petitum.& ita intellige quod alibi breuiter retulimus [18],ea quæ ex ſe ſubſiſtunt,ad iudicis officiũ nihil pertinere, niſi ante iudicium contigerint,& ſupple,nominatim ſint petita . Eſt enim vulgatum & perpetuũ in iis quæ ad priuatorũ cõpendiũ pertinent,iudicem niſi requiſitũ nihil debere ſtatuere [19].Vſurpatum eſt tamen ex hoc textu,vt in iis quæ poſt litem conteſtatam veni ũt,ſi pertinẽt ad deciſionẽ cauſæ, poſsit iudex officiũ ſuũ interponere etiã nõ petitus . cui conſeqẽns eſt vt iudex nõ requiſitus poſsit expẽſarũ dãno victũ afficere:quod Dynus & Barto

Quæ poſt litem cõteſtatam accidunt quando ad iudiciũ pertineant.

Quæ ad compendium priuatorum ſpectant non concedit iudex niſi petitus.

11 d.l.non ſolum.
12 die xxiij. Iunij.an.1526.
13 l. non poteſt. de iud. & ibi Bar.
14 l.quæſitũ. de pecul.ſup.
15 l.ſi quis miſſum.§.vlti. de dam.infe.inf.
16 ſecund.glo.Bar.& Bal. in d.§.vlt.
17 l.Atteius. ad ſi. de aq. plu.arc.
18 l.non ſolum.de rei vind. ſuprà.
19 l.ad peremptorium . & ibi Bar. de iud.l.iiij. §. hoc autem. de dam.inſe. infrà.

Bart. probant [1]:& hoc hactenus verum eſt, vt ſi is expẽſarum condemnationem ſilentio prętermiſerit cũ non peteretur, extra pœnã ſit [2]:& ita intellige quod reſcriptũ eſt [3], iudices qui condemnationem expenſarũ emiſerint, de ſuo ſarcire debere.

1 *in l.iiij. §.hoc autẽ. de dam.inf.iij.& v.col.*
2 *per tex.in d.§.hoc autem.& ibi.Bar.*
3 *l.properandũ.§.ſiue autẽ alterutra. de iud. C.*

QVOD SI NOLIT. L. XXXI.

§. SI PLVRES. Pertinet ad id quod ponitur in l. quod ſi vno.de in diem addict. vbi quæritur, an ex duobus venditoribus ſub poteſtate redimendi, vnus poſsit ex lege in contractu dicta rem ab emptore ſeruare, alio venditore tacente. Planè ex textu [4], perpetuũ eſt, vt in obligationibus indiuiduis ſui natura: fiat tamen diuiſio cum ad pretium, vel id quod intereſt, deſcenditur. Sic ſtipulationes ſeruitutum & factorum diuiſionem non admittunt inter hæredes, vel plures promiſſores [5], tamen ſi cum non fieret condemnatio ſequatur ad id quod intereſt, diuiſio nõ erit inhibẽda [6]. Quod multo magis erit obſeruãdũ, cũ re perempta aut culpa dolóve debitoris auerſa, in æſtimationẽ condemnatio facienda eſt: quod ſæpe euenit [7].

In obligationibus indiuiduis admittitur diuiſio ſi ad æſtimationem deuenitur.

4 *ibi, idem ait.*
5 *l.ij.§.j.l.iij.& iiij. de verb. oblig. l. hæredes. fam.erc.*
6 *per hunc tex.& l. ſtipulationes non diuidũtur. de verb.oblig.*

§. SI QVID INTRA. Allegatur in l. qui fundum. ſup. de cont.empt. vbi habes de menſuratione fundi, & intra quod tempus admetiri partes debeant.

Menſura.

7 *l.vinum.ſi cert.pet.ſup. pono in l.in re furtiua. de cond.furt.*

CVM EIVSDEM. L. XXXIII.

EIVSDEM ſententiæ ſunt quæ admonuimus in l. quod ſi vno. ſup. de in diem add.

AEDILES II. L. XXXVIII.

EX hoc textu manifeſtum eſt, vendito equo, vendi quoque ephippium, fręnum, & ſimilia ornamenta [8]. At è cõtrario placuit vẽdito vino, dolia nõ vęnire [9]. Quid autẽ fundo vẽdito venire intelligatur, habes in l. fundi. ſup. de act.emp.

Vendito equo an ſella debeatur.

8 *Bar.hic.& in l.cum qui. §.nõ ſolum.de furt.inf.*
9 *l.j.ſup. de peric.& com. rei vend.*

BOVEM. L. XLIII.

§. PIGNVS. Pertinet ad ea quæ ponũtur in l. ſi ex duobus. §.j. ſup. de in diem addict.

SI TAMEN. L. XLVIII.

§. SIMPLARIARVM. Ferè accidit vt quibus in caſibus euictio non eſt, neq; ſit quoq; redhibendi facultas. vnde donatæ rei non eſt euictio [10]: ſimiliter nec redhibitio [11]: ſic in ſimplariis venditionibus ſtipulationi duplæ locus non eſt [12]: ita nec redhibitio erit, vt hîc. Simplariæ autem appellantur venditiones, quæ de rebus modicis contrahuntur: adeo vt inuerecundè facturus ſit emptor, ſi pro re modica euicta, duplum auferre velit. ſufficit autem in his ſimplum præſtare, ideo ſimplariæ dicuntur, vt hîc Budæus eleganter ſcribit: & ita in Pandectis Florentinis legi animaduertimus. Nec defuerunt [13] qui ſimpularias venditiones rectius appellari contenderent, à ſimpulo vaſe, quo in ſacrificiis antiqui vti ſolebant, quaſi de re modica: ſed ego in Budæi opinione ſum procliuior.

Simplarię venditiones.

10 *l.Ariſto. ad fi. de don. noto in l.hæres ſeruum. inf.de euictio.*
11 *l.ad res donatas.inf.eo. & ibi noto.*
12 *l.emptori.inf. de euict.*
13 *Coraſ.lib.ij miſcella. c. xxiiij.*

CVM SEX. L. LV.

HIC apparet præſcriptiones annales aut ſemeſtres non currere ignorantibus [14]. quod generaliter dictũ puto in omnibus præſcriptionibus modici temporis: ſic centum dierum præſcriptio ad petendam bonorum poſſeſsionem, non cur-

Pręſcriptiones an cõtra ignorantes currant.

14 *fac.l.annus.de calũniato.ſup.*

rit ignoranti [1]. Itidē ſemeſtre ad conferenda beneficia ordinariis datum [2], & trimeſtre ad eligendum [3], non labitur contra ignorantes [4]: niſi quoties nominatim cauetur, vt in menſe qui datur Romano Pontifici ad conferenda beneficia vacantia in curia ſcriptum extat [5]. In præſcriptionibus autem longi temporis vel longiſsimi, ignorantia eius contra quem præſcribitur pro nihilo eſt, ſed illi labitur tempus etiam ignoranti [6].

LATINVS. L. LVI.

AN ex mora aut culpa debitoris, fideiuſſoris obligatio creſcat, habes in l. centum: de eo quod certo loco, vbi etiam iſta lex citatur.

QVAERO. L. LVIII.

§. SERVVM. Licet confeſsio in iure facienda ſit, & præſente magiſtratu [7]: facit tamen indicium ad quæſtionē ſi facta ſit coram honeſtis perſonis, idq; argumento huius legis. quod & Accurſio & Barto. placet [8]. pro quo & illud dici poteſt, vt quamuis confeſsio coram iudice non competente minimè valeat [9], tamen indicium habet ad quæſtionem quaſi coram honeſta perſona facta [10], adeo vt multum valeat ad motum iudicis informandum. Confeſsio coram honeſta perſona.

AD RES DONATAS. L. LXII.

IN rebus donatis neque redhibitio [11], neq; ſi euictæ fuerint, actio de euictione eſt [12]. Sed fuſius infra dicetur in l. hæres ſeruum. infrà. de euict. Euictio & redhibitio an in re donata ſit.

De euictionibus & duplæ ſtipulatione.

SIVE TOTA RES. L. I.

VENDITA re ſingulari, putà fundo aut domo, etiam de euictione actio accommodabitur ſi pars ſit euicta [13]. quæ ſententia rationem habet, ſi ſit ea pars qua ſolet diuidi totum, vt media vel tertia: nam ſi cementa aut tabulæ euincerentur, quia ſpeciatim à toto non cenſentur [14], nec eo modo ſolet totius diuiſio fieri, rectius eſt vt de euictione non agatur [15]. Idem eſt in homine & rebus aliis quæ natura non recipiūt commodam diuiſionē [16]. & hoc mihi ad mentem legum propius videtur accedere, licet alij diuerſius. Cum autem vendita eſt vniuerſitas, euicta parte, non tamen euictio conceditur: niſi id expreſsim conuenerit [17]. aucta enim vel diminuta vniuerſitate, ſemper vniuerſitas manet [18]. Reliqua vide in textu qui planus eſt. Euicta parte an ſit euictio.

SI DVPLA. L. II.

SI dupla (inquit Paulus) non promittitur, dupli condemnandus eſt reus. Sed tractatū eſt, an ex cōtinenti executio fiat, & ſtatim dupli præſtatio emptori facienda ſit: an verò in tempus quo res ipſa erit euicta, ſuſtinēda ſit exactio: ſed magis eſſe placuit, vt ſi dolo non caueat, illico executio fiat [19]. Quòd ſi dolus abeſt, ſtatim quidem fiet condemnatio, ſed exactio differetur [20], quod Bart. notat [21]. Et hæc contra non cauentē inducta ſunt: ſin autē aliquis non facit, vel nō præſtat quod facere aut præſtare debet, etiam pro futuro tempore ſtatim condemnabitur. vt cum locator non præſtat frui ipſi colono, vel ſi colonus è diuerſo deſerit habitationem, etiam pro ſequentibus Contra non cauentem an ſtatim fiat executio.

1 l. ii. qui admitt. ad bono. poſſ. C.
2 per c. ij. de conceſ. præb.
3 per c. ne pro defectu. de electio. ext.
4 c. licet. de ſupplen. præ. negl. & c. quia diuerſitatem. & ibi Panor. de conceſs. præb.
5 c. iij. de præb. lib. vj. & ibi glo.
6 l. ſi de præſc. lōgi temp. in fi. & l. ſicut. in fi. de præſcrip. xxx. anno.
7 l. voluit in fi. ſup. de inter. acti.
8 in l. capite quinto. ad l. Iul. de adult. inf.
9 c. at ſi clerici. de iudic.
10 Socy. in fallēt. reg. lxij.
11 per hunc tex.
12 l. Ariſto. §. fi. inf. de donat.
13 per hunc tex. & l. ſi fundo venduto. inf. eo.
14 l. eum qui ædes. de vſucap.
15 l. nane. inf. eo.
16 l. ſi dictum. §. in ſtipulatione. inf. eo.
17 l. j. C. eo. et l. ſerui. inf. eo.
18 l. ſi grege. de lega. j. l. ſi cui. ſup. quod cuiuſque vniuer. l. proponebatur. ſupr. de iudic.
19 l. locum. §. cōdemnatio. inf. de ad exhibē. noto. in l. quemadmodum. ſup. de indic.
20 l. in lege Aquilia. ad l. Aquil. ſup.
21 in l. ex empto. §. vlt. ſup. de act. emp.

tibus annis quibus locatio facta eſt, ſtatim condemnatio & exactio fiet [1]. & hoc propter culpam non præſtantis receptum eſt: quod ſi culpa vel dolus abeſt, dies expectabitur [2].

1 *l. ſi in lege. §. ſi domus. et l. ſi colonus. ſup. locat.*

2 *l. in illa ſtipulatione. de ver. oblig. Paul. de caſt. in d. l. ſi in lege. §. ſi domus.*

ILLVD. L. IIII.

Dolus tutoris.

AN ex promiſsione & facto tutoris, pupillus obligetur ſuperius diximus [3].

3 *in l. iij. ſi ſeruus. de trib.*

SERVI. L. V.

HANC legem require ex his quæ poſuimus in l. j. ſupra eod. titul.

SI FVNDVS. L. VI.

Conſuetudo loci contractus videnda.

HVC poſſunt annecti ea omnia quę copioſiſsime doctores prodiderunt in l. cunctos populos. de ſumma trinit. & fid. cathol. At ex hoc textu aperte efficitur, cõſuetudinem loci in quo fit contractus ſpectãdam eſſe [4]. quod indubie omnes recipiunt in his quæ ad litis deciſionem pertinẽt. Proinde ſi quo loco conſuetudo eſt, vt teſtamentum ſine indictione valeat, extraneus in eo loco teſtamentum faciens etiam de rebus alibi ſitis iuſte & ſolenniter teſtatus eſſe videbitur, ſi illam conſuetudinem obſeruarit [5]. Sic ſi in aliqua ciuitate moris ſit, vt duobus teſtibus teſtamentum valeat: teſtamentum aduenę qui ibi fuerit teſtatus, valebit apud omne territorium [6]. His accedit quod cum aliquis contraxit in loco in quo ex conſuetudine maior viginti annis non reſtituitur, ſi is apud aliud tribunal agat, vbi ius commune exercetur, reſtitutio erit inhibenda, ſi maior annis viginti contraxit, licet minor xxv [7]. Præterea pro confeſſo eſt, ſemper ſpectari locum contractus, quo-ad voluntariam iuriſdictionem [8]. Sed hæc non habent locum in caſu l. exigere. de iud. vbi notatum eſt. Nec verò omittendum eſt quod placito CVRIAE Pariſienſis continetur, eius qui patrimonium habet in diuerſis regionibus, quarum vna moribus alia iure regitur, bonorum diuiſionem fieri debere, ſecundum diuerſas locorum conſuetudines, petique legitimam ex locorum varietate. quod alibi Io. Fab. docet [9].

4 *fac. l. j. de emanc. lib. C. l. magis puto. §. ne paſſim. de reb. cor. inf. l. j. de vſur. inf.*

5 *Guid. pap. q. cclxij. in deciſ. Gration.*

6 *Ale. in l. j. pen. colũ. de ſum. trinit.*

7 *Bar. Iaſ. & omnes in l. ij. de eo quod cert. loc. ſupr.*

8 *l. vlt. de mil. teſt. inf.*

9 *in l. j. de ſacroſ. eccleſ.*

VENDITOR HOMINIS. L. VIII.

AN in eo quod intereſt reputando lucrum veniat, poſuimus in l. numis. ſup. de in lit. iur.

QVIDAM. L. XII.

QVI affuit venditioni rei ſuæ tacens, & poſteà pretium recipit aut partem, venditionem approbat, & in eo ſibi ius facit: aliâs non [10].

10 *l. Caius. ſup. de pig. act. & ibi pono fuſius.*

BONITATIS. L. XIII.

Bonitatis æſtimatio ad tẽpus contractus referenda.

NOTA in euictione bonitatis æſtimationem fieri, quæ fuit tempore contractus. Sic qui condemnatur ad pretium & æſtimationem rei, quod forſitan ſine culpa ſua deſierit rem poſſe præſtare, debet æſtimationem rei reddere, ſecundũ tempus quo fuit res data, nec tempus iudicij inſpicietur [11]. Sic in ea inſpectione qua quæritur an aliquis ſit deceptus, in hoc vt beneficium reſtitutionis, aut propter deceptionem vltra dimidium pretij habeat, inſpicitur tempus contractus, & venditionis [12], Sed in euictione tractatum eſt, an æſtimatio ſit taxanda ex pretio conuento, an verò ex pretio communi: & hoc magis eſt: cùm enim leges ſimpliciter edicunt

In euictione an pretiũ conuenti an commune diſpici debeat.

11 *l. Titia. ad ſi. inſ. de iur. dot.*

12 *l. verum. §. ſi locupletis. de minor. ſup. l. ſi volũtate. de reſcind. vẽd. C.*

fieri æſtimationem rei, id interpretamur communiter, nõ ex eo quod ſingulariter potuit conueniri [1]. quanquam Bartolus nihil affirmet [2]. Et hoc ex hoc textu videtur conuinci: nam ſi tempus contractus debet diſpici in æſtimatione facienda, profecto id intelligitur quanti res fuit tempore contractus communiter, ne ſi conuentum pretium diſpiciamus, nulla quæſtio ſit: cùm illud & contractus & poſteriore tempore ſemper ſit idem.

Evicta re. L. xvi.

AN actiones quas habeo ratione rei durent in perſona mea, poſteaquam rem alienauero, vel à me illa fuerit euicta, vide hunc textum: & alibi etiam nonnulla retulimus [3].

Vindicantem. L. xvii.

QVI mihi vendidit rem alienam, & poſteà dominium rei nactus eſt, expeditum eſt confirmari mihi dominium [4]. Ex quo neceſſario euenit, vt non poſſit ex aliqua cauſa à me eam rem euincere, cùm is mihi euictionem & authoritatem debeat contra alios [5]: multò vero magis contra ſe, per hunc textum [6]. Neque ſolùm venditor qui emptori de euictione obligatus eſt, rem non poteſt euincere: ſed idem placuit etiam in eo venditore, qui euictionem præſtare non ſolet: vt ſi ponas creditorem vendere pignus: quamuis enim nõ timeat euictionis periculum, non tamen is poterit euincere [7]. Sed mirationem facit, quòd quanquàm fideiuſſor venditoris euincere nõ poſſit: tenetur enim de euictione [8]: fideiuſſoris tamen hæres, ex ſua perſona poſſit [9]: qui caſus ſpecialis eſt. Dignum verò notatu eſt, quòd ſi emptor venditori euincenti non oppoſuerit exceptionem, poſſit tamen alio iudicio, ſtipulatione duplæ, vel ex empto actione in venditorem agere [10]. nec enim nouum eſt, vt qui ſuccubuit in lite per modũ exceptionis, poſſit etiã regredi per modũ actionis [11]. quod & aliàs fuſius [12].

Qui mihi de euictione tenetur non euincit à me.

Fideiuſſor venditoris non euincit, ſed eius hæres ſic.

Si pro re pvpilli. L. xxii.

§. Si pro evictione. Pertinet ad ea quæ notantur in l. ſi res quam. inf. eo. tit.

Si rem qvam mihi. L. xxiiii.

SI rem alienam mihi vendideris, cuius nomine lis mihi intenditur, agentem te ad pretium repellam exceptione doli [13], niſi offeras fideiuſſores pro euictione [14]. eadem exceptio multò magis mihi prodeſſe debet, ſi rem illam à vero domino, vel ex vendito, vel ex donato, aut legato ſim conſecutus: hîc enim rectius eſt vt ubi ad pretium non ſim obligatus, per hunc textum. imò ſi pretium ſoluiſſem, mihi repetitio daretur [15]. Et quod ante dictum eſt, locum habet cum pretium non eſt ſolutum, vt ei qui rem alienam vendiderit, pretium petenti obſit exceptio: at ſi pretium ſolutum eſt, non continuo euictio competit eo nomine quòd res aliena ſit: ſed requiritur litem motam, & per ſententiam rem ablatam eſſe [16]. Quando autem emptor renuntiet venditori litem motam, tempus non eſt finitum: ſed ſufficit denuntiari eo tempore quo ius ſaluum eſſe poteſt venditori ad exceptiones, & defenſiones proponendas: & ſic ante ſententiam [17]. poſſet quoque iſta teſtatio fieri in cauſa appellationis ex ſententia Baldi [18]. Cum in ea ſit

Rem alienam vendens an agat ad pretium.

Denuntiare quando poſſit emptor venditori.

1 *l. pretia rerum. inf. ad l. Falc. l. ſi ſeruum. ad l. Aquil. ſup.*
2 *in l. 3. ſup. eo.*
3 *in l. ſiue manifeſtus. §. tandem. ſup. de cõd. furt.*
4 *l. proinde. de reb. cred. & l. cum vir. de vſuca. l. vlt. ad fi. de eaſt. pecul. noto in l. ſi quis alienã. ſup. de act. empt.*
5 *l. ex empto. §. vlt. & ibi, glo. ſup. de act. empt.*
6 *& l. exceptione. C. eod. fac. l. cum in eo. ſup. de pact. l. cum hæreditas. inf. de adm. tut. l. frater à fratre. ſupr. de cond. indeb.*
7 *l. & ſi is. de diſtrac. pig. ſuprà.*
8 *d. l. exceptione. C. eo.*
9 *l. vlt. C. eo.*
10 *l. ſed & ſi. inf. eo.*
11 *l. j. de crim. exp. hær. l. ſi autem §. vlt. de negot.*
12 *in l. quod in diẽ. §. 3. ſup. de compenſ.*
13 *l. vlt. §. ex quadrante. de except. doli.*
14 *l. pe. §. vlt. ſup. de peric. & comm. rei vend. l. ſi poſt. C. eo.*
15 *l. ſi vendideris. ſup. eod. l. ſi cui ſub conditione. de act. empt.*
16 *l. habere licere. inf. eo.*
17 *per hunc textum.*
18 *in l. libera. de ſenten. et inter. omni. iudic. ſi. col.*

partibus integrum non probata probare [1]: & aliâs explicauimus [2]. Sed & illud annotatum eſt, vt cùm euincitur id quod ex cauſa lucratiua deſcendit, fiat denunciatio antequam iudicium accipiatur [3].

NAVE. L. XXXVI.

VIDE quæ habentur in l.j. ſupra eodem. quæ ad eandem ſententiam pertinet.

IN CREDITORE. L. XXXVIII.

ISTA lex annectitur his quæ ponuntur in l.ſi pignore.§. vlt.ſuprà de pigno.act.& etiam ſuperius hoc eodem titulo habes aliqua [4].

MINOR. L. XXXIX.

Triplex dominium.

TRIPLEX eſſe dominium, ex intellectu iuris ſatis efficitur de quo etiam ſuperius diximus: [5] directum dominium, vtile, & quaſi dominium. Pro directo placuit in rē actionem directam dari [6]: pro vtili, vtilem [7]: pro quaſi dominio etiam tertia actionis ſpecies applicatur, nēpe publiciana [8], quæ tam pro directo [9], quā pro vtili dominio datur [10]. Sed quæſitum eſt, an actione pro dominio ſimpliciter propoſita, dominium directum & vtile comprehenſum putetur, vt in vtroque obſtet rei iudicatæ exceptio: quod rectius dici Barto. affirmat [11]. At quaſi dominium ſententia non continebitur: ideóque victus debebit videre an ex aliqua cauſa, publicianam poſsit intendere, neque enim exceptione prioris iudicati repelletur, per hunc textum [12].

Sententia in vindicatiōe an obſtet in publiciana.

QVI FVNDVM. L. XLV.

Pertinet ad ea quæ ſingulariter ponuntur in l.qui fundum. §.qui agrum.de contrah.emp.ſuprà.

SI PIGNORA. L. L.

Creditor & executor euictionem non timent.

VT creditor iure pignoris vendens [13], ita & executor ad rem vendendam datus, de euictione nō tenetur, per hūc text. Sic nec iudex qui rem in ex cauſa iudicati adiudicat [14], nec teſtamenti executor [15]. Sed ſi de euictione cauerint, obligabitur is cuius nomine res eſt vendita [16]. Sunt enim miniſtri nudi, adeo vt actio ſine aliqua ceſsione, ex illis contractibus domino quæratur [17]. Non idem admittitur in procuratoris perſona, qui ſi de euictione procuratorio nomine cauerit, tenebitur ipſe [18], licet regreſſum poſteà in dominiū habeat.

SI PER IMPRVDENTIAM. L. LI.

Iniuſta ſententia data in emptoré non nocet venditori.

SINE diſtinctione dicitur, vt ſi iudex per inſcientiam vel dolum male iudicat, id damno ſit emptoris, nec illud à venditore emptori præſtari debere, etiam ſi nulla emptoris culpa arguatur, ſecund. Bal.& Bart. hîc contra glo Si tamen præſente venditore iniqua ſentētia fuiſſet reddita, nec is appellaſſet, magis eſt vt regreſſus emptori contra venditorem detur [19].

SI IDEO. L. LV.

HANC legē ſatis potes intelligere ex his quæ in eodem genere ſuperius diximus [20].

1 *l. per hanc. de temper. appel.C.*
2 *l. vlt.ſupr.quod cum eo.*
3 *l. qui concubinam. §. ſi hæres.infrà de legat. iij.*
4 *in l.vindicātem.ſupr.eo.*
5 *in l.j. ſi ager vectig. vel emphy.peta.*
6 *toto tit.de rei vindi.*
7 *toto tit.ſi ager vectig.l.j. §.quod autem.de ſuper.*
8 *ex tit.de publ.in rē act. l.j.de ſuperficieb.infr.*
9 *l.ij.de publi.ſuprà.*
10 *l.cùm ſponſus. §. in vectigalibus.de public.*
11 *l.in l.ſi mater. §.eandē. per illum tex.de except. rei iud. Inno.& Panor. in c.a.cæterum.de iudic.*
12 *Bar.hic.& d. l.ſi mater. §.eandem.*
13 *l.j.C.cred.pig.euict. non deb.l.& ſi is.de diſtrac. pign.ſuprà.*
14 *per Bald. in l. ſi ob cauſam.C.eod.*
15 *l.qui erat hæres.fa.ercis. Bar.in l.alio.in ſi.de ali. & cib.leg.infr.*
16 *d.l.qui erat hæres.l.ſi ob cauſam.C.eo.Bart.in d. l.alio.*
17 *l.qui autem. § ſi.ſup.de conſt.pecu.vbi noto.*
18 *l. procurator qui. ſuprà de procu.pono in l. Plautius.ſupr.de procur.*
19 *l. Herennius.§.Caia.infra eod.*
20 *in l.qui repudiantis. §. cùm contra.de inoſ.teſt.*

SI DICTVM. L. LVI.

Venditor non agit ſi ſponte reſtituerit.

SI COMPROMISERO. Sententia generalis Africani eſt, de euictione non agi niſi in iudicio res fuerit euicta[1]. Ideo emptor ex compromiſſo damnatus, non habet authoritatem in venditorem: cùm nulla neceſsitate id fecerit, per hunc textum. Idem eſt ſi tranſegiſſet[2], vel iuraſſet[3], vel ſi confeſſus fuiſſet[4]. nemo enim eum compromittere, tranſigere, aut confiteri cogebat. Si tamen aliqua neceſsitate coactus id fecit, finge forſan eum compulſum ex lege ſtatuti fuiſſe vt compromitteret, aut tranſigeret, habebit euictionem[5] Idem eſt quoties iurare cogeretur vel referre[6]. quamuis hoc ipſo videatur habere iuſtam cauſam iuramenti recuſandi, cùm id illi poſſit eſſe captioſum[7]. Nec omitto quod aliâs ex facto iudicatum ſcio, eum qui promiſit Titio indemnitatem in aliqua cauſa, in nihilum teneri ſi Titius tranſegerit[8]. Ex quibus non id effici volumus, vt non ſit licitum emptori ſi rem agentis eſſe cognouerit, eam reſtituere etiam ſine ſententia: hoc enim illi integrum eſt[9], propter bonam fidem quam etiam in alterius diſpendium debemus agnoſcere[10]. ſed debet id liquido conſtare: aliâs ſi emptor reſtituat, amittet euictionem vt ſuprà diximus. *Emptor bonã fidẽ agnoſcit.* Quod autem pertinet ad §. *Pupillo*, fuit quæſtionis, an pupillis & minoribus citatio aut denunciatio fieri poſsit: & expeditum eſt neque infantes[11], neque minores quatuordecim annis citari poſſe[12]: ſiue tutorem habeant, ſiue non[13]: quod & Placito CVRIAE Pariſienſis comprobatum eſt[14]. *Pupillis an denunciatio fiat.* ſufficeret tamen poſt citationem iudicium ſuſcipere, vel cum tutore ſolo, vel cum pupillo authoritate tutoris[15]. At adultus poterit euocari ſine curatore[16]. *Item adultis.* tamen iudicium cum eo acceptũ ſine curatoris authoritate ſi quem habet, non valebit[17]: idem dicitur & ſi non habet[18], nam quamuis adultus contrahens cum curatorem non habet, legitimè & vtiliter contrahat[19]: non idem placuit ſi iudiciũ ſuſcipiat. ſed his quę de pupillo diximus, videtur obſtare, quod hîc Paulus cenſet pupillo denũciari poſſe: quod intellige ad commodum ſuum: & latius vide per glo. hîc, quam Bartolus & Alexander tenent[20]. Id enim ſpeciali beneficio pupillis & minoribus indultum eſt, vt quę alias valitura non ſunt, effectum habeant ſi ea ad illorum compendium pertinent[21]. nemo enim ad petendam reſtitutionem eſt cogendus[22].

HABERE. L. LVII.

IN Eandem ſententiam vide quæ dicuntur in l. ſi quis mandatu. ſup. de neg. geſt.

HAERES SERVVM. L. LVII.

Euictio rei donatæ an ſit.

VT In rebus donatis redhibitio non eſt[23], ſic nec euictio. nec enim lex patitur eum qui ex liberalitate ſua conuenitur, de euictione rei donatæ teneri, niſi ſi is in dolo fuerit[24], vel niſi à pactione initiũ habuerit donatio[25]. Sic & quæri ſolet, an beneficio euicto teneatur collator de euictione: quod ita admittit Panormitanus[26], ſi ſciens alij debitum, cõtulit huic à quo euictum eſt: aliâs vix eſt vt teneatur: niſi is eſſet cui neceſſariò debebat conferre. *Euictio beneficij.* nam cùm verè donator hoc caſu

non

1. *l. non tamen ei. ſupr. eod. l. vtique. de rei vin. ſup. vbi noto.*
2. *l. ſi ſuſpecta §. quamuis. ſupr. de inof. teſt.*
3. *Bar. & Alexand. in l. manifeſta. de iureiur.*
4. *Panor. in c. pe. nu. 30. de re iudic.*
5. *arg. huius tex. & Bal. hic.*
6. *l. manifeſta. & ibi Alex. & Fulg. de iureiur.*
7. *per ea quæ not. in l. ſi pater. de iureiu. & Alex. in d. l. manifeſta.*
8. *per tex. in d. l. ſi ſuſpecta. l. à ſententia. §. j. de app. l. iij. ſupr. de tranſ.*
9. *l. ex empto. §. idem. ſup. de act. empt.*
10. *l. quoties. §. ſicut. de admin. tut. l. Quintus. mand.*
11. *l. qui litigandi. in princ. de in ius voc. ſuprà.*
12. *l. neque impuberes. de in ius voc. ſuprà.*
13. *per tex. in l. ſed ſi ex ſtipulatu. de verb. oblig. & ibi Alex. vlt. col.*
14. *Die 8. Iulij. anno. 1544.*
15. *l. j. §. ſufficit. de admin. tutor. infrà.*
16. *d. l. j. §. in cauſis. de admin. tut. & ibi Bart. & Bal. in l. vlt. ſi propt. public. penſit.*
17. *l. cùm & minores. ſi aduerſ. rem iud.*
18. *per tex. vnicũ in l. acta. §. vlt. de re iud. Bart. in d. l. cum & minores.*
19. *l. iij. de in integ. reſt. C.*
20. *in l. ſi ſtipuler. cum ſeq. de verb. obl. inſ.*
21. *l. non eo minus. de procu.*
22. *l. ſi iudex. ſup. de mino.*
23. *l. ad res don. ſup. de adilit. adict.*
24. *l. Ariſto. ad fin. inſ. de donat.*
25. *l. j. de iur dot. C.*
26. *in c. cum ſecundum. de præb. cum gl. fin.*

non ſit, cum officij, aut mãdati neceſsitate fecerit [1], tenebitur aliud cõferre [2]. In legato autem euicto ferè diſtinguitur, vt ſi in ſpecie legatum eſt, nõ debeatur euictio: quia res talis qualis eſt, ab hærede eſt præſtanda [3]. Sin autem in genere, euictionẽ hæres debebit. nam equo generaliter legato, parum honeſtè & ex bona-fide facit hæres, qui mihi alienum tradit, per hunc textum [4]. Sed & recipitur, vt ſi legata ſpecies in legitimam imputari debeat, euictio eius debeatur [5]. Huc pertinent quæ dixi in l. creditor. §. Filiæ. ſup. de act. empt.

Euictio legati.

SI RES QVAM A TITIO. L. LIX.

EX His quæ ſuperiore lege diximus, deſcendit & iſte caſus: vendidi tibi fundum, tu donaſti vel legaſti Mæuio, deinde res eſt euicta: quia certum eſt Mæuium in te donatorem agere de euictione non poſſe [6], an contra me regredi is poſsit, quæritur. Et verum eſt nullam me hoc nomine euictionis actionem timere, niſi tu ei ceſſeris omne ius quod habes in me, per hunc textum: vel niſi non eſſet donatio ſimplex, ſed remuneratoria [7]. Sed nec tu qui à me emiſti rem, quam poſtea Mæuio donaſti, de euictione contra me ages: cùm tua non interſit. & hoc Bartolus, Angel. Paul. & Alexander tenent [8]. Non idem dicitur, ſi non donaſſes, ſed rem ex titulo oneroſo ceſsiſſes: putà mulieri rem diſtraho, quam poſtea in dotẽ dat, melius eſt vt ea de marito euicta, agat mulier & me authorem laudet [9]. Nam promiſsio dotis cauſa oneroſa eſt [10]. Sic cum pater rem emptam in dotem dat filiæ, ſi euincitur à filia, aut eius marito, de euictione in venditorem aget [11]: cuius magni intereſt dotatam filiam habere: & in dotando potius debitum exolui, quàm liberalitas exerceri dicatur [12].

Donatarius euictus an agat in authorem donantis.

HERENNIVS. L. LXIII.

PERTINENT Ad hanc legem ea quæ habes in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorãtes. ſup. mand. vbi quæritur an procurator, emptor & fideiuſſor appellare teneantur, vt poſtea regreſſum habere poſsint. Et quod dicit hîc gloſ. plerunque credi eum qui victus eſt, malam cauſam habere, rationem habet: ſemper enim pro ſententia præſumimus quo-ad contrarium probetur [13]: ſi modo eã ſolennitatẽ habet, quæ iure prodita eſt [14]. Sic dicimus eum fruſtratoriè appellaſſe, qui in appellatione victus eſt. ſed hoc ita verum eſſe didici, ſi ex eiſdẽ actis, non ſi ex aliis eſt victus [15].

Qui vincitur præſumitur male litigaſſe.

REM HAEREDITARIAM. L. LXV.

APTE Dicitur, per conſenſum, non autem per rem indiuiduam, effici duos reos. quamuis enim in obligationem veniat indiuiduum, non tamen ideo effici creduntur duo rei. [16] Ideóque ceſſabunt ea iura quæ de duobus reis inducta ſunt: [17] vt priuilegium cedendarum actionum, item ea quæ loquuntur, an factum vnius alteri noceat [18]. Similiter dicitur eos qui ex maleficio inſolidum tenentur, pro duobus reis non haberi: neque enim ad idem tenentur, neque vnius ſolutio alium liberat [19]. At hoc in duobus reis ſecus dicitur [20]: quod Bartolus notat [21].

Plures obligati non dicuntur duo rei.

1 *l. rem legatam. de adimend. legat. infrà.*
2 *c. inter. & ibi Panor. & glo. de præb.*
3 *l. ſi à ſubſtituto. de leg. j.*
4 *& l. qui concubinam. §. ſi hæres. infrà. de leg. iij.*
5 *per l. ſcimus. in princ. & ibi Bal. de inoff. teſta. C.*
6 *Per ea quæ ponuntur in l. prox. ſupr. eo.*
7 *l. idemque. §. vlt. ſupra mand. Barto. in l. Iulianus. §. vlt. de verb. obli. infrà.*
8 *in l. Iulianus. §. vlt. de verb. oblig. & gl. hic.*
9 *l. ſi pro re. §. vlt. ſupr. eo. l. pater. infra eo.*
10 *l. ex promiſsione. infr. de act. & obli. & ibi noto.*
11 *l. pater. infr. eo.*
12 *l. vlt. de dot. promi. C. l. j. de lucrat. deſcrip. impe. lib. x. C.*
13 *c. in præſentia de renũ. extra.*
14 *per c. quoniam cõtra. de prob. vbi Panor.*
15 *gl. & Bar. in l. vlt. de re iudi. infrà.*
16 *Per hunc tex. Bart. in l. ij. q. j. de duob. reis.*
17 *Per Authen. hoc ita. de duob. reis. C.*
18 *l. in lege Falcidia hoc eſſe obſeruandum. inf. ad l. Falci. l. ſi duo. Si quis caut. l. ſi vnus. de pact.*
19 *l. itẽ Mela. §. ſi plures. ſup. ad l. Aqui. l. ſi quis id. de iuriſd. om. iud.*
20 *l. in duobus. §. vbi. de duob. reis. ſup.*
21 *in l. vlt. iij. q. de duobus reis.*

SI CVM VENDITOR. L. LXVI.

CVM Res diuiditur, vel à iudice, vel à partibus, certum eſt ius euictionis deberi [1]: nam diuiſio inſtar emptionis habet [2]. Si verò diuiſio fit ab ipſo teſtatore, non debebitur euictio [3], niſi iure exceptionis [4]. tamen quatenus portio adiudicata cedit in legitimam, debebitur euictio etiam actionis iure [5]. cui annecte quod & in eodem genere ſupra diximus [6]. An vero debeatur euictio ei qui contentus certa parte hæreditatis, ſe abſtinuit, pono in l. creditor. §. filiæ. ſup. de act. emp. & nota quia ſingulare eſt.

In diuiſione quæ fit à teſtatore an ſit euictio.

CVM EA CONDITIONE. L. LXVIII.

QVOD Hîc fere nouiſsima reſponſi parte dicitur, pertinet ad ea quæ ponuntur in l. ſi nomen. ſup. de hæredit. vel action. vendit.

QVI LIBERTATIS. L. LXVIIII.

HANC Legem citamus in l. emptorem. §. vlt. ſuprà de act. empt. vbi quęritur an quoties actum eſt vt non ſit euictio, ſaltem venditor obligetur ad pretium reddendum re euicta.

PATER. L. LXXI.

IN Hanc ſententiam nonnulla paulò ſuperius diximus [7].

1 *l. itē. com. diuid. in fi. & ibi. & l. ſi familiæ. C. famil. ercis. vbi vide glo. l. ſi fratres. com. diuid.*
2 *l. j. comm. vtriuſq. iud. C.*
3 *l. ex parte. §. vlt. fam. erciſ. ſuprà.*
4 *l. cum pater. §. euictis. de leg. ij. & ibi Bar. & in l. qui Romæ. §. vlt. in fi. de verb. oblig.*
5 *l. ſcimus. in prin. de inof. teſt. C. l. hæres percepto. ad Treb. infrà.*
6 *in l. ſi paterfamilias. fa. erciſc.*
7 *l. ſi res quam. ſup. eod.*

De exceptione rei venditæ & traditæ.

MARCELLVS. L. I.

EX Hoc textu [8] manifeſtè impletur eum qui rem meam mandatu meo vendidit, quem procuratorem ſpecialiter datum interpretor, fidem de pretio habere poſſe, niſi euidenter oſtendatur me mandaſſe, ne res traderetur nō ſoluto pretio: quamuis contrarium Bartolus [9] reſponderit. De quo aliâs videfuſius [10].

Fidem pretij habet procurator ſpecialis.

SI A TITIO. L. II.

AN Dominio ſuperueniente authori meo, confirmetur mihi dominium habes in l. ſi quis alienam. ſuprà de act. empt. Similiter & in pignore ſuperius diximus [11].

Dominium accedens authori an' profit ſucceſſori.

8 *§. ſi quis rem.*
9 *in l. j. de procu. Cæſar. & in l. à Diuo Pio. §. ſi poſt addictū. de re iud. inf.*
10 *in l. cuicunque. §. ſi ei quem. de inſtit. ſuprà.*
11 *in l. rem alienam. ſup. de pign. act.*

LIBER VICESIMVS SECVNDVS PANDECTARVM.

De vſuris & fructibus, & cauſis & omnibus acceſsionibus & mora.

HIC Non præter rem quæri poſsit quid vſuræ centeſimæ, quid ſemiſſes, quid trientes in iure ſignificent. Et Alciatus [12] ex Harmolai Barbari & Socini authoritate defendi poſſe exiſtimat, vſuras cēteſimas dici, cùm numi duodecim quotannis in centenos accipiuntur. Semiſſes verò cùm de centenis ſeni. Trientes

Vſuræ.

Centeſimæ trientes & ſemiſſes.

12 *c. ſ. lib. ij. diſpunct.*

tes cùm de centenis quaterni. Ita fit vt centeſimo menſe in centeſimis vſuris ſors ſit refecta. Et hoc etiam Budæus probat [1]. Et de calculo & reputatione vſurarũ multa apud Connanum libro ſeptimo commentariorum relata ſunt [2].

1 *libro j. de aſſe.*
2 *cap.j.ſicert.pet.*

Cvm ivdicio L. i.

IN vſuris (inquit Papinianus) conſuetudo regionis in qua contrahitur, ſpectari ſolet. Cui annectitur quod ſuperius poſui in eodem genere [3]. Quod autem in hac lege [4] dicitur non pertinere ad iudicem de futuris vſuris ſententiam ferre, fuſius habes in l. non quemadmodum. ſupr. de iudiciis. Planè & illud addendum eſt, tractum futuri temporis ad iudicem nihil pertinere, ſi tempore rei iudicandæ, id quo de agitur, futurũ eſt: nam ſi iudicio iam conteſtato illud euenerit, quanquam principio litis non conſtitiſſet, id iudici incumbit [5]: adhibita ea temperatione quam retulimus [6]. Itẽ quia de vſuris quæritur, omittendum non eſt, ea quæ fere de vſuris toto iure ciuili explicãtur, iure pontificali corrigi [7]: imò & ex ſententia & interpretatione Codicis [8]: adeo vt ciuitatum adminiſtratores de vſuris ſoluendis & contrahendis ſtatuta dictantes, ſint excommunicati: imo & omnes ij qui vſurarum contractus extra peccatum ponunt [9]. Solent tamen numerari aliquot caſus, quibus etiam placatis Canoniſtis vſuræ capi poſſunt: putà venditor rem tradidit, neque pretium recepit: hîc cum ratione dicitur, poſſe eum contra emptorẽ agere, & vſuras nomine eius quod intereſt conſequi [10]. perpetuum eſt enim vſque ad legitimum eius quod intereſt modũ, vſuras capi poſſe [11]. Huic ꝓximũ eſt, quod maritus recipiens pignus pro dote, licite & iure permittente fructus facit ſuos, neque ſorti imputat [12]: cùm tamen ſit cautum, creditorem fructus quos percepit: debere ſorti & debito acceptò ferre, nam id vſurarum crimen habet [13]: niſi in re quã pignori accipit, haberet directum dominium, & debitor vtile: vt ſi ponas vaſallum, vel emphyteutam domino oppignerare fundum ſiue beneficium [14]. Extat quoque placitum Cvriae Pariſienſis [15], quo hæredes qui traxerant ſolutionem legati quod dotis nomine teſtator nothæ ſuæ legauerat, ad vſuras medij tẽporis damnati ſunt. Alios ſimiles caſus quibus vſuræ à canonibus permittuntur, retulit Abbas [16]. Adde quòd eccleſia ratione peccati habet imperium & notionem in vſurarium etiam ſecularem [17]: & coactio ad reddendas vſuras, eſt miſti fori: poteritque fieri per iudices profanos [18]. Nec omittendum eſt non ſolùm Gallorum conſtitutionibus, ſed etiam pontificiis decretis [19], approbari conſtitutiones penſionum quæ pro pecunia fiunt: vt cum pro M. D. aureis promittis mihi ſingulis annis centum aureorum pẽſionem: quia enim quandiu ſoluis penſionem, ſortem abs te non poſſum auferre, id non eſt vſurariũ: ſed magis pro portione venditionis eſt. Si tamen redditus ille in mutui contractu fieret, vſuram habere Cvria Pariſienſis ſtatuit [20]. vt ſi ponas centum mihi mutua te dediſſe, ea lege vt ſi certo die illa non reddam, debeã tibi aliquot numos penſionis ergo. Poterit autem redditus pecunia creatus quandocunque redimi, etiamſi ne redimeretur lex in contractu dicta eſt: vt eadem Cvria iudicauit [21].

Tractus futuri temporis an ad iudicem pertineat.

Dicta in vſuris corrigũtur iure vtroque.

Caſus quibus pendi poſſunt vſuræ.

Eccleſia habet notionem in laicum vſurarium.

Penſionis præſtatio pro pecunia an ſit vſuraria.

3 *in l. ſi fundus. ſuprà de euict. & in l. exigere. de iudic.*
4 *§. ſocius ſideo.*
5 *l. ædiles etiam. §. item ſciendum. de ædi. edict. ſupr. l. non ſolum. de rei vind. ſuprà.*
6 *d. §. item ſciendum.*
7 *toto tit. de vſur. in anti. & libr. vj.*
8 *gl. & doct. in l. j. de ſum. trini. & fid. catho. C. per illum text.*
9 *cle. vna. de vſur.*
10 *gloſ. in l. ij. C. de vſur. & in l. curabit. de act. emp. gloſ. in c. conqueſtus. de vſur. & ibi Panor.*
11 *ſecund. Azon. in l. j. C. de ſacroſanct. eccl. Bald. in l. ij. de vſur. rei iudic.*
12 *c. ſalubriter. de vſur.*
13 *c. j. de vſur. extrà.*
14 *c. conqueſtus. & ibi Panor. de vſur.*
15 *Cal. Martijs. anno 1538.*
16 *in d. ca. conqueſtus.*
17 *per tex. in c. j. & ibi Panor. extra eod.*
18 *per tex. in c. poſt miſerabilem. de vſu. & ibi Panor. gloſ. in verb. vſuris. in cle. vl. de iudi. Bal. in l. eos. §. vlt. C. eod. Paul. & Iaſ. in l. ſi non ſortẽ. in princ. per illum text. de cond. indeb. ſuprà.*
19 *extra in ag. j. & ij. de em. & vend. Panor. in c. in ciuitate. ad fin. de vſur.*
20 *Die 8. Decem. anno 1533.*
21 *Die ij. Apri. anno 1549.*

Volgo. L. II.

HVNC textum de actionibus ſtricti iuris intelligunt omnes,in quibus generale eſt, vt vſuræ non à die moræ, ſed à lite conteſtata computentur.quod aliâs fuſius in l.cùm fundus.ſuprà ſi cert.pet.[1].

In fideicommissi. L. III.

MAXIMA controuerſia eſt inter magiſtros iuris à quo tempore legatarius fructus rei legatæ faciat ſuos. Quædam enim leges à lite conteſtata [2],quædam à mora [3], quædam verò à die aditæ hæreditatis [4].In quo primùm ponendum eſt,legatum rectà ad legatarium tranſire à die mortis [5]: adeo vt adita hæreditate videatur retro fuiſſe ipſius legatarij, ſi legati dominium ſpectes [6]. ſed non idem eſt quo-ad fructus, qui omnes ante hæreditatem aditam lucro hæredis cedunt [7]. Cui conſequens eſſe Baldus [8] voluit, vt ſi fructus non adita hæreditate ſint percepti à legatario, debeant reſtitui ipſi hæredi [9]. At vbi adita eſt hæreditas, cum æquitate dicitur, hæredem nõ facere fructus ſuos, qui rem alij legatam non ignorat, & ita in mala-fide ſit [10].quòd ſi ignoret (& hoc in obſcuro potius credendum eſt [11])debebuntur fructus à die moræ,ſi mora ſit cõtracta [12], ſin minus,à tempore iudicij accepti,ſiue litis conteſtatæ [13]:quo tempore qui in mora,vel mala-fide non erat,incipit moram & malam-fidem habere [14]. Cui ſententiæ maximè conſentanea ſunt ea quæ in l. vinum. ſuprà de reb.cred.adſcripſimus.nec vtimur eorum opinione [15],qui à lite conteſtata ſolùm,vſuras in legatis deberi definierunt:nam hoc multarum legum tenorem labefactat [16].

Fructus rei legatæ à quo tẽpore debeãtur.

Qui autem melius res tam contrarias & diſſipatas ſimul colligarit,habebo gratiam. Planè ſicut mala-fides quæ per litis conteſtationem contrahitur, eſt altera leuior: quòd qui ſolum lite conteſtata in mala-fide ſtatuitur,periculum rei non timeat,at alter obligetur periculo [17]:ita & mora quæ ſolùm per litis conteſtationem venit,hòc minus grauis eſt quàm alia,quòd lata ſententia nõ debebuntur fructus ab eo qui ſolùm lite conteſtata moram contraxit, niſi poſt quatuor menſes qui condemnatis ex lege [18] dantur,per hunc tex.à quo ſi non diſcedis,habes mirabilẽ temperationẽ ad ea quæ ſuperius poſuimus.nã eo caſu neque à die aditæ hæreditatis,neque à lite conteſtata, aut ſentẽtia reddita, ſed à quatuor mẽſibus poſt iudicatũ putandis fructus debebũtur.Hîc enim vt ſatis ex tex.colligitur [19], erat lata ſentẽtia de reſtituendo fideicõmiſſo, deinde ceſſanti hęredi in reſtituẽdo aliud iudiciũ dictauit fideicõmiſſarius: in quo iudicio ſecundo habebit is fructus & cõmoda vſque ad ſententiã,intermiſſo tẽpore quod iudicatis datur,hoc eſt deducto aut prætermiſſo,ſi quidẽ antè hæres in mora non fuit:aliâs tẽpus moræ ſpectaretur ad fructus reſtituẽdos [20].nec tẽpus illud quod iudicatis benigne concedi ſolet,eis proficiet in hoc,vt fructus lucrari poſſint:id enim ſpatiũ debitoribus qui in mora ante iudiciũ acceptũ fuerint, dilationẽ affert,non lucrũ:vt hoc text. Itaq; quod vulgo valuit [21],eum qui condẽnatus eſt non ante debere vſuras,quàm præterierit tẽpus legitimum,iudicatis indultũ miſerationis cauſa:non videtur locum habere,ſi antequam ad iudicem perueniretur, mora aliqua in debitore arguatur. quod

Fructus non debentur à lite conteſtata niſi præcedat mora.

ex hoc

1 & noto in l. videamus. infra eod.
2 l.j. & l. vlt.de vſur. & fruct.leg.C.
3 l.ſi quis ſeruo. & l. Titia.§.vſuras.de leg. ij.l. ſi cui.de cond. & demõ.
4 l.Herennius.j.infr.eod.l. quæſitum. infrà de acquir.rer.domi.
5 l.à Titio.de furt. infrà.
6 l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus. de leg.j.infr. l.huic ſcripturæ.ad leg.Aquiliam.ſuprà.
7 l.quod ſeruus.de lega. ij. & l.nihil.§.vlti.de leg. j.infrà.
8 in l.j.C.de vſur.legat.j. colum.
9 per tex.& glo.in d.l. nihil.
10 l.quæſitum. infr. de acquir.rer. domi.d.l. Herennius.infr.eod.
11 l.qui in alterius. de reg. iuris. l. verius.infrà de proba.
12 l.ſi quis ſeruo. & l.Titia.§.vſuras.de leg. ij.l. equis.infr.eo.l. qui ſolidum.§.etiam.de lega.ij.
13 l.j.& vltim.C. de vſur. leg.C.
14 l.certum.C. de rei vind.
15 Cora.lib.ij. Miſcel.c.vij.
16 d.l. ſi quis ſeruo. & l.j. §. belliſſime. vt legati nomi.caueat.
17 l.illud.de peti.hær.ſupr.
18 l.ij. & iij. de vſuris rei iud.C.
19 in princ.ibi,cùm poſt iudicis.
20 vt l.equis.j.& ij.infr.eo.
21 l.j.ij.& iij. de vſuris rei iud.C.

ex hoc textu conuincitur, & ſine ratione non eſt. Nam in contractibus bonæ-fidei vſuræ debẽtur à tempore moræ [1]: in ſtricti iuris, à lite conteſtata, ſi mora præceſsit [2]. ergo eius temporis quod iudicatis poſt ſententiam datur, vſuræ debebuntur. Cui conſequens eſt, vt ſi mora non præceſſerit in ſtricti iuris iudiciis, vſurę non debeantur, niſi poſt ſententiam & legitimũ tempus [3]. Hæc etſi dura ſunt, ita tamen lex ſcripta eſt. neque mihi res videtur aliter teneri poſſe.

Poſt ſentẽtiam an fructus debeantur.

§. IN HIS QVIDEM IVDICIIS. Hic textus mihi ſemper difficilis iudicatus eſt. Qua enim ratione & æquitate id fieri poteſt, vt in actionibus ſtricti iuris actori poſt litem conteſtatam omnis cauſa ſit præſtanda in diem quo ſentẽtia dicitur: at poſt rem iudicatam, neque fructus, neque acceſsiones debeantur: ſed tempus illud ſit à fructibus dependendis immune: cùm reddita ſententia efficiatur mora contumacior, quàm ſolùm lite conteſtata. Sed melius eſt rem ita conſtituere, vt dicamus hîc rem fuiſſe peremptam: quo caſu vſitatum eſt, vt qui in mora eſt, debeat fructus non tantùm vſque ad diem interitus, ſed rei iudicatæ, vt alibi Iuriſconſultus docet [4]: poſt verò minime, per hunc textum: quod & aliâs dixi [5]: aliter res iudicata proficeret ei qui & in mora eſt, & cõtra quem iudicatum eſt. quod non recipimus [6]. Nam qui reſtituere per ſententiam iuſſus eſt, ſi non reſtituit, non tamen lucratur fructus poſt ſententiam, ſi rem habet [7]: at re perempta, vſque ad ſententiam fructus pendet, vt hoc textu dicitur [8].

Rogatus reſtituere quicquid peruenerit.

Rogatus reſtituere quicquid ſupereſt.

Simpliciter rogatus.

§. NONNVNQVAM. De reſtitutione fructuum in fideicommiſſo ſingulari, ſupra dictum eſt [9]. quid autem in vniuerſali, habes per gloſſ. in l. in fideicommiſſariam. infrà ad Trebellianum. [10] & nos etiam ſuperius nonnulla [11]. Propius verò ad textum ſic res temperanda eſt, vt cum aliquis rogatur reſtituere poſt mortẽ vel aliud tempus, quicquid ad ſe peruenerit, nõ videatur grauatus de fructibus [12]. Nam in dubiis hoc tempus gratia hæredis adiectum eſſe ſuſpicamur, vt ex reſponſo ſequente apparet [13]. non idem receptum eſt, cum hoc modo reſtituere grauatus eſt, *quantacunque pecunia ad te peruenerit, eam pecuniam omnem reſtituas*: hîc enim fructus reſtitutionem ſequuntur propter generale verbum, *pecunia*, & illa duo verba, *quantacunque*, & *omnem*. Et ita intelligunt omnes legem Baliſta. infrà ad Trebellianum [14]. Quòd ſi rogatus eſt reſtituere quicquid ſupererit ex vniuerſis bonis, ſeruatur quod hîc dicitur. Item de tali fideicõmiſſo poterit diminuere rogatus, modo id bona-fide faciat [15]: nec tenebitur de omnibus bonis quicquam reſeruare fideicommiſſario præter quartam [16]. Diuerſum placuit in eo qui ſimpliciter rogatus eſt hæreditatẽ reſtituere, non adiecta clauſula, *quicquid ſupererit*: nam nihil diminuere aut alienare poteſt [17]. niſi certis caſibus, vt pro dote dãda, vel reſtituenda [18]. & hoc etiam Guido Papæ refert [19]. Quòd autem pertinet ad §. cùm Pollidius, alibi aſcribetur [20].

SI STIPVLATVS SIS. L. IIII.

Stipulatio rem dari, aut rem tradi an habeat fructus.

IN ſtipulatione rem dari agitur præciſè ad dandum [21]: & ſic non ſuccedit obligatio ad id quod intereſt: fructus verò à lite conteſtata veniunt [22]. In ſtipulatione rem tradi venit id

1 *l. mora. §. in bonæ-fidei. & l. videamus. inf. eod.*
2 *l. cùm fundus. vbi noto. ſi cert. peta.*
3 *per hunc text.*
4 *l. Iulianus. §. ver. §. ſuprà de rei vind.*
5 *l. iij. de tritic. ſuprà.*
6 *l. euidenter. infr. de excep. rei iud.*
7 *l. qui reſtituere. ſupr. de rei vind.*
8 *& l. Iulianus. & l. fructus. de rei vind.*
9 *ead. l. in prin.*
10 *& doctor. in l. iubemus. ad Treb.*
11 *in l. Papinianus. §. ſi conditioni. cum ſeq. de inoff. teſtamen.*
12 *l. hæredes mei. in princi. infr. ad Treb. l. quod his verbis. de leg. iij.*
13 *ibi, cum Pollidius. & l. ſi ita relictũ. §. Pegaſus. de lega. ij. l. cùm tempus. de reg. iur. l. cum. de annuis legat. infr.*
14 *Barto. Angel. Paul. & Alex. in d. l. Baliſta.*
15 *vt hîc. & l. Titius. infr. ad Treb.*
16 *authẽ. contra rogatus. C. ad Trebel.*
17 *l. vlt. §. pe. & vlt. cõmu. de lega. C.*
18 *auth. res quæ. C. commu. de lega.*
19 *in q. ccccxx. in deci.*
20 *l. ſi ita ſcriptum. §. Pegaſus. de leg. ij. infr. vide Dec. in l. cùm tempus. de reg. iur.*
21 *l. vbi autem. §. vlt. infr. de verb. obliga.*
22 *l. ſi filius fa. §. j. de verb. obliga. l. cùm fundus. & ibi noto. ſupr. ſi cer. peta.*

quod intereſt à mora [1], & per conſequens fructus, non tanquam fructus (neque enim in ſtricti iuris iudicium hi veniunt ex mora [2]) ſed tanquam id quod intereſt. nam ſi id quod intereſt à mora venit, ergo & fructus: cum reputationem vtilitatis augeat ratio fructuum, quos reus potuiſſet percipere: vel eo maxime quòd lucrum in eo quod intereſt, contineatur [3]. Non eſt igitur ea diſtinctio tralatitia, vt quidam exiſtimauerunt, aut à ſententia legum aliena: cum ex ea neceſſariò conſequatur, quod exemplis doctores probauerunt [4]. poſuimus aliqua in l. ratio. §. j. ſup. de act. emp. Cum autem ſimul & rem dari, & rem tradi ſtipulatione comprehenduntur, fructus venient, per hunc textum [5].

Fructus vel id quod intereſt.

CVM DE IN REM VERSO. L. VI.

Præſtatio penſionis an obliget præſtātem ad futurā præſtationem.

VERVM Eſt quod Gofridus ſcribit [6], eũ qui petit certam pecuniam vel aliquid aliud, ſolo eo proſpectu, quòd aliàs fuit multoties ſoluta, ſuccumbere: & hoc innumeris authoritatibus confirmatur [7]. quod tamen intellectum habet, niſi tanto tempore eſſet præſtitum, vt initij non reſtaret memoria. nã hoc tam longum tempus pro titulo eſt [8]. Qui autem ſibi pecuniam, vſuras aut penſionem dari intendit, non hoc tantum nomine, quod aliæ aliquando præſtationes factæ ſint, ſed adiungit cauſam, quam probare nititur ex curſu longi temporis, vincet. & ita omnes hũc textum intelligunt [9]. facile enim contra præſtantem inducitur tituli probatio ex diutina præſtatione cenſus, ſi adiecta cauſa eſt [10]. Sic ex præſtatione cenſus, ſubiectio probatur [11], ſi de cauſa conſtat: aliàs enim cùm poſsit ex multis cauſis penſio præſtari etiam à non ſubiecto, imo & ab exempto, vix eſt vt ex ſola præſtatione inducatur probatio ſubiectionis [12]. Sic ex ſententia Bartoli [13], cùm ruſticus ſoluit ſingulis annis par caponum, & nulla cauſa in promptu eſt: nemo dixerit teneri eum futuro tempore ad præſtationem. At cum cauſa affertur, eáq; ex diutina poſſeſsione probatur, ſatis obligatio induci credita eſt ex hoc textu. Sed videndum ne aliud ſit, ſi ius commune ei qui allegat eiuſmodi præſtationem, refragatur: hîc enim obtentum eſt vt verè cauſa & titulus probentur [14]. Quinimo nec huius legis præſumptio locum habet, ſi ſimul pro pluribus annis præſtatio facta eſt [15]: nam longi temporis tractus hoc textu requiritur. Sic quod dici ſolet, eum qui tribus annis proximis ſoluerit, præſumi retro ſoluiſſe [16], non eſt verum ſi vna vice pro tribus annis dicatur facta ſolutio [17]. Item nec iſta lex locum habet, cùm variè & inæqualiter præſtationes factæ ſunt. finge vno anno par caponum, alio decem data eſſe: non enim ex vſu inæquali & vario præſcriptio inducitur [18], nec conſuetudo [19]: & hoc Bartolus notat [20]. Hæc autem rectè dicuntur contra facientem & præſtãtem, an ſcilicet inducatur præſcriptio ex diutina eius præſtatione: contra eſt in negligente & non faciente. nam qui per decem annos non ſoluit penſionem, non ideo iure poteſt intendere ſe liberatũ eſſe: niſi in debito odioſo & vſurario [21]: aliâs enim præſcriberentur actiones perſonales decem annis, quod falſum eſt [22]. de quo vide fuſius apud Bartolum [23], & Panormitanum [24]. Et præclarum eſt quod hîc ad finem legitur, &

Cauſa adiicienda.

Non præſtans per longũ tempus an liberetur.

1 l. ſi fundum certa. infr. de verb. oblig.
2 d. l. cum fundus.
3 l. vna. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. ſcrib. in l. nummis. de in lit. iuran.
4 in l. ſi filiusfamil. §. j. de verb. oblig. & Bart. in l. videamus. §. ſi actionẽ. infr. eo.
5 Bar. in d. l. videamus. §. ſi actionem.
6 in c. vlt. de cauſ. poſſeſ.
7 l. ſi certis annis. C. de pact. l. creditor. de vſur. l. vlt. C. ne vxor pro marito.
8 l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua pluu. arc. inf.
9 Bar. & gl. hîc. & in l. ſolent. de offic. procon. & Panor. in c. vlti. de cau. poſſ. & propr.
10 l. litibus. & ibi gloſ. de agric. & cenſit. lib. xj. C. & c. peruenit. de cenſib.
11 d. c. vlt. de cau. poſſeſ. & prop. & ibi Panor.
12 c. conſtitutus. de religio. domi. Io. And. in c. quoniam. de priuil. Panor. in d. c. vlt.
13 hîc in vlt. col.
14 per text. in c. j. de præſcrip. lib. vj.
15 Bart. in l. creditor. C. de vſur.
16 l. quicunque. de apoch. publ. lib. x. C.
17 Iaſ. in tit. de iur. emphy. nu. 135. & 136.
18 l. quod autem. de ſeruit. vrb. præd. ſup.
19 doct. in l. de quibus. de legib.
20 in d. l. ſolent. §. j.
21 l. qui ſemiſſes. & l. cum quidã. §. diuus. infr. eo.
22 in l. ſicut. de præſc. xxx. ann. C.
23 in d. l. ſolent.
24 in d. c. vlti. de cauſ. poſſ. & in c. peruenit. de cenſibus.

Præſtatio vſurarum probat ſortem principalem.

gitur, ex præſtatione vſurarum per longum tempus certi debiti nomine, probari debitum ſubſiſtere. Sic qui vſuras alicuius ſummæ promittit, ipſam ſummam videtur promittere [1]. Sic qui in inſtrumento ſcripſit ſe plus recepiſſe quàm receperit, ſi pro toto conueniatur, exceptione quidem non numeratæ pecuniæ defenditur [2]: habet tamen ad reſiduum actionem [3]: & hoc ſingulare eſt, & à paucis animaduerſum.

DEBITOR. L. VII.

Oblatio cum cõſignatione.

TRIPLICITER fieri poteſt oblatio: vnà cùm res ipſa offertur in ſubſtantia, & recuſante creditore deponitur, vel conſignatur: idque pro iuſta ſolutione eſt, habétque eos effectus qui lege proditi ſunt [4]. Sic & fideiuſſor qui debitum obtulerit, & non receptum conſignarit, mãdati agere poteſt [5]. His conſequens eſt, vt debitor qui hoc fecerit, iuſtè à creditore petat apocham ſiue liberationem debiti [6]. Eſt & oblatio realis quæ tamen conſignationem non habet: & ea habet aliquos effectus, quos alibi perſtringit glo. [7] Datur quoque tertia oblationis ſpecies quæ verbo fit, cùm quis offert ſe paratum ſoluere: de qua alibi fuſius diximus [8]. Poteſt addi & quarta oblatio quæ in folle fit, & ſacco obſignato: de qua & aliâs tentamus [9].

Oblatio ſine cõſignatione.

Oblatio verbalis.

Item in ſacco.

EQVIS. L. VIII.

PERTINET ad id quod ponitur in l. ij. fideicommiſſi. ſupra eod.

PECVNIAE. L. IX.

In puris obligationibus mora fit interpellatione.

§. VSVRARVM. Quædam obligationes puræ ſunt, quædam verò habent diem, quædam conditionem; aut etiam modum [10]. In his quæ purè ſunt, conſtitit, ad faciendam moram interpellatione opus eſſe [11]. De his verò quæ diẽ habent magnopere addubitatũ eſt. Placet tamẽ crebrior opinio, vt lapſus diei in mora conſtituat, nec interpellatio requiratur: quod hic tex. ſatis probat, *Vſurarũ ſtipulatio* (inquit Papin.) *quãuis debitor non cõueniatur, cõmittitur* [12]. Idẽ recipimus ſi à lege dies appoſitus eſſet [13]. ex quo illud Iuriſcõſulti eſt [14], *Eius quoque temporis quo interpellatus non eſt pœnam deberi*. Sed hoc nõ eſt perpetuũ. Cum enim cõtrahentes ſunt diuerſi fori, diem pro homine nõ interpellare magis eſt. nam obtinuit creditoré debere ire vel mittere ad ędes debitoris [15]. Alias limitationes retulit Iaſon in l. ſi ex legati. de verb. oblig. [16] nec mutat quod dici ſolet diem videri adiectũ gratia debitoris [17]: ideóq; nec per euẽtũ diei cõſtitui debitorem in mora, vt fuſius recentiores explicant [18], bene enim dicimus diem & tempus exiſtimari adiectum fauore debitoris, hoc eſt, ſpatium illud ſiue interuallum temporis [19]: negare autem caſum ſiue momentum diei aduenientis, non magis proficere creditori quàm debitori, planè abſurdum eſt, vnde & miſeræ calendæ & triſtes doctis dicuntur, quòd ille temporis caſus ſit debitoribus infauſtus, quamuis medium interuallum fauorabile illis ſit. Diuerſum verò vſurpatum eſt in debito conditionali, in quo conditionis euentus non cõpellat, nec in mora conſtituit: ante enim non erat nata actio: at non eſſet æquum vt quo die obligatio creatur, eodem aliquis in mora conſtitui dicatur [20]. Nec verò iſtæ obli-

In obligationibus ad diem, non eſt opus interpellatiõe.

In conditionalibus obligationibus euentus cõditionis non facit moram.

1 *l. ij. de dot. promiſſ.*
2 *tot. tit. de non. num. pecu. C.*
3 *l. ſi voluntate. C. de dot. prom.*
4 *l. accep. tam. de vſur. C.*
5 *l. fideiuſſor qui. de fideiuſſ. inf.*
6 *l. j. de ſuſcep. & arcar. lib. x. C. & ibi Bar.*
7 *in l. acceptã. in ver. vel ipſas pecunias. de vſuris. C.*
8 *in l. fundus. ſup. de reſcind. vend.*
9 *d. l. fundus.*
10 *§. omnis. inſtit. de verb. obli. & l. obligationum. inf. de actio. & oblig.*
11 *l. mora. inf. eo. noto l. ratio. §. cum per venditorem. de act. empt. & ibi glo.*
12 *item per text. in l. magnam. C. de contrah. & committen. l. ſi fundus. §. ſi. de l. commiſ. ſup.*
13 *e. potuit. de locat. l. ij. de iure emphyt. C.*
14 *in l. traiectitiæ. in prin. inf. de oblig. et actionib.*
15 *per tex. gl. & Bar. in l. item illa. de conſti. pec. & ibi. noto.*
16 *& Socy. in reg. xx.*
17 *l. cum tempus. de reg. iur. inf.*
18 *Aemylius in tracta. de mora. nu. xx.*
19 *l. ſi ita relictum. §. Pegaſus. de leg. ij.*
20 *l. quod dicimus. de ſolut. Bar. in l. quoties. de verb. obl. inf.*

gationes iis quæ diem habent, rectè comparabuntur: cùm in obligationibus ad diem, ante diem actio ſit nata [1].

GAIVS SEIVS. L. XI.

AN lucri ad damnum compenſatio admittatur, vel inhibeatur, habes in l. ſi negotia. de neg. geſt. ſuprà.

SEIA. L. XII.

HANC legem repete ex his quæ ſuperius poſuimus [2].

QVI SEMISSES. L. XIII.

ISTA lex annectitur his quæ ſuprà poſuimus in l. cum de in rem verſo. eo. tit. vbi citatur.

RESPONDIT PAVLVS. L. XIIII.

AN à mora aut lite conteſtata fructus fideicommiſſarium ſequantur, ſuprà tractatum eſt [3].

CVM QVIDAM. L. XVII.

QVOD dicitur hîc in §. Diuus [4], eum qui per legitimum & lõgum tempus non ſoluerit vſuras, præſcripſiſſe actionem perſonalem vſurarum, in vſurario debito tantum exauditur, propter odium vſurarum: aliâs enim actiones perſonales non præſcribũtur, niſi triginta, aut quadraginta annorum ſpatio [5]: quod aliâs ſuſius demonſtratum eſt [6]. Præterea ſcitum eſt quod hîc eadem lege dicitur [7], eum qui non ſoluit, quia non habebat legitimam perſonam cui ſolueret, non videri morã contraxiſſe. Idem eſt ſi mortuo creditore nullus eſſet cui ſolutio fieret, ſorte non adita hæreditate: nam eius temporis mora inculpata eſt [8]. Ex quo dici poſsit, emphyteutam qui triennium ceſſauit in ſolutione canonis, quia cui ſolueret non habebat, cùm forte mortuus eſſet dominus & vacaret hæreditas, non cadere in commiſſum [9]. Sic nec qui promiſit iudicio ſiſti, deſertæ promiſsionis argui poteſt, aut omnino dici ad edictum non reſpondiſſe, ſi ideo non venit, quòd eo tempore nihil actum fuiſſet [10].

Non eſt in mora qui non habet cui ſoluat.

§. FISCVS. In iis quæ ex præſenti poſſeſsione pendent, præſens poſſeſſor ſpectari ſolet: & ideo qui emit à fiſco aut eccleſia, in cenſu dependendo non vtetur priuilegio anteceſſorum [11]: ſolet enim fieri diſtinctio temporum ſecundum diuerſos poſſeſſores. Vnde fiſcus non præſtabit vſuras pro contractu in quo ſucceſsit priuato, licet priuatus anteceſſor ſoluere conſueſſet [12]. ſed verum eſt ad ſoluendum eatenus fiſcum teneri, quatenus priuatus poſſedit, hoc eſt, pro toto tepore quo in poſſeſsione priuatus fuit: & ita intellige hunc textum [13]. vnde Pariſienſis CVRIAE Decretis continetur, vt quanquam ſpeciali priuilegio Rex damno expenſarum litis multari non ſoleat, ſi tamen ſuccedat priuato, pendet expenſas pro anteriori tempore. Ex his non ineleganter quæritur, priuatus vendidit eccleſię, an eccleſia teneatur ad onera & tributa quibus antea priuatus. In quo ferè obtinuit, vt ad onera perpetuò inſita & immutabilia eccleſia teneatur. Licet enim eccleſiæ & clerus non ſint in poteſtate Imperatoris aut Regum, eorum tamen bona & prædia in ea cauſa ſunt, vt legibus Regni alligentur [14]. Sinautem ſint onera variabilia & repentina, quæ quotidie in capita ex nouis edictis imperari ſolent, magis eſt vt eccleſia, aut clerici ab illis abſoluantur

Fiſcus priuato ſuccedens priuati iure vtitur.

Eccleſia emẽs an teneatur oneribus.

1 *l. qui mandatũ. vbi adſcripſi. ſup. mand. l. j. in fi quan. dies vſusfr. leg. ced.*
2 *in l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. ſup. de pig. actio.*
3 *l. in fideicõmiſsi. ſup. eo.*
4 *& l. qui ſemiſſes. ſup. eo.*
5 *l. ſicut. de præſ. xxx. vel xl. anno. C.*
6 *in l. cum de in rem verſo. ſup. eo.*
7 *in §. ſi pupillo.*
8 *l. pecuniæ. in fi. ſup. eod.*
9 *vide Decium in l. qui in alterius. de reg. iur.*
10 *l. arbiter calendis. de arbit. ſup.*
11 *l. licitatio. §. vlti. inf. de publica.*
12 *l. fiſcus. de iur. fiſ.*
13 *fac. l. Imperatores. et ibi Bar. de public.*
14 *l. vlt. de exact. trib. lib. x. C. & ibi Bar.*

tur [1].Et hoc Panormitanus probat [2]. Sic intellige eas leges quæ eccleſiæ aut clericis tributorum & vectigalium immunitatem concedunt [3].Similiter & qui emit ab eccleſia,non vtiq; priuilegiarius eſt,ſed ad onera & collectas tenetur, vt dixi [4].

1 *ſ.ex.c.j.§.j. de iur. patrõ. lib. vj.*
2 *in c.vlt. de ele. non reſi. vlt. col.*
3 *c.quanquam. de cenſib. lib. vj. l.placet. de ſacroſanct. eccle. C.*
4 *& Bar. in l.licitatio. §. vlti. de public.*

SED ET SI REIPVBLICAE. L. XXIII.

Mora quando in rem contrahitur.

HABES hîc caſum quo mora fit in rem, etiamſi nulla arguatur fruſtratio eius qui conueniendus eſt: nempe cum nõ adeſt is vnde petitur. Item in rem mora cõtrahitur & ſine interpellatione, contra eum qui deliquit [5]. ſed & fauore minorum fit mora in rem in bonæ-fidei contractibus & teſtamentis [6]. Verum hoc priuilegium interpellatur, cum hi peruenerint ad legitimam ætatem [7]. Et hoc minoris beneficium ad eccleſiam perducitur [8]: nã eccleſia minori comparatur [9]. Quodam etiam caſu in maioris gratiam mora in rem ſolet contrahi: nempe cum maior aliquis vendit & tradit rem nõ recepto pretio: hîc enim benignè placuit, emptorem qui fructus rei capit, ad id quod intereſt vel vſuras teneri [10], etiam iure canonico authore, vt ſupra monuimus [11]. & eo caſu maior à minore non differt.

Mora realis pro maiore fit.

5 *l.j. de iis quæ vi met. cauſ. C. l. vlti. de condi. fur. l.j. §. rectiſſimè. & l.pen. de vi & vi arma.*
6 *l.in minorũ. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ.*
7 *l.Titia. §. vſuras. de legat. ij.*
8 *glo. in §. item mixta. de act. & ibi Iaſ.*
9 *c.auditis. de ĩ integ. reſ.*
10 *l.curabit. de act. emp. et Bart. ibi. C.*
11 *in l.j. eod.*

SI QVIS SOLVTIONI. L. XXIIII.

Geſtor an interpellet.

§. MORA. Ex hoc reſponſo efficitur, negotiorũ geſtorem agere, & conſtituere poſſe in mora debitorem domini, cùm tamen non habeat actionem [12]. Sed vide quod ponimus in l. ſi quis inficiatus. depoſi. ſup.

12 *l.ſi pupilli. §. vlt. ſup. de nego. geſt.*

QVI SCIT. L. XXV.

Bona fides durat.

DE fructibus poſuimus aliqua in l. fructus. ſup. de rei vindi. vbi apud gloſſ. res late explicatur [13]. Quòd vero hîc ad finẽ [14] dicitur, eius qui bonę-fidei eſt, ſemper perſtare bonã fidẽ quoad fructus, donec res ſit euicta, & eos lucrari, mirè aduerſatur l. bonæ-fidei. §. in cõtrariũ. inf. de acqui. rer. dom. cui contrario glo. duas ſolutiones affert, & eas leues. Mihi certe res ſolui poſſe non videtur: malo enim deſyderari in me diligentiam, quàm accuſari ſtultitiam meam.

13 *in l.ex diuerſo. illo titu.*
24 *in §. bonæ-fidei.*

MORA. L. XXII.

Mora duplex.

MORA alia fit re, & eam irregularem doctores appellant [15], quæ interpellationem debitoris non requirit: & de ea ſuperius nonnulla annotauimus [16]. Alia ex perſona eſt, cuius (vt inquit Pomponius) difficilis eſt definitio, quãquam Accurſius & ſequaces in eo genere mire ſint occupati. Nobis autem abunde ſatis eſt intelligere quomodo mora fiat. Fieri verò dicitur ſi quis interpellatus opportuno loco, non ſoluerit. Ex quo conſtat interpellatione opus eſſe, ſufficitque extra iudicium interpellaſſe [17]: niſi iis caſibus quos diximus in l. ſed ſi alia. de conſtit. pecunia. Cùm enim pura obligatio eſt, prius moneri debet ad ſolutionem is vnde petitur, quàm ad iudicium euocari [18]: aliâs ſi nulla præcedente teſtatione, creditor eum ad iudicem intrare coegerit, in expenſas condemnatur. Et hoc Panormitanus reſpondit [19]. Sic qui ex inſtrumento authentico & executionem habente, executionem facit per viatorem, ante monitionem debitori factam, non ex ordine facit, & talis executio decreto CVR. Pariſienſis [20] nulla

Qui mora fiat.

Non debet reus ad iudicium euocari niſi ante monitus ſit.

15 *Bal. & alij in l.in minorum. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſa.*
16 *l.ſed et ſi. §. vlt. ſup. eod.*
17 *l.qui vxori. & l.denunciaſſe. inf. de adult. gl. in l.vinum. in princ. ſup. ſi cert. pet. glo. in l.qui Romæ. in prin. de ver. obli.*
18 *l.quidam Hyberus. & ibi Pan. & Bal. de ſerui. vrb. ſecũd. cõmu. ĩtel.*
19 *in c.licet Hel. de ſimon. nume. xiij.*
20 *die vj. April. an. 1540.*

& inutilis declarata eſt. Sic nec ſententię executio fieri debet, niſi primo fuerit factum edictum debitori vt iudicatum faciat [1]: non enim primum manu à miliari incipiendum eſt [2], quanquam illud inter omnes conueniat, poſſe recta fieri executionem ſine vocatione & nuntiatione, ſi in eadem re fiat quæ ſententia continetur, vt fuſius Alexander retulit [3]. Huic ſententiæ conſequens erit, vt qui conuentus in iudicio ex ſyngrapha, mox confitetur, non ſit condemnandus in expenſis, ſed is tantum qui negauit, & poſtea confeſſus vel conuictus eſt [4]. Quòd ſi obligatio diem habeat vel conditionem, an interpellatione opus ſit ad cōſtituendā morā: ſuprà poſuimus [5]. Habet autem mora effectus aliquos quos hîc glo. perſtringit: facit enim æſtimari rem pluris propter vtilitatem, ſiue id quod intereſt. de quo aliâs copioſius [6]. & facit teneri ad vſuras & fructus, vt alibi diximus [7]. Item obligat periculo rei, ſecundum ea quæ ponuntur in l. quod te mihi. ſup. ſi cert. pet. vbi latius.

Effectus moræ.

Interpellatio procuratori facta in mora nō conſtituit.

§. ET NON SVFFICIT. Ad conſtituendam moram debet opportuno loco fieri interpellatio, vt dictum eſt: item ipſe debitor eſt interpellandus, non ſeruus aut procurator. Licet enim proteſtatio & denuntiatio poſsit procuratori fieri [8]: non tamen ex ea dominus in mora conſtituitur, vt hîc: quod aliâs fuſius [9]. Sed cum domino denuntiatum eſſet, & poſtea placuit diſcedi ab inſtantia, mora emendatur, vt cum creditor debitori ſuo quem compellabat, dat dilationem, ex eo enim videtur fieri diſceſſus à prima mora, & quaſi illius facta remiſſio, veluti per actum contrarium [10]: & ita hunc textum [11] intellige ſecundum Baldum hîc. Si enim, inquit ille, nullus actus contrarius & derogans primæ denuntiationi, eſſet ſecutus, mora ex vna denuntiatione ſemel contracta eſt, quæ per ſolam omiſsionem vel eremodicium non tollitur [12]. Sed videndum eſt, ne id verum non eſſe manifeſte hoc reſponſo demonſtretur: de quo ſi verè volumus iudicare, is ſenſus erit, aliquando euenire poſſe vt ſola nūtatio à domino facta non ſufficiat ad moram: nempe ſi poſtquam interpellarit is, ſui copiam faciente debitore, omiſerit inſtantiam, & minime in propoſito perſeuerarit: hîc enim licet expreſsim dominus nō remittat primam denuntiationem, magis eſt ne videatur contracta mora. vt vere dici poſsit eam vna denuntiatione non ſemper creari. at vbi ſemel fuerit contracta ſemper perdurat: & ita debemus interpretari quod pro communi opinione vulgo ex iureconſulto affertur [13], vt de mora non de interpellatione loquatur. pro quo & illud eſt, quòd in multis reſponſis ſepius interpellatio facta legitur [14]. quam ſententiam contra reliquos Coraſius in Miſcellaneis complexus eſt [15]. Nec multum dici poſsit, & alibi probamus [16], in is quæ extra iudicium expediri poſſunt denuntiationes eſſe peremptorias. nam id ad faciendam moram nō rectè didicitur. ſic denūtiationem procuratori fieri poſſe dicimus [17]: non tamen ex ea dominus in mora ſtatuitur, per hunc textum [18]. & quod ab omnibus magna conſenſione dicitur geminatam nuntiationem efficere vt mora non poſsit emendari [19], rationem habet eo caſu quo prior teſtatio in mora debito

Mora purgatur data dilatione.

Litera explicata.

Vna interpellatio an faciat moram.

1 l. qui reſtituere. de rei vindi ſup. eo. et ibi Bar.
2 d. l. qui reſtituere & l. j. §. neceſſario. ſi mul. vent. no.
3 in l. à diuo pio. §. in vēditiōe. de re iud. aute. eo.
4 Auth. de trien. & ſemiſſ. §. ſtudium. et ver. omnes. et Bal. in Auth. contra qui. in ſi. de non num. pecu.
5 in l. pecunia. §. vſurarum. eo.
6 in l. vinum. ſup. ſi cert. pet.
7 l. cum fundus. ſup. ſi cert. pet.
8 l. actione. §. item ſcriptum. pro ſoc. l. denuntiaſſe. ad l. Iul. de adul.
9 d. l. actione. §. renuntiare.
10 l. Aemylius. & ibi noto. ſup. de minorib. fac. l. ad ſolutionem. de re iud. C.
11 in ver. cum etiam.
12 l. Titia. §. vſuras. de leg. ij.
13 l. Titia. §. vſuras.
14 l. qui Romæ. §. coheredes. de ver. oblig. inf. l. ſi mandatu Titij. §. ille aut ille. mand. l. Aemylius. de minor.
15 lib. ij. cap. vj.
16 l. ad peremptorium. de iudic.
17 per tex. in d. l. actione. §. item ſcriptum.
18 Bar & glo. in l. non poteſt videri. de reg. iur. inf.
19 l. traiectitia. §. de illo. de oblig. & act. Iaſ. in l. ſi ex legat. de ver. oblig. aute. in l. & ſi poſt tres ſi quis cautio.

bitorem ſtatuiſſet.neq; enim id verum putamus, vt ſemper ad moram ſæpius interpellare ſit opus:ſed id in diſquiſitione iudicis erit.cum ex ſententia huius reſponſi,an mora facta intelligatur,neque conſtitutione vlla, neque iuris autorum quæſtione decidi poſsit.aliquando igitur vna interpellatio ſufficit, aliquando plures : idque totum ex arbitrio iudicantis erit. Quod verò pertinet ad §. *In bonæ fidei*, aſcripſimus. in l. cum fundus.ſup.ſi cert.pet.[1] An autem mora patris aut fideiuſſoris dominum aut filium teneat: alibi cõmodius tractabitur [2].

VIDEAMVS II. L. XXXVIII.

In actionibus perſonalibus quãdo fructus veniant.

Vſuræ non ſeparantur à fructibus.

In actionibus in rem an fructus veniant, non eſt huius inſpectionis [3]. Nunc autem de actionibus in perſonam Paulus quærit:in quibus fere omnium conſenſus eſt, vt ſi bonæ-fidei ſint,à mora vſuræ & fructus debeantur [4]: ſi ſtricti iuris à lite conteſtata [5]:nec vſuræ à fructibus perceptis ſeparari debent, vt dicamus vſuras in ſtricti iuris iudiciis à lite conteſtata non venire ſicut fructus:quòd vſuræ niſi per ſtipulationem deberi non poſsint [6].nam ex Vlpiano vſuræ vicem fructuum obtinent,nec à fructibus ſeparantur [7].Nec huic ſententiæ contrarium eſt quod dicitur,niſi per ſtipulationem vſuras non venire:nam id intelligitur niſi quoties lege ſtatuitur, vt etiam aliis modis veniant.at lite conteſtata vſuras venire lex ipſa oſtendit [8].cum præſertim per litem conteſtatam & iudicium,æquè dicatur contrahi atque per ſtipulationem, vt nominatim Vlpianus indicat [9]. quam ſententiam & Coraſio placere animaduertimus [10].Igitur in ſtricti iuris actionibus fructus à lite conteſtata,non autem à die moræ debebuntur [11],ſed tamen veniet id quod intereſt [12]:quod certo certius eſt fructibus augeri.venient ergo fructus in ſtrictum iudicium à die moræ, non tanquam fructus, ſed tanquam id quod intereſt.quod interpretare vt docet Bartolus & alij [13],& etiam ſuprà admonui [14]: tamen cum ratione dicitur, vt quoties in actionibus ſtricti iuris peto quod eſt, aut fuit meum, fructus indiſtinctè veniant, vt hac lege in principio vſque ad §. *ſi actionem*. Semper enim reſtituendi verbo fructus continentur [15]. Cui conſequens eſſe Baldus [16] cenſet, vt ſi iudex aliquem condemnet ad rei reſtitutionẽ,fructus omnes veniant,ſi tamẽ certi ſunt:aliâs ſententia tanquam incerta non valeret [17]: quod ſuperius à nobis dicitur [18]. Eſt tamem caſus quo appellatione reſtitutionis fructus non veniunt,quem vide in Auth. idem eſt de Neſtorianis.C.de hæret.[19].

Fructus in ſtricti iuris actionibus quando debeantur.

Reſtitutio cõtinet fructus.

EQVIS II. L. XXXIX.

HANC legem require ex his quæ adduntur ad l. in fideicommiſsi.ſup.eo.

TVTOR. L. XLI.

Quatuor menſes iudicatis dati quando currunt.

HABENT condemnati quatuor menſes qui humanitatis gratia indulgeri dicuntur [20]:& hi à die ſententiæ currunt, vel ſi appellatum eſt,à die ſententiæ confirmatæ [21]:poſtea verò vſuræ debebuntur [22],item fructus [23]. Si tamen manifeſte appareret fruſtratoriam appelationem eſſe, & morandi cauſa interpoſitã,rectius dicitur vſuras à die ſentẽtiæ primę deberi, per hunc textum [24].Planè ſi confeſſus eſt reus, quadrimeſtre

1 *& vide quæ dicuntur in lege. in fideicommiſſi.ſup.eo.et l. videamus. ij.inf.eo.*
2 *l.cũ filius. inf. de verb. oblig.*
3 *vide quod dicitur. in l. cum fundus.ſup.de reb. cred.*
4 *vt in hac l. §. ex cauſa. & l.mora. §. in bonæ. ſup.eo.*
5 *vt inf.ea.l.§.ſi actionẽ. l.cum fundus. ſi cert. pet.*
6 *l.iij.de vſur.C.& l.Titius.de praſ.verb.*
7 *l.vſuræ.ſup.eo.*
8 *l.lite conteſtata.ſup. eo.*
9 *l.iij. §.idem. ſcribit.de pecul.ſup.*
10 *lib.ij.miſcell.cap.vij.*
11 *d.l.ſi actionem.*
12 *l. ſi fundum. de verb. oblig.inf.*
13 *in l. ſi filiusfa. inf. de verb.oblig.*
14 *in l.ratio. §.j.ſup. de act.emp.*
15 *vt hic.§.in f.tuiana.*
16 *in rub.de fruct. & lit. expenſ.*
17 *l.in ſumma.§. qui ſeruis.inf.de re ind.*
18 *in l.ex diuerſo. §. vbi. ſup.de rei.vind.*
19 *vide Decium in l.in cõdẽnatione.inf.de reg.iu.*
20 *l.ſi cum militi.§.j. ſup. de compen.*
21 *l.ij. de vſur. rei ind.C.*
22 *d.l.ij.& iij.*
23 *l.in fideicommiſſi. ſup. eo.vbi noto.*
24 *& l.vlt.& ibi.Bar. de re ind.& l.tutor.de appell.inf. Bal.in d.l.ij. C. de vſur.rei ind.*

fieri æſtimationem rei, id interpretamur communiter, nõ ex eo quod ſingulariter potuit conueniri [1]. quanquam Bartolus nihil affirmet [2]. Et hoc ex hoc textu videtur conuinci: nam ſi tempus contractus debet diſpici in æſtimatione facienda, profecto id intelligitur quanti res fuit tempore contractus communiter, ne ſi conuentum pretium diſpiciamus, nulla quæſtio ſit: cùm illud & contractus & poſteriore tempore ſemper ſit idem.

1 l.pretia rerum. inf. ad l. Falc. l. ſi ſeruum. ad l. Aquil. ſup.
2 in l. j. ſup. eo.

EVICTA RE. L. XVI.

AN actiones quas habeo ratione rei durent in perſona mea, poſteaquam rem alienauero, vel à me illa fuerit euicta, vide hunc textum: & alibi etiam nonnulla retulimus [3].

3 in l. ſine manifeſtus. §. tandiu. ſup. de cõd. furt.

VINDICANTEM. L. XVII.

QVI mihi vendidit rem alienam, & poſteà dominium rei nactus eſt, expeditum eſt confirmari mihi dominium [4]. Ex quo neceſſario euenit, vt non poſsit ex aliqua cauſa à me eam rem euincere, cùm is mihi euictionem & authoritatem debeat contra alios [5]: multò vero magis contra ſe, per hunc textum [6]. Neque ſolum venditor qui emptori de euictione obligatus eſt, rem non poteſt euincere: ſed idem placuit etiam in eo venditore, qui euictionem præſtare non ſolet: vt ſi ponas creditorem vendere pignus: quamuis enim nõ timeat euictionis periculum, non tamen is poterit euincere [7]. Sed mirationem facit, quòd quanquàm fideiuſſor venditoris euincere nõ poſsit: tenetur enim de euictione [8]: fideiuſſoris tamen hæres, ex ſua perſona poſsit [9]: qui caſus ſpecialis eſt. Dignum verò notatu eſt, quòd ſi emptor venditori euincenti non oppoſuerit exceptionem, poſsit tamen alio iudicio, ſtipulatione duplæ, vel ex empto actione in venditorem agere [10]. nec enim nouum eſt, vt qui ſuccubuit in lite per modũ exceptionis, poſſit etiã regredi per modũ actionis [11]. quod & aliàs fuſius [12].

Qui mihi de euictione tenetur non euincit à me.

Fideiuſſor venditoris non euincit, ſed eius hæres ſic.

4 l. proinde. de reb. cred. & l. cum vir. de vſuca. l. vlt. ad fi. de caſt. pecul. noto in l. ſi quis alienã. ſup. de act. empt.
5 l. ex empto. §. vlt. & ibi glo. ſup. de act. empt.
6 & l. exceptione. C. eod. fac. l. cum in eo. ſup. de pact. l. cum hæreditas. inf. de adm. tut. l. frater à fratre. ſupr. de cond. indeb.
7 l. & ſi is. de diſtrac. pig. ſuprà.
8 d. l. exceptione. C. eo.
9 l. vlt. C. eo.
10 l. ſed & ſi. inf. eo.
11 l. j. de crim. exp. hær. l. ſi autem §. vlt. de negot.
12 in l. quod in diẽ. §. j. ſup. de compenſ.

SI PRO RE PVPILLI. L. XXII.

§. SI PRO EVICTIONE. Pertinet ad ea quæ notantur in l. ſi res quam. inf. eo. tit.

SI REM QVAM MIHI. L. XXIIII.

SI rem alienam mihi vendideris, cuius nomine lis mihi intenditur, agentem tè ad pretium repellam exceptione doli [13], niſi offeras fideiuſſores pro euictione [14]. eadem exceptio multò magis mihi prodeſſe debet, ſi rem illam à vero domino, vel ex vendito, vel ex donato, aut legato ſim conſecutus: hîc enim rectius eſt vt tibi ad pretium non ſim obligatus, per hunc textum. imo ſi pretium ſoluiſſem, mihi repetitio daretur [15]. Et quod ante dictum eſt, locum habet cum pretium non eſt ſolutum, vt ei qui rem alienam vendiderit, pretium petenti obſit exceptio: at ſi pretium ſolutum eſt, non continuo euictio competit eo nomine quòd res aliena ſit: ſed requiritur litem motam, & per ſententiam rem ablatam eſſe [16]. Quando autem emptor renunciet venditori litem motam, tempus non eſt finitum: ſed ſufficit denuntiari eo tempore quo ius ſaluum eſſe poteſt venditori ad exceptiones, & defenſiones proponendas: & ſic ante ſententiam [17]. poſſet quoque iſta teſtatio fieri in cauſa appellationis ex ſententia Baldi [18]. Cum in ea ſit

Rem alienam védens an agat ad pretium.

Denuntiare quando poſsit emptor venditori.

13 l. vlt. §. ex quadrante. de except. doli.
14 l. pe. §. vlt. ſup. de peric. & comm. rei vend. l. ſi poſt. C. eo.
15 l. ſi vendideris. ſup. eod. l. ſi cui ſub conditione. de act. empt.
16 l. habere licere. inf. eo.
17 per hunc textum.
18 in l. libera. de ſenten. et inter. omni. Iudic. ſi col.

parti

partibus integrum non probata probare [1]: & aliâs explicauimus [2]. Sed & illud annotatum eſt, vt cùm euincitur id quod ex cauſa lucratiua deſcendit, fiat denunciatio antequam iudicium accipiatur [3].

1 *l. per hanc. de tempor. appel. C.*
2 *l. vlt. ſupr. quod cum eo.*
3 *l. qui concubinam. §. ſi hæres. infrà de legat. iij.*

NAVE. L. XXXVI.

VIDE quæ habentur in l. j. ſupra eodem. quæ ad eandem ſententiam pertinet.

IN CREDITORE. L. XXXVIII.

ISTA lex annectitur his quæ ponuntur in l. ſi pignore. §. vlt. ſuprà de pigno. act. & etiam ſuperius hoc eodem titulo habes aliqua [4].

4 *in l. vindicantem. ſupr. eo.*

MINOR. L. XXXIX.

Triplex dominium.

TRIPLEX eſſe dominium, ex intellectu iuris ſatis efficitur de quo etiam ſuperius diximus: [5] directum dominium, vtile, & quaſi dominium. Pro directo placuit in rē actionem directam dari [6]: pro vtili, vtilem [7]: pro quaſi dominio etiam tertia actionis ſpecies applicatur, nēpe publiciana [8], quæ tam pro directo [9], quā pro vtili dominio datur [10]. Sed quæſitum eſt, an actione pro dominio ſimpliciter propoſita, dominium directum & vtile comprehenſum putetur, vt in vtroque obſtet rei iudicatæ exceptio: quod rectius dici Barto. affirmat [11]. At quaſi dominium ſententia non continebitur: ideóque victus debebit videre an ex aliqua cauſa, publicianam poſsit intendere, neque enim exceptione prioris iudicati repelletur, per hunc textum [12].

Sententia in vindicatiōe an obſtet in publiciana.

5 *in l. j. ſi ager vectig. vel emphy. peta.*
6 *toto tit. de rei vindi.*
7 *toto tit. ſi ager vectig. l. j. §. quod autem. de ſuper.*
8 *ex tit. de publ. in rē act. l. j. de ſuperficieb. infr.*
9 *l. ij. de publi. ſuprà.*
10 *l. cùm ſponſus. §. in vectigalibus. de public.*
11 *l. in l. ſi mater. §. eandē. per illum tex. de except. rei iud. Inno. & Panor. in c. a. cæterum. de iudic.*
12 *Bar. hic. & d. l. ſi mater. §. eandem.*

QVI FVNDVM. L. XLV.

Pertinet ad ea quæ ſingulariter ponuntur in l. qui fundum. §. qui agrum. de contrah. emp. ſuprà.

SI PIGNORA. L. L.

Creditor & executor euictionem non timent.

VT creditor iure pignoris vendens [13], ita & executor ad rem vendendam datus, de euictione nō tenetur, per hūc text. Sic nec iudex qui rem in ex cauſa iudicati adiudicat [14], nec teſtamenti executor [15]. Sed ſi de euictione cauerint, obligabitur is cuius nomine res eſt vendita [16]. Sunt enim miniſtri nudi, adeo vt actio ſine aliqua ceſsione, ex illis contractibus domino quæratur [17]. Non idem admittitur in procuratoris perſona, qui ſi de euictione procuratorio nomine cauerit, tenebitur ipſe [18], licet regreſſum poſteà in dominiū habeat.

13 *l. j. C. cred. pig. euict. non deb. l. & ſi is. de diſtrac. pign. ſuprà.*
14 *per Bald. in l. ſi ob cauſam. C. eod.*
15 *l. qui erat hæres. fa. erciſ. Bar. in l. alio. in ſi. de ali. & cib. leg. infr.*
16 *d. l. qui erat hæres. l. ſi ob cauſam. C. eo. Bart. in d. l. alio.*
17 *l. qui autem. § ſi. ſup. de conſt. pecu. vbi nota.*
18 *l. procurator qui. ſuprà de procu. pone in l. Plautius. ſupr. de procur.*

SI PER IMPRVDENTIAM. L. LI.

Iniuſta ſententia data in emptorē non nocet venditori.

SINE diſtinctione dicitur, vt ſi iudex per inſcientiam vel dolum male iudicat, id damno ſit emptoris, nec illud à venditore emptori præſtari debere, etiam ſi nulla emptoris culpa arguatur, ſecund. Bal. & Bart. hîc contra glo Si tamen præſente venditore iniqua ſentētia fuiſſet reddita, nec is appellaſſet, magis eſt vt regreſſus emptori contra venditorem detur [19].

19 *l. Herennius. §. Caia. infra eod.*

SI IDEO. L. LV.

HANC legē ſatis potes intelligere ex his quæ in eodem genere ſuperius diximus [20].

20 *in l. qui repudiantis. §. cùm contra. de inof. teſt.*

SI DICTVM. L. LVI.

SI COMPROMISERO. Sententia generalis Africani eſt, de euictione non agi niſi in iudicio res fuerit euicta[1]. Ideo emptor ex compromiſſo damnatus, non habet authoritatem in venditorem: cùm nulla neceſsitate id fecerit, per hunc textum. Idem eſt ſi transegiſſet[2], vel iuraſſet[3], vel ſi confeſſus fuiſſet[4]. nemo enim eum compromittere, tranſigere, aut confiteri cogebat. Si tamen aliqua neceſsitate coactus id fecit, finge forſan eum compulſum ex lege ſtatuti fuiſſe vt compromitteret, aut tranſigeret, habebit euictionem[5]. Idem eſt quoties iurare cogeretur vel referre[6]. quamuis hoc ipſo videatur habere iuſtam cauſam iuramenti recuſandi, cùm id illi poſſit eſſe captioſum[7]. Nec omitto quod aliâs ex facto iudicatum ſcio, eum qui promiſit Titio indemnitatem in aliqua cauſa, in nihilum teneri ſi Titius tranſegerit[8]. Ex quibus non id effici volumus, vt non ſit licitum emptori ſi rem agentis eſſe cognouerit, eam reſtituere etiam ſine ſententia: hoc enim illi integrum eſt[9], propter bonam fidem quam etiam in alterius diſpendium debemus agnoſcere[10]. ſed debet id liquido conſtare: aliâs ſi emptor reſtituat, amittet euictionem vt ſuprà diximus. Quod autem pertinet ad §. *Pupillo*, fuit quæſtionis, an pupillis & minoribus citatio aut denunciatio fieri poſsit: & expeditum eſt neque infantes[11], neque minores quatuordecim annis citari poſſe[12]: ſiue tutorem habeant, ſiue non[13]: quod & Placito CVRIAE Pariſienſis comprobatum eſt[14]. ſufficeret tamen poſt citationem iudicium ſuſcipere, vel cum tutore ſolo, vel cum pupillo authoritate tutoris[15]. At adultus poterit euocari ſine curatore[16]. tamen iudicium cum eo acceptũ ſine curatoris authoritate ſi quem habet, non valebit[17]: idem dicitur & ſi non habet[18], nam quamuis adultus contrahens cum curatorem non habet, legitimè & vtiliter contrahat[19]: non idem placuit ſi iudiciũ ſuſcipiat. ſed his quę de pupillo diximus, videtur obſtare, quod hîc Paulus cenſet pupillo denũciari poſſe: quod intellige ad commodum ſuum: & latius vide per glo. hîc, quam Bartolus & Alexander tenent[20]. Id enim ſpeciali beneficio pupillis & minoribus indultum eſt, vt quę alias valitura non ſunt, effectum habeant ſi ea ad illorum compendium pertinent[21]. nemo enim ad petendam reſtitutionem eſt cogendus[22].

Venditor non agit ſi ſponte reſtituent.

Emptor bonã fidē agnoſcit.

Pupillis an denunciatio fiat.

Item adultis.

HABERE. L. LVII.

IN Eandem ſententiam vide quæ dicuntur in l. ſi quis mandatu. ſup. de neg. geſt.

HAERES SERVVM. L. LVII.

VT In rebus donatis redhibitio non eſt[23], ſic nec euictio. nec enim lex patitur eum qui ex liberalitate ſua conuenitur, de euictione rei donatæ teneri, niſi ſi is in dolo fuerit[24], vel niſi à pactione initiũ habuerit donatio[25]. Sic & quæri ſolet, an beneficio euicto teneatur collator de euictione: quod ita admittit Panormitanus[26], ſi ſciens alij debitum, cõtulit huic à quo euictum eſt: aliâs vix eſt vt teneatur: niſi is eſſet cui neceſſariò debebat conferre. nam cùm verè donator hoc caſu

Euictio rei donatæ an ſit.

Euictio beneficij.

1 *l. non tamen ei. ſupr. eod. l. vtique. de rei vin. ſup. vbi noto.*

2 *l. ſi ſuſpecta §. quamuis. ſupr. de inof. teſt.*

3 *Bar. & Alexand. in l. manifeſta. de iureiur.*

4 *Panor. in c. pe. nu. 30. de re iudic.*

5 *arg. huius tex. & Bal. hic.*

6 *l. manifeſta. & ibi Alex. & Fulg. de iureiur.*

7 *per ea quæ not. in l. ſi pater. de iureiu. & Alex. in d. l. manifeſta.*

8 *per tex. in d. l. ſi ſuſpecta. l. à ſententia. §. 1. de app. l. iij. ſupr. de tranſ.*

9 *l. ex empto. §. idem. ſup. de act. empt.*

10 *l. quoties. §. ſicut. de admin. tut. l. Quintus. mand.*

11 *l. qui litigandi. in princ. de in ius voc. ſuprà.*

12 *l. neque impuberes. de in ius voc. ſuprà.*

13 *per tex. in l. ſed ſi ex ſtipulatu. de verb. oblig. & ibi Alex. vlt. col.*

14 *Die 8. Iulij. anno. 1544.*

15 *l. j. §. ſufficit. de admin. tutor. infrà.*

16 *d. l. 4. §. in cauſis. de admin. tut. & ibi Bart. & Bal. in l. vlt. ſi propt. public. penſit.*

17 *l. cùm & minores. ſi aduerſ. rem ind.*

18 *per tex. vnicũ. in l. acta. §. vlt. de re ind. Bart. in d. l. cum & minores.*

19 *l. iij. de in integ. reſt. C.*

20 *in l. ſi ſtipuler. cum ſeq. de verb. obl. inf.*

21 *l. non eo minus. de procu.*

22 *l. ſi iudex. ſup. de mino.*

23 *l. ad res don. ſup. de adilit. edict.*

24 *l. Ariſto. ad fin. inf. de donat.*

25 *l. j. de iur dot. C.*

26 *in c. cum ſecundum. de preb. cum gl. fin.*

Euictio legati.

non ſit, cum officij, aut mãdati neceſsitate fecerit [1], tenebitur aliud cõferre [2]. In legato autem euicto ferè diſtinguitur, vt ſi in ſpecie legatum eſt, nõ debeatur euictio: quia res talis qualis eſt, ab hærede eſt præſtanda [3]. Sin autem in genere, euictionẽ hæres debebit. nam equo generaliter legato, parum honeſtè & ex bona-fide facit hæres, qui mihi alienum tradit, per hunc textum [4]. Sed & recipitur, vt ſi legata ſpecies in legitimam imputari debeat, euictio eius debeatur [5]. Huc pertinent quæ dixi in l. creditor. §. Filiæ. ſup. de act. empt.

SI RES QVAM A TITIO. L. LIX.

Donatarius euictus an agat in authorem donantis.

EX His quæ ſuperiore lege diximus, deſcendit & iſte caſus: vendidi tibi fundum, tu donaſti vel legaſti Mæuio, deinde res eſt euicta: quia certum eſt Mæuium in te donatorem agere de euictione non poſſe [6], an contra me regredi is poſsit, quæritur. Et verum eſt nullam me hoc nomine euictionis actionem timere, niſi tu ei ceſſeris omne ius quod habes in me, per hunc textum: vel niſi non eſſet donatio ſimplex, ſed remuneratoria [7]. Sed nec tu qui à me emiſti rem, quam poſtea Mæuio donaſti, de euictione contra me ages: cùm tua non interſit. & hoc Bartolus, Angel. Paul. & Alexander tenent [8]. Non idem dicitur, ſi non donaſſes, ſed rem ex titulo oneroſo ceſsiſſes: putà mulieri rem diſtraho, quam poſtea in dotẽ dat, melius eſt vt ea de marito euicta, agat mulier & me authorem laudet [9]. Nam promiſsio dotis cauſa oneroſa eſt [10]. Sic cum pater rem emptam in dotem dat filiæ, ſi euincitur à filia, aut eius marito, de euictione in venditorem aget [11]: cuius magni interſit dotatam filiam habere: & in dotando potius debitum exolui, quàm liberalitas exerceri dicatur [12].

HERENNIVS. L. LXIII.

Qui vincitur præſumitur male litigaſſe.

PERTINENT Ad hanc legem ea quæ habes in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorãtes. ſup. mand. vbi quæritur an procurator, emptor & fideiuſſor appellare teneantur, vt poſtea regreſſum habere poſsint. Et quod dicit hîc gloſ. plerunque credi eum qui victus eſt, malam cauſam habere, rationem habet: ſemper enim pro ſententia præſumimus quo-ad contrarium probetur [13]: ſi modo eã ſolennitatẽ habet, quæ iure prodita eſt [14]. Sic dicimus eum fruſtratoriè appellaſſe, qui in appellatione victus eſt. ſed hoc ita verum eſſe didici, ſi ex eiſdẽ actis, non ſi ex aliis eſt victus [15].

REM HAEREDITARIAM. L. LXV.

Plures obligati non dicuntur duo rei.

APTE Dicitur, per conſenſum, non autem per rem indiuiduam, effici duos reos. quamuis enim in obligationem veniat indiuiduum, non tamen ideo effici creduntur duo rei. [16] Ideóque ceſſabunt ea iura quæ de duobus reis inducta ſunt: [17] vt priuilegium cedendarum actionum, item ea quæ loquuntur, an factum vnius alteri noceat [18]. Similiter dicitur eos qui ex maleficio inſolidum tenentur, pro duobus reis non haberi: neque enim ad idem tenentur, neque vnius ſolutio alium liberat [19]. At hoc in duobus reis ſecus dicitur [20]: quod Bartolus notat [21].

1 *l. rem legatam. de adimend. legat. infrà.*
2 *c. inter. & ibi Panor. & glo. de præb.*
3 *l. ſi à ſubſtituto. de leg. j.*
4 *& l. qui concubinam. §. ſi hæres. infrà. de leg. iij.*
5 *per l. ſcimus. in princ. & ibi Bal. de inoff. teſta. C.*
6 *Per ea quæ ponuntur in l. prox. ſupr. eo.*
7 *l. idemque. §. vlt. ſupra mand. Barto. in l. Iulianus. §. vlt. de verb. obli. infrà.*
8 *in l. Iulianus. §. vlt. de verb. oblig. & gl. hic.*
9 *l. ſi pro re. §. vlt. ſupr. eo. l. pater. infra eo.*
10 *l. ex promiſsione. infr. de act. & obli. & ibi noto.*
11 *l. pater. infr. eo.*
12 *l. vlt. de dot. promi. C. l. j. de lucrat. deſcrip. impo. lib. x. C.*
13 *c. in præſentia de renũ. extra.*
14 *per c. quoniam cõtra. de prob. vbi Panor.*
15 *gl. & Bar. in l. vlt. de re iudi. infrà.*
16 *Per hunc tex. Bart. in l. ij. q. j. de duob. reis.*
17 *Per Authen. hoc ita. de duob. reis. C.*
18 *l. in lege Falcidia hoc eſſe obſeruandum. inf. ad l. Falci. l. ſi duo. Si quis caut. l. ſi vnus. de pact.*
19 *l. itẽ Mela. §. ſi plures. ſup. ad l. Aqui. l. ſi quis id. de iuriſd. om. iud.*
20 *l. in duobus. §. vbi. de duob. reis. ſup.*
21 *in l. vlti. iij. q. de duobus reis.*

SI CVM VENDITOR. L. LXVI.

CVM Res diuiditur, vel à iudice, vel à partibus, certum eſt ius euictionis deberi [1]: nam diuiſio inſtar emptionis habet [2]. Si verò diuiſio fit ab ipſo teſtatore, non debebitur euictio [3], niſi iure exceptionis [4]. tamen quatenus portio adiudicata cedit in legitimam, debebitur euictio etiam actionis iure [5]. cui annecte quod & in eodem genere ſupra diximus [6]. An vero debeatur euictio ei qui contentus certa parte hæreditatis, ſe abſtinuit, pono in l. creditor. §. filiæ. ſup. de act. emp. & nota quia ſingulare eſt.

In diuiſione quæ fit à teſtatore an ſit euictio.

CVM EA CONDITIONE. L. LXVIII.

QVOD Hîc fere nouiſsima reſponſi parte dicitur, pertinet ad ea quæ ponuntur in l. ſi nomen. ſup. de hæredit. vel action. vendit.

QVI LIBERTATIS. L. LXVIIII.

HANC Legem citamus in l. emptorem. §. vlt. ſuprà de act. empt. vbi quęritur an quoties actum eſt vt non ſit euictio, ſaltem venditor obligetur ad pretium reddendum re euicta.

PATER. L. LXXI.

IN Hanc ſententiam nonnulla paulò ſuperius diximus [7].

1 l. iiij. com. diuid. in fi. & ibi. & l. ſi familiæ. C. famil. ercis. vbi vide glo. l. ſi fratres. com. diuid.
2 l. j. comm. vtriuſq. iud. C.
3 l. ex parte. §. vlt. fam. erciſ. ſuprà.
4 l. cum pater. §. euictis. de leg. ij. & ibi Bar. & in l. qui Romæ. §. vlt. in fi. de verb. oblig.
5 l. ſcimus. in prin. de inof. teſt. C. l. hæres percepto. ad Treb. infrà.
6 in l. ſi paterfamilias. fa. erciſc.
7 l. ſi res quam. ſup. eod.

De exceptione rei venditæ & traditæ.

MARCELLVS. L. I.

EX Hoc textu [8] manifeſtè impletur eum qui rem meam mandatu meo vendidit, quem procuratorem ſpecialiter datum interpretor, fidem de pretio habere poſſe, niſi euidenter oſtendatur me mandaſſe, ne res traderetur nō ſoluto pretio: quamuis contrarium Bartolus [9] reſponderit. De quo aliâs vi- de fuſius [10].

Fidem pretij habet procurator ſpecialis.

SI A TITIO. L. II.

AN Dominio ſuperueniente authori meo, confirmetur mihi dominium habes in l. ſi quis alienam. ſuprà de act. empt. Similiter & in pignore ſuperius diximus [11].

Dominium accedens authori an' proſit ſucceſſori.

8 §. ſi quis rem.
9 in l. j. de procu. Cæſar. & in l. à Diuo Pio. §. ſi poſt addictū. de re iud. inf.
10 in l. cuicunque. §. ſi ci quem. de inſtit. ſuprà.
11 in l. rem alienam. ſup. de pigno. act.

LIBER VICESIMVS SECVNDVS PANDECTARVM.

De vſuris & fructibus, & cauſis & omnibus acceſsionibus & mora.

HIC Non præter rem quæri poſſit quid vſuræ centeſimæ, quid ſemiſſes, quid trientes in iure ſignificent. Et Alciatus [12] ex Harmolai Barbari & Socini authoritate defendi poſſe exiſtimat, vſuras cēteſimas dici, cùm numi duodecim quotannis in centenos accipiuntur. Semiſſes verò cùm de centenis ſeni. Trientes

Vſuræ.

Centeſimæ trientes & ſemiſſes.

12 c. j. lib. iij. diſpunct.

tes cùm de centenis quaterni. Ita fit vt centeſimo menſe in centeſimis vſuris ſors ſit refecta. Et hoc etiam Budæus probat [1]. Et de calculo & reputatione vſurarũ multa apud Connanum libro ſeptimo commentariorum relata ſunt [2].

CVM IVDICIO L. I.

IN vſuris (inquit Papinianus) conſuetudo regionis in qua contrahitur, ſpectari ſolet. Cui annectitur quod ſuperius poſui in eodem genere [3]. Quod autem in hac lege 4 dicitur non pertinere ad iudicem de futuris vſuris ſententiam ferre, fuſius habes in l. non quemadmodum. ſupr. de iudiciis. Planè & illud addendum eſt, tractum futuri temporis ad iudicem nihil pertinere, ſi tempore rei iudicandæ, id quo de agitur, futurũ eſt: nam ſi iudicio iam conteſtato illud euenerit, quanquam principio litis non conſtitiſſet, id iudici incumbit [5]: adhibita ea temperatione quam retulimus [6]. Itẽ quia de vſuris quæritur, omittendum non eſt, ea quæ fere de vſuris toto iure ciuili explicãtur, iure pontificali corrigi [7]: imò & ex ſententia & interpretatione Codicis [8]: adeo vt ciuitatum adminiſtratores de vſuris ſoluendis & contrahendis ſtatuta dictantes, ſint excommunicati: imo & omnes ij qui vſurarum contractus extra peccatum ponunt [9]. Solent tamen numerari aliquot caſus, quibus etiam placatis Canoniſtis vſuræ capi poſſunt: puta venditor rem tradidit, neque pretium recepit: hîc cum ratione dicitur, poſſe eum contra emptorẽ agere, & vſuras nomine eius quod intereſt conſequi [10]. perpetuum eſt enim vſque ad legitimum eius quod intereſt modũ, vſuras capi poſſe [11]. Huic proximũ eſt, quod maritus recipiens pignus pro dote, licite & iure permittente fructus facit ſuos, neque ſorti imputat [12]: cùm tamen ſit cautum, creditorem fructus quos percepit: debere ſorti & debito acceptò ferre, nam id vſurarum crimen habet [13]: niſi in re quã pignori accipit, haberet directum dominium, & debitor vtile: vt ſi ponas vaſſallum, vel emphyteutam domino oppignerare fundum ſiue beneficium [14]. Extat quoque placitum CVRIAE Pariſienſis [15], quo hæredes qui traxerant ſolutionem legati quod dotis nomine teſtator nothæ ſuæ legauerat, ad vſuras medij tẽporis damnati ſunt. Alios ſimiles caſus quibus vſuræ à canonibus permittũtur, retulit Abbas [16]. Adde quòd eccleſia ratione peccati habet imperium & notionem in vſurarium etiam ſecularem [17]: & coactio ad reddendas vſuras, eſt miſti fori: poteritque fieri per iudices profanos [18]. Nec omittendum eſt non ſolùm Gallorum conſtitutionibus, ſed etiam pontificiis decretis [19], approbari conſtitutiones penſionum quæ pro pecunia fiunt: vt cum pro M. D. aureis promittis mihi ſingulis annis centum aureorum pẽſionem: quia enim quandiu ſoluis penſionem, ſortem abs te non poſſum auferre, id non eſt vſurariũ: ſed magis pro portione venditionis eſt. Si tamen redditus ille in mutui contractu fieret, vſuram habere CVRIA Pariſienſis ſtatuit [20]. vt ſi ponas centum mihi mutua te dediſſe, ea lege vt ſi certo die illa non reddam, debeã tibi aliquot numos penſionis ergo. Poterit autem redditus pecunia creatus quandocunque redimi, etiamſi ne redimeretur lex in contractu dicta eſt: vt eadem CVRIA iudicauit [21].

Margin notes:

Tractus futuri temporis an ad iudicem pertineat.

Dicta in vſuris corrigũtur iure vtroque.

Caſus quibus pendi poſſunt vſuræ.

Eccleſia habet notionem in laicum vſurarium.

Penſionis præſtatio pro pecunia an ſit vſuraria.

1 *libro j. de aſſe.*
2 *cap. j. ſi cert. pet.*
3 *in l. ſi fundus. ſuprà de euict. & in l. exigere. de iudic.*
4 *§. ſocius ſi ideo.*
5 *l. ædiles etiam. §. item ſciendum. de ædi. edict. ſupr. l. non ſolum. de rei vind. ſuprà.*
6 *d. § item ſciendum.*
7 *toto tit. de vſur. in anti. & libr. vj.*
8 *gl. & doct. in l. j. de ſum. trini. & fid. catho. C. per illum text.*
9 *cle. vna. de vſur.*
10 *gloſ. in l. ij. C. de vſur. & in l. curabit. de act. emp. gloſſ. in c. conqueſtus. de vſur. & ibi Panor.*
11 *ſecund. Azon. in l. j. C. de ſacroſanct. eccl. Bald. in l. ij. de vſur. rei iudic.*
12 *c. ſalubriter. de vſur.*
13 *c. j. de vſur. extrà.*
14 *c. conqueſtus. & ibi Panor. de vſur.*
15 *Cal. Martijs. ãnno 1538.*
16 *in d. ca. conqueſtus.*
17 *per tex. in c. j. & ibi Panor. extra eod.*
18 *per tex. in c. poſt miſerabilem. de vſu. & ibi Panor. gloſ. in verb. vſuris. in cle. vl. de iudi. Bal. in l. eos. §. vlt. C. eod. Paul. & Iaſ. in l. ſi non ſortẽ. in princ. per illum text. de cond. indeb. ſuprà.*
19 *extrauag. j. & ij. de em. & vend. Panor. in c. in ciuitate. ad ſin. de vſur.*
20 *Die 8. Decem. anno 1533.*
21 *Die ij. Apri. anno 1549.*

Volgo. L. ii.

HVNC textum de actionibus ſtricti iuris intelligunt omnes, in quibus generale eſt, vt vſuræ non à die moræ, ſed à lite conteſtata computentur. quod aliâs fuſius in l. cùm fundus. ſuprà ſi cert. pet.[1].

In fideicommissi. L. iii.

Fructus rei legatæ à quo tẽpore debeãtur.

MAXIMA controuerſia eſt inter magiſtros iuris à quo tempore legatarius fructus rei legatæ faciat ſuos. Quædam enim leges à lite conteſtata [2], quædam à mora [3], quædam verò à die aditæ hæreditatis [4]. In quo primùm ponendum eſt, legatum rectà ad legatarium tranſire à die mortis [5]: adeo vt adita hæreditate videatur retro fuiſſe ipſius legatarij, ſi legati dominium ſpectes [6]. ſed non idem eſt quo-ad fructus, qui omnes ante hæreditatem aditam lucro hæredis cedunt [7]. Cui conſequens eſſe Baldus [8] voluit, vt ſi fructus non adita hæreditate ſint percepti à legatario, debeant reſtitui ipſi hæredi [9]. At vbi adita eſt hæreditas, cum æquitate dicitur, hæredem nõ facere fructus ſuos, qui rem alij legatam non ignorat, & ita in mala-fide ſit [10]. quòd ſi ignoret (& hoc in obſcuro potius credendum eſt [11]) debebuntur fructus à die moræ, ſi mora ſit cõtracta [12], ſin minus, à tempore iudicij accepti, ſiue litis conteſtatæ [13]: quo tempore qui in mora, vel mala-fide non erat, incipit moram & malam-fidem habere [14]. Cui ſententiæ maximè conſentanea ſunt ea quæ in l. vinum. ſuprà de reb. cred. adſcripſimus. nec vtimur eorum opinione [15], qui à lite conteſtata ſolùm, vſuras in legatis deberi definierunt: nam hoc multarum legum tenorem labefactat [16]. Qui autem melius res tam contrarias & diſſipatas ſimul colligarit, habebo gratiam. Planè ſicut mala-fides quæ per litis conteſtationem contrahitur, eſt altera leuior: quòd qui ſolum lite conteſtata in mala-fide ſtatuitur, periculum rei non timeat, at alter obligetur periculo [17]: ita & mora quæ ſolùm per litis conteſtationem venit, hòc minus grauis eſt quàm alia, quòd lata ſententia nõ debebuntur fructus ab eo qui ſolùm lite conteſtata moram contraxit, niſi poſt quatuor menſes qui condemnatis ex lege [18] dantur, per hunc tex. à quo ſi non diſcedis, habes mirabilẽ temperationẽ ad ea quæ ſuperius poſuimus. nã eo caſu neque à die aditæ hæreditatis, neque à lite conteſtata, aut ſentẽtia reddita, ſed à quatuor mẽſibus poſt iudicatũ putandis fructus debebũtur. Hîc enim vt ſatis ex tex. colligitur [19], erat lata ſentẽtia de reſtituendo fideicõmiſſo, deinde ceſſanti hęredi in reſtituẽdo aliud iudiciũ dictauit fideicõmiſſarius: in quo iudicio ſecundo habebit is fructus & cõmoda vſque ad ſententiã, intermiſſo tẽpore quod iudicatis datur, hoc eſt deducto aut prætermiſſo, ſi quidẽ antè hæres in mora non fuit: aliâs tẽpus moræ ſpectaretur ad fructus reſtituẽdos [20]. nec tẽpus illud quod iudicatis benigne concedi ſolet, eis proficiet in hoc, vt fructus lucrari poſſint: id enim ſpatiũ debitoribus qui in mora ante iudiciũ acceptũ fuerint, dilationẽ affert, non lucrũ: vt hoc text. Itaq; quod vulgo valuit [21], eum qui condẽnatus eſt non ante debere vſuras, quàm prætererierit tẽpus legitimum, iudicatis indultũ miſerationis cauſa: non videtur locum habere, ſi antequam ad iudicem perueniretur, mora aliqua in debitore arguatur. quod

Fructus non debentur à lite conteſtata niſi præcedat mora.

ex hoc

1 *& note in l. videamus. infra eod.*
2 *l. j. & l. vlt. de vſur. & fruct. leg. C.*
3 *l. ſi quis ſeruo. & l. Titia. §. vſuras. de leg. ij. l. ſi cui. de cond. & demõ.*
4 *l. Herennius. j. infr. eod. l. quæſitum. infrà de acquir. rer. domi.*
5 *l. à Titio. de furt. infrà.*
6 *l. ſi tibi homo. §. cùm ſeruus. de leg. j. infr. l. huic ſcripturæ. ad leg. Aquiliam. ſuprà.*
7 *l. quod ſeruus. de lega. ij. & l. nihil. §. vlti. de leg. j. infrà.*
8 *in l. j. C. de vſur. legat. j. colum.*
9 *per tex. & glo. in d. l. nihil.*
10 *l. quæſitum. infr. de acquir. rer. domi. d. l. Herennius. infr. eod.*
11 *l. qui in alterius. de reg. iuris. l. verius. infrà de proba.*
12 *l. ſi quis ſeruo. & l. Titia. §. vſuras. de leg. ij. l. equis. infr. eo. l. qui ſolidum. §. etiam. de lega. ij.*
13 *l. j. & vltim. C. de vſur. leg. C.*
14 *l. certum. C. de rei vind.*
15 *Cora. lib. ij. Miſcel. c. vij.*
16 *d. l. ſi quis ſeruo. & l. j. §. belliſſime. vt legati nomi. caueat.*
17 *l. illud. de peti. hær. ſupr.*
18 *l. ij. & iij. de vſuris rei iud. C.*
19 *in princ. ibi, cùm poſt iudicis.*
20 *vt l. equis. j. & ij. infr. eo.*
21 *l. j. ij. & iij. de vſuris rei iud. C.*

ex hoc textu conuincitur, & ſine ratione non eſt. Nam in contractibus bonæ-fidei vſuræ debētur à tempore moræ [1]: in ſtricti iuris, à lite conteſtata, ſi mora præceſsit [2]. ergo eius temporis quod iudicatis poſt ſententiam datur, vſuræ debebuntur. Cui conſequens eſt, vt ſi mora non præceſſerit in ſtricti iuris iudiciis, vſurę non debeantur, niſi poſt ſententiam & legitimū tempus [3]. Hæc etſi dura ſunt, ita tamen lex ſcripta eſt. neque mihi res videtur aliter teneri poſſe.

Poſtſentētiam an fructus debeantur.

§. IN HIS QVIDEM IVDICIIS. Hic textus mihi ſemper difficilis iudicatus eſt. Qua enim ratione & æquitate id fieri poteſt, vt in actionibus ſtricti iuris actori poſt litem conteſtatam omnis cauſa ſit præſtanda in diem quo ſentētia dicitur: at poſt rem iudicatam, neque fructus, neque acceſsiones debeantur: ſed tempus illud ſit à fructibus dependendis immune: cùm reddita ſententia efficiatur mora contumacior, quàm ſolùm lite conteſtata. Sed melius eſt rem ita conſtituere, vt dicamus hîc rem fuiſſe peremptam: quo caſu vſitatum eſt, vt qui in mora eſt, debeat fructus non tantùm vſque ad diem interitus, ſed rei iudicatæ, vt alibi Iuriſconſultus docet [4]: poſt verò minime, per hunc textum: quod & aliâs dixi [5]: aliter res iudicata proficeret ei qui & in mora eſt, & cōtra quem iudicatum eſt. quod non recipimus [6]. Nam qui reſtituere per ſententiam iuſſus eſt, ſi non reſtituit, non tamen lucratur fructus poſt ſententiam, ſi rem habet [7]: at re perempta, vſque ad ſententiam fructus pendet, vt hoc textu dicitur [8].

Rogatus reſtituere quicquid peruenerit.

Rogatus reſtituere quicquid ſupereſt.

Simpliciter rogatus.

§. NONNVNQVAM. De reſtitutione fructuum in fideicommiſſo ſingulari, ſupra dictum eſt [9]. quid autem in vniuerſali, habes per gloſſ. in l. in fideicommiſſariam. infrà ad Trebellianum. [10] & nos etiam ſuperius nonnulla [11]. Propius verò ad textum ſic res temperanda eſt, vt cum aliquis rogatur reſtituere poſt mortē vel aliud tempus, quicquid ad ſe peruenerit, nō videatur grauatus de fructibus [12]. Nam in dubiis hoc tempus gratia hæredis adiectum eſſe ſuſpicamur, vt ex reſponſo ſequente apparet [13]. non idem receptum eſt, cum hoc modo reſtituere grauatus eſt, *quantacunque pecunia ad te peruenerit, eam pecuniam omnem reſtituas*: hîc enim fructus reſtitutionem ſequuntur propter generale verbum, *pecunia*, & illa duo verba, *quantacunque*, & *omnem*. Et ita intelligunt omnes legem Baliſta. infrà ad Trebellianum [14]. Quòd ſi rogatus eſt reſtituere quicquid ſupererit ex vniuerſis bonis, ſeruatur quod hîc dicitur. Item de tali fideicōmiſſo poterit diminuere rogatus, modo id bona-fide faciat [15]: nec tenebitur de omnibus bonis quicquam reſeruare fideicommiſſario præter quartam [16]. Diuerſum placuit in eo qui ſimpliciter rogatus eſt hæreditatē reſtituere, non adiecta clauſula, *quicquid ſupererit*: nam nihil diminuere aut alienare poteſt [17]. niſi certis caſibus, vt pro dote dāda, vel reſtituenda [18]. & hoc etiam Guido Papæ refert [19]. Quòd autem pertinet ad §. cùm Pollidius, alibi aſcribetur [20].

SI STIPVLATVS SIS. L. IIII.

Stipulatio rem dari, aut rem tradi an habeat fructus.

IN ſtipulatione rem dari agitur præciſè ad dandum [21]: & ſic non ſuccedit obligatio ad id quod intereſt: fructus verò à lite conteſtata veniunt [22]. In ſtipulatione rem tradi venit id

1 *l. mora. §. in bonæ-fidei. & l. videamus. inf. eod.*
2 *l. cùm fundus. vbi noto. ſi cert. peta.*
3 *per hunc text.*
4 *l. Iulianus. §. ver. §. ſuprà de rei vind.*
5 *l. iij. de tritic. ſuprà.*
6 *l. euidenter. infr. de excep. rei iud.*
7 *l. qui reſtituere. ſupr. de rei vind.*
8 *& l. Iulianus. & l. fructus. de rei vind.*
9 *ead. l. in prin.*
10 *& doctor. in l. iubemus. ad Treb.*
11 *in l. Papinianus. §. ſi conditioni. cum ſeq. de inoff. teſtamen.*
12 *l. hæredes mei. in princi. infr. ad Treb. l. quod his verbis. de leg. iij.*
13 *ibi, cum Pollidius. & l. ſi ita relictū. §. Pegaſus. de lega. ij. l. cùm tempus. de reg. iur. l. eum. de annuis legat. infr.*
14 *Barto. Angel. Paul. & Alex. in d. l. Baliſta.*
15 *vt hîc. & l. Titius. infr. ad Treb.*
16 *authē. contra rogatus. C. ad Trebel.*
17 *l. vlt. §. pe. & vlt. cōmu. de lega. C.*
18 *auth. res quæ. C. commu. de lega.*
19 *in q. ccccxx. in deci.*
20 *l. ſi ita ſcriptum. §. Pegaſus. de leg. ij. infr. vide Dec. in l. cùm tempus. de reg. iur.*
21 *l. vbi autem. §. vlt. infr. de verb. obliga.*
22 *l. ſi filius fa. §. j. de verb. obliga. l. cùm fundus. & ibi noto. ſupr. ſi cer. peta.*

quod intereſt à mora [1], & per conſequens fructus, non tanquam fructus (neque enim in ſtricti iuris iudicium hi veniunt ex mora [2]) ſed tanquam id quod intereſt. nam ſi id quod intereſt à mora venit, ergo & fructus: cum reputationem vtilitatis augeat ratio fructuum, quos reos potuiſſet percipere: vel eo maxime quòd lucrum in eo quod intereſt, contineatur [3]. Non eſt igitur ea diſtinctio tralatitia, vt quidam exiſtimauerunt, aut à ſententia legum aliena: cum ex ea neceſſariò conſequatur, quod exemplis doctores probauerunt [4]. poſuimus aliqua in l. ratio. §. j. ſup. de act. emp. Cum autem ſimul & rem dari, & rem tradi ſtipulatione comprehenduntur, fructus venient, per hunc textum [5].

Fructus vt id quod intereſt.

Cvm de in rem verso. L. vi.

Præſtatio penſionis an obliget præſtãtem ad futurã præbitionem.

VERVM Eſt quod Gofridus ſcribit [6], eũ qui petit certam pecuniam vel aliquid aliud, ſolo eo proſpectu, quòd aliâs fuit multoties ſoluta, ſuccumbere: & hoc innumeris authoritatibus confirmatur [7]. quod tamen intellectum habet, niſi tan to tempore eſſet præſtitum, vt initij non reſtaret memoria. nã hoc tam longum tempus pro titulo eſt [8]. Qui autem ſibi pecuniam, vſuras aut penſionem dari intendit, non hoc tantum nomine, quod aliæ aliquando præſtationes factæ ſint, ſed adiungit cauſam, quam probare nititur ex curſu longi temporis, vincet. & ita omnes hũc textum intelligunt [9]. facile enim contra præſtantem inducitur tituli probatio ex diutina præſtatione cenſus, ſi adiecta cauſa eſt [10]. Sic ex præſtatione cenſus, ſubiectio probatur [11], ſi de cauſa conſtat: aliâs enim cùm poſſit ex multis cauſis penſio præſtari etiam à non ſubiecto, imo & ab exempto, vix eſt vt ex ſola præſtatione inducatur probatio ſubiectionis [12]. Sic ex ſententia Bartoli [13], cùm ruſticus ſoluit ſingulis annis par caponum, & nulla cauſa in promptu eſt: nemo dixerit teneri eum futuro tempore ad præſtationem. At cum cauſa affertur, eáq; ex diutina poſſeſsione probatur, ſatis obligatio induci credita eſt ex hoc textu. Sed videndum ne aliud ſit, ſi ius commune ei qui allegat eiuſmodi præſtationem, refragatur: hîc enim obtentum eſt vt verè cauſa & titulus probentur [14]. Quinimo nec huius legis præſumptio locum habet, ſi ſimul pro pluribus annis præſtatio facta eſt [15]: nam longi temporis tractus hoc textu requiritur. Sic quod dici ſolet, eum qui tribus annis proximis ſoluerit, præſumi retro ſoluiſſe [16], non eſt verum ſi vna vice pro tribus annis dicatur facta ſolutio [17]. Item nec iſta lex locum habet, cùm variè & inæqualiter præſtationes factæ ſunt. finge vno anno par caponum, alio decem data eſſe: non enim ex vſu inæquali & vario præſcriptio inducitur [18], nec conſuetudo [19]: & hoc Bartolus notat [20]. Hæc autem rectè dicuntur contra facientem & præſtãtem, an ſcilicet inducatur præſcriptio ex diutina eius præſtatione: contra eſt in negligente & non faciente. nam qui per decem annos non ſoluit penſionem, non ideo iure poteſt intendere ſe liberatũ eſſe: niſi in debito odioſo & vſurario [21]: aliâs enim præſcriberentur actiones perſonales decem annis, quod falſum eſt [22]. de quo vide fuſius apud Bartolum [23], & Panormitanum [24]. Et præclarum eſt quod hîc ad finem legitur, &

Cauſa adiicienda.

Non præſtans per longũ tempus an liberetur.

1 l. ſi fundum certa. infr. de verb. oblig.
2 d. l. cum fundus.
3 l. vna. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. ſcrib. in l. nummis. de in lit. iuran.
4 in l. ſi filiusfamil. §. j. de verb. oblig. & Bart. in l. videamus. §. ſi actionẽ. infr. eo.
5 Bar. in d. l. videamus. §. ſi actionem.
6 in c. vlt. de cauſ. poſſeſ.
7 l. ſi certis annis. C. de pact. l. creditor. de vſur. l. vlt. C. ne vxor pro marito.
8 l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua pluu. arc. inſ.
9 Bar. & gl. hîc. & in l. ſolent. de offic. procõſ. & Panor. in c. vlti. de cau. poſſ. & propr.
10 l. litibus. & ibi gloſ. de agric. & cenſit. lib. xj. C. & c. peruenit. de cenſib.
11 d. c. vlt. de cau. poſſeſ. & prop. & ibi Panor.
12 c. conſtitutus. de religio. domi. Io. And. in c. quoniam. de priuil. Panor. in d. c. vlt.
13 hîc in vlt. col.
14 per text. in c. j. de præſcrip. lib. vj.
15 Bart. in l. creditor. C. de vſur.
16 l. quicunque. de apoch. publ. lib. x. C.
17 Iaſ. in tit. de iur. emphy. nu. 135. & 136.
18 l. quod autem. de ſeruit. vrb. præd. ſup.
19 doct. in l. de quibus. de legib.
20 in d. l. ſolent. §. j.
21 l. qui ſemiſſes. & l. cum quidã. §. diuus. infr. eo.
22 in l. ſicut. de præſc. xxx. ann. C.
23 in d. l. ſolent.
24 in d. c. vlti. de cauſ. poſſ. & in c. peruenit. de cenſibus.

Præſtatio vſurarum probat ſortem principalem.

gitur, ex præſtatione vſurarum per longum tempus certi debiti nomine, probari debitum ſubſiſtere. Sic qui vſuras alicuius ſummæ promittit, ipſam ſummam videtur promittere [1]. Sic qui in inſtrumento ſcripſit ſe plus recepiſſe quàm receperit, ſi pro toto conueniatur, exceptione quidem non numeratæ pecuniæ defenditur [2]: habet tamen ad reſiduum actionem [3]: & hoc ſingulare eſt, & à paucis animaduerſum.

DEBITOR. L. VII.

Oblatio cum cõſignatione.

TRIPLICITER fieri poteſt oblatio: vnà cùm res ipſa offertur in ſubſtantia, & recuſante creditore deponitur, vel conſignatur: idque pro iuſta ſolutione eſt, habétque eos effectus qui lege proditi ſunt [4]. Sic & fideiuſſor qui debitum obtulerit, & non receptum conſignarit, mãdati agere poteſt [5]. His conſequens eſt, vt debitor qui hoc fecerit, iuſtè à creditore petat apocham ſiue liberationem debiti [6]. Eſt & oblatio realis quæ tamen conſignationem non habet: & ea habet aliquos effectus, quos alibi perſtringit glo. [7] Datur quoque tertia oblationis ſpecies quæ verbo fit, cùm quis offert ſe paratum ſoluere: de qua alibi fuſius diximus [8]. Poteſt addi & quarta oblatio quæ in folle fit, & ſacco obſignato: de qua & aliâs tentamus [9].

Oblatio ſine cõſignatione.

Oblatio verbalis.

Item in ſacco.

EQVIS. L. VIII.

PERTINET ad id quod ponitur in l. iii. fideicommiſſi. ſupra eod.

PECVNIAE. L. IX.

In puris obligationibus mora fit interpellatione.

§. VSVRARVM. Quædam obligationes puræ ſunt, quædam verò habent diem, quædam conditionem, aut etiam modum [10]. In his quæ purè ſunt, conſtitit, ad faciendam moram interpellatione opus eſſe [11]. De his verò quæ diẽ habent magnopere addubitatũ eſt. Placet tamẽ crebrior opinio, vt lapſus diei in mora conſtituat, nec interpellatio requiratur: quod hic tex. ſatis probat, *Vſurarũ ſtipulatio* (inquit Papin.) *quãuis debitor non cõueniatur, cõmittitur* [12]. Idẽ recipimus ſi à lege dies appoſitus eſſet [13], ex quo illud Iuriſcõſulti eſt [14], *Eius quoque temporis quo interpellatus non eſt pœnam deberi*. Sed hoc nõ eſt perpetuũ. Cum enim cõtrahentes ſunt diuerſi fori, diem pro homine nõ interpellare magis eſt. nam obtinuit creditorẽ debere ire vel mittere ad ędes debitoris [15]. Alias limitationes retulit Iaſon in l. ſi ex legati. de verb. oblig. [16] nec mutat quod dici ſolet diem videri adiectũ gratia debitoris [17]: ideóq; nec per euẽtũ diei cõſtitui debitorem in mora, vt fuſius recentiores explicant [18], bene enim dicimus diem & tempus exiſtimari adiectum fauore debitoris, hoc eſt, ſpatium illud ſiue interuallum temporis [19]: negare autem caſum ſiue momentum diei aduenientis, non magis proficere creditori quàm debitori, planè abſurdum eſt, vnde & miſeræ calendæ & triſtes doctis dicuntur, quòd ille temporis caſus ſit debitoribus infauſtus, quamuis medium interuallum fauorabile illis ſit. Diuerſum verò vſurpatum eſt in debito conditionali, in quo conditionis euentus non cõpellat, nec in mora conſtituit: ante enim non erat nata actio: at non eſſet æquum vt quo die obligatio creatur, eodem aliquis in mora conſtitui dicatur [20]. Nec verò iſtæ obli-

In obligationibus ad diem, non eſt opus interpellatiõe.

In conditionalibus obligationibus euentus cõditionis non facit moram.

1 *l. ij. de dot. promiſſ.*
2 *tot. tit. de non. num. pecu. C.*
3 *l. ſi voluntate. C. de dot. prom.*
4 *l. acceptam. de vſur. C.*
5 *l. fideiuſſor qui. de fideiuſſ. inf.*
6 *l. j. de ſuſcep. & arcar. lib. x. C. & ibi. Bar.*
7 *in l. acceptã. in ver. vel ipſas pecunias. de vſuris. C.*
8 *in l. fundus. ſup. de reſcind. vend.*
9 *d. l. fundus.*
10 *§. omnis. inſtit. de ver. obli. & l. obligationum. inf. de actio. & oblig.*
11 *l. mora. inf. eo. noto. l. ratio. §. cum per venditorem. de act. empt. & ibi glo.*
12 *item per text. in l. magnam. C. de contrah. & committen. l. ſi fundus. §. ſi. de l. commiſ. ſup.*
13 *c. potuit. de locat. l. ij. de iure emphyt. C.*
14 *in l. traiectitiæ. in prin. inf. de oblig. et actionib.*
15 *per tex. gl. & Bar. in l. item illa. de conſti. pec. & ibi. noto.*
16 *& Socy. in reg. xc.*
17 *l. cum tempus. de reg. iur. inf.*
18 *Aemylius in tracta. de mora. nu. 22.*
19 *l. ſi ita relictum. §. Pegaſus. de leg. ij.*
20 *l. quod dicimus. de ſolut. Bar. in l. quoties. de verb. obl. inf.*

gationes iis quæ diem habent, rectè comparabuntur: cùm in obligationibus ad diem, ante diem actio ſit nata [1].

1 l. qui mandatũ. vbi adſcripſi. ſup. mand. l. j. in fi. quan. dies vſusfr. leg. ced.

Gaivs Seivs. L. xi.

A N lucri ad damnum compenſatio admittatur, vel inhibeatur, habes in l. ſi negotia. de neg. geſt. ſuprà.

Seia. L. xii.

H A N C legem repete ex his quæ ſuperius poſuimus [2].

2 in l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. ſup. de pig. actio.

Qvi semisses. L. xiii.

I S T A lex annectitur his quæ ſuprà poſuimus in l. cum de in rem verſo. eo. tit. vbi citatur.

Respondit pavlvs. L. xiiii.

A N à mora aut lite conteſtata fructus fideicommiſſarium ſequantur, ſuprà tractatum eſt [3].

3 l. in fideicõmiſſi. ſup. eo.

Cvm qvidam. L. xvii.

QVOD dicitur hîc in §. Diuus [4], eum qui per legitimum & lõgum tempus non ſoluerit vſuras, præſcripſiſſe actionem perſonalem vſurarum, in vſurario debito tantum exauditur, propter odium vſurarum: aliâs enim actiones perſonales non præſcribũtur, niſi triginta, aut quadraginta annorum ſpatio [5]: quod aliâs fuſius demonſtratum eſt [6]. Præterea ſcitum eſt quod hîc eadem lege dicitur [7], eum qui non ſoluit, quia non habebat legitimam perſonam cui ſolueret, non videri morã contraxiſſe. Idem eſt ſi mortuo creditore nullus eſſet cui ſolutio fieret, forte non adita hæreditate: nam eius temporis mora inculpata eſt [8]. Ex quo dici poſſit, emphyteutam qui triennium ceſſauit in ſolutione canonis, quia cui ſolueret non habebat, cùm forte mortuus eſſet dominus & vacaret hæreditas, non cadere in commiſſum [9]. Sic nec qui promiſit iudicio ſiſti, desertæ promiſsionis argui poteſt, aut omnino dici ad edictum non reſpondiſſe, ſi ideo non venit, quòd eo tempore nihil actum fuiſſet [10].

4 & l. qui ſemiſſes. ſup. eo.
5 l. ſicut. de præſ. xxx. vel xl. anno. C.
6 in l. cum de in rem verſo. ſup. eo.
7 in §. ſi pupillo.
8 l. pecuniæ. in fi. ſup. eod.
9 vide Decium in l. qui in alterius. de reg. iur.
10 l. arbiter calendis. de arbit. ſup.

Non eſt in mora qui non habet cui ſoluat.

§. Fiscvs. In iis quæ ex præſenti poſſeſsione pendent, præſens poſſeſſor ſpectari ſolet: & ideo qui emit à fiſco aut eccleſia, in cenſu dependendo non vtetur priuilegio anteceſſorum [11]: ſolet enim fieri diſtinctio temporum ſecundum diuerſos poſſeſſores. Vnde fiſcus non præſtabit vſuras pro contractu in quo ſucceſsit priuato, licet priuatus anteceſſor ſoluere conſueſſet [12]. ſed verum eſt ad ſoluendum eatenus fiſcum teneri, quatenus priuatus poſſedit, hoc eſt pro toto tepore quo in poſſeſsione priuatus fuit: & ita intellige hunc textum [13]. vnde Pariſienſis cvriae Decretis continetur, vt quanquam ſpeciali priuilegio Rex damno expenſarum litis multari non ſoleat, ſi tamen ſuccedat priuato, pendet expenſas pro anteriori tempore. Ex his non ineleganter quæritur, priuatus vendidit eccleſię, an eccleſia teneatur ad onera & tributa quibus antea priuatus. In quo ferè obtinuit, vt ad onera perpetuò inſita & immutabilia eccleſia teneatur. Licet enim eccleſiæ & clerus non ſint in poteſtate Imperatoris aut Regum, eorum tamen bona & prædia in ea cauſa ſunt, vt legibus Regni alligentur [14]. Sinautem ſint onera variabilia & repentina, quæ quotidie in capita ex nouis edictis imperari ſolent, magis eſt vt eccleſia, aut clerici ab illis abſoluantur

Fiſcus priuato ſuccedens priuati iure vtitur.

Eccleſia emẽs an teneatur oneribus.

11 l. licitatio. §. vlti. inf. de publica.
12 l. fiſcus. de iur. fiſ.
13 fac. l. Imperatores. et ibi Bar. de public.
14 l. vlt. de exact. trib. lib. x. C. & ibi Bar.

tur

tur [1].Et hoc Panormitanus probat [2]. Sic intellige eas leges quæ eccleſiæ aut clericis tributorum & vectigalium immunitatem concedunt [3]. Similiter & qui emit ab eccleſia, non vtiq; priuilegiarius eſt, ſed ad onera & collectas tenetur, vt dixi [4].

Sed et si reipvblicae. L. xxiii.

Mora quando in rem contrahitur.

HABES hîc caſum quo mora fit in rem, etiamſi nulla arguatur fruſtratio eius qui conueniendus eſt: nempe cum nõ adeſt is vnde petitur. Item in rem mora cõtrahitur & ſine interpellatione, contra eum qui deliquit [5]. ſed & fauore minorum fit mora in rem in bonæ-fidei contractibus & teſtamentis [6]. Verum hoc priuilegium interpellatur, cum hi peruenerint ad legitimam ætatem [7]. Et hoc minoris beneficium ad eccleſiam perducitur [8]: nã eccleſia minori comparatur [9]. Quodam etiam caſu in maioris gratiam mora in rem ſolet contrahi: nempe cum maior aliquis vendit & tradit rem nõ recepto pretio: hîc enim benignè placuit, emptorem qui fructus rei capit, ad id quod intereſt vel vſuras teneri [10], etiam iure canonico authore, vt ſupra monuimus [11]. & eo caſu maior à minore non differt.

Mora realis pro maiore fit.

Si qvis solvtioni. L. xxiiii.

Geſtor an interpellet.

§. Mora. Ex hoc reſponſo efficitur, negotiorũ geſtorem agere, & conſtituere poſſe in mora debitorem domini, cùm tamen non habeat actionem [12]. Sed vide quod ponimus in l. ſi quis inficiatus. depoſi. ſup.

Qvi scit. L. xxv.

DE fructibus poſuimus aliqua in l. fructus. ſup. de rei vindi. vbi apud gloſſ. res late explicatur [13]. Quòd vero hîc ad finẽ [14] dicitur, eius qui bonę-fidei eſt, ſemper perſtare bonã fidẽ quoad fructus, donec res ſit euicta, & eos lucrari, mirè aduerſatur l. bonæ-fidei. §. in cõtrariũ. inſ. de acqui. rer. dom. cui contrario glo. duas ſolutiones affert, & eas leues. Mihi certe res ſolui poſſe non videtur: malo enim deſyderari in me diligentiam, quàm accuſari ſtultitiam meam.

Bona fides durat.

Mora. L. xxii.

Mora duplex.

MORA alia fit re, & eam irregularem doctores appellant [15], quæ interpellationem debitoris non requirit: & de ea ſuperius nonnulla annotauimus [16]. Alia ex perſona eſt, cuius (vt inquit Pomponius) difficilis eſt definitio, quãquam Accurſius & ſequaces in eo genere mire ſint occupati. Nobis autem abunde ſatis eſt intelligere quomodo mora fiat. Fieri verò dicitur ſi quis interpellatus opportuno loco. non ſoluerit. Ex quo conſtat interpellatione opus eſſe, ſufficítque extra iudicium interpellaſſe [17]: niſi iis caſibus quos diximus in l. ſed ſi alia. de conſtit. pecunia. Cùm enim pura obligatio eſt, prius moneri debet ad ſolutionem is vnde petitur, quàm ad iudicium euocari [18]: aliâs ſi nulla præcedente teſtatione, creditor eum ad iudicem intrare coegerit, in expenſas condemnatur. Et hoc Panormitanus reſpondit [19]. Sic qui ex inſtrumento authentico & executionem habente, executionem facit per viatorem, ante monitionem debitori factam, non ex ordine facit, & talis executio decreto cvr. Pariſienſis [20] nulla

Qui mora fiat.

Non debet reus ad iudicium euocari niſi ante monitus ſit.

1 ſ. ac. c. ſ. §. j. de iur. patrõ. lib. vj.
2 in c. vlt. de ele. non reſi. vlt. col.
3 c. quanquam. de cenſib. lib. vj. l. placet. de ſacroſanct. eccle. C.
4 & Bar. in l. licitatio. §. vlti. de public.
5 l. j. de iis quæ vi met. cauſ. C. l. vlti. de condi. fur. l. j. §. rectiſſimè. & l. pen. de vi & vi arma.
6 l. in minorũ. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ.
7 l. Titia. §. vſuras. de legat. ij.
8 glo. in §. item. mixta. de act. & ibi Iaſ.
9 c. auditis. de i integ. reſ.
10 l. curabit. de act. emp. et Bart. ibi. C.
11 in l. j. eod.
12 l. ſi pupilli. §. vlt. ſup. de nego. geſt.
13 in l. ex diuerſo. illo titu.
14 in §. bonæ-fidei.
15 Bal. & alij in l. in minorum. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſa.
16 l. ſed et ſi. §. vlt. ſup. eod.
17 l. qui vxori. & l. denunciaſſe. inſ. de adult. gl. in l. vinum. in princ. ſup. ſi cert. pet. glo. in l. quis Romæ. in prin. de ver. obli.
18 l. quidam Hyberus. & ibi Pan. & Bal. de ſerui. vrb. ſecũd. cõmu. ĩtel.
19 in c. licet Heli. de ſimon. nume. xiij.
20 die vj. April. an. 1540.

bitorem ſtatuiſſet.neq; enim id verum putamus, vt ſemper ad moram ſæpius interpellare ſit opus:ſed id in diſquiſitione iudicis erit.cum ex ſententia huius reſponſi,an mora facta intelligatur,neque conſtitutione vlla, neque iuris autorum quæſtione decidi poſsit.aliquando igitur vna interpellatio ſufficit, aliquando plures : idque totum ex arbitrio iudicantis erit. Quod verò pertinet ad §. *In bonæ fidei*, aſcripſimus. in l. cum fundus.ſup.ſi cert.pet.[1] An autem mora patris aut fideiuſſoris dominum aut filium teneat: alibi cõmodius tractabitur[2].

VIDEAMVS II. L. XXXVIII.

In actionibus in rem an fructus veniant, non eſt huius inſpectionis[3]. Nunc autem de actionibus in perſonam Paulus quærit:in quibus fere omnium conſenſus eſt, vt ſi bonæ-fidei ſint,à mora vſuræ & fructus debeantur[4]: ſi ſtricti iuris à lite conteſtata[5]:nec vſuræ à fructibus perceptis ſeparari debent, vt dicamus vſuras in ſtricti iuris iudiciis à lite conteſtata non venire ſicut fructus:quòd vſuræ niſi per ſtipulationem deberi non poſsint[6].nam ex Vlpiano vſuræ vicem fructuum obtinent,nec à fructibus ſeparantur[7].Nec huic ſententiæ contrarium eſt quod dicitur,niſi per ſtipulationem vſuras non venire:nam id intelligitur niſi quoties lege ſtatuitur, vt etiam aliis modis veniant.at lite conteſtata vſuras venire lex ipſa oſtendit[8].cum præſertim per litem conteſtatam & iudicium,æquè dicatur contrahi atque per ſtipulationem, vt nominatim Vlpianus indicat[9]. quam ſententiam & Coraſio placere animaduertimus[10].Igitur in ſtricti iuris actionibus fructus à lite conteſtata,non autem à die moræ debebuntur[11],ſed tamen veniet id quod intereſt[12]:quod certo certius eſt fructibus au geri.venient ergo fructus in ſtrictum iudicium à die moræ, non tanquam fructus, ſed tanquam id quod intereſt.quod interpretare vt docet Bartolus & alij[13],& etiam ſuprà admonui[14]: tamen cum ratione dicitur, vt quoties in actionibus ſtricti iuris peto quod eſt, aut fuit meum, fructus indiſtinctè veniant, vt hac lege in principio vſque ad §. *ſi actionem.* Semper enim reſtituendi verbo fructus continentur[15]. Cui conſequens eſſe Baldus[16] cenſet, vt ſi iudex aliquem condemnet ad rei reſtitutionẽ,fructus omnes veniant,ſi tamẽ certi ſunt:aliâs ſententia tanquam incerta non valeret[17]: quod ſuperius à nobis dicitur[18]. Eſt tamen caſus quo appellatione reſtitutionis fructus non veniunt,quem vide in Auth. idem eſt de Neſtorianis.C.de hæret.[19]

In actionibus perſonalibus quàdo fructus veniant.

Vſuræ non ſeparantur à fructibus.

Fructus in ſtricti iuris actionibus quando debeantur.

Reſtitutio cõtinet fructus.

EQVIS II. L. XXXIX.

HANC legem require ex his quæ adduntur ad l. in fideicommiſsi.ſup.eo.

TVTOR. L. XLI.

HABENT condemnati quatuor menſes qui humanitatis gratia indulgeri dicuntur[20]:& hi à die ſententiæ currunt, vel ſi appellatum eſt,à die ſententiæ confirmatæ[21]:poſtea verò vſuræ debebuntur[22],item fructus[23]. Si tamen manifeſte appareret fruſtratoriam appelationem eſſe, & morandi cauſa interpoſitã,rectius dicitur vſuras à die ſentẽtiæ primę deberi, per hunc textum[24].Planè ſi confeſſus eſt reus, quadrimeſtre

Quatuor menſes indicatis dati quando currunt.

1 *& vide quæ dicuntur in lege. in fideicommiſſi.ſup.eo.et l. videamus. ij.inf.eo.*
2 *l.cũ filius. inf. de verb. oblig.*
3 *vide quod dicitur. in l. cum fundus.ſup.de reb. cred.*
4 *vt in hac l. §. ex cauſa. & l.mora. §. in bonæ. ſup.eo.*
5 *vt inf.ea.l.§.ſi actionẽ. l.cum fundus . ſi cert. pet.*
6 *l.iij.de vſur.C.& l.Titius.de præſ.verb.*
7 *l.vſura.ſup.eo.*
8 *l.lite conteſtata.ſup. eo.*
9 *l.iij. §.idem. ſcribit.de pecul.ſup.*
10 *lib.ij.miſcell.cap.vij.*
11 *d.l.ſi actionem.*
12 *l. ſi fundum. de verb. oblig.inf.*
13 *in l. ſi filiusfa. inf. de verb.oblig.*
14 *in l.ratio. §.j.ſup. de act.emp.*
15 *vt hic.§.in fauiana.*
16 *in rub.de fruct. & lit. expenſ.*
17 *l.in ſumma.§. qui fortis.inſ.de re ind.*
18 *in l.ex diuerſo. §. vbi. ſup.de rei.vind.*
19 *vide Decium in l.in cõdẽnatione.inf.de reg.iu.*
20 *l.ſi cum militi.§.j.ſup. de compen.*
21 *l.ij.de vſur. rei ind.C.*
22 *d.l.ij.& iij.*
23 *l.in fideicommiſsi. ſup. eo.vbi noto.*
24 *& l.vlt.& ibi.Bar. de re ind.& l.tutor.de appell.inf. Bal.in d.l.ij. C. de vſur.rei ind.*

tempus à die confeſsionis dabitur [1]: cur enim confeſsionem à ſententia ſeparemus cùm confeſsi pro iudicatis habeãtur [2]?

1 glo. in c. quarẽti. de off. deleg. ext.
2 l. j. de confeſſ. C.

§. LVCTVS. Huc pertinent ea quæ antea diximus de particulari ſolutione an admittatur in l. quidam exiſtimauerunt. ſi cert. pet.

Solutio particularis.

HERENNIVS. I. L. XLII.

DE fructibus fideicommiſsi à quo tempore debeantur, ſuprà poſuimus [3].

3 in l. in fideicommiſſi. ſupra eo.

FRVCTVS PERCIPIENDO. L. XLV.

HVIC legi mirabiliter aduerſatur textus in l. in bonæ fidei. ad prin. de acq. rer. dom. De qua re ſuperius dictum eſt [4].

4 in l. fructus. ſup. de rei vind.

De nautico fœnore.

SI TRAIECTITIAE. L. VLT.

SI nemo viuebat qui traiectitiæ pecuniæ nomine interpellari poſſet, nihilominus contra hæreditatem iacẽtem committitur pœna, vt hîc [5]. quod nõ dubiè intelligimus, cum illa pœna deſcendit ex aliquo pacto vel facto cum anteceſſore inito [6]: nam ſi ex ſimplici mora, contrà eſt. neque enim ceſſatum accipimus cum iacuit hæreditas [7]. & ſi non dicitur in mora, qui in vinculis, vel hoſtium poteſtate eſt [8], rectius profecto dicetur, per eum qui ſit mortuus moram non contrahi. Addunt tamen doctores [9] ex ſententia glo. [10] eo caſu quo commiſſa eſſet pœna contra hæreditatem iacentem, reſtitutionem hæredi applicari ex generali clauſula prætoris [11]. His adiungitur quæſtio nobilis, An contra hæreditatem iacentẽ currat præſcriptio: quod ſpeculator admittit [12]. Sed rectius dici poſſe arbitror ex Panormitani opinione [13], non currere præſcriptionem: ſicut nec eam vacanti eccleſiæ procedere ſcriptũ extat [14]. Si tamẽ contra defunctum præſcriptio eſſet inchoata, exiſtimo eam contra hæreditatem iacentem perſtare [15]. quaſi aliquid cum defuncto geſtum ſit, per ea quæ ſuprà diximus.

Pœna an committatur cõtra iacentem hæreditatem.

Præſcriptio an currat contra iacentem hæreditatem.

5 fac l. debitor. ſupr. de neg. geſt.
6 vt l. ad diẽ. inf. de ver. oblig.
7 l. is cui. §. ceſſatum. vt in poſſ. leg. inf.
8 l. ſed etſi. de vſur. infi.
9 Bar. & Alex. in d. l. ad diem.
10 in l. qui in alterius. de reg. iur.
11 l. j. ex quib. cauſ. maio. infi ſup.
12 tit. de præſcript. §. j. ver. item nota. per l. ſi prædio. ſup. de in diem add.
13 in c. de quarta. ext. de præſc. j. eo. l. ſi ſeruus hæreditarius. de ſtipul. ſeruor.
14 d. c. de quarta.
15 l. ea quæ. §. ſi vero. & ibi glo. de temp. in integ. reſt. C.

De probationibus & præſumptionibus.

QVOTIES. L. I.

IN hac ſentẽtia probationum, generalis Bartoli [16] cautio placet, quæ pro ſumma totius huius tituli erit, vt quoties aliquis allegat gẽtem, cognationem, ætatem, aut quid aliud quod facti eſt, quo id quod iudicio intendit, confirmet & roboret, toties is probare debeat, ſiue ſit actor, ſiue reus [17]. Semper enim qui dicit, debet probare, ſiue agendo dicat, ſiue excipiendo id intendat [18]. Poſſeſsio tamen in eo poſsidentem iuuat, vt ab eo onus probandi in aduerſarium auertat. nam niſi aduerſarius probet, res penes poſsidentem manet, licet is non ſit dominus [19]. Idem planè dicitur in quaſi poſſeſsione, vt ſi ponas me ad Titium tanquam ad fratrem epiſtolam dediſſe, licet hunc eo ipſo mihi non conſtituam re vera fratrem, in hoc vt eo nomine mecum in partem delatæ hæreditatis vocetur [20]: conſtitui tamen eũ in quaſi poſſeſsione, & me oneri probatio-

Qui aliquid allegat probare debet ſiue actor ſiue reus.

Commodum poſſeſsionis.

16 in l. j. C. ſi aduerſ. cred. per. l. ſi minorem. de in integ. reſt. C.
17 d. l. ſi minorẽ. et ibi Bar.
18 l. j. C. eo. & hic.
19 l. circa. inf. eo. & §. cõmodum. de interd. Inſt. l. vlt. C. de rei vin. noto in l. qui deſtinauit. de rei vind. ſup.
20 c. vlt. de ſent. extom. in cle. l. iubemus. de lib. cauſ. C. l. qui familiæ. ſup. fam. ercíſ.

nis

nis alligaui.quod manifeſte duobus Imperatoris reſcriptis deſignatur [1]: vbi licet non impleatur affinitatis aut ſanguinis ius ex epiſtola,aut nuda aſſeueratione: qui tamen epiſtolam reddit,probare contrà debet: videtur enim his epiſtolis reddiuis quaſi poſſeſsionem in aduerſarium tranſtuliſſe [2].

SI PACTVM. L. IX.

Cauens ſibi & hæredi cauere putatur.

HVC pertinēt quæ ponuntur.in l.Iuris gentium.§.pactorum.ſup.de pact.Sic ſi creditor debitori vendendi pignoris facultatem concedat,hæredi quoque dediſſe videtur [3].

CENSVS. L. X.

Scriptura aliquando requiritur.

IN exercendis litibus par pene poteſtas eſt inſtrumentorum & teſtium [4].Sed hoc non eſt generale:quædam enim ſunt quæ melius per inſtrumenta quàm per teſtes probantur:vt in priuilegiis [5], in quibus ſcriptura requiritur [6], & in factis antiquis vſuuenit,per hunc textum: & generaliter in omnibus caſibus quibus ſcriptum neceſſariò requiritur [7]: quos ponit glo.in c.j.de cenſib.lib.vj.Quibus annectitur quod ad eandem ſententiam alibi relatum eſt [8].

QVINGENTA. L. XII.

Species pluries legata an pluries debeatur.

SI ſpecies in teſtando eidem pluries legetur,ipſo iure amplius quàm ſemel non debetur [9]: & hoc ſine diſtinctione dicitur.non enim natura patitur, vt ſpecies ſiue corpus duplari poſſit [10].Quòd ſi legatur res,& eidē illius eſtimatio,vtrumq; debebitur [11].de quantitate autem vni ſæpius legata addubitatum eſt.Sed res ita temperari ſolet, vt niſi ſemel non debeatur: ſi non contrarium manifeſte probetur [12]. quod tamen rationem habet,niſi in diuerſis ſcripturis illa eadem quantitas eſſet repetita.puta decem in teſtamento, & in codicillis decem,per hunc textum:quem ita intelligunt Bartolus & Alexand. [13] Planè idem eſt obtentum ſi à diuerſis hæredibus ſummæ eſſent legatæ:perinde enim omnes & ſolidas deberi æquū eſt,atque ſi diuerſis ſcripturis aut etiam duorum teſtamentis illæ ſummæ eſſent legatæ [14]. Ex his quæſitum ſcio, Titius duobus inſtrumentis ex cauſa mutui in eadem quantitate debitor ſcriptus oſtenditur:an ex numero inſtrumentorum totidem debita interpretemur. & verum eſt quod Angelus ſcribit [15],toties debere Titium,per hanc legem.ſi tamen eodem tempore confecta eſſent inſtrumenta, rectius eſt vnum debitum ſignificari. duo enim videntur exempla vnius inſtrumenti [16]. & hoc Baldus [17] & Alexan. [18] probant. Hæc autem locum habent cum de ſummis duabus vni legatis quæritur:at ſi vna ſumma pluribus legaretur,puta *lego Mæuio Decem*, *& Titio decem*, aut *lego Titio & Mæuio decem*, an de eadem ſumma id legatum interpretemur, alibi relatum eſt [19]. & illud quæri plurimum intereſt,vt ſciamus an ſit iuri accreſcendi locus.

Quid in quantitate.

Debitor eiuſdē ſummæ ex diuerſis inſtrumentis an toties exigi poſſit.

CIRCA EVM. L. XIIII.

Reus ſuſcipiēs in ſe probandi onus.

PERTINET ad ea quæ ponuntur in l.j.ſup.eo.Et ad id quod in textu relatum eſt,reo qui ſe onere probandi aſtrinxerit,morem eſſe gerendum,addit hîc gl. quòd ſi is defecerit in probando,non tamen ideo ſit condemnandus.ſemper enim illud generale remanet, *actore non probante reus abſolui de-*

1 *l.nō epiſtolis. et ibi Bar. & l. non nudis. C. eod. fac.l.quidam.inf.eo.*
2 *c.per tuas. de proba. & ibi Panor.*
3 *l.ſicut.§.ſi debitori.ſup. quib.mod. pig.ſolu. & ibi not.*
4 *l.in exercendis. de fid. inſtru.c.cum Ioannes. de fid.inſtrum.ext.*
5 *c.ad audientiā.de præſcript.ext.*
6 *c.porro.de priuil.*
7 *Panor.in d.c.ad audientiam.*
8 *l.contrahitur. ſupr. de pignorib.*
9 *l.plane. §. j.de legat. j. inf.*
10 *l.Lucius. §. impuberē. de leg.ij.inf.*
11 *l.fundū cornelianū. de nouat.Bar.in l.ſi alij.de vſuf.leg.*
12 *d.l.plane.§.ſed ſi non.*
13 *in d.l.plane.§.j.& Bar. in l.cum centū.de adim. leg.inf.*
14 *l.quid ergo. §.j. de leg. j.l.ſi pluribus. §.j.de leg.ij.*
15 *l.planè.§.j.de leg.j. inf.*
16 *l.j.§.ſi quis in duobus. de bon.poſ.ſecūd.tab.l. quibus. de ver.obli.inf.*
17 *in l.nec caſu.de diſcuſſ. per illum text.lib.x.C.*
18 *in d.l.planè.§.j.*
19 *l.ſi tibi decem.de vſuf. ear.rer.quæ vſu conſu. ſup.*

bet [1]. & hoc tenent Bartolus & Bal.hîc [2].Planè reus qui hoc modo vltro in ſe probationes ſuſceperit,ſi probet, hoc commodi ex probatione ſua feret,vt non ſolum abſoluatur ab illa inſtantia,ſed dominus per ſententiam ſit declarandus, in hoc vt ſi de poſſeſsione deciderit habeat actionem [3].Aliâs non omnis qui vicit per ſententiam, habet actionem eo caſu quo poſtea poſſeſsionem amiſerit [4].

QVIDAM. L. XV.

HVIVS generis ſunt ea quæ habentur in l.j.ſup.eo.

ETIAM. L. XVI.

FACIT ad poſita in l.filium. ſup.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.

SI QVIS LIBERVM. L. XX.

QVI poſſeſsionem vi capit, non adiuuatur commodo quod poſſeſſoribus dari ſolet,vt hîc [5]:& hoc aliâs diximus, in l.qui deſtinauit.ſup.de rei vind.Nec vtimur ſententia Baldi [6], exiſtimantis eum qui vi eſt deiectus de poſſeſsione, ſi rei vindicatione agat, aſtringi ad dominij ſui probationem. vt enim ſpoliatus agens poſſeſſorio ſtatim reſtituitur, licet nô impleat probationes de dominio ſuo [7]: ſic qui petitorio ſiue rei vindicatione conſiſtit [8]:hoc enim ſpolians expenſum ferat temeritati ſuæ.Sic ob mendacium dicimus transferri poſſeſsionẽ ab eo qui poſsidet, in agentem, licet rei vindicatio intẽdatur [9]. quod multò iuſtius eſt contra violentum admitti. quamquam verum eſſe putem, vt in rei vindicatione contra ſpoliantem dicta,admittantur exceptiones,quæ in poſſeſſorio nullo modo recipiuntur,vt diximus in l.ſi quis vi.de iudi.

VERIVS. L. XXI.

AN præſumatur ignorantia, difficilis certe diffinitio eſt. Plerunq; tamen creditur ignorãtia præſumi,per hũc textũ,& aliâs diximus [10].Plane eius quod publice factũ eſt,ſcientia potius præſumitur [11].Itẽ nec in facto ſuo, aut iis quæ ad ſe factum illud pertinent,ignorantia præſumẽda eſt [12].Ideo qui ſe ignoranter indignum elegiſſe dicit.ignorantiam probat, vt eãdem electionem poſsit improbare [13].Et generaliter dicimus ignorantiam facti præſumi per hunc text. ſed ignorantia iúris, contrà: potius enim mala-fides interueniſſe credenda eſt [14]. Planè ignorantia probatur per iuramẽtum [15], cum ſit ſita in animo & hominis conſcientia [16].

SI CHIROGRAPHVM. L. XXIIII

IN eandem ſententiam ſunt quæ dicũtur in l.ij.de pact. ſup.

CVM DE INDEBITO. L. XXV.

HIC textus. planus eſt: cui etiã adiunge c.vlt.de ſol.Quod autem ad finem [17] dicitur,cautionem indiſcretã & ſine cauſa, non probare,perducitur etiã ad confeſsionẽ ſine cauſa,ex Panormitano [18]:niſi certis caſibus,quos idem Pan.enumerat [19]. Idem dicitur in ſtipulatione cauſam non habente [20]: & hoc aliâs diximus in l.tale.ſup.de pact.Indiſcreta autem cautio vocatur etiam ea quæ cauſam habet,ſed generaliter conceptã,vt *confiteor me decem debere ex omnibus cauſis*: nec valebit niſi vel ex antea ſpeciatim dictis poſsit reſtringi [21],vel qua alia coniectura:vt cum hoſpes domino domus facit cautionem decẽ aureo

Violentus poſſeſſor non adiuuatur ſua poſſeſſione.

Ignorantia an præſumatur.

Iuramento ignorãtia probatur.

Cautio ſine cauſa. Confeſsio ſine cauſa. Stipulatio

1 l.qui accuſare.de eden. l.actor.de prob.C.
2 ſuſius Bar.in l. diuus. Adrianus.infrà. de re iud.
3 l.ſi quis rem à non domino.inf. de execu. rei iud. & ibi glo. Bal. in l. fruſtra.C.eo. Pan. in ca. vno.col.ii. vt eccleſ. beneficia ſine diminut.
4 l.ſed etſi.de iureiur.ſup.
5 & l.vis eius.C.eo.
6 in d.l.vis eius.& in l.ſi quis ad ſe fundum.C. ad l.Iul.vnde vi.
7 d.l.ſi quis ad ſe fundũ. c.in literis. de reſt. ſpol.
8 l.ſi quis emptionis.§.ſed hæc ſuper. C. de præſc. xxx.ann.& Cin.in d.l. vis eius.
9 l.vlt.de rei vind. ſuprà. Auth.item poſſeſſor.qui potior.in pig.C.
10 in l.ſi quis patrem.ſup. ad Maced.
11 c.vlt.de his qui matri. accuſ.poſſ. c.j. de poſtul. præl.
12 l.quanquam.ad Vell.
13 c.nullo.de elect.lib.vj.
14 l. quemadmodum. de agric. & cenſ. libr. xj. C.& Bar. & Ang. in l.ſed etſi.,lege. de pet. hær.
15 c. paſtoralis. de except. glo.in verb.ignorantiã. in c.innotuit. de elect. Pan.in c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præb.
16 gloſ. in §. alia.de act. inſt.
17 §. ſin autem cautio.
18 in c.ſi cautio.de fid. inſtrum.& ibi glo.
19 in d.c.ſi cautio.
20 l.ij.§.circa. inf. de dol. excep.
21 l. ſi de certa.de tranſact.C.

reorum ex omnibus cauſis:ferè enim interpretamur debitum eſſe ex cauſa domus locatæ, aut nutricationis,vt CVRIA Pariſienſis cenſuit [1]. Valebit tamen tanquam donatio, ſi de certa ſcientia eius qui promiſit, conſtat [2]; idque propter vinculum ſtipulationis [3]: nã ſine ea,ſimplex promiſsio indiſcreta nõ habet donationẽ [4].Huc appoſitè & loco incidit quæſtio,de qua ſæpe quæſitũ ſcio. Titius debet mihi centum,cuius ſummæ nomine, quia ſyngrapham non habeo,teſtatò ab eo peto vt mihi centum quæ debet, perſoluat:is reſpondet ſe poſt aliquot dies ſoluturum,nulla adiecta cauſa:an ex ea confeſsione coram teſtibus facta, poſsim cum illo lege agere. Et habet rationem quod Mathesilanus ſcribit [5] recte me in eum ad id actionem intendere, ſi ſemiplenè, puta per vnum teſtem probem verè debitum ſubſiſtere. Nam nuda & indiſcreta cautio licet plenè non probet, vt hîc, facit tamen ſemiplenam probationem [6]. Sic ex duabus ſemiplenis probationibus exiſtit plena [7].

Cautio ſine cauſa an valeat vt donatio.

PROCVLA. L. XXVI.

HAEC lex pertinet ad ea quæ annotata ſunt in l. cum de in rem verſo. ſuprà de vſur. vbi dicitur eum qui fuit negligens & non ſoluit penſionem per decem annos, non continuo acquirere liberationẽ, vt ibi fuſius. Sed hoc nõ habet locũ ſi ad lapſum tẽporis adiũcta eſt ratio ſanguinis, per hunc tex. [8] facilè enim inter cõiũctos ex taciturnitate donatio induci creditur [9].

Ceſſans à ſoluendo an præſcribat.

QVI TESTAMENTVM. L. XXVII.

CVM aliquis in teſtamẽto profitetur ſe debitorẽ Mæuij, ex eo quaſi videtur debitũ conſtitutũ:& Mæuius vt debitũ ab hæredibus teſtãris ſibi dari oportere, vtiliter intẽdet.& hoc indubie dicitur, ſi teſtator iuret, vel ſe iuraſſe affirmet [10]. Quòd ſi de iuramẽto nulla mẽtio eſt, nõ rectæ Mæuius vt debitũ petet, ſed vt legatũ bene. nã talia verba, *confiteor me debere decem*, habẽt fideicõmiſſum [11].& ſic talis legatarius cæteris nõ præferetur [12]. At ſi ei qui capere nõ poteſt, cõfeſsio illa ſit expoſita, in fraudẽ legũ adiecta videtur: vnde nec vt debitũ, nec vt legatũ petet, per hũc tex. [13] Ex quibus efficitur, vt ſi pater cõfiteatur ſe filio ſpurio aliquid debere, inutilis ſit illa cõfeſsio [14]. Et ex eo quod dicimus confeſsionẽ factã in teſtamento, nõ habere debitũ, ſed tantùm fideicõmiſſum, infert Bart. [15] illam confeſsionem reuocari poſſe, nec ex ea teſtatorẽ, ſi conualeſcat, obligari. Sic ſi teſtator, dũ extrema ſua ordinaret, cõfiteatur ſe vſurariũ & multũ fœnoris cõtra ius cõtraxiſſe, non ideo obligat hęredes, & hoc Pan. refert [16], & verũ eſt niſi is iurauerit [17].

Confeſsio teſtatoris in teſtamento an ſit vtilis.

Confeſsio teſtamẽtaria reuocatur.

SI ARBITER. L. XXVIII.

VIDES hîc in factis antiquis ſufficere teſtimoniũ de auditu alieno: vt in aqua pluuia arcẽda [18], & finibus regũdis conſtat [19]. In cæteris de proprio ſenſu teſtis debet deponere, hoc eſt, de eo quod vidit, vel quod audiuit, nõ de eo quod ab aliis ſe audiuiſſe profitetur [20]. Ex quo dicitur, ſatis eſſe teſtibus ad fidem, ſi cõtrahentes audierint. at in teſtamentis ſpeciali iure dicitur, neceſſarium eſſe vt teſtes videant eum qui teſtatur [21]: nec ſufficiet audiiſſe [22]. Cui conſequens eſt vt in teſtamentis cæcus non ſit teſtis legitimus: ſed in contractibus recte & ex ordine facit, qui illi teſtimonium denuntiat [23].

Teſtimonium auditus.

Cæcus an teſtis.

1 *Die 2. Decemb. 1544.*
2 *l. Campanus. inf. de ope. lib. l. hoc iure. de donat. infrà.*
3 *Bart. in d. §. circa.*
4 *l. nuda. inf. de donat. & ibi Bart.*
5 *in d. l. nuda. xiiij. not.*
6 *per tex. in l. inſtrumenta. C. de prob. Rom. in d. l. nuda. j. col. Panor. in d. c. ſi cautio. de fid. inſtru. iij. colmn. ibi, tertio quæritur.*
7 *d. l. inſtrumenta. c. cauſar. de prob.*
8 *& ibi Bar. & Bald.*
9 *l. ſi ſeruus communis. inf. de donat. inter vir. & vxorem.*
10 *l. cùm quis decedens. §. codicillis. de lega. iij.*
11 *l. Lucius. ij. §. quiſquis. de lega. ij. l. qui vxori. de aur. & arg. leg.*
12 *Bartol. in d. l. qui vxori.*
13 *& l. cùm quis. §. Titiæ. de leg. ij.*
14 *l. j. & ibi Bart. de natur. lib. C. fac. l. Scius. ad legem Falcid.*
15 *in d. l. cùm quis. § codicillis.*
16 *in c. vlt. ad fi. de ſucceſſ. ab inteſt. extrà.*
17 *auth. quod obtinet. C. de probat. & d. l. cùm quis decedens. § codicillis.*
18 *fac. tex. in l. ij. §. idẽ Labeo. de aqua plu. arcend.*
19 *Bar. in l. cùm aliquis. de iur. delib. C. Panor. in c. pe. de parech.*
20 *l. qui teſtamento. §. vlti. infr. de teſtamen. & ibi Bartol.*
21 *l. ſi non ſpeciali. de teſta. ment. C.*
22 *Bart. in d. l. ij. §. idem Labeo. de aqua plu. arcend. infrà.*
23 *Panor. in c. ex literis. de conſuet. col. j.*

· IMPERATORES. L. XXIX.

PERTINET ad ea quæ relata ſunt in l. filium. de his qui ſunt ſui vel alien.iur.ſuprà.

De fide inſtrumentorum.

QVICVNQVE. L. II.

QVICVNQVE (inquit lex) conuenitur, non ex indice & exemplo, ſed ex authẽtico conueniendus eſt. Nam exemplũ fidẽ non habet, quod tamen contra eũ qui illud exhiberit verũ non eſt [1]. Huc pertinet quod aliàs in CVRIA Gratiõopolitana iudicatum eſſe Guido Pap. refert [2], Titius alterius procurator litem mihi dixit: quẽ cùm mãdatum habere negarẽ, petiit à notario non authenticum mandati, ſed literas quibus notarius teſtabatur, Titium procuratorẽ: certe eiuſmodi notarij teſtatum fidẽ non facit, ſed inſtrumentum in mundũ redigi debet [3]. Hîc & elegãter quæri poteſt, an in curia Romana aut etiam alibi, ſimplex ſignatura gratiam perficiat, antequam authenticũ ex illa ſit confectũ, quod admittit glo. [4] Atque ita declaraſſe dicitur Alexander ſextus: & rationem habet quantum ad ius eius qui gratia auctus eſt, nempe vt præferatur cæteris parem gratiam habentibus poſteà, licet ij prius in mũdum gratiam ſuam redigi fecerint. Sed tamen quo-ad executionem, non dicetur perfecta niſi confectis literis authenticis. Ideo nec ante diploma expeditum penſio ſi qua beneficio impoſita eſt, præſtari debet [5], nec executor aut delegatus accipit ex gratia poteſtatẽ [6]. Tamen placitum CVRIAE Pariſienſis extat [7]: gratiam non eſſe perfectam per ſimplicem ſignaturam, etiam ſede vacante (quo tempore diplomata non ſolent dari) niſi cum bellis flagrantibus itinera tenentur.

Exemplum fidem nõ habet.

Simplex ſignatura an gratiã perficiat.

1 Barto. in auth. ſi quis in in aliquo. de edendo. C. per tex. in l. in fraudem. §. neque inſtrumenta. de iure fiſci. infr.

2 q. xix. in deciſ.

3 l. contractus. de fide inſtru. C. gloſ. in l. fideicõmiſſa. §. quoties. infr. de leg. ij.

4 in cle. dudum. in fi. de ſepult. & Calde. in c. quiſquis. de elect.

5 gl. in reg. cãcel. Apoſ. 25.

6 Coraſ. in tract. ſacerdotii. de collat.

7 die 13. Maij, anno 1550.

REPETITA. L. III.

HANC legem Bartolus & Baldus intelligunt in cautione priuata, in qua ſi dies pro alio ſubiiciatur inter conſentientes, crimẽ falſi non contrahitur. In inſtrumento autẽ publico ſi hoc fiat, notarius falſum committit. Sed & ſi notarius ſcribit præſentem fuiſſe aliquẽ, qui tamẽ aberat, is in eadẽ cauſa eſt [8].

Dies vnus ſi pro alio adiiciatur, an ſit falſum.

8 l. qui veluti. C. ad legem Corne. de fal. C.

IN RE. L. IIII.

PERTINET ad poſita in l. cõtrahitur. ſup. de pi. & hy.

De teſtibus.

TESTIMONIORVM. L. I.

HIC titulus prohibitorius eſt: nam ij omnes in teſtimonium admittuntur, qui lege non prohibentur. Sic Iuriſconſultus edictum de procuratoribus prohibitorium vocat [9], De teſtium autem numero refrænando nulla certa cautio dari poteſt: ſed id totum bonus iudex variè ex perſonis cauſiſque conſtituet, vt hîc apparet: & hoc Bart. [10]. & Abbati [11] placet. Aliquãdo enim vſque ad quadraginta numerus excurrit [12], aliquãdo tribus tantum

Numerus teſtium refrænandus.

9 l. mutus. vbi noto. ſuprà de procur.

10 l. quoties. de naufr. libro xj. C.

11 in ca. cùm cauſam. de teſtibus. poſt gloſſ.

12 d. c. cùm cauſam.

contentus eſt[1]. Apud nos verò non plures quàm decem ſuper vno articulo interrogandi ſunt: quod tã in ſingularibus quàm vniuerſalibus articul. CVRIAM Pariſienſem cenſuiſſe Ioannes Galli refert[2].

IN TESTIMONIIS. L. II. & III.

Teſtes an ex numero æſtimandi.

PERPETVVM eſt in teſtibus vt potius ponderẽtur, quàm numerentur: nam ſæpe paucorum dignitas, multorum numerum conuellit, & pauciores qui dignitate antecellunt, præferuntur pluribus[3]. quod locum habet etiam in teſtibus ab vna eademque parte productis: neque enim ſi aliqui à cæteris diſſentiunt, continuò fidem ſibi derogãt, ſed ex dignioribus iudex animum ſuum informabit[4]. Diuerſum placuit ſi ab eadem parte diuerſæ & contrariæ ſcripturæ eduntur: nã ambę nihil firmitatis habent[5]: ſinautem à diuerſis partibus contrariæ ſcripturæ proferuntur, ea ſcriptura authoritatem conſequetur quæ plus habet dignationis & veritatis[6]: ſicut ante in teſtibus definimus. Quòd ſi vnus teſtis à ſeipſo diſſentit, fidem perdit[7]: ſi tamen ex cõtinenti ſe recipit, & dictum ſuum emendat, ſtabitur vltimo dicto[8], niſi vacillaret & inconſtanter ageret, per hunc textum[9]. Adde cauſas quaſdam eſſe in quibus teſtes non poſſunt eiurari & reiici, vt in iudicio maieſtatis & hæreſis[10], & ſimoniæ[11]: item in cauſa vindiciarum: cum aliis iudiciis poſtea illud quæri poſſit: & ita CVRIA Pariſienſis cenſuit[12].

Diuerſæ ſcripturæ fidem an ſibi derogent. — *Teſtis ſe corrigit.* — *Quando teſtes non eiurantur.*

TESTIVM. L. III.

§. IDEOQVE. In ſedentis poteſtate eſt expendere & deſpicere quanta fides ſit teſtibus adhibenda: videbit enim an eundem & præmeditatum ſermonem attulerint (inquit lex) item an ex tempore veriſimilia reſponderint. Ex quibus ſatis oſtenditur, teſtem nõ poſſe deponere per ſcripturam, ſed debebit ipſe adeſſe: quod aliàs iure canonico manifeſtè declaratur[13]. licet falsò contrarium Bartolo ſit creditum[14]. nam non teſtimoniis, ſed teſtibus credendum eſt, vt inferius dicitur[15]. Aderit igitur teſtis & poterit à iudice interrogari, & reſpondere tenebitur: niſi qua in re ſibi reſponſio captioſa eſſe poſſet, aut ex ea illius redargui turpitudo aut infamia[16]. ſed ſi interrogetur an ſit pauper, reſpondere debet: quod ſatis ſuperiora verba legis oſtendunt[17]. hoc Ioannes Andreas & Panor. tenent[18].

Teſtes non poſſunt per ſcripturam deponere. — *Interrogatio captioſa.*

LEGE IVLIA. L. IIII.

HABES hîc eas perſonas quibus inuitis non ſolet teſtimonium denuntiari. Sed nec puto eas volentes admitti debere: nam domeſticum teſtimonium legibus improbatur[19]. Appellantur autem domeſtici, qui ſunt ex eadem domo & familia[20], in quibus & mercenarij numerantur[21], & vxor cæterique ſerui[22]. Et tractatum eſt an frater pro fratre ſit idoneus teſtis: quod non admittit Duarenus[23], vel hoc ipſo quòd domeſticus dicatur. Communior tamen opinio eſt eum admitti in ciuili cauſa, cum non reperiatur prohibitus[24]: at in criminali, minime[25]. Sed hæc

Domeſtici qui. — *An frater pro fratre teſtetur.*

1 d. l. quoties.
2 q. cccxxv. in quæſt. per areſt. decif.
3 glo. in c. in noſtra. eo. tit. & Bart. in l. iuriſiurandi. C. eod.
4 gl. in c. in noſtra. in ver. ſed aduerſa. extra eodẽ. & ibi Bal.
5 l. ſcripturæ. de fid. inſtr. C. c. imputari. de fid. inſtrumen.
6 l. magnam. ad finem. de contrah. & commit. C.
7 l. cum precum. C. de lib. cauſ. l. vbi repugnantia. de reg. iur. infr.
8 c. præterea. de teſtib. cog. auth. de teſti. §. quia vero.
9 & Bal. in d. c. in noſtra.
10 l. in quæſtionibus. infr. ad leg. Iul. maieſta.
11 c. licet Heli. de ſimon.
12 menſe Iunio & Iulio, anno 1497.
13 c. à nobis. qui matrim. accu. poſſ. & ibi Panor. & in c. de teſtibus. de teſtibus. extr.
14 in l. Theopompus. de dot. præleg.
15 §. idem diuus.
16 glo. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. de iureiur. gloſſ. in c. ij. de confeſſ. lib. vj.
17 ſupr. ead. l. ſbi, an locuples vel egens.
18 in c. cauſam quæ. nume. 14. extra eod.
19 l. ij. C. eod. l. pe. infr. eod.
20 l. præſenti. §. & hæc quidem. C. de his qui ad eccle. confug.
21 l. j. §. ſi filiusfam. infr. de vi & vi armat. & in d. l. præſenti.
22 l. quicunque. C. de re milit. lib. xij.
23 libr. j. diſput. anniuerſ. cap. xxviij.
24 per l. j. ſupra eod.
25 Bart. in l. parentes. C. eo. & Panor. in c. a. litteras. de præſump.

fortaſſe omnia ad virum bonum remittenda ſunt. Si enim inimici à teſtimonio repelli debent [1]: certe & eadem ratione amici arcebuntur à teſtando, inter quos frater primas habere debet. At frater fratrem accuſare non poteſt [2]. Et quod dicitur aliquas perſonas non eſſe idoneas ad teſtandum, intelligitur niſi aliâs non poſſit haberi probatio; tunc enim etiam domeſticis teſtibus locus eſt [3]. Sic matris teſtatio in ætate filij probanda non refutatur [4]: & parentes admittuntur in cauſa matrimonij & cõſanguinitatis, & quoties res à domeſticis magis ſciri poteſt [5]. quod ſummam rationem habet, ne probationum copia in arctum deducatur [6].

Prohibiti teſtari, admittuntur cum non ſunt alij teſtes.

NVLLVS. L. X.

AD hanc legem pertinet quæſtio, an in cauſa vniuerſitatis aut collegij qui de collegio eſt, teſtis idoneus ſit. quod aliâs dictum eſt [7].

INVITI. L. VIII.

PVPILLVS teſtis eſſe non poteſt: quæ ſententia ad impuberes generalis eſt [8]. Pubes autem non prohibetur, niſi in criminali, in qua ante vigeſimum annum non teſtificabitur [9]. Sed tractatum ſcio, an pubes poſſit teſtimonium dicere de eo quod in pupillari ætate vidit: quod magis eſſe glo. refert [10]: ſi modo de his deponat quæ proximus pubertati vidit, idque Dec. probat [11]. Quoties autem teſtes requiruntur ad ſolennitatem, vt in teſtamentis euenit, toties pubes non dicet teſtimonium de re quam impubes vidit: nam requiritur maior ætas eo tempore quo actus contrahitur [12].

Pubes an teſtificetur de eo quod in pupillari ætate vidit.

PRODVCI. L. XXIII.

ISTA lex in Pandectis Florentinis ita legitur, *Produci teſtis is non poteſt, qui ante in eum reum teſtimonium dixit.* quam lectionem etiam Haloandri editio ſequitur. Et ita legendũ eſſe Duarenus docet [13], vt ſit ſenſus, non eſt is idoneus teſtis in aliquem, in quem de crimine poſtulatum, aliâs teſtimonium dixit: nam dicitur inimicus eius, quod contra illum aliâs in criminali iudicio depoſuerit [14]: niſi coactus & denuntiatus teſtimonium dixiſſet, ſecund. Hoſtien. & Panor. [15]

Inimicus non teſtificatur.

TESTES. L. XXIIII.

PERTINET ad id quod poſuimus in l. lege Iulia. ſupra eodem titulo.

MANDATIS. L. VLT.

CERTVM eſt aduocatos, procuratores, & eos qui cauſæ affuerunt, non recipi ad teſtimonium in illa cauſa. quod ſignificationem habet, ſi per eum producãtur, cui patrocinium præſtiterunt, vt hîc [16]. At diuerſa pars nullo iure impeditur, quo minus illis teſtimoniũ denuntiet: quod ipſum iudicis officio explicabitur [17]. & ita iudicatum in CVRIA Gratiõnopolitana Guido Pap. teſtis eſt [18]. Quæſitum quoque eſt de iudice, an in cauſa coram ſe mota teſtificari poſſit, ſed hoc vix eſt [19]. verendum eſt enim ne plus in eã partẽ pro qua ſententiam dixit propendeat quam in aliam. De his verò quæ coram ſe geſta ſunt, interrogari poterit, niſi qua eius infamia verſaretur

Aduocatus & procurator an ſint teſtes idonei.

Iudex an ſit teſtis in cauſa.

1 *l. produci. infr. eo.*
2 *l. ſi magnum. qui accuſ. poſſ. C.*
3 *c. veniens. de teſtib. l. conſenſu. de rep. C.*
4 *l. etiam. ſup. de prob.*
5 *c. videtur. qui matrim. accuſ. poſſ.*
6 *l. quoniam. de hæret. & Manichæ. C.*
7 *in. l. in tantum. §. vniuerſitatis. de rer. diuiſ. ſupr.*
8 *vt hîc & l. iij. § lege. ſupra eod.*
9 *l. in teſtimoniũ. inſ. eod.*
10 *in l. iij. § lege. in verb. impubes. ſupra eodem.*
11 *in l. ij. ad fin. de reg. iur. infrà.*
12 *l. ad teſtium. infr. de teſtam. & ibi. gl. & Pan. in c. vlt. de ſent. excom. extra.*
13 *lib. i. anniuerſariar. diſput. c. xxix.*
14 *c. cũm p. manconella. & c. meminimus. de accuſ.*
15 *in d. c. cum. p. manconella. ad fin. per text. in c. præterea. de teſtib. cogẽ. gloſ. in § item in criminali. iiij. q. iij.*
16 *& c. ſi. de teſtib. lib. 6.*
17 *l. deferre. § item eos. infrà de iure fiſc. & ibi Bar.*
18 *q. xlv. in deciſionib.*
19 *c. ſtatuendum. ij. q. vj. & c. cũm à nobis. de teſtib. extrà*

retur

retur [1]. Sed hæc intelligimus cum cauſa iam mota eſt. nam pendente controuerſia coram ſe, teſtis eſſe non poteſt, ſed potius deponi deberet à iudicando, ſi ad teſtificandum à parte vocatur [2].

1 Pan. in c. cùm à nobis. ij. col. de teſtib.
2 c. dilecto. extr. eod.

De iuris & facti ignorantia.

Ignorantia an præſumatur.

EST ignorantia iuris eáque improbabilis, qui enim imperitus eſt rerum gerẽdarum, peritiores in cõſilium debet adhibere [3]. eſt & facti, quæ excuſat, quòd explica ſecundũ ea quæ clarè hîc oſtendũtur. Diximus quoque [4] ignorantiam facti præſumi [5]: niſi quoties diſquiſitio diligẽs initio actus eſſet neceſſaria: vt cùm aliquis defert aut denuntiat alium de crimine, vel in dignitatis gradu locat [6]. At ignorantia iuris non eſt præſumẽda, imò ad ſuſpicionem malæ fidei potius deuenimus, vt dixi [7]. Addidimus quoque ignorantiam probari iuramento [8].

3 l. in bonorum. de bonor. poſſeſ. inf.
4 in l. verius. ſuprà de probationibus.
5 l. ſi. pro ſuo. & d. l. verius.
6 Bal. in l. j. ad Maced. C. gl. in c. innotuit. de elec.
7 d. l. verius.
8 gl. in verb. doce átque. in l. ſi eni. §. j. inf. de accuſat. tex. in c. ſi verò. ij. de ſenten excom. c. paſtoralis. de exception.

LIBER VICESIMVS TERTIVS PANDECTARVM.

DE SPONSALIBVS.

In rebus ſpiritalibus ius canonicum ſpectatur.

QVAE iure ciuili in cauſa nuptiarum & matrimoniorum explicantur, omnino ad ius pontificium referri debent [9]. Cum enim de re ſpiritali & eccleſiaſtica agatur, hactenus creditum eſt ius canonicum ciuilis iuris authoritatem infringere [10]. Ex quo & illud placuit, vt quoties in litem quæ temporalis eſt, vt de hæreditate aut re credita, incidit quæſtio ſpiritalis, puta matrimonij aut vſuræ, quæſtio illa ad clericum iudicem remittenda ſit [11]. Sed tamen quia hoc proſpectu, omnes fere cauſæ laicorum ad clericos iudices referẽtur, obtinuit Bartoli temperatio [12], vt cauſa matrimonij, iuramenti, vſurarum & ſimiles quæ incidunt, poſſint à iudice profano expediri, ſi in facto non in iure ſitæ ſunt. vt ſi ponas Titiam in Meuium maritum de dote formulam interdiſſe, & Mæuium Titiam actricẽ pro vxore non habere: hîc propè eſt vt poſſit iudex laicus hanc facti quæſtionem ſit necne matrimonium, iudicare. quòd ſi in iure verſaretur quæſtio, puta de matrimonio conſtat, ſed dubium eſt, an per verba concepta ſit cõtractum iure matrimonium, illa quæſtio erit pontificij iuris [13]. Sic decimæ quãquam merè ſpiritales ſint, ſi tamen pro eis nudo poſſeſſorio agatur, ad iudicem laicum intratur [14]: & hoc CVRIA Pariſienſis cenſuit [15]. Plus etiam iudicauit eum qui permutauit beneficium cum alio: ſi non liberum, ſed penſioni aut alteri oneri obnoxium beneficium recepit, coram iudicibus laicis agere poſſè, vt is qui permutationis ergo hoc beneficiũ dedit, vel liberum

Cauſæ ſpiritales quomodo ad iudices laicos poſſunt pertinere.

9 c. accedentibus. de exceſ. prælat.
10 l. priuilegia. & ibi Bart. de ſacroſ. eccl. c. eccleſia. de conſt.
11 c. lator. qui fil. ſint leg. c. tuam. de ord. cog. c. ſi index laicus. de ſen. excõ. lib. vj.
12 in l. omni innouatione. de ſacroſ. eccleſ. C.
13 c. venerabilem. ad fin. de elect. c. vlt. de for. comp. lib. vj. vt Bar. in d. l. omni. & Bald. in l. filium. vlt. col. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.
14 Guid. Pap. q. 4.
15 Anno 1262.

tradat, vel beneficium quod recepit reſtituat [1].

SPONSALIA. L. I.

SPONSALIA ſunt repromiſsio futurarum nuptiarũ, ex qua definitione ſatis oſtenditur, ea quæ ſponſalia de præſenti vocamus, non recte ſponſalia vocari. tunc enim veræ nuptiæ ſunt, & re vera matrimonium contrahitur, licet concubitus non ſequatur [2]. Sed hæc quæſtio de verbis eſt: quoquo enim vocabulo vtaris, ſemper ſponſalia illa de præſenti, pro nuptiis accipiũtur, etiamſi vxor non ſit traducta & cognita [3]. vnde ſi maritus cum ſecunda iterum nuptias contrahat, & copula intercedat, prima nihilominus vxor remanet, & ſecunda dimittenda eſt [4]. Quod adeo verum eſſe didici, vt ſi cum ſecunda ſubiecto iuramento ſponſalia contrahat, primam tamen habere teneatur [5]. Et queãdmodum beneficium per nuptias contractas vacat, ita & per ſponſalia de præſenti [6]. Ex his eleganter quæſitum eſt, ſtatutum valet in ciuitate, vt muliere prius in matrimonio decedente, dos mariti lucro ſit: an ſi decedat vxor contractis ſponſalibus de præſenti, & antequam traducatur aut cognoſcatur, ſit ſtatuto locus: quod Panormitanus recipit [7], & Bartolus probat [8]. quibus annecte quod intra relatum eſt [9].

Sponſalia de præſenti.

SAEPE L. XVII.

IVSTAE ſunt cauſæ quædam quæ ſponſalia differunt. ex quibus verbis non id ſignificatur, vt non liceat alteri ex contrahentibus ad alia ſponſalia conuolare, non expectato reditu eius qui abeſt, vel ſanitate, ſi ægrotat: quod & iure pontificio in ſponſalibus declaratur [10]. At in nuptiis aut ſponſalibus de præſenti, ſi vnus adfuerit, tandiu erit expectandus, donec de eius morte nuntius perferatur, neque dies omnino eſt præfixus, idque tam ex iure ciuili [11], quàm pontificio [12].

Maritus abſens quanto tempore expectetur.

De ritu nuptiarum.

NVPTIAE. L. II.

CONSENTANEVM æquitati eſt & obſeruantiæ quam natura à filiis parentibus voluit exhiberi, matrimonio filios nõ illigari, niſi conſentiente patre, vel ſaltẽ tacente, vt hîc [13]. Sed tamen quia maximũ vinculum matrimonij eſt, iure pontificio (cui in hoc genere aſſentiendum eſt) recipitur, vt matrimonium filij patre non accommodante cõſenſum, valeat [14]. Sic quod dicitur, mulierem quæ intra annum luctus in manum alterius viri conuenit, infamia notari [15], de iure canonico emendatur [16]. nam qui cõtinere non poteſt, ſine diſtinctione nubendi poteſtatem habet. quod tamen non aſſentitur Paulus de Caſtro [17], qui exiſtimat nec ad creditorem canonis, nec ad Apoſtolum pertinuiſſe emendare ius ciuile in his decretis, quibus maxime vitæ humanæ honeſtas cõtinetur. Tu æſtima ne aliud ſit dicendum, cùm matrimoniũ ſpiritale ſitat in ſpiritalibus & eccleſiaſticis patria poteſtas pro nihilo eſt [18]. Vnum certe me mouet, quod videatur ſummã iniuſtitiã habere, ſi liberi ob non accommodatũ à patre cõſenſum ſpurij reputentur. vel eo maximè

Patris conſenſus an ad nuptias filij neceſſarius.

Mulier nubens intra annum luctum.

1 Notat Lucius lib. ij. placit. Curia. tit de poteſt. eccleſ.

2 l. cùm fuerit. de cond. & demõſt. l. nuptias. de regul. iur. infr.

3 d. l. cùm fuerit. ſæ. denique. inſ. tit. 1.

4 c. vlt. de ſponſ. duo.

5 c. ſicut ex literis. de ſpõſal. extrà.

6 c. j. & ibi Panor. de cler. coniug.

7 in c. tertio loco. de præſump. extrà.

8 l. nihil. infrà rer. amot.

9 l. ſi ſponſus. de. donat. int. virum.

10 c. de illis. de ſponſ. extr.

11 Auth. hodie. de repu. C.

12 c. in præſentia. de ſponſa.

13 l. ſi vt proponis. j. & ij. C. de nupt. l. Paulus. de ſta. hom.

14 c. cùm cauſa. de raptorib. c. ſufficiat. xxvij. q. ij. c. vl. xxxvj. q. j.

15 in l. decreto. ex quib. cauſ. inſa. irrog.

16 c. pen. vt vlt. de ſecund. nupt. & ibi. doct.

17 in l. decreto.

18 c. vlt. de iud. lib. vj. facit l. nam quod. ad Treb.

maxime quòd plurimi filii prudẽtia & doctrina partibus multo antecedunt:quanquã illud ſemper remaneat,honorandum eſſe patrẽ.Quid ſi pater cupidus diutius in cœlibatu filium eſſe velit,vt is meliorẽ cõditionẽ inueniat.quid ſi (vt apud nos fieri ſolet) pater filiũ nõ ad id natũ, in monaſterio velit degere. & certè ex præcepto domini apud Mathæũ [1] naturæ & ſanguinis ius erit relinquendũ vt legi ſatisfiat.Melius eſt enim ſecundũ Chriſtũ nõ fornicari,quàm ex ore patris pẽdentẽ turpiter viuere:& huius belli deus ſe authorem prædicat.

1 cap.10.

Capite trigesimo qvinto legis ivliae, qvi liberos. l. xix.

Pater an cogatur dotare filiam inuito ſe nuptam

VIDES patrẽ cogi officio iudicis dotarẽ filiã: nam officiũ illud paternũ eſt [2]: eſt & aui officiũ [3]. Sed tractatũ ſcio, an ſi filia matrimoniũ non conſentiente patre cõtraxerit, cogatur pater ei dotẽ aſsignare:quid admittit Panormitanus [4], ſi filia dotẽ promiſerit marito:nam ex ea promiſsione obligatur pater ad dotem dandã:ſi autẽ promiſsio nulla filiæ oſtẽdatur,pater ad dotẽ non eſt obligatus.Quòd ſi indigno nupſerit, ſine diſtinctione dotẽ non petet, quæ eo nomine exhæredari poteſt [5].quoties autẽ recipimus filiam ſine cõſenſu patris nubentẽ,petere dotem poſſe,etiã idem intelligi placuit, cum filia ante xxv. annum nubit.& ſic corrigitur ius ciuile [6] ex interpretatione canonici,ne libertas matrimonij anguſtetur [7]. quod & Iaſoni adprobatur [8]. Non poterit igitur filia exhæres fieri hoc nomine, ſed dotem & alimenta petet, vt fuſius docuit Decius in l.nuptias.de regu.iur. [9]

2 *l.vlt.de dot. prom.C.*
3 *l.dotem.de coll.bon.infr. & ibi Bar.gl.in l.ſi vero.de in rem verſ.ſup.l.cognouimus.de haret.C.*
4 *in.c.j.de deſp.impub.*
5 *l.iij.§.ſi emancipatus.de bon.poſſ.cõt.tab. Decius in l.nuptias.de reg.iur. Iaſ. in l.ij. §. quòd ſi in patris.vj.col. ſol. matri.*
6 *Auth.ſed ſi poſt.de inoſ. teſt.C.*
7 *c.gemma.de ſponſ.*
8 *in d.l.ij.§.quod ſi in patris.*
9 *gl.eſt in l.obligamur. de act.& obli.Alex.in l.j. viij.col.ſol.matr.*

Pleriqve. l. xxxiii.

Modicum interuallum facit ex duobus actibus vnum actum.

BREVITAS interualli inter primum & ſecundũ matrimoniũ efficit,vt videatur vnũ & idem matrimoniũ: neque iudicatur diuertiſſe quæ illico rediit, & ſic dos & cætera matrimonij in eadẽ cauſa erunt [10]. Sed hoc exiſtimo verũ eſſe quoad eaſdẽ perſonas nempe virum & vxorẽ. Nam ſi tertius ſoluto matrimonio dotem ſibi reddi ſtipulatus eſſet,ſtatim diuortio facto ſtipulatio commiſſa eſt, nec redintegrato interci dit [11].*ſtatim enim* (ait lex [12]) *ſtipulatio committitur*,niſi nõ tam diuortiũ,quàm iurgiũ iudicari poſſet [13]. Sic qui poſt tempus in conductione reſtat, videtur relocare, & pignorum obligatio durat,quoad ipſos contrahentes:ſed quod ad alios pertinet,id verum non erit [14].

10 *per hunc tex.& l.ſi mulier.ſol.mat.vbi poto.& l.ſi ſerua.de iur. dot.*
11 *l.cùm maritus. §.Titius. de pact.dotal.*
12 *l.ſtipulatio de dote. inf. de iur.dot.l.vlt.ſupr. de pact.l.an inſulam.in fin. ſol.matrim.*
13 *l.iij.de diuor.*
14 *l.item quaritur. §.qui impleto.ſup.loca.*

Tvtor. l. xxxvi.

Tutor poteſt ducere pupillam iure canonico.

TVTOR vel curator eam cuius negotia gerit, vxorem habere non poteſt,& hoc multis reſponſis iuris ciuilis deſignatur. Sed obtinuit ea omnia iure canonico immutari & corrigi,cum ad hoc non ſit comparatum ius ciuile, vt de matrimonio ſtatuat,vt plenius docuit Panormitanus [15]. quibus adiungitur quòd paulò ante diximus [16].Sic in prohibitionibus quæ fiunt inter propinquos ratione matrimonij ad ius pontificale referimus [17].

15 *in c.j.de ſponſ.extr.*
16 *in l.ij.ſup.eod.*
17 *c.non debet.de conſang. & aff.extr.*

Palam. l. xliii.

§. Non est ignoscendvm. Mirum non eſt ſi nõ ignoſcitur ei quæ obtẽtu paupertatis ſe in probrum & turpitudinem

coniecerit:ſemper enim vita luxurioſa peccatum eſt, ideóque perpetuò prohibita. At furtum facere non ſemper prohibitũ eſt: cum enim neceſsitatis & famis tempore omnia ſint communia [1], pro ſcelere non habetur ab alio eo tempore auferre & furari [2]. In hanc ſententiam plura Decius in l.quæ propter.de reg.iur.

Furari tempore neceſsitatis.

1 l.ij.§.itidem.ſup.ad l. Rho.de iact.
2 c.ſi quis propter neceſsitatem.extr.de fur.

A' DIVO PIO. L. LVIII.

HIC habes glo.ſingularem & ordinariam de qua aliqua in l.eleganter.ſup.de dolo.

NON SOLVM. L. LXVII.

§.DE VNO. Nobile eſt quod hîc dicitur, par affectio ſuſpicionẽ amouet. Ex quo & illud dici ſolet, vt teſtis qui vtriuſq; partis conſanguineus eſt, non poſsit ab vna parte recuſari intuitu ſanguinis. Sic nec iudex vtriuſque partis propinquus, ab vna parte poteſt eiurari [3]. quod hactenus verum eſſe puto, ſi par ſit & idem gradus [4]: nam hoc hic textus indicat.

Par affectio tollit ſuſpicionem.

3 gl.in c.poſtremo.extr. de app. Soc.in fal.reg.cciij.
4 Bart. in l.qui iuriſdictioni.de iuriſdict.omn. iud.ſuprà.

De iure dotium.

DOTIS CAVSA. L. I.

HIC opinor non præter rem quæri poſsit, de quo ſummè addubitatur, an iudex eccleſiaſticus ſuper dote adiri poſsit. Sed placet opinio Angel. [5] quo etiam iure in Gallia ex CVRIAE Pariſiẽſis decreto [6], vtimur, vt ſuper dote non poſsit adiri iudex clericus [7]. Sed ſi incidẽter in iudicium veniat, poterit ille ex officio dotem reddi iubere [8]. quod & lege principali euidenter oſtenditur [9], ex qua obtentum eſt querelam non numeratæ dotis apud rectores & defenſores locorum eſſe perferendã, quibus abſentibus apud epiſcopum res agetur:& hoc cõfirmat Baldus [10], & Alexan. [11] Quinimo & per manus traditur in CVRIA Pariſienſi iudicatũ eſſe, iuſtè & ex ordine tanquam de abuſu ab epiſcopo appellatum, qui in edicto euocauerat aliquem vt iudicio adeſſet, reſponſurus aut ſuper matrimonio, aut ſuper dote:quia enim hoc non poterat purè, nempe ſuper matrimonio & dote, neque alternatiue potuiſſe decretum eſt [12]. neque ſi eccleſia protegere dotes viduarum dicitur [13]: ideo in dotibus ius dicere debebit. quãquam hoc Io. Andreæ, Imolenſi & Hoſtien. placuerit [14].

Cauſa dotis an apud iudicem clericorum agatur.

5 in l.j.ſol.matr.
6 Die xxiij. Apr. an.1532.
7 c.cauſam.ij. qui filij ſint leg.& ibi Panor.
8 c.de prudentia. de don. int.vir.& vxor.ext.
9 l.in contractibus.§.vlt. de non num. pecu.C.
10 in d.§.vlt.d.c.in cõtractibus.
11 in l.j.ſol.mat.iiij.col.nume.14.
12 tex.eſt in l.quæ ſub conditione.§.ſed ſi ſub. de cond.inſtit.infr.
13 c.nuper.ad prin. de don. inter vir.& vxo.
14 in d.c.de prudentia.

SI PROPRIETATI. L. IIII.

SI vſusfructus accedat proprietati in dotẽ datæ, etiã in dote muneratur, & dotẽ auget, nec alia dos eſt. Hinc aliâs in CVRIA Pariſiẽſi iudicatũ eſt [15], vſufructuariũ nihil debere domino feudi, pro iis quæ honoris cauſa dari à vaſallis cõſueuerũt: nam vſusfructus ſeparatim non eſt cenſendus. Quibus conſequens eſt, rem alicui applicatã accipere naturã eius cui applicatur & accedit [16]. Ex quo & illud proficiſcitur, quod Bar. [17] cẽſuit, vt comitatus qui regno accedit, iiſdẽ moribus & legibus vtatur, atq; ipſum regnũ:& hoc etiã Guido Pap. probat. [18] quod ipſum intellectũ habet ſi acceſſoriè venit, nõ ſi principaliter [19]. Sic priuilegiũ exẽptionis acquiſitum monaſterio & omnibus capellis (ſic enim loquuntur) non perducitur ad capellas

Fructuarius laudemia non debet.

Comitatus regno accedens legibus regni vtitur.

15 Die j. Febru. ann.1518.
16 fac.l.prædijs.§.qui donum.de leg.iij.
17 l.ſi conuenerit.ij.§.j.ſup. de pig.act.
18 q.cclxv.in deciſ.
19 per l.cũ fundus.& l. peculium. de leg.ij. & Bar.in d.l.ſi conuenerit.

pellas pòſt quæſitas,prius non acceſſorias [1].

PROFECTITIA. L. V.

Pater dotans filiam.

§. PAPINIANVS. Hoc reſponſum repete ex iis quæ dicta ſunt in l.Neſennius.ſup.de neg.geſt. & hic textus in patre locum habet.in extraneis autem & in matre,quæ & inter extraneos numeratur [2],aliud eſt:hi enim potius nomine tutorio, quàm de ſuo dotaſſe creduntur [3].

IVRE SVCCVRSVM. L. VI.

In dote maiori reſtitutio applicatur.

EX hac lege ad finem ſatis probatur, maiorem ſi in dote danda circunueniatur,reſtitui in integrum. ſed & multo magis mulier,ſi in dote recipienda & æſtimanda læſa ſit, ad hoc beneficium pertinebit [4].quod dictum putamus etiam ſi læſio intra dimidium pretij aut rei conſiſtat: ſi enim vltra illud dimidium læſio interceſsiſſet,iuris eſt pluſquam manifeſti reſtitutionem dari maioribus [5]. quod beneficium non ſolum in venditione locum habet, ſed ad cæteros quoque contractus perducitur [6], vt Bartolus ſcribit [7], & Panormitanus aſſentitur [8].quod in locatione vſuuenire alibi retulimus [9].

DOTIS FRVCTVM. L. VII.

Vſuræ debentur pro dote non ſoluta.

VIDE quæ in eandem ſententiam ponuntur in l.diuiſione.inf.ſolut.matr. Et vt fructus dotis mariti ſunt, qui onera matrimonij ſuſtinet, ita & ſi dos petita non ſoluatur, à mora vſuras debebit mulier, etiam inſtitutis canonicis [10], vt ſuperius annotatur [11].

SI EGO. L. IX.

Conditio dati ſi poſt mortem donantis euenerit,an teneat donatio.

CVM donatio ſimplex eſt,& cauſam non habet, ſed tamen conditionem,vt puta,*do tibi pecuniam ſine aliqua cauſa aut onere,ea tamen conditione vt tua ſit cum deceſſero*: placuit donationi nihil obeſſe,ſi conditio poſt mortem donatis euéniat [12]. Quòd ſi donatio eſſet ob cauſam, cum ſit innominatus contractus,prope eſt vt pœniteat [13],& morte reuocetur, niſi fauore dotium,vt hoc textu probatur, in quibus non eſt pœnitentiæ locus [14]: ſufficitque conditionem euenire poſt mortem donantis, vt hîc. At vero in mandatis an ſufficiat conditionem eueniſſe pòſt mortem mandantis,ſatis ſuperque ſuperius dictum eſt [15].

PLERVNQVE. L. X

Aeſtimatio an obliget periculo.

AN æſtimatio transferat periculum in eum qui æſtimatum accepit,ſuprà annotatum eſt [16]. Caput autem huius ſententiæ eſt,vt quia id quod cuicunque contractui ſubiicitur,naturam contractus imitatur, ideo non plus æſtimatio contractui ſubiecta periculo obliget, quàm ipſius contractus natura pati poteſt [17].Itaque in commodato in quo dominium & conſequenter periculum in accipientem non transfertur,placet ſententia exiſtimantium, non ideo periculo accipientem alligari,licet res æſtimata cõmodata ſit.in id enim fit æſtimatio vt ſi culpa cõmodatarij res pereat,clare & ſine lite cognoſcatur, quid præſtare debeat commodatarius [18].ſi tamen non ſimpliciter res æſtimata data eſt, ſed nominatim commodatarius aut rem,aut æſtimationem ſe præſtaturum cauit prope eſt vt periculo is obligetur:& hoc manifeſte Vlpianus docet [19].Ita etiam interpretare quod dicitur in l.j.ſup. de æſti-

1 c.cum capella.& ibi glo. de priuil.ext.
2 l.j.§.extraneum. de rei vxo.act.C.
3 l.cum poſt.§.j.de adm. tut.inſ.
4 l.ſi res.§.j.inſ.eo.
5 l.ij.de reſc.vend.C.c.iij. & pe.de empt. & vẽd. ext.
6 l.maioribus.cõm.vtriuſ. iud.C.l.ſi quis cum ali ter.de verb.oblig.
7 in d.l.maioribus.
8 c.pe.de empt.& vend.
9 l.ſi merces.§.vis maior. loc.ſup.
10 c.ſalubriter.de vſur.
11 in l.j.de vſur.
12 l.ij.§.ſi pecuniam.de donat.inſ.vbi.Bar.
13 l.ſi pecuniã.ſup. de cõd. cauſ.dat.l.ij.de cond.ob cauſ.dat.C.
14 l.quod Seruius.ſupr.de cond.cauſ.dat.
15 in l.inter cauſas. mãd. & l.eius.ſup.ſi certi.pet.
16 l.ſi vt certo.§.nunc videndum.commod.
17 l.j.§.ſi quis ſub conditione.inf.vt leg.ſeu fidec.nom.l.ſi cum.§.qui iniuriarũ.ſi quis caut. ſuprà.
18 d.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.l.pignus.C. de pig.act.
19 d.§.nunc videndum.

mat. vt ibi de reddenda re, aut æſtimatione ſpeciatim ſit cautum. aliâs quod ſimpliciter æſtimatum datum eſt, non periret ei qui aliâs periculo ex contractus natura non tenetur [1]. Et huic ſententiæ maxime conſentaneum eſt, quod alibi dicitur, vt is qui me rogauit vt mea margarita vendenda ſibi permitterem, teneatur periculo, non quidem quòd id natura contractus poſtulet, ſed quia aut rem aut æſtimationem redditurum ſe recepit: in quo tamen erit adhibenda Iuriſcõſulti diſtinctio: vt ſi mea cauſa is de me petiit vendenda margarita, non tamen periculo obligetur licet æſtimationem ſe redditurũ promiſerit [2]. quod Connanus libr. vij. commentariorum [3] fere probat, & ſupra ex veterum opinione annotauimus [4]. Hîc autem ſola æſtimatio ideo transfert periculum, quod ex natura contractus dotis in maritum dominium transferatur [5]. Eſt tamen caſus quo periculum rei æſtimatæ marito non imputatur, quem infra ſuo loco dicemus [6].

Dos æſtimata periculo mariti eſt.

1 *l. ſi gratuitam. §. j. de præſ. verb.*
2 *d. l. ſi gratuitam. §. j.*
3 *cap. x.*
4 *d. §. nunc videndum.*
5 *l. dote ancillam. de rei vind.*
6 *l. mænia. §. ſi fundus. ſolut. matrimo.*

SI RES AESTIMATA. L. XII.

§. SI MVLIER. Ex hoc textu proficiſcitur, quod ſingulariter retulit Bartolus [7], cum quæritur, minor circumuentus in venditione impetrans cognitionem, quid debeat intendere. In quo ſic res expeditur, vt ſi læſus eſt in vendendo, quòd ei commodum non eſſet rem vendere, ad rem quoque reſtitutionem petat [8]: ſin vero læſus eſt, non quia vendidit, ſorte enim & vendere expediebat, ſed quòd vilius vendidit, ad ſuppletionem pretij aget, per hunc textum: neque enim plus reſtitutio afferre debet, quàm per læſionem erat ablatum [9].

Minori reſtitutionem petenti quid intendendum.

7 *in l. & ſi quidẽ. de præd. & aliis reb. min. C.*
8 *vt tot. tit. ſi aduerſ. vend. C.*
9 *l. ſed etſi per prætorem. §. quoties. ſup. ex quib. cauſ. maio. cle. j. de in integ. reſt.*

QVOTIES. L. XVI.

PRAECLARVM eſt, quod cum reſtituo tibi rem tuam, teneor quoque reficere tibi pœnam, quam à te illius nomine abſtuleram. quod tamen non eſt perpetuum, vt alibi diximus [10].

10 *in l. ſi pignore. de pig. act.*

STIPVLATIONEM. L. XXI.

QVI ſtipulatur ſibi dotem dari, ex ea ſtipulatione agere poteſt, ſi nuptiæ ſequantur, vt hîc. Quòd ſi dotem promiſſor non tradidiſſet, nec ſecutæ nuptiæ eſſent, dos repetetur [11]: & ſi æſtimata data eſſet, non æſtimatio ſed res reddenda eſt: nam æſtimatio facta eſſe creditur, ſi nuptiæ ſequantur [12]. Sicut enim defectus cauſæ expreſſæ parat condictionem danti, ſic & tacitæ quæ animo contrahentium ineſt [13]. Eadem fere in ingreſſu monaſterij (quod matrimoniũ ſpiritale dicitur) obtinent: vt ingreſſus monaſterium recipiat ea omnia quæ ſecum attulit, & quæ dedit monaſterio, ſi non ſequatur profeſſio: ea enim conditio ſemper intelligitur [14]. qui enim ingrediens monaſterium omnia donat, intuitu ingreſſus creditur donare, vnde egrediens ea auferet [15]. Nam ingreſſus donec profeſſionem edat, integri ſtatus manet, nec beneficia illius ſi quæ ante ingreſſum habebat, omnino dicẽtur vacare antequam ſit profeſſus [16]: niſi ſi is expreſſe beneficium eiuraſſet [17].

Stipulatio dotis valet ſi ſequantur nuptiæ.

Donatio ingreſſi monaſterium valet ſi ſequatur profeſſio.

11 *l. licet. inf. eo. tit. & l. cũ veterum. de donat. ante nupt. l. ſi extraneus. ſupra. de cond. cauſ. dat.*
12 *l. in rebus. §. j. C. eo.*
13 *l. j. ſup. de cõd. cauſ. dat.*
14 *c. quod à te. de cleric. coniug.*
15 *Panor. in d. c. quod à te. ij. col. vbi. ſuſ. & in c. in præſentia. de prob.*
16 *c. beneficium. de regular. lib. vj.*
17 *cap. iij. & ibi Panor. de renunt.*

CVM PATER. L. XXIX.

CVM pater marito pro filia dotem promittit, ex illa promiſſione non filiæ ſed marito actio eſt [18], etiam diuortio facto, licet debeat maritus vxori reſtituere [19]. Sed hæc rationem

Ex promiſſione dotis à patre facta agit maritus non vxor.

18 *l. ſi pater. de dot. prom. C.*
19 *l. ſi ſocer. § 4. ſolut. matrim.*

nem habent quandiu maritus viuit:nam illo mortuo vxor ex ea promiſsione aget [1]:quod & Guido Papa refert [2].Sed in teſtamentis pro legato facto ad dotem agit filia cuius intereſt, non maritus [3], idque ſtricto iure.ſed æquitas quoque exigit vt etiam marito actio detur [4]. At in promiſsionibus ſemper is agit cui promiſsio facta eſt,vt dixi, non ij quorum intereſt. Hîc vero apud Vlpianum dubitatur,ſi pater dotem quam marito promiſerat, eidem marito leget, an legatum valiturum eſt:quod negatur:nam creditori à debitore legatum factum inutile eſt [5].Quòd ſi filiæ dotem quam promiſerat, legat, legatum ſubſiſtit. poteſt enim deberi legatum filiæ ex teſtamento,& marito dos ex promiſsione.quod tamen non admittimus niſi manifeſte filia doceat patrem duplicandæ dotis animum habuiſſe:quod hîc ſatis colligi poteſt [6]. placuit enim patrem legantem dotem filiæ, videri legare animo compenſandi [7], ſi modo compenſatio admitti poteſt. Nam ſi dos eſſet promiſſa in quantitate,& legatur in ſpecie, non fit compenſatio, ſed vtrunque debetur [8]:ſpeciei enim ad quantitatem compenſatio exploſa eſt [9].

Pater legans filiæ an leget animo compenſandi cum dote.

SI EXTRANEVS. L. XXXIII.

ISTA lex eſt plena humanitatis, ex qua dici poſsit, non eſſe quod imputetur tutori aut adminiſtratori, ſi non conuenerit & vrſerit ad ſolutionem patrem eius cuius negotia gerebat. Nam bona fides, & honeſtatis regula vel in alienis negotiis agnoſcenda eſt [10].

Tutori non imputatur ſi non conuenerit patrem pupilli.

SI SERVA. L. XXXIX.

§.SI SPADONI. Spado matrimonium cotrahit, cum & generare poſsit:at caſtratus qui vtroque teſticulo priuatus eſt,matrimonium non contrahit, nec ſi contraxerit, dos poteſt ſubſiſtere [11].Idem plane dicitur in fœmina,quæ ſi tam arcta eſt vt cognoſci non poſsit, matrimonium quoque cum ea initum erit inutile [12]:niſi ſciens & certior vir de impeditione illa eam duxerit [13].Tractatum eſt etiam, an mulier ſic affecta ſit priuilegiaria in dote: quod omninò negat Bartolus [14] in ea quæ natura ſterilis eſt, idque,per hunc textum. At ea quæ ex accidente ſterilis eſt, ad priuilegium quoque admittitur,vt natura accidente ſuperior ſit [15]. Sed magis placet opinio Baldi [16],qui ſine diſtinctione mulieri ſterili concedit priuilegium in dote.quod & Iuſtiniani reſponſo adiuuatur [17].quanquam enim mulier ſterilis ſit, non tamen diſſoluitur matrimonium.Plane ſi tam arcta eſt, vt ſubiri non poſsit: neque matrimonium eſt, neque dos [18], ergo nec priuilegium dotis. Nam vbi matrimonium non ſubſiſtit, ibi & dos eſſe non poteſt [19],cui conſequens eſt, vt priuilegia ſine ſubiecto intellectum non habeant [20]. At ſine dote matrimonium eſſe non poteſt [21]. Mortuo autem marito ſi mulier ſit egẽs,quòd forte dotem non habeat, illi cauebitur ſecundum ea quæ decretis principalibus continentur [22].

Caſtratus non contrahit matrimonium.

Mulier ſterilis an habeat dotis priuilegium.

DIVVS. L. L.

QVOD dicitur dotem datam in primo matrimonio, videri repetitam in ſecundo, per hunc textum: & dotem datam in matrimonio inutili repeti, ſi matrimonium conuale-

Dos in primo matrimonio data, in ſecundo videtur repetita.

1 *arg. l. j. §. videamus. de rei vx. act. ſac. l. ij. inf. ſolut. matr.*
2 *q. ccclxxv. in deciſ.*
3 *l. ſeruo legato. §. teſtator. de leg. j.*
4 *l. tali. §. vlt. inf. eo. l. Titio centum. §. Titio genero. inf. de cond. & demonſt.*
5 *vt hîc. & l. ſi creditori. de leg. j. l. legani. de lib. leg. inf.*
6 *ibi, & ſi quidem hoc.*
7 *l. Titia. §. qui inuita. de leg. ij. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ſol. matr. l. huiuſmodi. §. cum pater. de leg. j. l. filia. C. de leg.*
8 *l. ſi pater. de coll. bo. Bar. in d. l. huiuſmodi. §. cũ pater.*
9 *l. ſi conueneris. ij. de pig. act. ſup.*
10 *l. quoties. §. ſicut. de admin. tut. l. quintus. ſup. mand.*
11 *vt hîc. & c. ij. de frig. & malef.*
12 *c. ex literis. de frig. & malef.*
13 *c. conſultationi. de frig. & malef.*
14 *l. ſi quis poſthumos. de lib. & poſth. & l. j. ſol. matrim.*
15 *d. l. ſi quis poſthumos.*
16 *in l. aſsiduis. qui potior. in pig. C.*
17 *d. l. aſsiduis. verſi. & ideo.*
18 *d. c. ex literis.*
19 *l. iij. ſup. eo.*
20 *l. j. comm. præd. ſup.*
21 *l. vltim. de donat. ante nup. C.*
22 *Auth. præterea. vnde vir & vx. C.*

ſcat [1]:intellectum habet quod-ad ipſos contrahentes attinet: nam quo-ad tertios ſtipulatio ſemel commiſſa non extinguitur [2]:quod & alibi tentauimus [3].

PROMITTENDO. L. XLI.

HANC legem citauimus in l.ſi nomen.ſup. de hæred.vel act.vend.

RES IN DOTEM DATAE L.XLII.

HVIC legi annecte quæ ſuperius diximus in l.cum quid. ſup.ſi cert.pet.In iis igitur quæ pondere,numero aut menſura conſtant, non idem, ſed tantundem reddendum eſt [4].Quibus poteſt applicari quæſtio, de qua dubitari ſolet. Dedi tibi crediti nomine centum aureos,vel eandem ſummam tradidi in annuam præſtationem:ſi valor pecuniæ creuerit, quæro an libereris à mutuo aut penſione,ſi offeras æſtimatione nummorum:item ſi decreuerit,reddendo numos in eadem moneta.Et certe melius eſt vt vtroque caſu in eadem moneta,ſumma reſtituatur: quod & Bartolus affirmat [5]. neque enim incrementi aut decrementi ratio omnino eſt habenda,niſi contra eum qui in mora eſt,& à tempore moræ [6]. & ita in vtroque caſu ex facto obſeruari Guido Papa teſtis eſt [7]: idque in propoſita ſpecie CVRIA Pariſienſis iudicauit [8].licet diuerſius nonnulli [9]. Et hæc opinor recte dicuntur quoties vetus moneta adhuc in vſu eſt, & reperiri poteſt: quòd ſi hodie non reperiatur, vera erit opinio exiſtimantium veteris monetæ æſtimationem ſoluendam eſſe: & hoc expreſſe iure canonico continetur [10], & ex Pauli ſententia [11] opinor profectum eſt.

Si valor pecuniæ creuerit aut decreuerit, an in eadem pecunia ſit facienda ſolutio.

LICET. L. XLIII.

PERTINET ad ea quæ ponuntur in l. ſtipulationem.ſupra eodem.

TALI STIPVLATIONE. L. XLIIII.

EX hoc textu eleganter efficitur, tempus adiectum in contractibus numerari ab vltimo die quo perfectus eſt contractus:nempe à die traditionis [12].quod ipſum ex hoc textu retulit Bartolus [13].Vnde cum dicitur,emptorem qui feudum emit,ſi non petierit inueſtituram intra annum & diem, damno feudi multari [14], annus procedit à die traditionis. quod & Baldo [15] & Guidoni Papæ placet [16].Sic annus datus promoto ad beneficium curatum,initiandi ad ſacros ordines [17], non currit promoto,niſi ab eo die quo poſſeſsionem pacificam accepit [18].Quid autem ſi tempus adiciatur in teſtamentis,an à morte,teſtamento aut adita hæreditate putetur, notatur in l.ſi cui legetur. de leg. j. Quod autem pertinet ad §. *Si ſocer*,ſuprà relatum eſt [19].

Tempus in cõtractibus adiectum à traditione initium capit.

CVM VIR VXORI. L. LIII.

SCITVM eſt quod dicitur,virum accipientem ſcienter pro dote nomina non idonea, donare videri: & ſic in fraudem legum facere,per hunc textum. Ex quo & illud dici poſſit,quod aliâs Baldus notat [20],vt creditor qui pro pecunia ſibi ſoluenda non idonea nomina aſsignat, in fraudẽ legũ quæ de vſuris latę ſunt,videatur facere. Sic & CVRIA Pariſienſis cẽ-

Creditor obligans ſibi debitorem in ſummam pro qua das nomina nõ idonea, vſurarius eſt.

1 *l.ſi ſerua.ſup.eo.*
2 *l.ſtipulatio de dote.inf. eo.l.vlt.ſup.eo.*
3 *in l.plerique. de rit. nupt.*
4 *l.ij.& l. cum quid.ſup. ſi cert.pet.*
5 *in d. l. cum quid. in fin. tex.in c.cũ olim.de cẽſib.*
6 *l.vinum.ſup.ſi cert.pet.*
7 *q.cccxiij.in deciſ.Gration.*
8 *anno 1547.die x. Iunij.*
9 *Panor. in c. quanto. de cenſib.*
10 *c.pe.de cenſib. ext. glo. in c.olim.de cenſ.in c.cõquerente.de off.ordin.*
11 *l.Paulus. de ſolut. vide Boer.conſ.cccxxvij.*
12 *fac.l.iuſto.§.j.de vſucap.inf.*
13 *in l.ſi cui legetur. ad fi. prin.de leg.j.*
14 *c.j.quæ fuit prima cauſ. benef.amit.in vſib.feud.*
15 *in c. de capit. Conra. in vſi.feud.*
16 *q.clxv in deciſ.*
17 *c. licet canon. de elec. lib.vj.*
18 *c.commiſſa.de elect. lib. vj.c. licet epiſcopus. de præb.eo.lib.*
19 *l.cum pater.ſup.eo.*
20 *in l.cum allegas.C. de vſur.*

ſuit

ſuit [1],creditorem dantem modicam pecuniam præſentem, & debitorum nomina non idonea,eſſe vſurarium.

RES QVAE EX DOTALI. L. LIIII.

Res ex pecunia dotali compa-rata dotalis an ſit.

RES ex pecunia dotali à marito comparatæ non continuò dotis cauſam ſequuntur,vt manifeſte principali authoritate ſignificatur [2]:quia tamen ſi ſoluendo maritus non ſit,cauſa dotis deterior futura eſt,habet rationem,vt in ſubſidium illæ res dotales dicantur [3],& vindicari à muliere poſsint,nõ directò,ſed vtiliter,quatenus ſcilicet eius pecunia fuit,& ad modum quo pauperior ipſa facta eſt [4]:nam ſi res ex illius pecunia à marito empta pluris digna eſt,quàm pecunia donata: eatenus inhibenda erit vindicatio.eadem fermè dicuntur, in re empta ab vxore de pecunia ſibi à marito donata, vt mulieris quidem ſit,ſed vtilis marito vendicatio detur [5]: vt tamen ſi plus res valeat quàm pecunia donata,non in plus vindicatio ſit quàm pecunia [6].nec verò illa vindicatio vtilis datur marito donanti niſi in ſubſidium:cùm vxor ſoluendo non eſt [7]. nam ſi vxor ſoluẽdo eſt,pecuniæ tantùm perſecutio marito erit [8]. Sic res ex pecunia pupilli à tertio comparata, non eſt pupilli, niſi in ſubſidium [9].At ſi à tutore res eſſet empta , omnino & ſine diſtinctione minoris eſt [10].quod & retulimus in l.ſi pecuniam.ſup.ſi cert.pet.In cæteris autem res empta ex pecunia mea, mea eſſe non dicitur [11].

SI IS QVI. L. LVI.

QVOD hac lege de expenſis in dotem factis legitur,alibi explicatum eſt [12].

QVAERO. L. LX.

HIC textus pertinet ad ea quæ ponuntur in l.cùm poſt.§. gener.inf.eo.Et quod dicitur hîc,incertæ dotis promiſsionẽ, taxationem recipere ex qualitate & dignitate viri & mulieris,pertinet ad id quod quærit Alexander [13]. Vir quidam nobilis conuenitur ad reddendam dotem, ſed in reputatione facienda eius quatenus facere poteſt,vult haberi rationem non ſolum victus,ſed etiam dignitatis ſuæ:& certe iuſtam rem poſtulare videtur [14].quod idem in expenſis litis taxãdis vidi dubitari,vt tamen victor reputet quod ex dignitate expendit,vt ſi venit cum equitio & comitatu ſuo :quãquam alius inferioris dignitatis eum ſumptum facturus non fuiſſet.

In æſtimatione facere poſſe,an ratio dignitatis habeatur.

SIVE GENERALIS L. LXI.

Curator an poſsit vendere rẽ pupillæ ſuæ vt ei dotem aſſignet.

SI tutor amplius quàm facultates pupillæ patiantur dotis nomine promiſerit,quid ſit dicẽdũ,vide hic tex.& gloſ. Et ex nouiſsima lege clarũ eſt,curatorẽ aut tutorẽ poſſe dotis cõſtituendæ cauſa,res minoris vendere,quia fortaſſe aliter conditio pupillæ nõ potuiſſet quæri:ſed tamen decreto eſt opus , vt hîc.imo nec ipſa prædia in dotẽ dari poſſunt à minore,niſi cõcurrente decreto [15], nec in donationẽ propter nuptias [16]. & ita CVR.Pariſi.iudicauit [17],in tutore qui ex cõſilio parẽtũ ſine decreto fundũ pupillę ſuę vẽdiderat,vt illa dotẽ marito cõmodius offerre poſſet.Huc pertinet quod noto in l.item quia. de pact.ſupra.

TITIA L.LXII.

CASVS huius legis inſignis eſt. Et ex reſponſo ad ſi-

1 *die xvj. Martij,an.1537.*

2 *l.ex pecunia. C. de iure dot.*

3 *per hunc text.*

4 *l.vxor marito.inf. de donat.int.vir.& vxo.l.ita conſtante.ſup. eo. Bart. in d.l. ex pecunia.*

5 *l.ſi mulier ex pecunia. cum l.ſeq.inf. de donat. inter vir. & vxo.*

6 *l. ſi id quod.§. ſi ex decem.de donat. inter vir.*

7 *l.vxor marito.de dona. int.vir & vxo.*

8 *l.ſi filij.de don.int.vir.C.*

9 *l filia.de ſolut.*

10 *l.curator.arb.tut.C.l.ij. C.quãdo ex fact.tut.C.*

11 *l.ſi ea.C.de rei vind.tot. tit.ſi quis alt.vel ſibi.C.*

12 *l.quod dicitur.de impẽſis in res do.inſ.*

13 *in l.ſi maritus.ſol. matr.*

14 *arg.l. nepos proculo. de verb.ſig.l. tutor ſecundum.inf. de adm. tut.l. ſed & ſi quid. §. ſufficienter.ſup.de vſuf. Raph. & Imol. in d.l. ſi maritus.*

15 *l.j.C. ſi aduerſ.dot.C.*

16 *l. prædia. de præd.minor.C.*

17 *Areſt.natalit.an.1535*

nem.dum diciur, *dotem non eſſe auferendam marito*, approbatur gloſ.vulgata [1], quæ voluit ex debito mulieris non fieri executionem in rem dotalem. nam maritus rei quam in dotem accepit, dominus eſt [2]: nec ſi vxor actione perſonali conueniretur, poſſet ſoluere & ſatisfacere de bonis dotis. nec ſi commiſerit ingratitudinem, dos poterit reuocari per donantem à marito [3]. Si tamen debitum vel delictum præceſsit nuptias, in rebus dotis poterit perfici executio: nam bona tranſeunt & dicuntur onere alieno deducto [4]. & hoc in CVRIA Delphinate iudicatum eſſe affirmat Guido Pap. [5] Creditor autem ſatisfactionem accipiet ex iis bonis quæ extra dotem ſunt, & quæ dicuntur paraphera, in quibus nullum omnino viro dominium eſt [6]: aliâs cautione res explicabitur [7].

Pro debito mulieris an fiat executio in bona dotis.

STIPVLATIO. L. LXIII.

ALLEGATVR in l.plerique.ſup.de rit.nup.

SI VSVSFRVCTVS. L. LXVI.

VSVSFRVCTVS quidem verè vendi non poteſt, niſi ab vſufructuario ei qui dominus eſt, alteri minime [8]. Eſt enim omnino diuerſus vſusfructus eius qui eſt penes vſufructuarium, & eum cui cederetur [9]. Sic ius alimentorum vendi nequit: eſſet enim aliud ius in perſona alimentarij, & aliud ſi alij transferatur [10]. Tamen vtilitatis cauſa receptum eſt, vt cōmoditas vſusfructus aut alimentorum cuilibet cedi poſsit [11], & pignori dari [12]. Sic & decimæ ius in laicos transferri nō poteſt, cùm ſint ſacræ & ſpiritales [13], tamen perceptio bene ceditur. & ita Papa decimas Regi Franciæ donauit, ſecundum Bal. hîc. Sic licet fundus beneficiarius, item & emphyteuticus non poſsit alienari [14]: tamē cōmoditas fruendi bene alienatur [15], quaſi per modum locationis [16]. Sed ad magnum tempus talis locatio facta, eſſet inutilis [17].

Vſusfructus.

An alimentorum ius an vendatur.

Decimæ ius an vendi poſsit.

DOTIS. L. LXVIII.

LEX facilis eſt, in qua ſcitum eſt, promiſsionem dotis ad primas tātùm nuptias referri. Ex quo belliſsime dicitur, quòd ſi fratres vel ſocij ex pacto aut lege municipali ſorores ſuas nuptum tradere dote aſsignata cogantur, ſufficiat tamen ſemel dotaſſe [18]: nec inſpicitur ſi prima dos perdita ſit: nam ſermo de prima vice intelligitur: de quo vide plura per Iaſonem in l.diuortio.§.quòd ſi in anno.inf.ſolu.matrimo. [19] Quòd ſi qui ex lege municipali vel qua alia cautione obligatus eſt ad dotis repromiſsionem, eadem lege iuberetur iterum aut rurſus dotem aſsignare, ſufficiet ſecunda vice dotem perſoluiſſe, quo caſu erit amiſſa: nec is in infinitum ad præſtationem vrgendus erit [20].

Obligatur ad dotandum, ſemel dotans liberatur.

CVM POST DIVORTIVM. L. LXVIIII.

§.GENER A SOCERO. Inter omnes conſtat hoc priuilegium dotis eſſe, vt quicunque eam promiſerit etiam nulla certæ ſummæ deſignatione facta, obligetur [21]. quæ ſententia tam in patre, promittente aut legante [22], quàm in extraneo generalis eſt [23]. quanquam enim incertitudo rei promiſsionē inutilem faciat [24], non habet tamen hoc locum in cauſis piis, per hunc tex. in quibus & dos numeratur [25]. Et ex hac promiſsione incerta, maritus & vxor rectè poterunt experiri, ſecundum

Promiſsio dotis incertæ eſt vtilis

1 in l.quinque legibus. in ſi inf.de pœn.damn.
2 l.doce.de rei vindi. C.l. quamuis.inf.eod.
3 l.cùm poſt. §. paterna. inf.eo.l.vlt.§.ſi à ſocero. inf.quæ in fraud.cred.
4 l.mulier.inf.eo.
5 q.cccxlvij.in Deciſ.
6 l.hac lege.de pact.cōuēt.
7 not.Bar in d.l.quinque legibus.
8 vt hic & §.finitur. de vſufr. Inſt.
9 l.ſi vſusfructus mihi in biennium.inf.de vſufr. leg. & ibi Bar.
10 Bart. in l.cum Titio. ad leg.Falc.
11 l.arboribus.de vſufruc. l.neceſſario.§.i.de periculo & cōm.rei vend. l.cum ii.de tranſac.l.vſufructu.inf.ſol.matri.
12 l.ſi is qui.§.vlti.ſup.de pign.
13 c.cauſam quæ. de præſ. c.dudum.de decim.
14 l.vlt.de iur.emphy.C.
15 Ang.Imo.Alexā.in l. vſufructu.ſol.mat.Bal. in c.Imperialē.de prob. feud. alien.
16 l.codicillis. §.inſtituto. de leg.ij.
17 cle.j.de reb.eccle. non alie.Io.Fab.in §.item finitur.de vſufr. Inſt.
18 tex.eſt in l.ſi ſocius.ibi, nec ſi prior. ſup.pro ſoc. & ibi Fulgo. & Bal. in l.vlti.de dot. promiſſ.ij. col.
19 ij.& iij.col.
20 l.fideicōmiſſa.§. ſi quis decē.de leg.iij fac.quod not.in l.veluti.de edēd.
21 per hunc tex.& l.ij. de dot.prom.C.
22 per hunc tex.& l.ſi filia.inf.de lega iij.
23 d.l.iij.de dot.promiſſ.
24 l.triticū.inf.de verb.obl.
25 l.cum is §.ſi mulier. de cond. ind. Panor.in c.j. de decim.

cundum ea quæ paulò ſuperius poſuimus [1]. Cùm autem in inſtrumento nuptiali ita verba ſunt concepta, *quòd ea quæ nubit, dotem dari promittit*, fruſtra quæritur an ex his verbis mulier agere poſsit contra eos qui eam nuptum elocabant, cùm adpareat eam ſeipſam obligaſſe ad dotem dandam: non autem obligatos teneri alios. Et hic eſt caſus l. j. de dot. promiſ. C. qui nullo modo ea quæ diximus, labefactat. non enim ibi quæritur, promiſsio dotis incerta obliget, necne: ſed reſpondetur ex illis verbis mulierem agere non poſſe, cùm nihil ei promiſſum oſtendatur, ſed potius illa promiſerit: ex promiſsione autem qua illa dotem dari promittit, poſsit quæri an obligetur. & magis eſt obligari, licet certam ſummam non habeat promiſsio: nam in dotibus incertitudo non infringit promiſsionẽ, vt ante dixi. neque tamen (ſi vere volumus iudicare) hæc quæſtio in illo Alexandri reſponſo [2] deciſa continetur, quãquam ex narratione facti proficiſci poſsit. Hæc fortaſſe ex mente legis. quanquam veteres [3] in illa ἀσθενείᾳ, & recentiores ipſi [4] diuerſius ſenſerint. Et quod ad §. patrona, pertinet, vide quæ ſupra in l. Titia. eo. explicata ſunt.

L. j. de dotis promiſſ. C.

1 in l. cùm pater. eod.

2 d. l. j. de dot. prom. C.

3 Bar. et alij in d. l. j. de dote promiſſ.

4 Connan. lib. viij. cõmẽt. cap. viij. de dot. promiſſ. Duar. lib. j. diſput. anniu. c. lvj.

Mulier bona. L. lxxii.

HIC apertiſsime efficitur, donatarium omnium bonorum loco hæredis non eſſe: ideóque nec actione perſonali pro debitis donantis diſtringi: cum æris obligatio non ſequatur res [5]. Ex quo profectum eſt, vt donatarius ille poſsit contra hypothecas præſcribere: perſonalibus vero non tenebitur. quod & CVR. Pariſienſis placito comprobatur [6]. Sed quia in donatione omnium bonorum fraus præſumitur [7], atque adeo in venditione [8]: bene & ex ordine creditores facient, ſi res à donatario auocarint ex edicto, quod contra alienantes in fraudẽ creditorum propoſitum eſt [9]. quod & Guido Papa probat [10]. Diuerſum dicitur cum aliquis hęreditatem ſibi delatam Titio donat: tranſit enim illa hæreditas cum omnibus oneribus hæreditariis [11]. Huc adiungitur, quòd quoties bona ad aliquem lege ita iubente tranſeunt, tenebitur oneribus hæreditatis ſiue bonorum, vt in fiſco ſuccedente alicui dãnato manifeſtũ eſt [12]. Non idem ſeruatur in eo qui per contractum ſucceſſor eſt, vt dixi. His annectitur an vſufructuarius omnium bonorum, oneribus & debitis alligetur, quod alibi diximus [13]. Quod verò hîc ad finem legis [14] dicitur, mulierem quæ ad ſtipulandum dotem alium adhibuit poſſe inſtrumentum mutare, fuſius infrà dicemus [15].

Donatarius omniũ bonorũ an ad debita teneatur.

Fraus in donatione omnium bono.

Vſufructuarius omniũ bonorum an debitis obligetur.

5 fac. l. æris alieni. C. de donat. l. j. §. ſi hæres. ad Trebell. l. vlt. ſup. de cõtrah. empt.

6 anno 1385. Ioan. Galli in quæſtio. per Areſt. deciſ. q. xxxix.

7 l. omnes. §. j. inf. quæ in fraud. cred.

8 glo. in l. qui teſtamentũ. ſup. de prob.

9 glo. in d. l. æris alieni.

10 q. cv in deciſ.

11 l. hæredit atem. de dona. l. cùm filius. §. j. & l. ſi quis ſeruũ. §. j. de leg. ij.

12 l. ij. ad leg. Iuli. de vi & vi arma. §. ſi fundus. de ſeru. ruſt. præd.

13 ĩ l. quoties ſup. de vſufr.

14 in ver. Paulus reſpondit. ſi mulier.

15 in l. cùm maritus. §. vlt. de pact. dot.

Quamvis. L. lxxv.

PERTINET ad id quod dicimus in l. Titia. ſup. eod.

Cum in fundo. L. lxxviii.

§. Si fundus communis. Hunc §. iunge his quæ ponuntur in l. Iulianus. §. idem Celſus. ſuprà de actio. empt. vbi citatur.

Avus. L. lxxviiii.

ELEGANTER dicitur eum qui promiſit dare, cùm erit commodiſsimum, debere dare cùm primùm poterit ſine turpitudine. Idem in eo qui promittit aliquando dare [16].

16 tex. & ibi Bar. in l. rogo. quãd. dies leg. ced. inf.

Si de dote. L. lxxxiiii.

Soceř an habeat priuilegiũ quatenus facere poteſt.

VETVS fuit quæſtio, an ſocero de dote conuento priuilegium tribuatur, vt quatenus facere poteſt, condemnetur: in quo varia & prope repugnantia reſponſa videntur eſſe. Sed melius eſt rem ita temperare, vt ſocerum mariti à ſocero vxoris ſeparemus: nam in ſocero vxoris expeditum eſt ad hoc priuilegium illum admitti, ídque ſine diſtinctione [1]: non ſolum in dote, ſed in omnibus cõtractibus cõſtãte matrimonio factis [2]: cum is locum patris teneat [3]. Sed in ſocero mariti valde addubitatum eſt. & ſanè ęquum iuſtúmq; eſſe Neratius ait, vt & illi hoc priuilegiũ applicetur [4]. verum alio nos iure vti idẽ Neratius author eſt, vt ſcilicet non quatenus facere poteſt, ſed inſolidum teneatur [5]. quod tamen quia durũ videtur temperationem recipit, vt locum habeat quando ſocer dirempta affinitate conuenitur à marito [6]. Affinitates enim eas appellamus quæ durant, non quæ aliquando fuerunt [7]. vnde ſublata affinitate quæ priuilegio cauſam dabat, expirat & priuilegium [8]. quod tamen ita verum eſt, ſi aliqua in ſocero fraus arguatur, quòd ſcilicet cum ſciret ſe ſoluendo non eſſe, pecuniam promiſerit vt genero inſidiaretur: hîc enim officio iudicis continebitur vt à priuilegio arceatur, per hunc text. Cui ſententiæ maxime cõſentaneum eſt quod Bar. & alij ſcribunt [9], eum qui ſciens ſe non idoneum eſſe contraxit, à ceſsionis beneficio remouẽdum eſſe. hoc enim prope fraudẽ eſt [10]. Ex quo Zazij [11] ſententia non placet, qui incumbere genero ait, vt probet ſocerum fuiſſe in dolo. dolus enim & inſidiæ ſoceri ſatis intelliguntur probari, eoipſo quod conſcius paupertatis promiſsionem fecit alterius damno [12]. Similiter nec literę quinquennales nec eiuſmodi reſcripta ſolutionum moratoria delinquẽtibus & mentientibus fauent [13]. ſin autem cõſtãte matrimonio à ſocero maritus dotem petat, habebit ſocer priuilegium quatenus facere poteſt, per hũc tex. [14] Et ita multa reſpõſa ſimul cõiuncta cõueniũt. quod & Zaſius in intellectibus probat [15].

Sciens ſe non idoneũ & contrahens perdit beneficiũ ceſſionis.

1 l. rei iudicata. §. vlt. ſolut. matri.
2 l. non tantum. & l. ſeq. de re iud.
3 l. quia. ſolu. matrim.
4 l. ex diuerſo. ſol. matrim.
5 l. ſicut. de re ind. ſup.
6 l. ſed hec ita. de re indi.
7 l. eni eorum. §. affinitates. de poſtu. ſup.
8 l. Titia. §. vſuras. de legat. ij.
9 l. alia. §. eleganter. ſolu. matrim.
10 l. ſi quis cùm ſciret. quæ in fran. cred.
11 lib. ij. ſing. reſp. c. ix.
12 d. l. ſi quis cùm ſciret.
13 l. ſed & ea. & ibi noto. quod enim eo qui in alie. poteſt.
14 & l. ex diuerſo. ſolu. matrim. & l. ſed hoc ita. de re iudi.
15 lib. j. ſing. intellect.

De pactis dotalibus.

Si convenerit. L. ii.

Dos.

EST dos quam mulier viro dat: in qua maritus dominium habet [16], & fructus lucratur pro oneribus matrimonij quæ ſuſtinet [17].

Donatio propter nuptias.

Eſt & donatio propter nuptias, quæ à noſtris doarium, à Græcis [illegible] dicitur: eáque datur à marito vxori pro remuneratione dotis [18], pro qua licet vxori vindicatio detur [19], non tamen ea eius domina omnino dici poteſt: cum illi hypothecæ nomine deſeruiat. [20] at res ſua nemini pignerata eſt [21]: quod & Ioan. Fabri verius putat [22]. Cuius rei magnum argumentum eſt, quòd mulier in ea donatione fructus non lucratur, ſed cedunt viro [23], ſicut & fructus dotis: ídque ex ſcripti interpretatione deſcẽdit: ſi enim debet eſſe æqualitas dotis & donatiõis propter nuptias [24], nihil omnino dotis nomine haberet maritus, ſi mulier fructus donationis ante nuptias caperet

Mulier an ſit domina donationis propter nuptias.

16 l. doce. de rei vind. C. l. quamuis. ſup. tit. j.
17 l. pro oneribus. C. de iure dot.
18 auth. dos data. & l. j. & l. vlt. de don. ante nupt. §. pe. de dona. inſtit.
19 Auth. donationem. C. de iur. dot.
20 auth. ſine à me. ad Velleia. C.
21 l. neque pignus. de reg. iur.
22 in d. §. pe. de dona. Inſti.
23 glo. in d. §. pe. & gloſ. in §. vlt. de non eligend. ſecund. nub. Bal. in d. authen. ſine à me.
24 auth. æqualitas. de pact. conuent. C.

Pactum vt maritus lucretur dotem habet locum ſi ſit ſuperſtes vxori.

peret [1]. In hoc tamē proficiet mulieri illa donatio, quòd propter eam cautum habet de dote, cui cautelæ obnuntiare nō poteſt [2]. Quòd autem ad hanc legem pertinet, conſtat pactū interpoſitū vt dos mariti lucro ſit, intelligi, ſi prius mulier decedat: nam ſi ſuperſtes eſſet viro, nec expreſſum quidem pactū valeret, vt dos mariti lucro cedat: & hoc indubie dicitur. Sed belliſsimum eſt quid quæri ſolet, an pactum interpoſitum vt donatio propter nuptias (quæ à Gallis doariū dicitur) lucro mulieris vel heredum illius cedat, cōtra ſuperſtitē maritū poſſit exerceri, ſicut hîc in dote dicitur: ſed fere conſtitit inter omnes poſſe [3]. nec ſimile eſſe inter donationem ante nuptias, & dotem docet Baldus, quem vide [4], quamquā contra ſtatuere, æquius fortaſſe ſit. pro quo & illud eſt quod dicimus in l.j.inf. de donat.int.virū. Et quod hoc titulo ferè recipimus æqualitatem verſari debere inter dotem & donationē propter nuptias, non habet locum ſi aliud conſuetudine ſit recepiū [5], vel ſi non eſſet paritas inter coniuges, puta vir iuuenis ducit iam grandem natu, vel nobilis ignobilem. Quo iure & in Gallia vtimur, & Guido Papa probat [6].

Aequalitas inter dotem & donationem.

1 *gl. in d. § pe. & Iaſ. in l. ſi fundum ad ſ. ſol. mat.*
2 *Auth. ſiue à me. C. ad Velleia. & Bald. in l. quod ſcitis. de bon. quæ lib.*
3 *gla. in verſ. ex matre. & ibi Bal. in d. l. quod ſcitis. Iaſ. in l. ij. col. iij. ibi, vltimo. infr. ſol. matr. & Lud. & Franc. de Arena ibid.*
4 *in d. l. quod ſcitis. vlt. col.*
5 *gl. in d. Auth. æqualitas.*
6 *q. cccl xiij. in deciſ.*

SI CONVENERIT. II. L. IIII.

HANC legem vide ex ijs quæ dicuntur in l. ſi fundus. inf. ſol. matrim.

ILLVD CONVENIRE. L. V.

Litera reſtituta.

IN Pandectis Florētinis diuerſius legitur quàm in vulgatis codicibus, eo modo, *Illud conuenire non poteſt, ne de moribus agatur, vel plus vel minus exigatur, ne publica coercitio priuata pactione tollatur. Ac ne illa quidem pacta ſeruanda ſunt ne ob res donatas*, &c. Ex quibus habes nec pactū nec iuramentū valere, quibus efficitur vt de futuro crimine agi nō liceat [7], & hoc quòd ad publicam vindictā attinet expeditū eſt [8], at quoad id quod cuiuſque ſingulariter intereſt, ſubſiſto. ſed melius eſt, vt pactio non valeat [9]: at iuramentum valeret [10]. quòd ſi iam commiſſum eſſet delictum, pactione tolli poteſt, quantum ad priuatos [11]: ſed tamen vindicta publica non aboletur [12]. Quibus annecte quod poſuimus in l. ſi ambo. de compenſ. ſup. Ex his & illud manifeſte conſtat pactionem non valere qua vir ſe de adulterio non accuſaturū promittit [13]. Sic cōditiones turpes de matrimoniis tolluntur, ſi ſub eis matrimonia ſint contracta [14].

De futuro crimine an valeat pactum.

7 *vt hic. & l. iuriſgent. §. & generaliter. ſupr. de pact.*
8 *l. iij. C. quib. ex cauſ. ſerui. pro præm. & gl. in l. ij. infr. ad Sillan.*
9 *per hunc tex.*
10 *c. quemadmodum. § illud. ext. de iureiur. & ibi Panor.*
11 *in l. ſi vnus. §. pacta. de pact. ſup.*
12 *l. ius publicum. de pact.*
13 *d. c. quemadmodum. §. illud.*
14 *c. vlt. de cond. app.*

CVM DOS. L. VII.

Pactum patris an filio proſit.

HANC Legem explica per ea quæ ponuntur in l. ij. §. quòd ſi in patris. ſol. mat. qui textus maiorem in modum huic aduerſatur. & an pactū patris filio proficiat, infrà dicemus [15].

15 *l. Caius. ſolut. matr.*

AVVS PACTVS. L. X.

An proſit fieri pactum vni ex hæredibus tātū.

POTEST Aliquis per pactum vni ex hæredibus ſuis prouidere & cauere, ne ab eo petatur, ſed totum debitum reliquorum oneri cedat, vt hîc [16]; & hoc liberationis fauore. At non poteſt vnum ex hæredibus in contractu onerare, vt ſolus debito ſatisfaciat, reliquis exemptis [17]. Quòd vero hîc recipitur pactum aui filio valere, videtur obſtare et quod ſuperius idem Pomponius dixit, patrem filiæ ac-

16 *& l. auus neptis. ſup. de pact.*
17 *Leum qui. §. j. infr. de verb. oblig.*

quiri non poſſe [1]. qua de re adi Accurſium in l. ſi tibi.§.ſi pactus.ſup.de pact.quem omnes ſequuntur.

1 *in l.cùm dos.§.ſi verò filia.ſup.eod.*

CVM PATER. L.XI.

CVM Ita dicitur, *Si Titius conſul factus fuerit, & nauis ex Aſia redierit, decem dare ſpondes?* vulgatum eſt agi non poſſe, niſi vtrunq; euenerit [2]. nam ad veritatem copulatiuæ vtrunq; euenire debet. quod & verum eſt ſi negatiuè copula cõciperetur vt hoc textu, cũ promiſſor dotis paciſcitur ne à ſe viuo, néue cõſtante matrimonio dos petatur: nam vtrũq; debet euenire.

Copulatiuæ veritas.

2 *l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit.inf.de verb.oblig. & l.quod vulgo.inf. de manumi.teſt.*

SI PATER. L.XII.

§. SI MVLIER. Pertinet ad id quod ſuperius poſuimus [3], cum quæritur, an cum pœna ſubiicitur contractui, poſsit & res & pœna peti.

3 *in l.ſi quis à ſocio.pro ſoc.*

SI INTER VIRVM.I. L.XXIIII.

VIDES Hîc valere pactum inter coniuges, vt ad vnũ vel plures liberos naſcituros dos pertineat. non eſt enim nouum vt ſtipulemur filiis non natis [4]. quod ita interpretamur, vt quidem tunc incipiat valere ſtipulatio, quæ quantũ ad validitatẽ attinet, ſuſpendi nequit [5]: ſed effectus ſuſpenditur in diem quo filij naſcentur. Ex quo euenire Guido Papa credit [6], vt poſsint coniuges paciſci vt qui primus vel ſecundus naſcetur, ſolus cernat hæreditatem, vel in feudo ſuccedat [7]. viſitatũ eſt enim vt vni ex hæredibus ad eius comodum ſtipulari poſsimus [8], quod & ſuperius annotatur [9].

Vni vel pluribus filijs poſſumus ſtipulari.

4 *l.ſi quis operas, de oper. libert.inf.*
5 *l.vſusfructus.de ſtipu. ſeruo.*
6 *q. cclxvij.in deciſ.*
7 *fac.l.diui.ibi, pactis quæ. de nat.liber.*
8 *l.annus. ſup.eo.l.annus.de pact.*
9 *d.l.annus ſup.eo.*

QVOD DE REDDENDA. L.XXV.

ITA in Pãdectis Florẽtinis legitur, *Quòd de reddẽda dote, ſi data fuiſſet, mortua in matrimonio filia, conuenit, idem de non petenda quoque videri conueniſſe.* Et hoc ſingulare eſt, vt iſtis verbis, *ſi data fuiſſet*, pactum de nõ petendo cõtineatur, quaſi ſit promittenti integrum non dare.

Litera reſtituta.

CVM MARITVS. L.XXVIIII.

§. TITIVS. Ex hoc textu ſatis adprobatur quod aliâs monuimus [10] in hoc vt res quã ſoluto matrimonio ſibi reddi quis ſtipulatus erat, redintegrato matrimonio doti ſit, nõ ſufficere vt ſtipulãs ſecũdo matrimonio cõſentiat, ſed debet cõſentire, vt eadem res iterum doti ſit, per hũc textũ [11], licet aliud glo. velit [12], & hoc ſummã rationẽ habet cũ tertius dedit dotẽ, & ſibi reddi ſoluto matrimonio ſtipulatione cauit: ſed inter ipſos coniuges diuerſum ſtatuitur: nam quantũ ad eos pertinet, dos data in primo matrimonio, cẽſetur repetita in redintegrato [13].

Reſtertij an ſit doti in matrimonio redintegrato.

§. MVLIER. Fere cõſtitit inter omnes [14], quòd cũ mulier adhibet aliũ ad ſtipulandũ dotem, vel patitur ſtipulari, videatur ille adhibitus vt mandatarius, non autem vt donatarius. Ex quo fit, vt poſtea mulier tam inter viuos quàm in teſtamento de dote poſsit diſponere ex arbitratu ſuo, quod multis reſponſis ſignificatur [15], & rationem habet ſiue adhibitus eſſet ad totam dotem ſtipulandam, ſiue ad eius partem [16]. vbi enim qua alia coniectura ſumi poteſt, nunquam donatio interceſsiſſe creditur [17]. quod euſque perducitur, vt etiam aſcendens deſcendentes interponens, magis mandati quàm donationis

Adhibitus à muliere ad ſtipulandum dotem, an dicatur adhibitus donandi animo.

10 *l.item quæritur.§.qui impleto.locat.*
11 *fac.l.ſtipulatio de iure dot.*
12 *in l.dotem de iur.dot.*
13 *l.dotem.& l.ſi ſerua.de iur.dot.ſup.;*
14 *Bald.Raph.Imol.Paul. Caſt.Alexan.in l.quæ dotis.infr.ſol.mat.*
15 *l.mulier.§.vlti.ſupr.de iur. dot. l. Seia.de dot. præleg.l.cùm quis.§. nuptura.de leg.iij.*
16 *l.ij.C.de iur.dot.& omnes in d.l.quæ dotis.& l.Seia. de dote.*
17 *l.ſi cùm aurum.de ſolu. l.cùm de indebito.de prob.ſup.*

nationis cauſa videatur interponere [2], licet Bartolus contrà ſenſerit. Nec mutat, quod hic in textu contrà ſtatuitur, quia manifeſte apparet donandi animus[3]. Sic & diſſoluitur lex, quæ dotis. infr. ſol. mat. nam ibi qui alium ad ſtipulandũ adhibebat, donãdi cauſa adhibebat: vt omnes in illa lege docuerunt. Quæ etſi fortaſſe nouarum rerum cupidis non ſatisfaciunt, lubentes tamen eos de rebus tam contrariis diſputantes audiremus. Et hæc in dote rationem habent: in cæteris autem rebus cum quis ſtipulatur, ſibi ipſi ſtipulari iudicatur, nec alterius perſonam altrinſecus comprehendere videtur [4]. Item qui perſona non adiecta ſtipulatur, ſibi ipſi cenſetur ſtipulari, non tanquam alterius procurator, vel vt alteri proficiat[5]: quod in dotis cauſa non vtique verum eſt, quam ſtipulari qui mandato mulieris ſtipulatur, non ſibi ſed mulieri ſtipulari creditur, vt dixi: quod & inferius docetur [6].

Perſona extrinſecus non putatur adhibita.

2 per d.l. cùm quis. §. nuptura. & Paul. de Caſt. in d.l. quæ dotis.
3 glo. hic. & Alex. in d.l. quæ dotis. j. & ij. col.
4 l. ſi ita ſtipulatus fuerõ. §. Chryſogonus. infr. de verb. oblig.
5 l. ſtipulatio. §. alteri. de verb. oblig.
6 l. poſt dotem. inf. ſol. mat.

De fundo dotali.

INTERDVM. L. I.

Dos non alienatur.

LEX Iulia fundi dotalis Italici alienationẽ marito interdicit, quod & hodie ad Prouincialia prædia quæ doti dantur, perductum eſt: vt etiam muliere multoties conſenſum accommodante non poſſint alienari [7]. At ea quæ à viro, vel viri nomine vxori propter nuptias dantur, poſſunt alienari à marito, cum ea ſolennitate quæ lege noua introducta eſt [8]: nempe ſi ſecundùm profiteatur, & conſentiat mulier, & ſint res aliæ penes virum, ex quibus mulieri cautum eſſe poſſit. & ita nihil decedit, ſed potius additur dotis priuilegiis [9]. rectiúſque eſt vt nec cum ea ſolẽnitate fundus dotalis poſſit alienari [10]. Sed quia lex Iulia fundi dotalis tantùm mentionem fecit, maior quæſtio eſt in rebus mobilibus doti datis, an alienari poſſint: quod non admittitur. Nec ad rem pertinet quod lex de fundo dotali locuta eſt: nam hoc pro exemplo ſubiecit [11]: quod aperte lege noua continetur, quæ generaliter quod dotis eſt, alienari vetat [12]. Sed hoc nõ habet locum in rebus æſtimatis, quæ licitè alienantur [13], nec in iis quæ ſeruando non poſſunt ſeruari [14], nec in iis quæ pondere, numero aut menſura cõtinentur, quæ vendi & conſumi poſſunt, & in ſuo genere refici [15]: quod Io. Fabro placet [16], & rationẽ habet. Plane additur alienationem fundi dotalis per iuramentum mulieris vtilem effici ex æquitate canonica [17]. Item quemadmodũ diximus fundum dotalem à marito etiam conſentiente muliere non alienari, ita nec ipſa mulier viro conſenſum præſtante alienare poteſt [18].

Donatio propter nuptias alienatur.

Res mobilis dotis an alienetur.

Alienatio dotis iuramento firmatur.

7 l. j. §. & cùm lex. de rei vx. act. §. j. quib. alien. lic. vel non. Inſtit.
8 Auth. ſine à me. ad Velleia. C.
9 vt d. Auth. ſine à me. ad fin.
10 Vt Bald. & Bart. in d. auth.
11 ſecun. Bar. & Alex. in l. j. ſolu. mat.
12 Auth. vt immobilia ante nupt. donat. §. & multo potius.
13 l. æſtimatis. ſol. matr. & ibi Alex.
14 argu. l. lex quæ tutores. de admin. tut. C.
15 l. res in dotem. ſup. de iur. dot.
16 in §. j. quib. aliena. licet. Inſt.
17 c. cùm contingat. de iureiur. ext. & c. ſicut. illo tit. lib. vj. Bar. in l. Seius. ad l. Falc.
18 l. ſi prædium. & ibi Bar. & Bal. de iur. dot.

SI FVNDVM. L. XV.

HANC Legem, ne te fallat, ſic repone ex Pandectis Florentinis, eo loco: *Non tamen interpellat eam poſſeſſionem quæ per longum tempus fit, ſi antequam conſtitueretur dotalis fundus, iam cœperat.* Et habes hic temperationem ad ea legum capitula quibus dicitur, prohibita alienatione, prohiberi quoque præſcriptionẽ, vt non habeant locũ ſi præſcriptio iam erat cœpta

Litera repoſita.

Præſcriptio an prohibeatur alienatione prohibita.

antequam cauſa prohibitionis initiū haberet. Sic donatio inter extraneos facta non interpellatur, licet poſtea ad matrimoniū venerint, & nihilominus ei qui recepit procedit præſcriptio [1], imò ſi rem viri aliquis vxori donet, vxor præſcribet: nec ei oberit ſi poſt donationem maritus rem ſuam vxori datā ſcire incipiat [2]. ſed nec illud quod pro regula dixi perpetuum eſt. nam licet rei litigioſæ alienatio inhibeatur [3], non tamen præſcriptio [4].

1 *l. ſi inter. ſupr. de don. int. vir. & vxo.*
2 *l. ſi extraneus. inſ. de don. inter vir. & ibi notat.*
3 *tit. de litig. C. & ff.*
4 *l. j. de præſc. lōg. temp. C.*

VIR IN FVNDO. L. VLT.

HOC principium pertinet ad ea quæ ponūtur in l. diuortio. §. ſi vir. inf. ſol. matr. Item ex hoc textu [5] dicitur, emptorē qui partē pretij ſoluerit, licet ad rem non poſſit agere quandiu aliquid ſoluendum reſtat [6], lucrari tamē & recipere fructus pro ea pretij quantitate quam exoluit [7].

Emptor pro parte pretij quā ſoluit fructus lucratur.

5 *§. ſi per mulierem.*
6 *l. Iulianus. §. offerri. de act. emp. ſupr.*
7 *Bart. in d. §. offerri. per hunc text.*

LIBER VICESIMVS QVARTVS PANDECTARVM.

De donationibus inter virum & vxorem.

MORIBVS. L. I.

MVLTIS de cauſis prohibitam eſſe donationē inter virum & vxorē iudicabit, qui hoc & ſequentia reſponſa legerit. Nec multum tamē nobis videtur eſſe laborandū, vt inquiramus quæ cauſæ maiores noſtros ad id adduxerint. Sufficit enim hoc nos iure vti, vt in ſimilibus quæſtionibus veteres iuriſconſulti reſpondent. Plutarchus autē in problematis, multas rationes, & in eo libello cui nomē fecit γαμικὰ παραγγέλματα vnam eſt cōplexus, Ideo inter coniuges prohiberi donationē, quòd videretur abſurdū aliquid inter eos eſſe, quod non eſſet cōmune. Quod & Alciatus [8], Connanus [9], & Coraſius [10] notāt: quam rationē ſi ſequamur, periculū eſt ne quæ ad diminuendū inuenta ſunt, pariant incrementum, quod à iure aliēnū eſt [11]. Ex ea fortaſſè profecta eſt illa conſuetudo qua plurimùm vtimur in Gallia, vt quæſita à marito matrimonio conſtante in commune vxori ferantur, & contra. de qua & alicubi apud canoniſtas mentio fit [12]. Hanc qui attentius diſpiciet leoninam ſocietatem rectius appellarit: in qua cùm damnum vnus, alter lucrum auferat, ideo ea legibus improbatur [13]. Euenire verò poteſt vt maritus anxiè in re facienda diligens genium ſuum defraudet, & nullū in pecunia faciēda cōtentionis tempus intermittat: vt ſit iniquū vxorē quæ nihil cōtenderit in partē ſocietatis vocari. nec multū facit quod dici poſſit, etiā maritū viciſſim ea cōmunia habere, quæ ab vxore quæſita ſint. vix eſt enim vt ei

Cur prohibita donatio inter virum & vxorem.

Conſuetudo vt quæſita matrimonio cōſtante ſint communia.

8 *lib. iij. diſpunct. cap. xiiij.*
9 *lib. viij. commentari. iuris ciuil. cap. xj.*
10 *lib. v. miſcella. cap. j.*
11 *l. pe. quand. de pecul. annal. act. ſup. l. legata. de adimend. leg. inf.*
12 *c. ij. de dona. int. vir. ext.*
13 *l. ſi non fuerint. ſuprà pro ſocio.*

quæ

quæ in manũ viri cõuenerit,quęſtus aliquis ſit honeſtus.vt potius præſumatur ex mariti rebus,quam ſua induſtria mulier aliquid paraſſe [1].Sed finge maritum centum millia conſtante matrimonio acquiſiſſe:& vxorem ſine liberis vita migrare,an ſit æquum hæredes vxoris quinquaginta millia à marito ex lege municipali auferre,qui in illis quærendis impenſius & ſine intermiſsione ſit verſatus.& ad hoc profectò erit decurrendum, aut illa conſuetudo abroganda.Sed quia iniquiſsimum eſt, vt conſuetudo à me meum auferat,quod ne principi quidem aut populo licere omnes leges & omnia iura edicunt [2]: vt & alibi diximus [3]:puto non inelegãter defendi,maritum in propoſita ſpecie in omnibus iis quæ acquiſiit aduerſus hæredes mulieris extraneos tuendum eſſe. Cùm enim cõuenit vt quoquo modo matrimonium diſſoluatur, dos apud virum remaneat: non eſt pacto locus morte mariti finito matrimonio.quod ſi ne ratione ſit,pactum lucrandæ dotis contra mulierem ſuperſtitem à qua dos profecta eſt,ab hæredibus viri exerceri [4]. ſic & abſurdum ſit,legem qua ea quæ vir ſummo animi & corporis labore quæſierit pro parte lucro mulieris cedunt,ab hæredibus vxoris contra maritum ſuperſtitem exerceri [5]: & eos fundos quos ille ſibi ſumma accuratione ſolus compararit, & comparatos induſtria ſua meliores effecerit, prætoria cognitione ab eo auferri. nam ſi pactum lucrandæ dotis ipſi viro factum,nunquam exercetur contra mulierem ſuperſtitem: ita nec lex quæ dimidium bonorum mariti in lucro mulieri deputat,cõtra ſuperſtitem maritum obſeruari debebit. Quod non eo pertinet,vt non ſit æquum mulierem quæ bene & nauiter in matrimonio ſe geſſerit, & cuius diligentia maritus locupletior ſit effectus,aliquid lucri ferre,& quæſtus partem ex bonis mariti cernere. habet enim ſummam rationem donatio in meritorum compenſationem facta: quæ etiam inter coniuges & prohibitos donare effectum habet [6],& ſine inſinuatione [7]. quòd hoc magis pro portione permutationis & contractus vltrò & citrò obligatorij ſit, quam donationis [8]: nec propriè donatio dici poſsit [9]:adeo vt ſtatutum loquens de donatione, ad talem remunerationem nõn ſit perducendum [10]. ſed æſtimatio tota in poteſtate ius dicentis erit: vt ea donatio non inhibeatur quæ intra legitimum remunerandi modum facta fuerit. neque enim amarè & tanquam inter infeſtos donationes coniugum prohibentur [11], ſed vt alterutrius animus de præda magis quàm de damno ſollicitus, coërceatur. Ex qua æquitate profectum eſt,vt ad alimenta [12],habitationẽ [13], ad proceſſus & dignitatem adipiſcendam [14], ad liberationem capitalis pœnæ [15],ad tributum diſſoluendum vecturáſque [16], & alia planè innumerabilia quæ perpetuo hoc titulo continentur,donatio inter coniuges ſit recepta.

Queſtio inſignis.

Donatio ad remunerãdum permiſſa inter coniuges.

1 *l.etiã.C.eod. & l. Quintus.infra eod.*

2 *l.ij. ad fi.de in ius voc. C.l.ſi priuatus.infr. qui & à quib.manum.liber. Bart.in proœmio Pand. & Panor.in proœ. decr.*

3 *l.item verberatum.ſup. de rei vind.*

4 *l.ij.de pact. dot.ſuprà l. quãuis.de pact.cõuẽ. C.*

5 *per tex.in d l.ij.Nico.de Neapo.in l.ij.ſolu.matr.*

6 *l.quod autem ſpectatur. §.ſi vir & vxor.infra eod. Panor.in rub.de donationib.extrà.*

7 *l.Attilius Regulus.de donat.infra.& ibi gloſſ. & Bartol.*

8 *l.ſed et ſi lege. §.conſuluit de petit. hered.ſup.*

9 *l.j.de donat.infr.*

10 *Bartol.in d.l.q.in fin. per illum tex.*

11 *l.ſi id quod donatum.§. ſi quas.infra eod.*

12 *l.ex annuo.infra eod.*

13 *l.ſi vir vxoris. infr.eod.*

14 *l. quod adipiſcendi. infra eodem.*

15 *l.inter.infra eod.*

16 *l.ſi quis pro vxore.infra eodem.*

HAEC RATIO. L. III.

RATIO ex oratione Antonini Imperatoris ſumpta ſic loquitur, quaſi magis priuati commodi cauſa, quam publico & communi bono donationes coniugum ſint inhibitæ. Ex quo illud ſatis apud me cõſtat,quod magnopere addubitatur, donationes inter virum & vxorem iuramento firmari. quo-

Donationes inter coniuges firmantur iuramento.

ties enim actus fauore priuatorum potiſsimum inhibetur, per conſequentias autem publico bono, toties is iuramēto firmatur, vt in fundo dotali ex lege Iulia alienari prohibito, reſcriptum eſt [1]. ſic pactum quo futura ſucceſsio eiuratur, multis reſcriptis improbatum [2], iuramento vires accipit [3]. Sic minor omni iure à contrahendo remotus, vtiliter cum iuramento contrahit [4]. & hoc in donatione inter coniuges facta Bartolus probat [5]. Quod ex æquitate iuris canonici aut nouis conſtitutionibus indubiè recipitur. Iure enim vetere nullus actus prohibitus ex iuramento vim capiebat, licet ad fauorem priuatorum potiſsimum prohibitio eſſet relata [6]: neque enim iuramentum ad producendam vel tollendam actionem, ſatis efficax eſt [7].

An donatio inter coniuges valeat ſi non ſtet matrimonium.

§. VIDEAMVS. Quoties valet & vtile eſt matrimonium, toties inutilem donationem inter coniuges interpretamur. Cui conſequens ſit, vt ſi mandatis improbentur nuptiæ, aut ſit impedimentum quo matrimonium non conſtat, valere dicatur donatio inter ambos coniuges. ſed quia iniquitatem habeat, melioris conditionis eſſe eum qui peccat, quàm qui non delinquit, magis eſt neque hîc donationem valere. Sic quod dicimus eum qui ſecundum ſacerdotium cum cura fuerit iuſtè adeptus, primo ipſo iure priuari [8]: adeo vt epiſcopus ad quem ea res pertinet, poſsit alteri conferre non vocato poſſeſſore [9]: habet quoque locum in eo qui iniuſtè & violenter ſecundum beneficium occupat, vt vacet primum [10]. Sed in ea quæ affectione concubinæ tenetur conſtat valere donationem [11], vt & alibi ſcripſimus [12].

SI SPONSVS. L. v.

Traditum procuratori meo an mihi quæratur.

EIVS quod traditur procuratori meo vt ad me perueniat, dominium ſtatim & ipſo iure ad me transfertur, ſi id vterque, tradens puta & procurator, intenderit [13]. ſic earum literarum quas ad me procuratori meo dederis, dominium ſtatim penes me eſt, etiam antequam ſint redditæ [14]. Idem eſt ſi tradens ſolus hoc intendat vt mihi quæratur, quanuis procurator meus alio animo ſit affectus [15]. Plane ſi qui tradit, non eo nomine dat procuratori Titij, vt Titio quæratur, non quæritur Titio quoad illi tradatur [16]. nec ad rem pertinet ſi procurator eo animo recipiat vt Titio quærat [17]: magis enim animus tradentis in poſſeſsione aut dominio transferendo ſpectatur [18]. De geſtore autem an domino ſtatim quærat, ſuprà reſponſum eſt [19]. Vt igitur ad textum redeam, cum ſponſus dat procuratori Titiæ vt illi tradat, ſtatim Titiæ quæritur, & ita valet donatio quæ non inter coniuges, ſed ſponſos facta eſt: nec oberit donationi ſi perfecto matrimonio traditio ſit facta Titiæ: iam enim ipſo tempore traditionis procuratori factæ donatio robur habuit [20]. Si autem ſponſus dederit procuratori ſuo, qui tradat Titiæ, & is perfecto matrimonio tradat, nemo dixerit prius acquiri potuiſſe Titiæ quā ſibi aut procuratori ſuo traderetur [21]: ideo non eſt dubium donationem nullam fuiſſe, quæ eo tempore incœperit, quo iam donatio contrahi per leges non poterat [22]. Vides autem inter ſpōſos donationes vtiles eſſe [23]: quod in iis, quos ſpōſos de præſenti Canoniſtæ vocant,

Litera explicata. *Donatio inter ſponſos.*

1 c. cùm contingat. de iureiur. c. ſicut. de iureiur. libro vj.
2 l. pactum dotali. C. de collat. l. cùm duobus. §. idem reſpondit. pro ſoc. l. qui ſuperſtites. de acquir. hær. infrà.
3 c. quamuis. de pactis. libro vj.
4 auth. ſacramenta. ſi aduerſ. vend. C.
5 l. Seius & Agerius. ad leg. Falcid. infr.
6 l. ſi quis inquilinos. de leg. j. l. non dubium. de legib. C. l. iuris gentium. §. & generaliter. de pactis.
7 l. ſi quis pro eo. vbi vide Bart. de fideiuſſ. infr.
8 c. de multa. de præb.
9 c. commiſſa. & ibi gl. de elect. lib. vj. & cap. licet epiſcopus. de præb. eo. li.
10 c. cū qui. de præb. in vj.
11 l. prædia. infr. eod. tit. & hîc. & l. affectionis. de donat.
12 l. iiij. de cond. ob turpem cauſ. & in l. j. infrà de concub.
13 per hunc text. & l. qui mihi donatum. de dona. l. ſi procurator. de acqui. rer. dom.
14 l. pen. in princ. de acqui. rer. domi.
15 d. l. qui mihi donatum.
16 l. res ex mandato. de acquir. rer. dom. infrà.
17 l. nec dotem. ex quibus cau. maio.
18 l. vl. ſi quis alt. vel ſib. C.
19 l. ſi ego. de nego. geſt.
20 vt hîc & d. l. qui mihi donatum.
21 l. abſenti. de donat. l. qui abſenti. de acquir. r. poſſ. infrà.
22 l. pen. infra eod.
23 ſac. l. cùm hic ſtatus. & pe. infra eod.

cant,non vtique eſt,ij enim verè coniuges ſunt:vt anteà expoſuimus [1]. Nam ſibi blandiuntur qui exiſtimant ad hoc vt matrimonium ſit, concubitum [2] aut traductionem neceſſariam eſſe [3]. Quod autem ad §. *Generaliter.* pertinet, exemplis per gloſſ.res explicatur. tu eam vide.

Fideiuſſor in inutili obligatione acceptus an teneatur.

§. SI VXOR VIRI. Cùm lex omnimodo occurrat donationibus inter coniuges factis, conſequens eſt ex iis nec naturalem nec ciuilem obligationem oriri [4]: non igitur tenebitur fideiuſſor, ſi quis illis donationibus ſit ſubiectus, vt hîc [5]. ſic ſi is cui bonis interdictum eſt, contrahat fideiuſſore dato, nec is nec fideiuſſor vtiliter conueniri poteſt [6]. neque enim natura patitur vt principali obligatione ſummota, acceſſoria duret [7], aut ſtipulatio obligationi ſubiecta, aut iuramentum [8]. Planè illud ex communi omnium ſententia obtentum eſt, vt cùm lex non tam occurrit contractui quam tranſlationi dòminij, concidat quidem principalis contractus, quia contra mandata eſt, ſtent autem pignora & fideiuſſores. vt accidit in fundo dotali & rebus minorum, quæ quidem ſi alienentur non ſubſiſtit quod agitur [9], ſed fideiuſſor obligatus erit, & pignora à tertio data in eadem cauſa erunt [10]. quod Bartolus & Paulus probant [11].

QVOD AVTEM. L. VII.

Terminus in conditionibus implendis an poſsit purgari.

§. SI VIR ET VXOR. Vides hîc donationem remuneran di cauſa factam non pertinere ad orationem Antonini imperatoris, qua donationes inter coniuges prohibêtur: quam rem & antè expoſuimus [12]. Quod autem ad finé legis dicitur, eum qui certa lege ſeruum accepit, vt intra annum manumitteret, poſt annum non habere manumittendi facultatem, & ſic re integra non emendari moram, habet locum in iis quæ ſub conditione aut modo ſunt inita. ſic qui recuſauit quod implendæ conditionis gratia ab alio accipere debebat, perdit ipſo iure oblatum nec vnquam recipit [13]: & ita eo caſu nõ habet locum quod vulgo conuenit inter omnes, vltimam morã nocere [14]. Aliâs ſola oblatio non liberat eum qui obtulit [15]. In his autem quæ conditionem aut modum non habent, dies adiectus purgari poteſt re integra. vt cum ei cui optio ſeruorum legata eſt, tempus dicitur ad eligendum: certè magis eſt vt poſt tempus habeat eligẽdi facultatem, dum modo res ſit integra [16]. idem placuit in eo die quem epiſcopus ſtatuit ei cui beneficium contulit, ad præſtandum conſenſum [17]. In termino autem à lege præfixo vix eſt vt mora emendari poſsit. Ideo is qui beneficij conferendi ius habet, ſi non conferat intra tempus à canone præfixum [18], non poteſt illo tempore elapſo conferre, nec purgare moram etiam re integra [19].

SED SI MORS. L. XIII.

Donationes poſt crimen factæ an valeant.

IN donationibus poſt reatum criminis factis nemo neſcit id obtentum eſſe, vt nihilominus eæ valeant, modo non poſt ſecutam cõdemnationem ſint factæ [20]. cùm enim qui crimen commiſit integri ſtatus maneat vſque dum ſententia cõſequatur [21], is & contrahere & ſoluere, & ei viciſsim pendente illo tempore ſolui poteſt [22]. Idem ferè admittimus in eo qui

1 *l.j.de ſponſal.*
2 *l.cui fuerit.de condit.& demonſt.infr. l.nuptias. de reg.iur.*
3 *l.pen.infra eod.*
4 *l.cùm lex.de fideiuſ.inf.*
5 *facit l. ſi ſeruus. ſi quis cant.ſupr. & l.qui contra. de fide.l.1. §.ſi quis ita.de verb.oblig.*
6 *l.is cui bonis.de ver.obli. infrà.*
7 *l.fœnerator.de nau.fœnor.*
8 *l.non dubium. ad fin.de legib. C.*
9 *l.j.de fund.dota.ſup. & l.j.de reb.eor.infr.*
10 *l.& ſi is. de præd.& alijs reb.mino.*
11 *in d.l.cùm lex.*
12 *l.j.ſupr.eod.*
13 *l.vlt.C.de condi.inſert.*
14 *l.illud.vbi not. de peric. & commod. rei vend.l. ſed & ſi per emptorem. de actionib.empt.*
15 *gloſ.& Bart.in l.qui decem.de verb.oblig.*
16 *l. mancipiorum. de opt. lega.infr.*
17 *c.ſi tibi abſenti. de præbend.lib.vi.*
18 *c.ij.de conceſſ.præb.*
19 *c.licet.de ſupplen. præl. negl.gloſſ.in ca.mora.de reg.iur.lib.vj.*
20 *l.poſt contractum.de donat.infrà.*
21 *l.vlt. infr.ad legem Iul. maieſt.*
22 *l.reo.& l.ſeq.infr.de ſolu.l. auſertur.§.in reatu.de iure fiſci.infr.*

damnatus appellaſſet, vt interim & teſtari & contrahere vtiliter poſsit [1], vt & ſuprà annotatum eſt [2]. Igitur donatore poſtea damnato, res ab illo donata non eſt fiſci, ſed penes eum erit qui donatum recepit. Pro quo illud eſt quod CVRIAM Pariſienſem cenſuiſſe traditum eſt, eum cui beneficium à Titio eiuratum & ceſſum eſt in iure ſuo tuendum eſſe, neque ei obeſſe, quod Titius antequam beneficio cederet de crimine poſtulatus eſſet. In donationibus autem cauſa mortis contra eſt: quæ factæ ab eo qui poſteà capitis pœna fuerit affectus, remouentur tanquam imperfectæ [3]. Quod tamen in donatione vel inter viuos vel cauſa mortis inter coniuges facta, non eſt verum: ex enim donatore capite damnato vel qua alia pœna affecto, non ſunt inutiles, ſed accipiunt vires [4], non aliter quam ſi donatorem natura non autem pœna ſubduxiſſet [5]. In criminibus tamen in quibus memoria damnari ſolet, donatore damnato concidit donatio inter coniuges facta [6]. in iis enim pœna quaſi ipſo iure committitur, adeo vt ſi qui deliquit, minime delatus vita migrauerit, pœna bonorum ademptionis in hæredes exerceatur [7]. quanuis in aliis criminibus mortalitate rei pœna & corporalis & pecuniaria extinguatur [8]. & ita puto intelligendum eſſe quod infra ex Vlpiano aſcribitur [9]. Donatio igitur maritalis deportatione mariti non labefactatur. Sed ab eo tempore incipit valere, cum non diſſoluatur matrimonium: ita tamen vt eius reuocandæ vſque ad mortem poteſtatem habeat maritus. quod valde ſingulare eſt per hũc textum. Quòd ſi reuocet poſt deportationem, quæri poteſt an in fiſcum committatur: quod Baldus non admittit [10], & ſine ratione non eſt. nam ea tantum bona fiſco committuntur quæ fuerunt præſentia [11]: futura autem fiſcum non reſpiciunt vt alibi amplius dictum eſt [12]. Et præclarum eſt quod ex hoc textu dicit Bartolus, ingreſſos monaſterium qui & ipſi pro mortuis habentur, poſſe nihilominus teſtamentum quod ante ingreſſum fecerint, reuocare. quod etiam in teſtamento ad pias cauſas Anto. Butrius admittit [13].

Bona futura ad fiſcum non pertinent: *Bona futura au confiſcentur.*

1 *l. ſi quis filio. §. hi autē. de inuſt. rup. & irri. teſtam. l. qui à latronibus. infrà de teſtament.*
2 *l ſur. 1. de his qui notan. infa.*
3 *l. ſi aliquis. de dona. cau. mort. infrà.*
4 *per hunc text.*
5 *l. res vxoris. de donatio. inter vir. & vxo. C.*
6 *l. cùm hic ſtatus. §. ſi maritus vxori. infra eod.*
7 *l. ex iudiciorum. de accuſa. infrà.*
8 *l. vlt. ad leg. Iul. maieſt. infrà.*
9 *d. l. cùm hic ſtatus. §. cùm maritus.*
10 *Bal. in l. executorē. viij. col. ibi quæro. de execut. rei iudic. C.*
11 *l. ſi mandauero. §. is cuius. ſupr. mand. c. felicis. de pœnis. lib. vj.*
12 *d. l. ſi mandauero. §. is cuius.*
13 *conſil. penu. incip. Condidit.*

VXORI SVAE. L. XXII.

RES à viro mulieri donata licet ipſo iure viri maneat [14], dicitur tamen eſſe in pendenti [15], propter orationem D. Seueri, quæ tales donationes moribus non receptas, morte donantis confirmari voluit [16]. cui conſequens eſt vt quo-ad fructus trahantur retro, in hoc vt is qui donatum recepit non à die confirmationis ſolum, ſed donationis factæ fructus ſuos faciat [17]. Quia igitur in pendenti ſunt, expreſsim à donante poſſunt reuocari, vel ſi deportatus eſſet [18]. Idem eſt ſi quis actus interuenerit ex quo reuocandi voluntas in donatore arguatur [19]: vt ſi ponas maritum donatorem id quod donauit vendidiſſe, vel alteri obligaſſe aut legaſſe: hic enim & ſimplex donatio reuocari creditur, niſi contra probetur [20]. & hoc in donatione tam inter viuos, quàm cauſa mortis facta locum habet. quod

Confirmatio donationis ad retro trahatur.

videatur

14 *l. quod vir vxori. de hæred. inſtit.*
15 *l. ſi is ſeruus. ſupra eod.*
16 *l. cùm hic ſtatus. infra eodem.*
17 *l. cùm pater. §. pater filia de leg. ij. infr. l. donationes quas parentes. C. eodem.*
18 *l. ſed ſi mors. ſupr. eod.*
19 *l. ſi maritus. ij. C. eod.*
20 *l. cùm hic ſtatus. §. ſi maritus ea. infra eod.*

Donatio coniugum reuocatur alienatione rei donatæ.

videatur ſummam rationem habere, eas donationes quæ initio non ſubſiſtunt, per alienationem & ſimilem diſpoſitionem à donante factam, extingui. Non idem dicitur in rebus teſtamento legatis, quæ ſi alienentur à teſtatore, non continuo à legatariis ademptæ dicuntur [1], niſi non neceſsitate ſed voluntate alienaſſet, puta donando [2]. Cæterum ſi quod vni teſtamento dedit, mulieri donat, præualet donationis cauſa, vt hîc. ambulatória eſt enim voluntas teſtantis vſque ad mortem [3]. Huc adiunge quod annotatur in l. non omnis. ſup. ſi cert. peta.

Papinianvs. L. xxiii.

Donatio coniugum, quibus caſibus valet requirit traditionem.

EX oratione D. Antonini donationes inter coniuges prohiberi manifeſtiſsimum eſt [4]. afferuntur tamen nonnulli caſus, quibus tales donationes vtiliter contrahuntur: quorum aliquos ſuprà annotamus [5], & toto hoc titulo fuſi ſunt. His caſibus conſtat ita demum valere donationem, ſi res quæ donatur ſit tradita. tunc enim perfecta eſt donatio nec reuocari à donante poteſt. vt innumeris reſponſis ſignificatur [6]. quòd ſi res quæ donationis cauſa promittitur, non ſit tradita, actio ei cui donatur deficit, nec is exigere vtiliter poteſt [7]. Vnde quod ex annuo præſtitit vir vxori, vel ad vecturas, non repetit, & donatio valet [8]: at ſi promiſit tantùm, non idem: hîc enim actio non eſt [9]. niſi ſi illi ſumptus in vecturas aut res ſimiles ab vxore viri contemplatione & gratia facti ſint. vt ſi ponas mulierem ad maritum abſentem pergere, inter quos ſi conuenerit vt maritus ſumptus faciat, directa quidem non competit vxori, ſed vtilis propter æquitatem erit [10]. hîc enim magis iuſtis oneribus vir ſuccurrere, quàm donare videtur [11]. Sed addubitatum eſt, an eiuſmodi promiſsiones quæ inter coniuges fiũt iis caſibus quibus donatio valet, ex D. Seueri oratione [12], confirmentur ad agendum: ſed magis eſt & has ad orationem pertinere [13]. aget igitur vxor quæ ſtipulata fuerit à marito, cõtra hæredes mariti & vincet. Eadem quæſtio controuertitur, cùm non id promittitur cuius donatio valida eſſe poteſt, ſed aliud quod etiam ſi traditum fuerit, poteſt reuocari à coniuge, an illa promiſsio quæ donationem habet, confirmetur morte, licet nõ ſit facta traditio. Et ſanè Coraſius diceret [14], ſine diſtinctione promiſsionem qua nunc aliquid promittitur dari, confirmari morte donantis [15]. ſed ego cum ſciolis (vt ille ait) ſentio: quorum opinio apertè hoc reſponſo comprobatur, vt oratio D. Seueri ad rerum donationes tãtum pertineat, hoc eſt cùm re ipſa donatur & traditur. *Denique* (inquit) *ſi ſtipulanti vxori ſuæ promiſiſſet, non putabat Papinianus conueniri poſſe hæredem mariti*. non igitur confirmantur promiſsiones donationis cauſa à coniugibus factæ, qui enim promiſit & non tradidit, pœnituiſſe videtur, vt eleganter Connanus lib. octauo commentariorum ſcribit [16]. Itaque ad confirmationem melius eſt traditionem requiri, per hunc tex. Planè quaſi traditio videtur facta, cùm vir donandi animo aliquod incrementum in dotem aſcribit [17]: non enim aliter traditio fieri poteſt: cùm ipſa dos debeat conſtãte matrimonio penes maritum eſſe [18]: ergo multo magis incrementum [19]. eſſet igitur abſurdum ſi vir traderet mulieri, & ſtatim reciperet. ſic in ceſsionibus & remiſsionibus traditione nõ eſt opus, cum res ipſa ſecum tra-

Donationis confirmatio an fiat licet nõ ſit traditio facta.

1 *l. fideicommiſſa. §. ſi rẽ. de leg. iij.*
2 *d. §. ſi rem. & l. rem legatam. de adimen. lega.*
3 *l. cùm hic ſtatus. §. pœnitentiam. inf. eo. l. quod ſi iterum. cum leg. ſeq. inf. de adimen. leg.*
4 *l. j. ij. & iij. ſup. eo.*
5 *l. j. eo. tit.*
6 *l. ex annuo. & ſeq. & ſimilibus.*
7 *l. ſicut ceſſat. C. eo. l. ſi id quod. §. vlt. inf. eo.*
8 *d. l. ex annuo. & l. ſi quis pro vxore. ſup. eo.*
9 *d. l. ſicut.*
10 *l. inter ſocerum. §. conuenit. ſup. de pact. dotalib. ſup.*
11 *d. l. ſi quis pro vxore.*
12 *in l. cùm hic ſtatus. inf. eodem.*
13 *l. ſi ſtipulata. inf. eo.*
14 *lib. v. Miſcellaneo. ca. j.*
15 *l. quod de ſuo. de dote caut. non numer. C.*
16 *tit. de donat. int. vir. & vxor.*
17 *l. quod de ſuo. de dote caut. non numer. C.*
18 *l. pro oneribus. de iure dot. C.*
19 *l. ſi proprietati. ſuprà de inoſ. dot.*

ditionem habent [1]:vt antea ex Baldi authoritate [2] adſcripſimus [3].cui conſequens eſt vt ad confirmationẽ donationis qua vir vxori aliquid remittit, nulla alia traditio requiratur. nec id contrarium eſt ſententiæ noſtræ quod dicitur ex Vlpiano [4],promiſsionem qua vir vxori ſtipulanti annuum ſpoponderit confirmari morte viri,in hoc vt rectè mulier extincto viro cum hæredibus illius poſsit experiri : nam id iis caſibus admittimus quibus donatio inter virum & vxorem ſubſiſtit, vt in annuo vel menſtruo,quod omnes ſciunt à cõiugibus donari inuicem poſſe [5].Non igitur multum eſt ſi morte talis donatio confirmetur,etiam ſi traditionem non habeat: cum res in ea cauſa eſſet vt cum effectu donari vtrinque potuiſſet. at in iis rebus in quibus donatio improbata eſt,contra:non enim tales donationes ex oratione valebunt,niſi res verè tradatur, per hunc textum [6];vt rectè Bartolus & cæteri notant [7]. Donationem autem cauſa mortis nemo dubitat confirmari donantis morte,licet traditio non ſit ſecuta.retinet enim qui donat,nec prius donatio tenet quàm mors aduenerit [8].

Donatio cauſa mortis non requirit traditionem.

Si inter extraneos. L. xxiiii.

PERTINET ad quod dicitur in l. ſi eum qui. infra eodem.

Si evm qvi. L. xxvi.

TRACTATVM eſt in re à viro vxori data,an transferatur dominium,& hoc nemo dixerit:manet enim res donantis,& eius periculo eſt [9].contra quoque quod illi rei accedit,eſt donantis,vt ſi area ſit donata & in ea ædificet mulier, ad maritum enim ædificium pertinebit [10].de poſſeſsione quęſtio eſt:& verum eſt quod Vlpianus ſcribit [11], transferri poſſeſsionem licet actus ſit inutilis & imperfectus : facilius enim ius ciuile impedit translationem dominij,quod ipſum iuris eſſe dicitur,quam poſſeſsionis translationem quæ facti eſt [12].ex donatione igitur inter coniuges facta poſſeſsio transfertur, non verè quidem & cum effectu:nam re vera non poſsidet ea quæ donatum accepit,cùm ab ea auocari res poſsit. & ita hoc reſponſum intelligitur,& omnes probant [13]. Quoad cætera poſſeſsio ex imperfecto contractu valet. nempe quoad vſucapionem & lucrum fructuum.Itaque vxor fructus quos ex re donata ceperit,ſuos faciet [14].vſu certè nõ capiet rem:non ea ratione quòd donatio ſit inutilis & prohibita : hoc enim ad impediendam vſucapionem non ſatis affert:ſed quia vbi ex legibus & mandatis prohibetur quid alienari, prohibetur quoque id vſucapi aut præſcribi [15]. poteſt enim accidere vt rei quæ vſucapi nõ poteſt fructus tamen poſſeſſoris lucro cedãt. nam qui emit rem minoris ſine decreto,non præſcribit [16]: at fructus facit ſuos ſi bonam fidem habet [17]. Igitur rem viri mulieri à viro donatam non præſcribit mulier: niſi ſi mulieri ab alio res viri donata eſſet:hic enim magis eſt vt currat præſcriptio,etiam ſi vir non ignoret rem ſuam teneri ab vxore [18],non enim omnimodo vxores ex bonis virorum , ſed ex cauſa donationis ab illis factæ acquirere prohibentur. ſed nec ſatis eſt ab illis res ad mulieres proficiſci, ſed oportet res

in il

Dominium & poſſeſsio rei inter coniuges datæ an transfertur.

Vbi vſucapi prohibetur an fructus lucretur poſsidens.

Duo neceſſaria ad donanonem inter cõiuges reſcindendam.

1 l.cùm hic ſtatus. §. ſine autem res.inf.eo.
2 l. vlti. quando fiſc. vel priuat.& l.iij. ad ſi.de nona.per tex.& gloſ.in d.l.vlti.
3 in l.fine autẽ. §. ſi duobus. de publicia.
4 in l.ſi ſtipulata.inf.eod.
5 l.ex annuo.ſup.eod.
6 fac.l.ſicut.C.eo.
7 Bar.& Bald.hic.Paul. de Caſt. in l.j. §. ſi vir. inſ.de acqui. poſſeſ.
8 l j.& ibi Bar. de donat. cau.mort.inf. Cyn.in l. j.de donat.cauſ.mor. C.
9 l.ſi id quod donatum.in princ.inf.eo.
10 l.ſed ſi vir. §. ſi vir.inſ. eodem.
11 l.j.de acq.poſſ. §. ſi vir. & l.ſi donata.inf.eo.
12 l.j.§.ſed furioſus.de acqui.poſſeſſ.
13 Bar.Paul. Alex. in d. §.ſi vir vxori.
14 l.de fructibus. hoc tit.l. fructus percipiendo. de vſur.ſup.
15 l.alienationis.de verbo. ſign.inf.l.ſi fundum. de fund.dota.l.vbi lex. & ibi doct.de vſucap.
16 l.j.C.ſi quis igno.rem mino. eſſe ſine decre. compar. C.
17 l.ij.& ibi vide glo.ſingu. ſi quis igno.rem mino. Alex.in l.j.§.ſi vir.de acq.poſſ.pe. col.
18 l.ſi extraneus.infra eod.

in illorum bonis fuiſſe. Itaque ſi vir rem alienam donet, vtilem donationem quoad ſe facit, & vſucapere mulier poterit [1].

1 *l. ſed & ſi conſtante. ſupra eodem.*

INTER EOS. L. XXVII.

Horæ prioritas.

FACIT ad id quod diximus in l. ſi fundus. §. ſi duo. ſuprà de pigno. momenta & horas diſpici, vt cognoſcatur vter ex duobus in impetratione beneficij præceſſerit: item vter actus alio prior eſt.

SI ID QVOD. L. XXVIII.

QVOD extrema lege dicitur [2], mulierem cui quid ex licitis cauſis donatum eſt, ſed non traditum, non agere, iungitur iis quę ſuprà in eodem genere dicta ſunt [3].

2 *§. illud rectè.*
3 *l. Papinianus. eod.*

SI MVLIER. L. XXVIIII.

PERTINET ad ea quæ alibi dicuntur [4], an empta ex pecunia viri ſint viri, vel empta ex pecunia dotis, doti aſcribi debeant.

4 *l. res ex dotali. ſup. de iure dot.*

CVM HIC STATVS. L. XXXII.

Donata in matrimonio illicito an fiſco applicentur.

DE confirmatione donationis inter coniuges factæ, quæ ex D. Seueri oratione eſt inducta, alibi fuſius [5]. Quod autem pertinet ad extremum legis [6], donata à coniugibus qui legibus matrimonium copulare prohibentur, fiſco applicari, non eſt perpetuum: ſed vide quæ ſuperius retulimus [7]. Si enim qui dedit, ignoranter dediſſet, neque reſciſſet matrimoniũ mandatis prohiberi, prope eſt vt repetat, nec fiſco datum vindicabitur [8]. ſic ignorantia vnius ex coniugibus qui contra leges matrimonium inibant, facit vt filius ex eo matrimonio natus pro iuſto habeatur [9], etiam quoad ſucceſsionem alterius qui impeditionem matrimonij non ignorauit [10]. Sic cum aliqua cognatio & familia damnata eſt, tam ex parte maſculorum, quàm fœminarum, non continuo eius qui ducit ignoranter vxorem ex illa familia, liberi erunt damnati: at contra eſt, ſi ſciens vir illam pœnam, ad nuptias acceſsiſſet [11]: quod Hoſtienſis probat [12], & ex iis quæ ante diximus authoritatem & rationem habet. auferetur igitur ab eo qui ſcienter contraxit matrimonium illicitum, id quod proſpectu illius matrimonij donatum recepit, & fiſco applicatur tãquam ab indigno ablatum.

Ablata ab indignis & nõ capacibus cui applicentur.

Perpetuum eſt enim vt ab indignis ablata fiſco vindicentur [13]. quæ autem non capacibus dantur, non item. vt ſi ponas deportatum, ſpurium, aut ad metallum damnatum inſtitutum teſtamento eſſe. nam hæreditas non fiſco, ſed aut cæteris inſtitutis, aut iis qui propinqui ſunt gradu deferetur [14]: vt & alibi dixi [15]: ſeruato ordine qui iure nouo proditus eſt [16].

5 *l. Papinianus. ſup. eod.*
6 *§. ſed ſi ſenator.*
7 *L. auunculo. de condic. ſine cauſ. ſup.*
8 *l. vlt. de leg. j. l. ij. inf. de his quib. vt ind.*
9 *c. ex tenore. qui fil. ſint leg. ext.*
10 *Inno. in d. c. ex tenore.*
11 *glo. in c. vbicunque. de pœnis. lib. vj.*
12 *in c. in quibuſdam. de pœnis in ant.*
13 *l. Papinianus. §. meminiſſe. ſup. de inof. teſta.*
14 *l. j. de nat. lib. C. l. ſi in metallum. de iis qua pro non ſcrip. hab.*
15 *d. l. Papinianus. §. meminiſſe.*
16 *auth. hoc amplius. de fideicom. C.*

SI DONATAE. L. XXXVI.

HIC dicitur has donationes quamuis imperfectas & inutiles, dare cauſam poſsidẽdi. quod alibi attigimus [17]. Et ad reſiduum, an qui cum poſſet rem reſtituere maluit æſtimationem dare retenta re, habeat euictionem, etiam ſuprà dictum eſt [18].

Soluend æſtimationem an cauendum ſit de euictione.

Illud ſanè expeditum eſt, non teneri eum qui cùm ageret ad rem, æſtimationem recepit, cauere de euictione ſoluenti [19], vt & eodem loco dictum eſt [20]. habet enim ſoluens quod ſibi imputet qui rem retinuerit.

17 *l. ſi eum. ſup. eo.*
18 *l. ex diuerſo. §. petitor. de rei vindic.*
19 *d. l. & ex diuerſo. §. petitor.*
20 *d. §. petitor.*

Servvs commvnis. L. xxxviii.

PRAECLARVM eſt quod hîc dicitur, eum qui ſcit rem ſuam donari, videri cõſenſum accommodare donationi: quod inter cõiunctos ratione ſanguinis haud dubiè obtinet [1]. at inter cæteros non item, vt fusè anteà explicatur [2].

Donatio præſumitur inter coniunctos.

1 per hunc tex.
2 l. Caius. de pig. actio.

Si extranevs. L. xliiii.

RES viri à tertio mulieri donata in ea cauſa eſt, vt licitè eam vxor capiat vſu: nam in præſcriptione nõ cuius ſit res, ſed quis eius habendæ cauſam dederit, ferè diſpicimus [3]. Hoc ita verum eſt, niſi principio cõtractus vir rem ſuam dari intelligeret, quia donatio non procedit nec vſucapio [4]. Quod ſi initio quidem ignorabat, poſtea reſciuit cùm iam currere cœpiſſet præſcriptio: vindicandi quidem poteſtatem maritus habet: ſed ſi id nolet, melius eſt vt mulieri ſuffragium temporis proſit: nec præſcriptio illius interpelletur, quia ante vitium, hoc eſt, viri ſcientiam, cœperat. Multa enim præſcribi vetantur, ſed ſi ante cœpiſſet præſcriptio, non continuò vitio accedente, ea interpellatur [5]. His annecte quæ dicuntur in l. ſi eum. ſupra eodem.

In præſcribendo non dominus ſed is à quo cauſa habetur diſpicitur.

3 vt hic. & l. ſi alienam. & l. qui alien. am. de donat. cauſ mor. inf.
4 l. ſeruus communis. ſup. eo. & arg. huius tex.
5 l. ſi fundum. & ibi nota. de fund. dot.

Svlpitivs marcello. L. xlviiii.

APPELLATVR hîc nudus miniſter, qui nullum ſentit commodum: per quem etiam ſine ceſsione domino acquiritur [6]: quamuis in procuratore aliud ſit: is enim ſine ceſsione domino non quærit [7]: niſi iis caſibus quod antea breuiter perſtrinximus [8].

Nudus miniſter.

6 l. qui autem. §. vlti. ſup. de pecu. conſtit.
7 l. poſſeſsio. §. poſſeſsio quoque. de acq. poſſ. inf.
8 l. ſi procurator. de procurat. ſup.

Qvintvs mvtivs. L. li.

MVLTIS modis tractatum eſt, cum quid penes aliquem eſt, vnde ad illum id perueniſſe, ſit iudicandum. In quo Bartoli tẽperatio placet, vt ſemper ea interpretatio accipiatur, quæ eius viri quo de agitur, æſtimationem non lædat. Quia enim vnuſquiſque bonus iudicatur, quoad contrarium impleatur [9], ideo ſi in controuerſiam veniat, id quod habet vnde acquiſierit: ad eam partem erit cogitatio accommodanda, ex qua probitatis præſumptio ſemper ſubſiſtat. Vnde ſi quæratur quod penes mulierem eſt vnde veniat: magis erit vt putetur de bonis mariti eſſe profectum. ne ſi aliud ſtatuamus, præſumptio turpis quæſtus exiſtat [10]. Idem & ſumma ratione dicitur in prælato eccleſiæ, vt ſi multa poſsideat, præſumatur ea quæſiiſſe ex bonis ſacerdotij in quo verſatur [11]. ne ſi contrà iudicemus, putetur is negotiatus: quod clericis nõ licet [12]. & hoc Panormitanus ſentit [13]: nec id ſolùm verum eſt in prælatis, qui fructus ſuos faciunt: ſed & locum habet in aliis, vt ſunt ij qui præſunt xenodochiis & ſimilibus [14]: qui parem iis ad quos ea res pertinet, debent rationem aſcribere, vt apertè decretis oſtenditur [15]. Itaq; quæ erunt quæſita à prælato, ipſo iure niſi aliud probetur, erunt eccleſiæ. vſurpatum eſt enim vt res emptæ ex pecunia eccleſiæ, ſint eccleſiæ [16]: quamuis hoc priuilegium expreſsim iure non probetur, vt Abbas refert [17]. At quæſita à muliere quia in dubio ex re mariti profecta iudicantur, non erunt mariti: ſed ad pretium erit agẽdum [18]: propter regulam, quia id quod ex meo emptum eſt, meum eſſe non dicitur [19]. & hoc Bartolus probat [20], & verum eſt. Eadem

Bonus quis præſumitur.

Mulier vnde quæſiſſe præſumatur.

Prælatus eccleſiæ.

9 l. cùm pater. §. rogo. & l. cùm quidam. de leg. ij. l. ſeruos. de manum. teſta. c. j. de ſerui. & c. vlt. de præſ. ext.
10 vt hic, & l. etiam. C. eo.
11 auth. licentiam. de epiſ. & cler. c. j. de pecul. cler.
12 c. vlt. de vit. & honeſt. cler.
13 c. j. de pecul. cler.
14 §. hæc autem omnia. de ſanctiſ. epiſ. in authen. Bal. in d. auth. licentiã.
15 cle. quia contingit. de relig. domib.
16 glo. in l. ſi vt proponis. de rei vind. C. & gloſ. in c. pe. de pecul. cler.
17 d. c. pe. de pec. cler.
18 l. j. & l. mulium ſi quis alter. vel ſib C.
19 l. ſi ea pecunia. de rei vindi. C.
20 l. iij. de fid. inſtr. & fid. haſt. lib. x. C.

dem quæſtio in tutore vertitur, & adminiſtratore fiſcalium pecuniarum ſiue quæſtore, an ſi multis rebus aucti hodie reperiantur, cum antequam munus tutelæ aut quæſturæ inirent, non ita locupletes eſſent: id præſumantur ex pecunia minoris aut fiſci acquiſiiſſe. & ſane in tutore expeditum eſt, vt potius ex induſtria ſua, quam de bonis pupilli ditatus dicatur [1]. nę ſi aliud exiſtimetur, is pecunias pupilli expilaſſe & rationem cõturbaſſe videatur: & ſic in delicti ſuſpicionem incidamus. nam quod dicitur empta à tutore ex pupilli pecunia, pupillo vindicari, ita exaudimus, ſi manifeſte cõſtet de pupilli pecunia rem eſſe comparatam [2]: alias enim pupillo nulla vindicatio eſt, ſed apud tutorem res erit [3]. vt & Bartolus alibi notat [4]. In quæſtore autem an quod quæſiit ex fiſcali pecunia quæſiiſſe iudicetur, id Accurſius diceret [5]. ſed opinor à generali ſententia quam ſupra poſuimus, non eſt recedendum, vt ex induſtria ſua potius quam fiſci bonis quæſiiſſe putetur: ſicut in tutore dicitur [6]: ne aliud exiſtimantibus præſumptio doli & delicti occurrat: néve qui ex fiſci largitionibus quæſiiſſe prædicatur, ex illa præſumptione ablatis bonis pœna perpetuę deportationis, aut vltimo ſupplicio multetur: quæ pœnæ iis qui fiſcales illationes ad priuatum commodum conuerterint, conſtituta mandatis eſt [7]. vnde opinionem glo. à multis exploſam teſtatur Baldus [8], & conſuetudine non ſeruari. nam illa contra æquitatem eſt. Poſſunt verò euenire certi caſus in quibus ſi dicamus, quæſitum ab aliquo, ex alterius bonis quæſitum præſumi, aut contra, nullum periculum verſetur: & hîc ad coniecturas erit decurrendum: vt in filiofamilias admittit Bartolus [9]. de quo ſi quæratur, an quod habet, ex induſtria ſua potius habere, quam ex paternis bonis iudicetur, coniecturis locus erit [10], vtrum enim dicas, nullum damnum ſequitur.

Tutor an ex pecunia pupilli dicatur ditatus.

Quæſtor an pręſumatur ex pecunia fiſci ditatus.

Filiusfamilias.

1 l. ſi defunctus. C. arbitr. tute.
2 l. ij. quando ex fact. tuto. inf. & l. ij. arbit. tut. C.
3 d. l. ſi defunctus.
4 l. ſi patruus. cõm. vtriuſque iud. C.
5 in l. defenſionis. in ſi. de iure fiſc. lib. x. C.
6 d. l. ſi defunctus.
7 l. 4. & ij. de his qui ex public. ratio. mutuam pecuni. accep. lib. x. C.
8 c. 4. de cler. qui inueſtit. fac. in vſib. feud.
9 l. cũ oportet. ad ſi. princ. de bonis quæ lib. C. & ibi glo.
10 d. l. cum oportet.

VXOR MARITO. L. LV.

CERTVM eſt res emptas ab vxore ex pecunia viri non eſſe viri, aut è diuerſo. Sed ad pecuniam tantum perſecutio datur [11]. Tamen non ſoluendo eo qui de pecunia alterius comparauit, vtilis competet vindicatio illi cuius pecunia res empta eſt, vt hîc, & alias tentauimus [12].

Res emptæ ab vxore de pecunia viri.

11 l. ſi filij. C. eo. l. ſi id quod. §. ſi ex decem. ſup. eo.
12 l. res quæ. ſupr. de iure dot.

Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.

DOTIVM CAVSA. L. I.

DOTIS cauſa ſemper & vbiq; præcipua & fauorabilis eſt. Eos autem caſus quibus illi fauetur iure ſpeciali, habes hîc in gloſ. & apud omnes. Item ex priuilegiis illis quæ dotus ſunt, quædam cauſam & rem ipſam reſpiciunt, quædam perſonam. quæ realia ſunt, ad hæredẽ etiã extraneũ trãſeũt: quæ vero perſonalia minime extraneis dantur [13]: vt priuilegium prælationis tacitę hypothecę [14]: itẽ pręlationis in perſonali [15], quæ priuilegia non tranſeũt ad hæredem [16]. Plane ſpeciali iure inductum eſt in priuilegio vno reali, vt non tranſeat ad hæredes: nempe in eo ex

Priuilegia dotis alia realia, alia perſonalia.

13 l. j. de priuil. dot. C.
14 §. fuerat. de act. Inſtit. l. aſsiduis. qui potio. in pig. C.
15 in l. dabimus. de priuil. cred.
16 Bar. in l. j. de priuil. dot. & hic. & Bal.

quo dominium rei dotalis ſoluto matrimonio ipſo iure ad mulierem redit [1].

1 *l. in rebus. de iur. dot. C. Bar. in l. Neſennius. §. fundum. de re iud. & Alex. in l. ſi mora. inf. eo.*

SOLVTO MATRIMONIO. L. II.

Quando maritus nō cogatur reſtituere dotem.

SOLVTO matrimonio (inquit lex) dos reſtitui debet: quam ſententiam ſic exaudimus, vt non habeat locum ſi culpa mulieris matrimonium ſit diſſolutum: de quo vide quod retuli in l. Lucius, inf. eo. Sed nec procedit, ſi pacto ſit effectum, vt dos mariti lucro remaneat [2]. quod pactum etiam extantibus ex matrimonio liberis, obtinet [3]. beneque dicitur, hoc pactum etiam expreſſum ceſſare, ſi ſuperſtite muliere viri mortalitate matrimonium defecerit [4]. nunquam enim contra viuentem mulierem exerceri poteſt, ſiue à muliere ſit factum, ſiue ab alio [5]: niſi in muliere delictum argueretur [6]. Nonnulli etiam ſunt caſus quibus non ſoluto ſed conſtante matrimonio dos eſt reſtituenda: quos vide hîc in glo. [7] Quòd vero dicit textus, maritum non cogi promittere dotem alteri quàm vxori, ſi aliquod incommodū ſuſpectum habet: intellige cùm vxor promiſerat dotem. Idem eſt ſi extraneus ſimpliciter, nulla ſibi ſtipulatione facta de dote, ſpopondiſſet. vtroque enim caſu mulieris actio eſt [8]. Cum autem extraneus promittit, poteſt ſibi ſpecialiter de repetenda dote ſtipulationem edere [9]: quæ ſi fuerit interpoſita, iniuſte facit maritus qui ſtipulatori dotem non reficit. Imo & ſi maritus nullo in damno verſari poteſt, cogitur ſine diſtinctione delegante muliere alij promittere: idque iure ſpeciali in dote recipitur, vt hîc gloſa: aliâs non ſolet admitti delegatio inuito debitore [10].

Maritus an alteri quàm mulieri dotem promittat.

2 *glo. hîc. per ll. alleg.*
3 *l. ij. de pact. conu. ſup. & l. j. C. ſi dos conſtant. matri. C. & ibi glo.*
4 *l. ij. de pact. conuent.*
5 *l. quamuis. C. de pact. conuent.*
6 *in Authen. de ſanctiſ. epiſ. §. ſi vero conſtante.*
7 *in ver. dos debet.*
8 *l. j. §. accedit. de rei. vx. act. l. ex morte. de pact. conuent. C.*
9 *d. §. accedit. & Bar. hîc.*
10 *l. j. & l. nec creditoris. de nouat. C. & Bar. hîc.*

§. QVOD SI IN PATRIS. Habes hîc duo ſpecialia: nam licet hoc iure, quicquid filius quærit, patri acquiratur [11]: tamen intellectum habet niſi directò à patre ipſi filio quæratur: per hunc textum [12]. Item licet profectitia patri omnino quærantur [13], tamen dos profectitia non item: hæc enim patri & filiæ eſt communis, vt hîc. non idem placuit in aduentitia, in qua filiafamilias habet proprietatem & vſumfructum, adeò vt vſusfructus patri non concedatur. Hîc enim melius eſt vt tota actio filiæ ſit [14]: ergo in ea patri nihil erit. quam opinionem Baldus & Iaſon probant. dabitur igitur filiæ pro aduentitia dote actio, etiam ſine conſenſu patris: imo & eo inuito [15]. nam generale eſt in caſibus quibus non quæritur vſusfructus patri, poſſe filiumfamilias agere ſine patris conſenſu [16]: vt & in ſpiritalibus dicitur, in quibus & nihil patri quæritur, & filio petendi conſenſus à patre neceſſitas remittitur [17]. Ex quibus potes ita temperare. l. vl. §. neceſſitate de bon. quæ lib. [18] Filia autem emancipata etiam profectitiā dotē ſola repetit [19]: niſi pater fuerit ſibi ſtipulatus, hoc enim caſu tota actio patri erit [20]. Præterea quia actio profectitiæ dotis filiæ & patri cōmunis eſt, vnus ſine altero non poteſt paciſci, in hoc vt alteri periculum creet, per hūc textū [21]. Sin autem quæritur an qui alteri delegauit, vel pactus eſt non petere,

Profectitia dos patri & filiæ communis.
Aduentitia.

Filio patris conſenſus quādo neceſſarius.

Pater an ſine filia in dote paciſcatur, & contra.

11 *l. placet. de acq. hær.*
12 *& Iaſ. hîc in prin. per tex. & Bar. in l. ſi quis pro. de fideiuſſ. §. j. melius in l. frater. de cond. indeb.*
13 *l. cum oportet. de bon. quæ lib. C.*
14 *per hūc tex. & l. Caius. inf. eo.*
15 *Auth. quod locum. de collat. C.*
16 *glo. in l. iij. §. ſi filio. cōmod. ſup.*
17 *c. j. ad fi. de iudic. lib. vj.*
18 *ſecund. Bar. in l. vlt. §. pupillus. de verb. oblig. & Iaſ. hîc.*
16 *l. j. §. videamus. de rei vxo. act. Bar.*
20 *l. quoties. inf. eo. & l. filia.*
21 *& l. cum dos. in prin. de pact. dot.*

petere ſibi præiudicet, bene dicitur filiam quæ delegauerit actionem tertio, retinere ius ſuum per patrem, ex hoc textu [1]. ſi autem filia pacta eſſet de non petendo, amittit omnino ius ſuum, & ſibi pactum nocet [2]. & hæc ſolutio à veteribus accepta, Iaſoni. quoq; probatur: quæ tamẽ iuſte à Bar. reiecta eſt. cũ enim debitor delegatus per delegationis miniſteriũ omnino à delegãte dimittatur [3]: nõ erit dicẽdum eum iterum apud creditorem delegantem ex ſocij perſona obligari. Placet igitur Zaſij ſententia [4], vt ſit æquũ filiã quę pactionem interpoſuerit non repetendæ dotis, nullo modo admitti ad illius repetionem nec ſolam, nec patri adiunctam [5]. & hoc propter pactum admittere rectins eſt. Nec id contrarium eſt quod hîc dicimus filiæ ex patris perſona retineri actionem dotis repetendæ, licet illa conſenſerit vt maritus alij promitteret. non enim hîc oſtenditur delegatio à filia facta: hoc enim modo nihil penes ſe retinuiſſet [6]. nec hîc apparet aliquod pactum, quo ſe non petituram filia ſponſione receperit: quod ſi factum fuiſſet, inefficax eſſet actio [7]: ſed tantum ſimplex conſenſus quo filia permittit maritum alteri dotem promittere: ex quo id exiſtit, vt ex ſe quidem non agat filia, at adiuncta patri agere poſsit, vt hoc textu.

Fortis armoſuia.

1 *ver. & puto.*
2 *l. cũ dos. §. vlt. de pact. dot.*
3 *l. ſi delegatio. §. vlt. de nouat. C.*
4 *lib. ij. ſing. intell. cap. j.*
5 *d. l. cum dos. §. vlt.*
6 *d. l. ſi delegatio. §. vlt.*
7 *l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. de pact. ſup.*

§. VOLVNTATEM. Vbi requiritur voluntas & conſenſus alicuius, ſufficit fictus conſenſus, & per taciturnitatem, vt hic. vnde ſi ſtatutum prohibeat mulieres contrahere ſine cõſenſu conſanguineorum, ſufficit conſenſus taciturnitatis. quòd admittitur in his quibus tenetur aliquis conſenſum accommodare [8]. At in cæteris in quibus non tenetur conſenſum pręſtare, vel non debet, etiam præſens & tacens dicitur inuitus [9]. noto in l. ſi filiusfamilias ij. ſup. Ad Macedo. Reliqua vide in glo. Planè licet pater videatur habere à filia conſenſum, ſi illa non contradicat: non tamen in eodem themate videretur filia habere conſenſum patris, ſi ille taceret [10].

Tacens an dicatur dare conſenſum.

8 *per hunc tex. & c. ij. de his quæ fiunt à præl.*
9 *l. inuitum. de ſeruit. & l. qui vas. §. vetare. de furt.*
10 *glo. & Bar. in l. ſi cum dotem. §. j. inf. eo.*

NON SOLVM. L. III.

HIC textus adiuuare creditur opinionem glo. [11] quæ voluit coniunctam perſonam non admitti ad exigendum ſine mandato [12], licet ſine mandato agere poſsit [13].

11 *in l. vero. de ſolut. vbi noto.*
12 *l. qui aliena. §. quamquam. de neg. geſt.*
13 *l. exigendi. de procur. C.*

DE DIVISIONE. L. V.

CONSTAT prædium non iudicari dotale, niſi traditio ſit impleta, & ſic dominium marito quæſitum [14]. Quæ inſpectio ad fructus valet: qui non pertinẽt ad mariti lucrũ, niſi tria adſint: primum vt ſit dos tradita, per hũc textũ: item vt matrimonium re vera ſit cõtractũ: anteà enim fructus percepti, augmẽtũ dotis ſunt [15]. idem eſt ſi poſt matrimonij diſſolutionẽ caperẽtur [16]. Tertiũ eſt vt matrimonij onera vir ſuſtineat [17]. Quòd vero dicitur hîc fructus non pertinere ad virum niſi traditione facta, intellectum habet niſi prius mulier fuiſſet in mora [18]. nam fere ex omnium ſententia [19], actio ex ſtipulatu marito competens pro dote, eſt bonæ-fidei [20]: ſicut dicitur

Quando fructus dotis marito pertineãt.

Actio pro dote eſt bonæ-fidei.

14 *l. dotale. §. dotale. de fund. dot. ſup. noto. in l. ſi ager. de rei vind. ſup.*
15 *l. ſeq. inf. eo.*
16 *l. ſi mariro. §. vlt. inf. eo.*
17 *l. cum poſt. §. in domum. ſup. de iur. dot.*
18 *l. videamus. de vſur.*
19 *glo. Bar. Bald. Iaſ. Din. Cin.*
20 *per tex. in l. j. §. & pleniꝰ. cum §. ſed enſi. de rei vxor. actio. C.*

in ea quæ competit vxori pro dote recipienda [1]. vnde à mora fructus venient [2]. Nec mutat quod dicitur [3], marito deberi fructus & vſuras à biennij, vel litis conteſtatæ tempore. nec enim ex eo continuò ſequitur, actionem ſtricti iuris eſſe, quin ante litem conteſtatam, poſsint deberi fructus marito, ſi alio modo fuerit in mora promiſſor dotis. quod & eadem conſtitutione continetur [4]: vt non prohibeatur maritus alio modo quàm per curſum biennij vel litem conteſtatam, conſtituere debitorem dotis in mora. veriſq́ue eſt non idem iudicari hoc in contractu dotis, quod in emptione & venditione & ſimilibus, in quibus per implementum vnius partis, altera pars non implens in mora re ipſa conſtituitur [5]. at in hoc contractu dotis, licet maritus ſuſtineat onus matrimonij, non tamen vxor, vel alius dotis promiſſor re ipſa in mora efficitur, niſi aliter interpelletur [6]. & hanc tenent Alexander Fulgo. Alber. & Iaſon hîc: quorum opinionem Zaſius probat [7]. aliâs enim hic textus ſtare non poteſt. quamuis aliter Accurſius & Bartol. hîc. & huius rei argumentum eſt, ex eo quod dici poſsit ideo vxorem non contrahere moram re ipſa: quòd ratione affectionis, tacita fructuum donatio inducatur inter coniuges [8]. at id inter extraneos ceſſat [9]. ſed ſi pro dote marito fundus eſſet oppigneratus, benigne dicitur fructus illius lucro eſſe, nec in ſortem imputare [10]. quod & aliâs fuſius [11].

Promiſſor dotis non contrahit moram re ipſa.

1 *§. fuerat. Inſt. de actio.*
2 *d. l. videamus.*
3 *in l. vlt. §. præterea. de iur. dot. C.*
4 *d. l. vlt. §. vlt. ibi, licentia. & ibi Bal. & Iaſ. et Bar hic.*
5 *l. curabit. de act. empt. C. l. Iulianus. §. ex vendito. de act. empt. ſup.*
6 *d. l. vlt. §. licentia.*
7 *li. ij. ſing. reſp. cap. xviij.*
8 *l. ex annuo. de donat. int. vir. & vxo.*
9 *d. l. curabit.*
10 *c. ſalubriter. de vſur.*
11 *in l. j. ſup. de vſur.*

Si ante. L. vi.

HANC legem allego ſup. l. proxima. & ad reliqua hîc, vide gloſ. quam tenet Baldus, & dicit eam iure ſubinxam eſſe licet contraria opinio ſit æquior.

Fructus. L. vii.

DIVORTIO facto inter maritum & vxorem fructus diuidi conſtat, pro qua anni parte matrimonium conſtiterit, vt infrà oſtenditur [12]. Sed in ea fructuum diuiſione primùm erit ſubducẽda expenſa, quæ fructuum cauſa facta eſt, vt hîc dicitur. vt enim lucrum niſi deducto damno intellectu non poteſt comprehendi, aut è diuerſo [13]: ita neque fructus niſi deductis iis quæ propter illos ſunt impenſa, omnino intelliguntur [14]. quod haud dubiè interpretamur, cum profertur hoc verbum à lege. quanquam in decimis ſpecialiter obſeruetur, vt debeantur ex fructibus non deductis expenſis [15]. Cum autẽ prolatio fit ab homine, etiã obtentũ eſt, deductis ſumptibus fructus putari [16]. non ita eſt in colono partiario, qui eam partem fructuum in quã tenetur domino, inferre debet ſine deductione expenſarum: idque ex magna æquitate [17]. nam pretium vel pars fructuum illi pro labore cedit [18]. ſed & ſi taxatio fructuum eſſet facta, puta *promittis decem corbes frumenti*, magis eſt tot corbes dependi oportere, nec diſpici an deductis expenſis ea menſura capi non poſsit: ſed ex ſequentibus annis id quod nunc deeſt replebitur [19]: vt & alibi explicatum eſt [20]. Plane in fundo æſtimato in dotem dato illud obſeruatur, vt in eo fructus & omnia lucra mariti ſint, item & damna: nõ igitur diuidẽtur fructus fundi æſtimati [21]. Quod autem dicitur fructus eos eſſe qui deducta expenſa ſuperſunt, liquidò

arguit

Expenſæ de fructibus ſunt ſubducendæ.

Fundi æſtimati fructus non diuidantur.

12 *§. Papi. autẽ. inf. ea. l.*
13 *l. Mutius. pro ſocio. ſup.*
14 *fac. l. j. de fruct. & lit. exp.*
15 *c. tua nos. & ibi Panor. de decim.*
16 *l. fundi. de vſufr. leg. d. l. j. de fruct. & lit. exp.*
17 *Inn. & Pan. in c. tua nobis. per illũ tex. de decim.*
18 *l. cum duobus. § ſi in coeunda. pro ſoc.*
19 *l. legatum. §. j de annu. leg. l. ex eo. de vino & oleo leg. Alex. hic.*
20 *l. debitor. §. veriſimile. ſup. de contr. empt.*
21 *per l. j. § ſed & nouiſſimi. de rei vxo. act.*

arguit impenſas fructuum cauſa factas cum fructibus compenſari, nec à marito repeti [1]. at reliquæ non compenſantur cum fructibus, ſed habent exactionem [2]: vt & infrà annotamus [3].

Expenſæ an repetantur.

§. PAPINIANVS AVTEM LIBRO VNDECIMO QVAESTIONVM AIT, DIVORTIO. Nota principium legis pro canone ad perpetuam legem. Ex quo efficitur, ſpectandum eſſe tempus contracti matrimonij ad reputationem faciendam in fructibus diuidendis inter maritum & vxorē: nempe vt ſciatur qua ex parte anni ad eorum vtrumuis pertineant: neque enim quo tempore fundus dotalis locatus eſt diſpicitur, nec an vir eos perceperit. Sed hoc in vſufructuario non eſt verum: ſufficit enim eos eſſe ab illo perceptos, licet ſtatim moriatur [4]. idem eſt in emphyteuta [5]: imo & vaſallo: niſi ſi is deceſsiſſet poſt Martium: quo caſu ad hæredes tranſmittit fructus, licet domino feudum aperiatur [6]. In clerico verò ferè obtinuit, vt etiam eos fructus quos percepit & reconditos habet ex beneficio, non faciat ſuos, nec ad hæredes tranſmittat [7], cum de his non poſsit teſtari [8]. nec enim admittimus gloſſ. [9] ſententiam, quæ beneficiatum fructuario comparauit. Sed hæc obtinent, niſi aliud conſuetudine ſit receptum, vt in Gallia, in qua omnia per eum qui ſacerdotium habet, quæſita nomine priuato, item fructus ad hæredes tranſmittuntur ſi ſint percepti [10]: & talis conſuetudo valet [11]: & decreto Pariſienſis CVRIAE comprobata eſt [12]. & hanc conſuetudinem dicit etiam extra Galliam vigere Hoſtienſis [13]. quam tamen ſolùm in mobilibus Panormitanus [14] valere ait, non autem in immobilibus. Planè quoties admittimus, vt clericus fructus beneficij ſuos ex conſuetudine faciat, tamen conſuetudinem interpretamur ex temperatione huius legis, nempe vt fiat diuiſio fructuum inter hæredes & eccleſiam, pro rata anni parte qua beneficiatus vixerit [15]. Vt autem hîc tex. explicetur remotis inuolucris ſumma ſententiæ Papiniani erit, vt in reputatione fructuum inter maritum & vxorem diuortio facto facienda, non dies locationis, aut quo fructus ſunt capti diſpiciatur, ſed id tempus videatur tātùm, quo matrimoniū ſteterit. Finge enim tēpore vindemiæ puta calendis Octobris vxorē in manū viri conueniſſe, & dotalē fundū viro tradiſſe (nā ab eo tēpore fructus incipiūt viri lucro eſſe [16]) poſtea fructibus captis maritum ex calendis Nouēbris fundū locaſſe: deinde vltima die Ianuarij diuortiū interceſſiſſe: non ſit æquū maritū fructus integros à ſe captos lucrari, & mercedis fundi qui in locatis eſt partē quartā habere. hoc enim rationē haberet ſi matrimoniū anno & tribus mēſibus conſtitiſſet. Igitur in propoſita ſpecie cùm quatuor mēſibus tantū nuptiæ durarint, exiſtit manifeſta iniquitas ſi omnes fructus & quarta mercedis portio viro cedāt. Sic igitur res tēperatur, vt vindemię fructus vniuerſus à marito perceptus & quarta mercedis portio ſimul confundantur: vt ex ea pecunia tertia pars marito addicatur. vt ſi ponas fundi fructus duodecim æſtimari, item eum duodecim locatum à marito, quarta pars mercedis cum vniuerſis fructibus confundetur: ex qua ratione fient quindecim, ex quibus

Fructuarius & vaſſallus quãdo fructus beneficij & fundi ad hęredes tráſmittant.

Clericus an beneficij fructus hæredibus tráſmittat.

Litera explicata.

1 *infrà ead. l. §. impendi & l. iij. & l. vlti. infrà de impen. in res dot. fac.*
2 *d. l. iij.*
3 *l. j. & iij. de impen.*
4 *l. defuncta. de vſufruct. l. ſi vſufructuarius. qui. mod. vſufruct. amit. ſuprà. pono in l. arboribus. §. Iulianus. de vſufruc.*
5 *§. adeo. de loc. inſti. Bal. in vſib. feud. c. j. §. his cō ſequenter. in titu. hîc finit lex regni.*
6 *d. §. his conſequenter.*
7 *Panor. in c. vlt. de pecu. cler. gloſ in l. j. de annon. ciuilib. lib. x. C.*
8 *c. ad hæc. de teſta. extrà.*
9 *in c. præſenti. de off. ord. lib. vj. vbi vide ſuſè.*
10 *vide glo. tit. de annat. §. itē quod ſi. in prag. ſanc.*
11 *c. cùm tibi. & ibi Panor. de verb. ſigni. extrà.*
12 *vide Io. Galli in quæſt. per areſt. deciſ. q. xvj.*
13 *c. le. gratia. de reſcri.*
14 *c. cùm in officijs. extrà de teſtament.*
15 *vt in addit. ad Panor. in d. c. vlt. de pecul. cler.*
16 *l. de diuiſione. ſup. eod. l. dotale. §. dotale. ſupr. de fund. dot.*

pars tertia, ſcilicet quinque, ſit mariti, quòd tertia anni parte matrimonium durarit. quod etſi iniquum eſt, videtur tamen Papiniani verbis maxime aſſentiri. Iniquitas autem in eo eſt, quòd cum omnis fundi fructus ex duodecim conſtet, quatuor tantum marito debeant accedere, cum menſibus quatuor ſteterit matrimonium. at ex illa reputatione quinque cedũt marito, atque ſi totidem mẽſibus matrimonium cõſtitiſſet. quod abſurdum & veteres ſubolefecerunt [1]. Itaque ſummam rationem habet, quod recentiores tradiderunt [2], vt hîc fructus anni & quarta mercedis portio confundantur, vt ex ea pecunia tertia portio annui reditus aſsignetur viro, tertia inquam portio annui reditus, non pecuniæ. habebit igitur maritus tria ex penſione pro tot menſibus quot locatio durauit, & vnum ex fructibus: & ita non plus quàm quatuor mariti lucro cedent. Hãc autem Papiniani temperationem non æquitas modo, ſed prope neceſsitas peperit. poterat enim euenire vt fructus vindemiæ viginti quatuor valeret: at fundus non plus quàm duodecim eſſet locatus. in quo non eſt æquum vt ex ſolo fructu vineæ portio tertia marito decidatur (hoc enim mulieri dãnum crearet.) Item habeat & iniuſtitiam, ſi ex ſola penſione locationis illa tertia ſubducatur (id enim marito captioſum eſſet.) Igitur ex interpretatione Papiniani, *vindemiæ fructus & quarta portio mercedis inſtantis anni confundi debebunt, vt ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur*, pro tertia parte anni quo matrimonium ſtetit, tertia inquam nõ totius fructus vindemiæ & quartæ partis mercedis cum fructu confuſæ: ſed tertia annui redactus ex illa pecunia confuſa viro applicetur: tria ſcilicet ex penſione, & duo ex fructu, ſecundum eam ſpeciem quam poſtremùm ſubiecimus. Et hæc ferè Alciati, Connani, Coraſij, & Duareni ſententia eſt, vno conſenſu opinionem Papiniani excuſantium: quanquam illi in ſupputatione non conueniant. at omnibus videtur, tertiam portionem viri non debere conflari ex fructu vniuerſo cum quarta parte mercedis confuſo.

Noua opinio.

1 *Alex. & Iaſ. hîc.*
2 *Connan. lib. viij. cõment. iur. ciuil. hoc titul. Alc. lib. iij. parad. ca. j. Coraſ. li. v. miſcel. c. vij. Duar. hic. & c. vlt. lib. j. diſpu. anniuer.*

§. Ob donationes. Ob res donatas vel amotas dos non poteſt retineri [3]: ſic nec fructus, cum dotem augeant [4]: tamen compenſatio poteſt opponi, quia & illa vice ſolutionis eſt, vt hîc [5]. licet gloſſ. & multi in fructibus compenſationem & retentionem admiſerint, nõ in dote. Quòd autem hîc dicitur, fructus penſari cũ rebus donatis, vel amotis, & ſic ſpeciem cum ſpecie, vide quod alibi in eandem ſententiam relatum eſt [6]. Et notat Bartolus hîc, marito, tutori & ſimilibus perſonis quæ licitè fructus capiunt, ſufficere reſtituere æſtimationem fructibus conſumptis, quæ non creſcet aut decreſcet. Et ex §. *Si fundum.* Sylua cædua in fructu eſt [7]: quod non idem dicitur in arboribus fructiferis & pomiferis, & omnibus arboribus magnis: neque enim tales poſſunt à marito incidi, per hunc textum [8], quod & ad emphyteutam producitur, vt non poſsit incidere eas [9]: qui ſi cedere perſeueret, iure poterit expelli, tanquam rem deteriorem faciens [10]. Idem eſt in vaſallo, nam & hîc feudum deterius facere non poteſt in damnum

Ob donationes an ſit dotis retentio.

Sylua cędua in fructu an ſit.

Vaſſallus & clericus an arbores poſsit incidere.

3 *l. j. §. ſed nec ob res. de rei vxo. act. C.*
4 *l. ſi marito. §. vlti. inf. eo.*
5 *& Bart. in l. rei iudicatæ. infra eod.*
6 *l. ſi conuenerit. ij. de pig. act. ſupr.*
7 *l. qui fundum. §. vlti. de contrah. empt.*
8 *& l. ſed ſi grandes. de vſufruct.*
9 *l. in fraudem. §. conductor de iur. fiſc.*
10 *auth. qui rem. de ſacroſanct. eccl. C. & Bal. hic.*

damnum domini [1]. quæ ſententia omnibus placet. multomagis & hoc in clericis habentibus beneficia admittemus, cũ non plus iuris in beneficiis ſuis quàm vſufructuarij habeant, vt ſuprà poſuimus in princ. legis [2].

§. Si vir in fundo. Hic §. non ſatis videtur conuenire cum l. vlt. de fundo dot. ſuprà. Sed ita res temperanda eſt, vt marmor cæſum ex fodina in qua lapis renaſcitur, & ſic in fructu eſt, ad virum pertineat, & impenſa ei ſit reficienda ab vxore, quòd fundum pretioſiorem effecerit inuentis illis fodinis [3]. Quòd ſi vir cæciderit lapides qui non renaſcebantur, neceſſarium eſt ex hoc textu dicere, mariti eſſe, ſed tamẽ pretium mulieri debebit præſtare [4]. Et talis diſtinctio admittitur cum vir aperuit fodinas, ſi autem cum fundus dotalis marito eſt traditus, iam erant apertæ, indiſtinctè in fructu numerantur lapides [5]. Lapides igitur cæſi ex fodinis à marito apertis non ſunt in fructu: cui conſequens eſt vt expenſa non ſit à muliere præſtanda: cùm illi in dominio mariti ſint, licet à fundo non exportati: eorum tamen pretium debebit. ſic quod ex re ſibi à muliere donata vir comparat, non eſt mulieris ſed viri, qui pretium tantùm debet [6]. Et per hunc textum infert Bartolus [7], id quod non renaſcitur non eſſe in fructu: ideóque mulieri cui à marito vſuſfructus eſt relictus, non competent lucra ex exemplis & notis mariti qui fuerat notarius. His applicatur quæſtio, an, ſi vaſallus mulieris, ratione fundi dotalis, in commiſſum ceciderit pendente matrimonio, illud quod confiſcatum eſt fundo, ſit mulieris vel mariti. & certe Bartoli [8] opinionem probamus, id in fructu numerari, neque finito matrimonio reſtituendum eſſe mulieri: quod tamen non ineleganter ex ſententia Baldi [9] intelligi debet in mobilibus: ſin autem ſint immobilia, ſequuntur fundum, & augent dotem, & à viro cum dotali fundo mulieri ſunt reddenda. In ſimili placito Curiae Pariſienſis continetur, vt etiam in ciuitatibus vbi quæſita cõſtante matrimonio inter maritum & vxorem communicantur, ſi qua ſint quæſita fundo dotali per confiſcationem aut ius prælationis, fundum dotalem ſequantur: nec in eis ad dimidium vir ex lege vocetur. quod notandum eſt. tamen pendente matrimonio hoc in fructu eſt. & ideo interim ad maritum pertinebit: quod & Curiam Pariſienſem cenſuiſſe Lucius refert [10]. Quibus annecte quod ſuprà de vſufructuario diximus [11], an ſcilicet ad eum pœnæ & commiſſa pertineant.

Marmor cæſum in fodina an ſit in fructu.

Quod non renaſcitur non eſt in fructu.

Commiſſa in fundum dotalem an ad maritum pertineant.

1 *ea. j. §. quid ergo. & §. è contrario. de inueſtit. de re alie. fact. in vſib. feu.*

2 *ex Panor. in c. vlt. de pecul. cler.*

3 *l. vlti. de fund. dot. ſupr.*

4 *l. ſi ex lapidicinis. de iu. dotium.*

5 *l. ſi fundus. & ibi Bart. & Iaſ. infra eod.*

6 *l. ſi id quod. §. ſi ex decem. ſupr. de dona. inter vir. & vxor. not. in l. res quæ ex dotali. de iu. dot.*

7 *in l. quadã. § .j. de eden. & hic l. item fundi. ad princ. de vſufr. ſupr.*

8 *in l. vlt. infra eod. & ibi Pau. de Caſt. & Alex.*

9 *in d. l. vlt.*

10 *libr. vij. placit. Curiæ. de præd. clientel. art. v.*

9 *l. vſufructu legato. de vſufruct.*

Si fundus. L. viii.

De genere eorum eſt quæ ſuprà annotãtur [12]. Et adde initio matrimonij conueniri poſſe inter virum & vxorem, vt aliqua pars dotis ad vſum & fructum mulieris pertineat, per hunc textum. At de vniuerſo fructu pactio facta non valet [13]. ſi autem fiat pactum conſtante matrimonio nullum eſt omnino, ne in parte quidem: nam hoc eſſet mera donatio [14]. Et nota §. *Quod in ſementem*, qui non eſt alibi, in

An valeat pactũ vt fructus dotis ad mulieré pertineat.

12 *l. fructus. §. Papinianus. eod.*

13 *l. iiij. de pact. dot. ſuprà.*

14 *l. quæro. de pactis dota. ſuprà.*

hoc, quòd totius anni vnus eſt fructus: ideóque expenſa in vno fructus genere facta, ſi non reſpõderit fructus, de aliis fructibus deducetur. Idem vult Iaſon etiam in fructibus diuerſorum fundorum, ſi tamẽ omnes ſunt dotales: quod rationem habet cùm dos ſit quid vniuerſum [1].

Vnius anni vnus eſt fructus.

1 Bart. in rub. ſupr. eo. per l. j. ver. impenſa. infr. de dot. prælég. noto in l. ſi in rem. ſup. de rei vind.

SI MORA. L. IX.

LICET creditor ſit in mora recipiendi, cùm forte ei eſſet oblatũ, nihilominus tenetur debitor ad fructus quos percepit: & ſic mora quæ primùm fuit contracta à debitore nõ deſinit mora quo ad fructus perceptos, licet creditor fuerit in mora poſteriore. Sed quo ad fructus percipiendos deficit prior mora, per hunc textum: quo ſignificatur debitorem culpam non debere, ſi creditor moram fecit. Diuerſum obtinuit ſi debitor prius non fuiſſet in mora: quia tunc eos fructus quos capit ex negligentia creditoris non petentis lucratur [2]. Et nota gloſſ. hîc qua efficitur creditorem non conſtitui in mora niſi offeratur [3]: quod ſine diſtinctione admittendum puto ſiue obligatio diem habeat, ſiue non [4]: licet gloſſ. hîc diſtingat. Quo modo verò debitor in mora conſtituatur alibi diximus [5].

Creditori qui in mora fuerit fructus nihilo minus debẽtur.

2 l. mulier. §. ſi hæres. ad Trebel. infrà.
3 l. ſi per te. C. de vſur.
4 Ferretus in libr. de mora. num. 27. per tex. in l. illud. de peric. & cõmo.
5 l. mora. & l. pecuniæ. §. vſurarum. ſup. de vſur.

SI AB HOSTIBVS. L. X.

§. SI VIR VXOREM. Si vir vxorem occidit, perdit dotem quam vel beneficio legis, vel ſtatuti debebat lucrari: quod rationem habet, niſi licite & iure permittente occidiſſet [6]: nec huic ſententiæ refragatur quod dicitur in l. interdum. ij. §. qui furem. de furtis. infrà. eum qui furem deduxerit ad præfectum perdere pœnam dupli & quadrupli, eo ipſo quod ſibi ius quodammodo dixerit. In eo enim caſu qui furem deduxerat ſimplo ablato ex ſententia præfecti, ad pœnam dupli aut quadrupli agere non poteſt, non propter deductum à ſe furem, ſed quia credendus eſt omne ius ſuum apud præfectum deduxiſſe qui nulla formula à prætore impetrata, egit & furem produxit. Simile dicitur in iuramento vt ex eo ſimpliciter præſtito omnis actio ſuper facto deſcendens ſublata iudicetur, vt in eo qui ſe furtum non feciſſe iurat, ſcriptum eſt, qui poſt neque furti [7] actionis, neque condictionis tenetur. ſic qui ante iudicem, eum qui ſibi iniuriam fecit, poſtulat verberari, remiſiſſe creditur iniuriam quaſi hac via extraordinaria ſatisfactionem acceperit [8]. At diuerſum eſt in iis qui formulam prætoris intenderunt, & ius commune ſunt ſequuti: quo caſu qui furti experitur, ad condictionem furtiuam poteſt regredi [9]: neque enim ciuilis actio tollit criminalem, aut contra [10]: cum formula ciuili non contineatur crimiualis, & contra. ex quibus apparet id reſponſum [11] quod pro contrario citatur, non valde ad hanc rem pertinere, vt & eleganter Duarenus docet.

Vir occidens mulierem an lucretur dotẽ.

6 arg. l. qui ſeruũ. de ver. oblig. & l. quid ergo. §. ſi hæres. de legat. j. l. Gracchus. ad leg. Iuliam. de adulter. C.
7 l. ſi duo. §. item Iulianus. de iureiur.
8 l. ſed & ſi vnius. §. ſicut ante. de iniur. infrà.
9 l. ſi pro fure. de cond. fur. ſuprà.
10 l. j. quand. ciuil. act. crim. præiud. noto in l. rerum amotarum actio. infrà rerum amot.
11 l. interdum. §. qui furẽ. de furtis.

SI ALIENAM. L. XI.

AN agenti vel ex contractu, vel rei vindicatione poſſit reus ab agente cauſam habens, quæſtionem de dominio referre, ſuperius poſuimus [12].

12 in l. cõmodare. ſup. cõmo.

Marit

MARITVM. L. XII.

Maritus quādo habeat priuilegium facere poſſe.

BENIGNA Iuris interpretatione marito indulgetur, vt niſi quatenus facere poteſt, non teneatur. ſed fortaſſe in vero marito ſignificationem habet: nam ſi vere non fuit maritus, & per ſententiam diſcedatur à matrimonio, rationem habet vt ille maritus totam dotem reddat, nulla reputatione facta eius quod facere poteſt [1]. nec rectè dici poſsit, quod pro dote datum eſt à marito iuſte retineri nullo matrimonio apparente, quaſi ob turpem cauſam datum: magis enim ob nullam quàm ob turpem cauſam datum eſt, adeo vt repetitio ſit [2]. Item maritus ex delicto conuentus ab vxore, hoc priuilegio tuendus non eſt [3]. nam & hoc in omnibus qui ex delicto conueniuntur, generale eſt, vt ſuprà poſui [4]. Sic nec hoc priuilegium habebit, ſi mulier quoque inops eſſet [5]. Item nec proderit marito negāti ſe maritum eſſe [6]: vel ſi maritus alteri quàm mulieri ſe reſtituturum recepiſſet [7]. placétque Duareni ſententia exiſtimantis maritū rei vindicatione conuentum ad reſtitutionem dotis, retinere hoc beneficium: ius enim nouum quod realem actionē pro dote inducit, priuilegium mariti vetus non lædit [8]. aliâs enim nunquam hoc priuilegium marito proficeret: nam ſemper vxor rei vindicatione conſiſteret.

Priuilegium maritus habet etiam ſi res extet.

Item hoc priuilegium etiam re dotis mobili aut immobili extante, marito prodeſt [9]. quod valde eſt animaduertendum: vix enim eſt vt reliqua priuilegia habeant locum contra eos qui rei incumbunt. Vnde pater & dominus qui ante omnia priuilegia deducunt quod ſibi debetur de peculio filij aut ſerui, non habebunt hoc priuilegium contra eos qui rei incumbunt [10].

1 per tex. in c. j. de don. int. vir. & vxo. & ibi Ioā. Andr. & Alex. hîc.
2 l. vlt. de condi. ſine cauſ. ſuprà.
3 l. ſi rerum. inf. de re iud.
4 l. ſi eum de dote. de iur. dot. l. iiij. quod cum eo. ſuprà.
5 arg. l. præſes. de ſeruit. & aq. Iaſ. in l. quod nomine. de condi. indeb. & Bar. hîc.
6 l. ſed hoc ita. de re iud. infrà.
7 l. Neſennius. de re iud.
8 l. j. §. cùm autem. de rei vx. act. l. in reb. de iur. dot. C.
9 per tex. in l. ſi filiofamilias. ij. inf. eo. & Iaſ. in l. quod nomine. de cond. indeb. & Alex. hîc.
10 l. ex facto. de pecul. ſup.

ALIA CAVSA. L. XIIII.

Pactum contra reuerentiā non valet.

§. ELEGANTER. Contra reuerentiam quæ maritis ab vxoribus debetur, eſt pactum illud, quo effici ſolet inter ambos coniuges, vt inſolidum vir exigatur, ideóque inutile eſt. neque enim iuri quod reuerentiam habet, quis obnuntiare poteſt [11].

An licitè quis ſe obliget ad carceres.

Sed hîc fere omnes quæſierunt, An licita ſit pactio qua quis ſe obligat ad carcerem, ſi ad conſtitutam diem non ſoluat: quod in obſidibus & vadibus incunctanter recipimus, vt ſcilicet valeat [12]: ídque ob conſuetudinem. Sed in carceribus vrbanis dubitatum eſt: & fere obtinuit pactionem valere. nam hoc ordinarium eſt, vt qui non ſoluit poſsit in carcerem conijci [13]. niſi is offerat ſe de melioribus bonis ſuis paratum ſatisfacere [14]: vt Zaſius in ſingularibus reſponſis docet [15]: igitur pactione poterit effici. Plus etiam CVRIA Pariſienſis iudicauit [16], eum qui ſe nexu corporis alligaſſet, etiam in loco ſacro prehendi poſſe. Sed ad priuatum carcerem quis ſe obligare non poteſt, cum id ſit prohibitum [17], Planè qui ſimpliciter obligatus tenetur aliquo debito, ex continenti non

Obligatus ad carcerem an prius ſit excutiendus bonis.

poteſt rapi in carcerem: neque enim ab executione incipiendum eſt [18]: ſed prius requiritur diſcuſsio bonorum [19]. nam ſi diſcuſsio & aliquis ordo in rebus obſeruatur [20]: multo certe magis in perſonis hoc admittendum eſt, vt Alexander & Iaſ. ſcribunt [21]. Si tamen contrahens ad carceres ſe obliget, poterit non diſcuſſis bonis prehendi [22]. Adde & perſona capta,

11 l. vlt. de bon. liber. C. & ibi Bart.
12 c. ex reſcripto. de iureiu. l. obſides. de teſtam. infr.
13 l. nemo carcerē. de exact. trib. lib. x. C. l. j. C. qui bon. ced. poſſ. C.
14 Auth. de fideiu. §. quod autem.
15 lib. ij. c. viij.
16 prid. cal. Iulij. an. 1475.
17 l. j. de priu. carc.
18 l. j. de exec. rei iud. C.
19 gl. in l. iij. §. vlt. de ſuſp. tut. infr. Bart. in l. j. qui bon. ced. C. Pano. in c. ij. de pig. q. col.
20 l. à diuo Pio. §. in venditione. inf. de re iud.
21 l. à Diuo Pio. §. in venditione. de re iud.
22 Io. Fab. §. pe. de iur. perſ.

bona nihilominus capi poſſe [1]. Ac nonnulli ſunt caſus quibus indiſtincte perſona capitur, vt cum aliquis licitando promiſit, vt CVRIA Pariſienſis ſtatuit [2]. nã in auctionibus publicis præſente pecunia opus eſſe, & lege [3], & eiuſdem CVRIAE decreto [4], cautum eſt. Idem fere in debitore collectarum dicitur. nam excontinenti in carcerẽ rapi poteſt [5]. Sed hîc apte quæritur, an clericus ex pactione qua ſe obligauit ad carceres poſsit in vincula conijci. In quo admittimus vt ea pactio non valeat ſi ſe obligauit ad carceres iudicis laici [6], quòd ſi ſe obligaſſet ad carceres iudicis clerici volens poterit detineri, ſed inuitus minime [7]. & hoc Panormitanus [8], & Ioannes Faber probant [9]. Tamen in CVRIA Pariſienſi iudicatum eſt [10], ſine diſtinctione clericum ex pactione qua ſe obligauit ad carceres, diſtringi & carcerari à iudice profano poſſe.

Caſus quibus perſona capitur.

Clericus an poſsit ſe ad carcerem obligare.

Inſtit. Aug. in l. nemo. de exact. trib. C.
1 c. vlt. in fin. vt lit. non cont. Bal. & Paul. in l. qui legati. vt in poſſ. leg.
2 Die xxiij. Ian ann. 1519.
3 l. à diuo Pio. §. ſed ſi. de re iudic. infrà.
4 die xix. Martij anno 1506.
5 l. ij de exact. tribut. lib. x. C. & Barto. in d. l. ij. §. vlt. de ſuſp. tut.
6 c. ſi diligenti de for. cõp.
7 c. ex reſcripto. de iureiurand.
8 in d. c. ex reſcripto.
9 §. vlt. de act. Inſt.
10 die xx. Nouembr. anno 1550.

REI IVDICATAE. L. XV.

AN rei iudicatæ, aut litis conteſtatæ tempus inſpiciatur in condemnationibus, attigimus in l. litis. de negot. geſt. Et nobile eſt quod hîc dicitur, hæredem mariti morum coërcitionem in vxorem defuncti non habere, vt ſcilicet illi non poſſit obiicere adulterium, de quo querelam maritus viuus non pertulerat [11]. quod tamen vulgo intelligitur, ſi vir nouerat adulterium vxoris, & ſilentio diſsimulauit: nam ſi ignorauit, poterunt hæredes vxori adulterium obiicere [12]: cum teſtator ignorans, ius ſuum non dicatur perdidiſſe [13]. Idem ſi ſciſſet maritus, ſed morte præuentus ſubita, vxorem de adulterio deferre non potuiſſet [14]. & hoc Guido Pap. probat [15]. Quod autem ad finem quæritur de ſocero, an habeat priuilegiũ, vt niſi quatenus facere poteſt non conueniatur, ſummam dubitationem habet: ſed hæc aliâs retulimus [16].

Morum coërcitio ad hæredes nõ tranſit.

11 ſar. l. j. & vlt. de donat. C. l. 4. in fi. Ad Sillan.
12 glo. in l. ſi fideicommiſſum. de fideic. C.
13 l. mater. de inoff. teſt.
14 l. in confirmando. & l. vtilitatem. de conf. tut.
15 q. ccxiiij. in deciſ. & Alexan. hîc.
16 l. pe. de iur. dot.

EX DIVERSO. L. XVII.

§. SI IN IVDICIO. Peremptorias exceptiones ante ſententiam opponi debere certiſsimum eſt [17]: tamen in his exceptionibus quæ ſententiæ non aduerſantur obtinet, vt etiam poſt ſententiam opponi poſsint, per hunc textum [18], & alibi dixi [19], ídque etiam ſi inſolidum petitio ſit facta [20].

Peremptoriæ exceptiones quando poſt ſententiã obiiciantur.

17 peremptorias ſent. reſc. non poſſ. C.
18 & l. Neſennius. ad fi. de re iud. infr.
19 in l. in fundo. ſup. de rei vind.
20 l. j. & l. pe. ſup. quod cũ eod.

ETIAM. L. XVIII.

MARITI priuilegium vt niſi quatenus facere poteſt damnetur, hæredibus non datur [21]: at filiis ex eodem matrimonio natis, proficit, vt hîc. ex quo fere conuenit vt neque filiis ex alia vxore natis, neque nepotibus detur hoc priuilegium. nam in priuilegiis, nepotes filiorum appellatione non cõtinẽtur [22]. niſi ex eo damnum nullum alteri crearetur [23]. at in pactis & conuentionibus fere appellatione filiorum nepotes veniunt [24]. Sed tamen fuſius vide Bartolum [25]. Quod autem gloſ. hîc addit ſimile in emphyteuſi eccleſiæ, vt non tranſeat ad hæredes, niſi ſint ij qui noua lege deſignantur [26], maiorem in modum addubitatum eſt. ſed tamẽ placet opinio Abbatis [27] exiſtimantis in hac quæſtione non ius ciuile, ſed

Nepotes an nomine filiorum veniant.

Emphyteuſis ſimpliciter data an ad extraneos tranſeat.

21 l. maritum. ſup. eo.
22 l. ſed & milites. infr. de excuſ. tut. inſ.
23 l. diuo. de quæſt. inſ.
24 l. ſi dotali. ſuſ. eo.
25 in l. liberorum. infr. de verb. & rer. ſignif.
26 §. emphyteuſim. de nõ alien. aut permut. eccleſiaſt. tit. in auth.
27 ine. in præſentia. num. 25. de probat.

canon

canonicum adhibendum eſſe:quo ſtatuitur[1], epiſcopum in re eccleſię dãda in emphyteuſim, diſpicere debere an ad tempus, an vero in perpetuum dari debeat. quòd ſi ſimpliciter dederit, æquum eſt vt & perpetua ſit emphyteuſis, & hæredibus extraneis proſit[2], in quo etiam Alexander hîc videtur procliuior. Et ad finem legis, vide quod noto in l. quod debetur de pecul.

1 *c.2 §. perpetua.x. ꝫ. ij.*

2 *§.licẽtiam.de alien. & emphy.in Auth.*

SI MVLIER L. XIX.

Dos data in primo matrimonio an repetatur in ſecundo.

DOS data in primo matrimonio, cenſetur repetita in ſecundo[3], & dos data in primo quod diſſolutum eſt, repetitur in redintegrato, per hũc textum: etiãſi inter primũ & redintegratũ matrimoniũ, alij nupſiſſet, & poſt vidua facta ad priorem maritũ rediiſſet[4], ſed tamen quia eadem ſolẽnitas requiritur in actu renouando quæ neceſſaria fuerat in cõficiendo[5], ſi tertius dotem conſtituit primo matrimonio, & ſibi reddi ſoluto, pactione recepit, debebit repetitioni matrimonij conſenſum accomodare: aliâs quod ad eum pertinet, non cenſebitur dos repetita[6], quod etiã ſuprà attigimus[7]. Huc pertinet quòd dos in primo matrimonio data quod inutile eſſe apparuit, repetitur ſi conualeſcat matrimonium, vt ſi ſequatur diſpẽſatio legis vel principis[8]. quod tamen Baldus admittit niſi ſit matrimonium ſit inceſtum[9]. An autem ſi pendente iudicio perit ius agentis, iudiciũ perimatur: item è diuerſo, An iudicium male & ſine actione cœptum ex cauſa noua confirmetur, ſuprà retulimus[10].

3 *l.dotem.ſup.de iur. dot.*

4 *l.ve. §. vxor.inf.eo.*

5 *l.ſi vt propoſuiſti.de nupt.C.*

6 *l.in inſulam.§.vlt. inf. eo.l.cum maritus.§.Titius.de pact.dot.l. ſtipulatio de dote.de iur.dot. l.vlt.de pact.ſup.*

7 *l.plerique.de rit.nupt.*

8 *l.ſi ſerua.ſup. de iure dot.*

9 *Bal.in auth.ex complexu.de inceſt.nupt.C.*

10 *in l.ſi rem.§.vlt.ſup.de pig.act.*

SI CVM DOTEM. L. XXII.

CVM pater dotem filiæ cõſtituit nulla ſtipulatione ſubiecta, ſoluto matrimonio dotis petitio patri & filiæ communis eſt[11]. Poteſt vero pater eam ſibi ſoluto matrimonio reddi ſtipulari, & hoc caſu ſolus aget, modo non pacto nudo, ſed per ſtipulationem res fuerit expedita[12]: & ex continenti hoc ſibi ſtipulatione receperit[13]. ſed ſi in vnum caſum ſtipulatus fuerit, eo caſu habebit actionem ſolus: at alio caſu diſſoluto matrimonio filiæ actio erit propria[14]. nam ex præſumptione ſtipulantis ſibi in vnum caſum, facile efficitur, vt alio caſu donaſſe videatur, quod aliâs commune erat habiturus: receptum eſt enim vt donatio inter patrem & filium procedat in cauſa dotis[15]. quod etiam locum habet ſi matrimonium nõ ſequatur[16]. At extraneo dotãte, ſi nulla ſtipulatio ab illo eſt interpoſita, de dote actio mulieris erit[17]. ſin autem pepigerit vel ſtipulatus erit ſibi reddi, fides contractus erit implenda: vt ſi ſimpliciter pepigerit, ſine diſtinctione quoque ei dos reddatur[18]: ſi vno caſu, eo caſu tantum, alio vero ſit mulieris actio, vt hîc dicitur. Quòd ſi euidens voluntas patris dotem dantis arguatur, vt à marito potius dotem retineri, quàm à filia exigi voluiſſe videatur, putà paciſcitur defuncta ſine liberis filia dotem ſibi reſtitui. hîc certe magis eſt, vt defuncta filia cum liberis, dos à marito retineatur liberorum cauſa[19]. neque enim filiæ actio erit, cùm ea ſit mortua. reſtat vt liberis detur quorum nomine dos apud maritum, qui illorum pater

Pater ſibi paciſcens vno caſu an alio agere poſſit.

Donatio ex cauſa dotis inter patrem & filium valet.

ἀϕανισμός.

11 *l.ij.§.quòd ſi in patris. ſup.eo.*

12 *l.ſi anis.de iur.dot.C.*

13 *l.quoties.inf.eo.*

14 *per hunc tex.*

15 *l.Pomponius Philadelphus.ſup.fam.ercis.*

16 *l.ſi extraneus.in fin. de cond.cauſ.dat.*

17 *l.j.§.accedit.de rei vxo. act.C.*

18 *l.ſi quis ſic.inf. eo. l. cõmodiſſime.de lib. & poſthum.*

19 *l.inter ſocerum.§.cum inter.de pac.dot.ſup.*

eſt, manebit: & ita leges aduerſæ conuenient: quod & fere Zaſio videtur [1]. ſed tamen qui vno caſu pactus fuerit, quicunque ſit ille, ſemper de dote actionem habebit eo caſu quo non ſequetur matrimonium: nam perpetuum eſt in omnibus liberalitatibus quæ nuptiarum cauſa proficiſcuntur, vt effectum non habeant niſi matrimonium ſit ſecutum. & hoc in dote [2], & donatione relatum eſt [3]: vt & ſuperius annotauimus [4]. Quod autem ſequitur in §. ſi poſt ſolutum. annectitur iis quæ ſupra annotata ſunt [5].

Dotis datio vtilis eſt ſi matrimonium ſequatur.

1 *lib.j.ſing.reſp.c.j.*
2 *l. ſi extraneus. ſup. de cond.cauſ.dat.*
3 *l.cùm veterum. de don.a. ante nup.C.*
4 *l.ſtipulationem. ſup.de iur.dot.*
5 *l.ij. §. quod ſi in patris.eo.*

§. Si mulier. Citamus in l.nomen. de hæred. vel act. vendit.

§. Si pater. Hîc manifeſte apparet patrem legantem filiæ dotem, cum iam ei promiſiſſet, legare videri animo compenſandi [6]. quod alâs fuſius [7]. & hoc generale eſt in omnibus qui ex lege, non ex contractu debent, vt ſi legent, animo compenſandi videantur legare, vt hîc dicitur in patre legante filiæ dotem. eam enim ex lege & officio naturæ magis quàm ciuili vinculo debet [8]. Sic nouo iure ſtatuitur, vt cum qui ex coniugibus erat locuples deceſsit, at ſuperſtes eſt inops, habeat inops ſuperſtes partem quartam in bonis præmortui: ſed ſi legatum ſit ei, legatum illud in dotis compenſationem cedet [9]. Nec mutat quod in c. officij. de teſta. cõtra videtur dici: nam ibi nunquam teſtator debuit, ſed debitum incipit poſt eius mortem. Quòd ſi qui debitor eſt ex facto ſuo, legat creditori, compenſatio non inducitur: ſed & legatum & debitum creditor petet [10]. ſic maritus qui mulieri ad dotem reſtituendam obligatus eſt, legans dotem, non videtur animo compenſandi legaſſe [11]. Et quod infrà §. Si patri. dicitur, ſuperius explicatum eſt [12].

Creditor legãs debitori an dicatur legare compenſandi animo.

6 *fac.l.Titia.§ qui inuita.infr.de leg.ij.& l.filia.de leg.C.*
7 *in l.cùm pater. ſup. de iur.dot.*
8 *l. qui liberos.ſup.de rit. nupt.l.vlti. de dot. promiſſ.C.*
9 *Auth. præterea. vnde vir & vxo.C.*
10 *l.creditorẽ.de leg.ij. inf.*
11 *l.vna. §. ſciendum. de rei vxor. act. Bartol. in Auth. præterea. vnde vir & vxor.*
12 *l.cùm filiusfa.ſi cer. pet.*

§. Eo autem. Quoties res ſine alicuius conſenſu explicari non poteſt, nec ille vult conſentire, toties poterit ex cauſa per iudicem cogi, vt dicitur in patre agenti filio conſenſum non præſtante [13]: & in epiſcopo conſenſum renuente donationi decimarum, quam laicus eccleſiæ facit [14]. ſic mulieri contrahere volenti (quæ forte ex ſtatuto ſine propinquorum conſenſu contrahere non poteſt) cogentur propinqui per iudicem conſenſum accommodare [15]. ſic patri dotis actione agenti cogetur filia conſentire. Sed hæc cauſæ cognitionem deſyderant. Si enim pater honeſta perſona eſt, & filia leuis, hoc facile patri à prætore indulgebitur. Si autem pater vilis eſt, vt merito timeri poſsit ne dotem exactam conſumat, actionem non habebit vt hîc: imò eo caſu actio filiæ erit [16]: & ſi filia decedat relictis filijs, pater qui vilis vel decoctor eſt, non habet adminiſtrationem dotis, nec aliorum bonorum quæ filijs competunt [17], cui conſequens eſſe ferè dicitur [18], vt pater decoctor non poſsit filijs pupillariter aut exemplariter ſubſtituere, cum is deſinat adminiſtrationem habere per legem [19]. ſic is qui expreſſum mandatum habebat ad negotia, ad exigendos puta debitores, reuocatur ipſo iure, ſi incipit fieri decoctor [20].

Qui debet cõſentire, nec id agit, cogitur officio iudicis.

Pater an habeat adminiſtrationem bonorum filij ſi decoctor eſt.

13 *l.cùm non ſolum. §. neceſsitate. de bo. quæ lib.*
14 *c.nullus.de iur.pat.ext.*
15 *Panor.in c. relatum.& c.tuæ.de cler.non reſid. glo.in c. ſi religioſus. in verb. obtenta. de elect. lib.vj.*
16 *gl.& Bar.in l.ij.§.j.ſup. eod.*
17 *l.vlt.§.minores.de bon. quæ.lib.C.l. Imperator. infr.ad Treb.*
18 *Bart.in l.ij.de vulg.& pup.*
19 *d.l.vlt.& l.ſed ſi vnius. §.filiofa.de iniur.*
20 *l.liberto.§. Largius.& ibi Bar.de ann.leg.*

§. Si

Pro dote bona hypothecata.

§. Si mulier. Cum in multis rebus tum in hypotheca dos priuilegiaria eſt, vt pro dote bona mariti tacita obligatione teneantur [1]: & præferatur mulier dotis nomine agens omnibus creditoribus perſonæ, vel rei incumbentibus, modo non expreſſam hypothecam prius habeāt [2]. & hoc priuilegium, & alia pleraque [3] haberent locum, etiamſi matrimonium non de iure ſed facto tantum conſtitiſſet, per hunc textum. ſic conſuetudo vt in quæſitis cōſtante matrimonio vxor dimidium habeat (quæ fere vſurpatur in Gallia) & alia ſtatuta lucrandæ dotis, etiam in matrimonio locum habēt quod poſteà nullum apparuit [4]. quod tamen verum exiſtimo, ſi ab ignorante muliere contractū eſt: nam ſi mulier non ignorans impedimentum, nupſerit, priuilegium non habebit [5]: ne dolus in lucro ſit. facit quod ponimus in l. vlt. ſupr. de cond. ſine cauſ.

1 *l. j. §. & cum plenius. de rei vxo. act.*
2 *l. aſſiduis. & ibi omnes. qui pot. in pig.*
3 *de quib. per gl. in l. j. ſupra eo.*
4 *c. ij. & ibi Panor. de do nat. int. vir. & vx. fac. l. ij. §. vlti. de priuileg. cred.*
5 *l. ſi concubina. inf. rer. amot. l. qui contra. de inceſt. nupt. l. à diuo Pio. ſup. de rit. nup.*

Si constante. L, xxiiii.

Quando conſtante matrimonio dos à marito reddi debeat

SOLVTO matrimonio dos reddi debet (inquit Vlpianus [6]) ergo anteà non iuſtè petitur: quod & expreſſe multis authoritatibus teſtatum eſt [7]. ſed tamen ſi vir ad inopiam vergit, ex die quo apparuerit eum effici pauperiorem, vt ſi forſan maritus à patre exhæredatus eſt & adita fuit hæreditas, æquum eſt propter inopiam mariti, dotem reddi mulieri: tunc enim cum hæreditas aditur, exhæredatio vires aſſumit [8]: nec ante exhæredatus querelam perferret, cum adhuc vere non ſit exhæres [9]. hæreditate autem adita verè tenebit exhæredatio: & tūc incipiet mulieri ius eſſe ad repetendam dotem ex paupertate illa, quæ marito ob exhæredationem accidit [10]. & ita intellige hunc textum ad finem [11]. Quòd ſi nulla emergens inopia in marito oſtendatur, conſtantibus nuptiis neque dos de eo repetitur, neque aliqua ſatiſdatio de dote reſtituenda à marito interponi poteſt [12]. & hoc inter omnes fere conſtitit. at ſoluto matrimonio poteſt, per hunc textum [13]. nam generaliter dicitur in omnibus dilationibus quæ ex lege dantur, fideiuſſorem dandum eſſe quod tamen fuſius ſuprà poſuimus [14].

Is cuius bona ſunt confiſcata nec agere nec conueniri poteſt.

§. Si bona. Quemadmodum is cuius bona publicata ſunt obligationibus eximitur [15]: & contra eum actiones extinguntur [16]: & in fiſcum tranſeunt [17], qui hæredis inſtar eſt [18]: ita & actiones is amittit, & agere poſſe deſinit, vt hîc. imo additur, quòd ſi iam lite conteſtata, publicata eſſent bona, in fiſcum nihilominus tranſit actio. Ex quo efficitur rem etiam litigioſam in fiſcum alienari & transferri. quod mirum non eſt, cum ſit neceſſaria alienatio [19]. Publicatis igitur bonis mulieris, quæ iudicium ſuper dote marito dictauerat, expirat iudicium quantum ad eam pertinet, cum ius illa ſuū & dotem perdat [20]: ſed tamen recte dicetur illam inſtantiam in fiſcum transferi, ſicut dicimus in alium hæredem tranſire [21], &

Fiſcus ſuccedit damnatis.

in patrem mortuo filio [22]: cum hæredis loco ſit fiſcus [22]. & hæc ſententia Romani fuit, quam etiam Duarenus probat li-

6 *in l. ij. ſup. eo. tit.*
7 *l. vbi. de iur. dot. l. cum notiſſimi. §. illud. de præſcrip. xxx. vel xl.*
8 *l. filium. §. ſed cum exhæredatio. de bon. poſſ. cont. tab. inf.*
9 *l. Papinianus. § ſi cōditioni. de inoff. teſt. ſup.*
10 *ſecund. Bar. Alex. & alios.*
11 *in §. ſi exhæredato.*
12 *l. j. & l. ij. ibi, nullam eſſe ſatiſdationem. C. ne fideiuſſ. dot. dent.*
13 *in §. quotiens mulieri.*
14 *l. iij. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſequu.*
15 *l. vlt. de duob. reis. inf.*
16 *l. ſi debitori. §. infra. de fideiuſ.*
17 *l. ſi marito. inf. eo.*
18 *l. ij. C. ad l. Iul. de vi. Bar. in l. j. C. de fideiuſ.*
19 *l. j. de fund. dot. l. alienationes. ſup. fam. ercis.*
20 *fac. l. ſi mulier. ſup. eo.*
21 *l. ſi eum hominem. inſ. de fideiuſſ. l. ij. §. vltim. de præto. ſtipul. inſ.*
22 *l. tam in contractibus. de ind. ſup.*
23 *d. l. ij. ad l. Iul. de vi. C.*

cet contra fere reliqui ſenſerint:& non bene iudicio meo. nec obſtat quòd hîc dicitur, expirat iudicium. nam hoc intelligitur quo-ad eos inter quos quæritur.

SI FILIOFAMILIAS. L. XXV.

§. SI VIR IN QVINQVENNIVN. Vir qui in aliquot annos fundū dotalem locauerat, nuptiis ſolutis ante elapſum tempus, non alias fundum mulieri repetenti cogetur aſsignare, quàm illa cauerit ſe refecturam marito quicquid is tenebitur præſtare colono, quòd ei frui non licet. Ex quo euidenter oſtenditur (ſi propius intueare) locationi factæ per virum non teneri mulierem ſtare, cùm illa recipit fundum. ſi enim teneretur ſtare colono mulier, liceret certe colono frui: non ergo in periculo maritus verſaretur, & ſic cautio tanquam ſuperflua ceſſaret, & hoc multi ſentiunt [1], & alibi etiam probatur [2]. Si tamen non in quinquennium, aut multos annos locatio ſit facta, ſed in annum, quia commode niſi in annum fundus locari non poteſt [3], admittit Alexander, quod & Duarenus probat, vt tali locationi à marito factæ locator ſtare teneatur. De ſimilibus autem ſpeciebus aliàs fuſius retulimus [4].

Vxor locationi factę à marito non alligatur.

SEMEL MORA. L. XXVI.

QVI primum fuit in mora, offerendo purgat & emendat moram, vt hîc: quod diffuſius ſuprà poſuimus [5].

Purgatio moræ.

QVOTIENS. L. XXIX.

CVM pater dat dotem, an illi ſit actio communis & filiæ, an propria, ſuperius dictum eſt [6]. Poteſt autem pater filiæ dans dotem, ex continenti ſibi dotem reddi ſtipulari, & ita actionem ſibi propriam efficere: licitum eſt enim legem ei quod damus dicere [7]: quod & ad extraneum dotem dantem perducitur [8]: At ſi pater ex interuallo ſibi dotem ſtipulari velit, conſentire filiam oportet, per hunc textum [9].

Pater an poſsit ſibi dotem ſtipulari.

SI MARITO. L. XXXI.

HABES in l. ſi conſtante. §. ſi bona. ſup. eo. Quòd autem pertinet ad §. ſi voluntate, conſtat actionem de dote quæ ex lege [10] patri & filiæ communis eſt, mortuo parente effici præcipuam filiæ [11]: idq; verum eſt etiam ſi ſuper dote cōteſtatum & acceptum ſit iudicium, & lata ſententia, vt hîc [12]: Ex quo euenit vt quæ ad hæredes non tranſmittiturtur, lata ſuper illis ſententia in eadem cauſa maneant. quod hîc Baldus & Alexand. notant. nec enim ſententia naturam actionis immutat. Vnde quanquam qui obligati ſunt inſolidum, ſi condemnētur, pro virili videantur damnati, nec actione iudicati inſolidum diſtringi poſsint [13]: tamē natura primę actionis durat, ex qua inſolidum quiſque conuenietur [14]. non enim conteſtatio litis [15], nec ſententiæ prolatio iis qui vicerunt nocere debet [16]. & hæc nota. Et quòd ad extremum legis [17] ſpectat, pepetua eſt ſententia vt in vniuerſalibus iudiciis, etiam recepta ſorte duret actio ad acceſsiones & fructus, cum pars rei ſint [18]: conuenit autem dotis iudicium vniuerſale recte dici [19]: in particularibus autem iudiciis quomodo res ſit explicanda, habes in l. qui per colluſionem. §. pretij. ſup. de act. empt.

Qui tenentur inſolidum, & cōdemnantur, an pro virili per ſententiam teneantur.

Fructus recepta ſorte poſſunt peti.

1 *Paul. de caſt. Alexan. Raph. & Rom. hîc.*
2 *in l. ij. §. vlt. inf. de dot. præl.*
3 *fac. l. diuortio. ſup. eo.*
4 *in l. qui fundum. ſup. locat.*
5 *in l. illud. de peric. et cōm.*
6 *in l. ij. § j. & l. ſi eum dotem. in princ. ſup. eo.*
7 *l. j. de ſolut. inf.*
8 *l. ſi eum dotem. ſup. eo.*
9 *& l. ij. § j. ſup. eo.*
10 *l. ij. §. quod ſi in patris. ſup. eo.*
11 *l. j. §. videamus. C. de rei vx. act.*
12 *& l. j. §. & hoc ex rei. de rei vind.*
13 *l. j. ſi plur. vna ſent. condem. ſuer. l. Paulus ij. de re iud. l. cum apparebit. ſup. loc. vbi noto.*
14 *l. vlt. in fi. prin. de vſur. rei iud. & Bar. & Bal. in d. l. j. ſi plur. vna ſent.*
15 *l. non ſolet. de reg. iur.*
16 *l. euidēter. de excep. rei iud.*
17 *§. ſi fundus.*
18 *l. ij. & ibi Bart. & Bal. de pet. hæred.*
19 *l. j. §. impenſæ. de dot. præleg. & omnes in rub. ſup. eo.*
20 *& aliqua in l. non ſolū. de rei vind.*

Si prior. L. xxxii.

Exceptio nocens deleganti an teneat eũ cui facta eſt delegatio.

HAEC lex mirabiliter temperat id quod vulgo dicitur, exceptionem quæ obſtat ei qui delegauit, non obſtare ei cui facta eſt delegatio [1], vt non pertineat ad eum qui ſe non in certam ſummam debitam, ſed ſimpliciter in debitum delegari paſſus eſt. hîc enim intelligitur promittere cũ priuilegiis ſuis, per hunc textum: nam qui quod primo donauerat, conſtituit ſe ſoluturũ, non tamen perdit priuilegium, vt quatenus facere poteſt conueniatur [2]. vnde ſi contractui emptionis ſtipulatio ſubiecta eſt, non tamen derogatur beneficio legis [3], quæ decepto vltra dimidiam ſuccurrit [4]. His annectitur ſingularis illa quæſtio quàm ſuprà Iabolenus mouet [5], de ea quæ nuptura filio Titij, promiſit Titio ſocero in dotem quod filius Titij ſibi debebat, an in ea promiſsione debitum filij, & ſic ſolidum, an vero perſecutio patris qua ille in plus quàm de peculio, vel in rem verſo non tenetur, contineatur: & magis eſſe ait debitum filij, & ita ſummam ſolidam promiſsione cõtineri, quod valet ad multa.

1 l. Neſennius. de re iud. l. doli. de nouat. inf.
2 l. qui id quod. inf. de donat. l. ij. de priui. cred.
3 l. ij. de reſc. vend. c. iij. & c. cum cauſam. de empt. & vend.
4 Bar. in l. ſi quis cum aliter. de verb. oblig.
5 l. nuptura. de iur. dot.

Qvae dotis. L. xxxiii.

Maritus qui promiſit dotẽ reddi, non tenetur ſi non eam receperit.

DOTEM numeratio non ſcriptura dotalis inſtrumenti facit [6]: ex quo deſcendit vt maritus qui ſpe numerandæ ſibi dotis promiſit eam reddi, non vtiliter conueniatur ſi illam nõ receperit [7], poterítque ſe exceptione non numeratæ dotis iuuare contra vxorem, aut eius hæredes ſtatuto legibus tempore [8]. aut ſi alius promiſerit dotẽ, præſtabit maritus vxori vel eius hæredibus actiones [9]. Vnde ſi mulier dotem promiſit marito, adhibitis quibuſdam qui ſtipularentur ſoluto matrimonio dotem vel partem ſibi ſolui, non recte & cum effectu maritus conueniretur ab iis qui ſtipulati ſunt: magíſque eſt vt liberetur cedendo actionem in vxorem, ſi illa viuit, vel hæredes vxoris, quæ dotẽ debuit præſtare [10]. quòd ſi ipſemet vxori ſucceſſerit, nulla exceptione poterit defendi quin ſtipulatoribus dotem præſtet: ídque non tam propter ſe, quàm quòd vxori ſucceſsit: & hic eſt caſus huius legis.

Litera explicata.

præſtanda autem illis dos erit, cum certum eſt eos animo donandi à muliere interpoſitos, aliâs nunquam [11]. nam in obſcuro potius illos vt mandatarios, quam donationis cauſa interpoſitos interpretari debemus, vt aliâs fuſius [12]. Et his adde quod inf. ponitur [13].

6 l. j. de dot. caut. nõ nu. C.
7 d. l. j.
8 l. in dotibus. & Auth. quod locum. ſup. de dot. caut. non num.
9 l. ſi ſocer. §. j. inf. eo.
10 d. l. ſi ſocer. §. j.
11 l. mulier. §. vlt. ſupr. de iure dot.
12 in l. cum maritus. §. mulier. ſup. de pact. dot.
13 in l. pe. §. ſi vir. eo.

Titia. L. xxxiiii.

Tertius impedit executionem fieri inter duos.

SI filia iudicium de dote ſoluto matrimonio cum marito velit conteſtari, vel iam iudicium acceperit, poterit is qui ſe illius patrem affirmat, ad id iudicium accedere, & impedire ne dos reſtituatur filiæ, ſi ſe patrem impleuerit: quod alibi à nobis diffuſius [14].

15 in l. is à quo. ſup. de rei vind.

Lvcivs. L. xxxviii.

Mulier adultera perdit dotẽ & alia lucra.

CVM propter adulterium vxoris, vel aliam eius culpam matrimoniũ diſſoluitur, perdit illa dotẽ [15]. item ea quæ extra dotem ſunt, ſcilicet parapherna [16]. Sic ex authoritate decreti CVR. Pariſienſ. [17] priuatur beneficio ſocietatis quę inter coniuges moribus Gallorum inducta eſt. Plus etiam dicitur in ea quæ poſt mortem mariti turpiter viuit & luxurioſe, vt dotem perdat, nec ea agere poſsit cum hæredibus mariti ad re-

15 vt hic. & c. plerunque. de donat. int. vir.
16 l. conſenſu. de repud. C. & gloſ. in d. c. plerũque.
17 Die xxv. decembr. anno 1522.

cipiendam dotem [1]. Sed hoc intellectum habet ſecundum ea quæ ſuprà retulimus [2]. Quòd ſi viuens maritus remiſit noxam, remittitur quoque pœna amiſsionis dotis [3]. at eam pater ſolus non remittit, per hunc textum. quamuis in aliis iniuriis filio illatis contrà obſeruetur [4]. Sed hic apte quæritur de filiafamilias quæ adultera eſt, ideóque quantum ad eam pertinet dotem debet perdere [5]: an eo facto noceat patri qui communem actionem de dote habet: quod non eſt verum [6]. ſic nec filiafamilias renuntiare poteſt in damnum patris, beneficio hypothecæ quam ex lege [7] habet: & hoc Bartolus & Baldus notant [8]. de viro autem qui adulter fuit, infra explicatur [9].

Filia ex delicto amittẽs dotem an noceat patri.

VIRO. L. XXXIX.

ISTA lex & breuior & obſcurior eſt, ſed explicatur per reſponſum aliud quod infrà ſequitur [10]. Nam ſi vxor cuius adulterio matrimonium diſſolutum eſt, dotem repetat, repellitur à viro [11]: niſi ſi in eodem maritus errore & vitio verſetur. imo & iure pontificio additur virum qui ſe lenocinio aut adulterio contaminarit, non poſſe ab adultera muliere diuertere [12]: & ſi ſoluto matrimonio propter mulieris adulterium, is fornicetur, debebit matrimonium redintegrari [13], nam paria delicta compẽſantur, vt aliàs dictum eſt [14]. Igitur marito de vxoris adulterio excipienti in hoc vt dotem retineat, vxor replicat de eodem delicto. quod benigne admittitur quoties excipiens de lucro certat [15]. at ſi de damno vitando, non de præda ſit ſollicitus, perpetuum eſt vt contra exceptionem criminis nunquã admittatur replicatio criminis aut doli [16]. Ex hoc euenit vt ſi teſti crimẽ obiecero, nõ poſsit me replicatione paris criminis ab exceptione repellere, cũ de dãno cauendo ſim ſollicitus [17]. His bene adiũgitur, quòd licet vir ab vxore de adulterio non poſsit deferri [18], poterit tamen mulier agere vt is donationem propter nuptias perdat, & alia lucra: item vt diſſoluatur matrimonium [19].

Cõtra exceptionem criminis an replicatio criminis admittatur.

Vir adulter.

POST DOTEM. L. XL.

SVPERIVS relatũ eſt [20], id ex ſingularibus præceptis eſſe, vt cum mulier adhibet aliquem ad ſtipulandum dotem, non donandi animo id videri facere, ſed vt procuratorem cõſtituere. quod & hoc reſponſo adiuuatur. Nam pater qui dotem dat filiæ, efficit de dote actionem communem ſibi & filiæ [21]: quod ius ſocietatis nuptiis à filia contractis, is non poteſt tollere [22]. ſi tamen conſentiat filia poterit pater ſtipulari, & eueniente conditione ſtipulationis commiſſæ, etiam nolente filia aget [23]. quod tamen verum eſt, ſi manifeſte appareat id actum eſſe, vt ſoli patri ſtipulanti dos quæreretur. Nam in ambiguo pater ad ſtipulandum dotem ex interuallo adhibitus, vt procurator adhibitus cenſetur: & ſic viuente filia non aget ex ſtipulatione, niſi filia conſenſum accomodauerit. & ita hunc textum ſummo conſenſu veteres intellexerunt. quod & Duarenus probat. Reliqua require ex iis quæ ſuprà poſuimus [24]: vbi ea quæ aduerſari videntur remouimus.

Adhibitus ad ſtipulandã dotem, vt procurator cenſetur adhibitus.

IN INSVLAM. L XLII.

FINIS huius legis pertinet ad ea quæ poſita ſunt in l. ſi mulier. ſup. eo. [25]

1 tex. & ibi glo. in l. pe. de adult. inf. Pau. de Caſt. in l. ſororem. de his quib. vt indig.
2 in l. rei iudicatæ. eo.
3 l. ſi Vxor. §. vlt. inf. de adult.
4 l. ſed ſi vnius. §. filiofamilias. de iniur. inf. glo. in l. in perſonã. de pact. ſup.
5 d. c. plerunque.
6 per Auth. è contra. C. de repud. & in Auth. de nupt. §. eſt quæſtio.
7 l. aſsiduis. qui potior. C.
8 in l. ij. §. vlt. ſup. eo.
9 l. prox.
10 l. cum mulier. inf. eo. c. intelleximus. de donat. int. vir. & vxo.
11 vt l. Lucius. ſup. eo.
12 c. ſignificaſti. ext. de diuort.
13 c. ex literis. de diuort.
14 in l. ſi ambo. ſup. de compenſ.
15 vt & d. l. cum mulier.
16 l. apud Celſum. §. Marcellus. de dol. & met. except. inf.
17 c. cum dilecti. & ibi Panor. fusè. & c. à nobis. de except. glo. in c. teſtimonium. de teſtib. Bar. in l. ſeruos. per illum tex. de accuſ. inf.
18 l. j. C. ad l. Iul. de adul.
19 c. j. & ibi Panor. ext. vt lit. non cont.
20 in l. cum maritus. §. mulier. de pact. dot.
21 l. ij. §. quod ſi in patris. ſup. eo. noto. in l. ſi cum dotem ſup. eo.
22 l. cũ à ſocero. C. de iur. dot. & d. §. quòd ſi in patris.
23 l. quoties. ſup. eo.
24 d. l. cum maritus. §. mulier. de pact. dot.
25 adde. quod dicitur in l. plerinq. de rit. nup. ſup.

SI MARITVS. L. XLIII.

HOC caput duos recipit ſenſus contrarios,ob totidem lectiones quæ ſibi inter ſe aduerſantur.ſed nos à Pandectis Florentinis non recedemus:in quibus ita habetur, *Si maritus in id quod facere poteſt condemnatus ſit,& nomina ſint ad dotis quantitatem,neque amplius, neque habebit mandare actiones.* ſi enim non plus habet in bonis quàm nomina quæ vſque ad ſummam dotis conſiſtunt,non videtur facere poſſe, ideóque non cogetur actiones mandare.

Lectio reſtituta.

SI SOCER. L. XLIIII.

§. LVCIVS TITIVS. Huc pertinent quæ paulò ſuperius annotauimus [1].Igitur quia maritus ad dotem repręſentandam vxori obligatus eſt,idque ſoluto matrimonio, æquum eſt illi ad dotem,ſi non eam receperit,actionem dari in promiſſorē, vel promiſſoris hæredes:nec dolo petere videtur, cum alteri quàm ei à quo petit,ſit redditurus:niſi eſſet reſtituturus ei,qui reo reddere debet [2].ſic nec illa exceptio,*dolo facis*,obſtat,quoties actor non ſtatim, ſed ex interuallo reſtituturus eſt [3]: niſi propter dolum excipiens conueniretur [4].

Exceptio dolo facis.

GAIVS SEIVS. L. XLV.

VIX certis caſibus alteri per alterum acquiritur [5]:de quibus aliâs diximus [6].ſed iure permittente filij patribus in quorum poteſtate ſunt,acquirunt [7]:at patres filiis non item [8]: idque mero iure,ſed æquitate quadā filiis vtilis actio accōmodatur [9].quod tamen infrà fuſius explicabitur [10]. & hoc in filiis emancipatis magis eſt:nam ſi in poteſtate patris ſunt, illis à patre quæri poteſt,quia in eo quod pater filiis quęrit,ſibi quęrit [11].In dote verò propter ſingularia illius præcepta,non infauorabiliter receptum eſt,vt pater non ſolum iis quos in poteſtate habet,ſed nepotibus ex filia quos de iure non habet in poteſtate,ſtipulando quærat vtilem actionem [12].quod nō tātum in patre aut auo paterno,ſed in auo materno, & per conſequens extraneo [13] locum habet [14].Quod igitur placuit per filiam matri nō quæri [15],& per patrem non quæri filio emancipato,item & per matrem non quæri filiis, etiam in contractu dotis [16]:id ita propter alias leges temperandum eſt, vt nō quæratur directa,ſed vtilis:ídque per hunc tex. [17] & hoc videtur rationem habere.his adiunge,an pactum inter coniuges proſit filiis naſcituris:de quo aliâs [18].

Pater an quærat filijs,& contra.

In dote pater quærit filiæ.

CVM MVLIER I. L. XLVII.

HAEC lex explicatur ex iis quæ ſingulariter paulo ſuperius dicta ſunt [19].

SI DOTALI. L. XLVIII.

PERTINET ad id quod dicitur in l.etiam.ſup.eo. tit. vbi nonnihil, an nepotes filiorum appellatione contineantur:quanquam hæc definitio in iure periculoſa eſt.

Nepotes an dicantur filij.

MAEVIA. L. XLVIIII.

§. FVNDVS.Quæſtio huius reſponſi extra omnem dubitationem videtur eſſe poſita.Nam ſi fundum non æſtimatum maritus in dotem accepit,quem pòſt euicit alius,euidenter iniquum eſt eum teneri ad fundi reſtitutionem quem nō habet, nec dolo deſiit habere: cum & ipſe maritus de euictione vxo-

1 *l.quæ dotis.ſup.eo.*
2 *l.ſi donaturus.§.vlt.ſuprà de cond. cauſ.dat. cauſ.nō ſequu.Bar.hic: & Alex.in d.l.ſi donaturus.*
3 *l.vlt.§.vlt.vt leg.ſeu fideic.nom.*
4 *l.ſi cùm mulier.§.rerū.rer.amot.*
5 *l.ſtipulatio iſta.§.alteri.de verb.obli.*
6 *in l.certi.§.quoniam.ſuprà ſi cer.pet. & in l.ſi procurator. de procura.*
7 *l.j.per quas perſ.nob.acquir.C.*
8 *l.cum dos.§.ſi verò filia.ſup.de pact.dot.*
9 *l.quodcunque.§.ſi quis ita.de verb.oblig.*
10 *l.quod dicitur. de verb.obligat.*
11 *§.ei verò.de inutil.ſtip.Inſtit.*
12 *l.pater.de pact.conuēt.C.ſecūd.Paul.de Caſt.*
13 *hic.l.j.§.extraneum.de rei vx.act.*
14 *per hunc tex.*
15 *l.debitor.in ſi.ad Treb.infrà.*
16 *l.ſi genero.C.de iur.dot. l.ſi pactum.de pact.cōuent.C.*
17 *& d.l.pater.Bal. in d.l.ſi genero.*
18 *l.ſi inter virum.ſup.de pact.dotal.*
19 *in l.viro.ſup.eo.*

rem obligatam habeat ſi illa promiſit, vel alium quẽuis pro-

1 *l.j.de iur.dot.C.*

miſſorem [1]. Idem planè eſt ſi fundus æſtimatus datus eſt,deinde euictus: cùm enim debeat æſtimationẽ ratiõe ſpeciei & fun- *Aeſtimatus fundus an ſemper ſit periculo viri.*

2 *l.pe.§.j.de nox.ſup.& l. quidã.§.ij.inf. de leg.j.*

di,fundo ſublato,à quantitatis obligatione is eximitur [2]. Aliæ præterea rationes ſunt quæ hîc à Bar.& cæteris dantur. Et ex hac lege elegãter tẽperatur quod dici ſolet, æſtimationẽ facere vt res pereat vel deterior fiat marito:nã ſi ea euinceretur de marito,nemo dixerit maritũ teneri periculo,per hũc textum. cùm & ipſe ratione euictionis mulierem obligatam habeat. *Aeſtimatio quando transferat periculum.*

ÆSTIMATIS. L. LI.

3 *in l.j.de fund.dot.*

ADIVNGITVR iis quæ de alienatione fundi dotalis ſuprà retulimus [3].

SI FILIOFAMILIAS. II. L. LIII.

4 *ibi,nec intereſt,*

EX hac lege [4] ſingulariter efficitur, maritũ priuilegium habere,vt niſi quatenus facere poteſt, non teneatur, etiam ſi ad rẽ immobilẽ,aut mobilẽ quæ extat cõueniatur. quod aliâs *Priuilegium mariti.*

5 *l.maritũ.ſup.eo.& Bar. & Alex.*

annotauimus [5]. Itaque de ea re deducet vt viuere poſsit.

SI QVIS SIC. L. LVI.

HANC legem annecte his quæ poſita ſunt in l. ſi cum dotem.ad princip.ſup.eodem.

VSVFRVCTV. L. LVII.

6 *in l. ſi vſuſfructus. de iur.dot.*

PERTINET ad ea quę ſuprà explicata ſunt [6]. Qui autẽ textus expoſitionẽ videre cupiet,cõſulat Duarenũ hîc.quanquam his de rebus & interpunctionibus non valde bono iudici laborandum putem: modo quicquid id eſt, quod in dotem datum fuerit reſtituatur, ſine qua mariti aut mulieris iniuria.

SERVVS DOTALIS. L. LVIII.

EGREGIVM eſt quod hîc Mode.cõſulit,vt qui alterius negotia gerit,ſi qua in re ſuſcipiẽda pẽdet animi,interroget dominũ quid in ea re explicãda fieri velit,vt periculo eximatur. *Negotiorum geſtor.*

FILIAE MEAE. L. LVIIII.

PATER ſtipulatus erat ſibi reddi dotẽ ſoluto matrimonio filiæ mortalitate,ſi alio modo vt per diuortiũ,diſſoluatur

7 *l.ſi cum dote.ſup. eo.*

matrimoniũ,ſtipulatio ad hũc caſum nõ pertinet [7]: niſi in fraudem maritus ægræ filiæ repudiũ miſit,per hũc tex.ſic ſi in fraudem eius cui præbenda primùm vacãs in eccleſia aſsignata reſcripto eſt,aliquis modicũ beneficiũ refutet, vt id expectanti cedat,hoc nõ debet expectãti fraudi eſſe, vt is teneatur illud *Fraus qui probetur.*

8 *c.ij.de renunt.lib. vj.*

9 *ſecund.Bartol.per hunc tex.& d.c.ij. & Alex. hic.*

beneficiũ acceptare [8]. nec alienũ eſt,vt fraus probata intelligatur eo ipſo quòd ægræ filiæ repudiũ dedit [9]. quod & valet ad ꝓbãdã fraudẽ eius qui donauit bona ſua,& poſteà ſcelus cõmi-

10 *in l. poſt contractum.ij. col.de donat.*

ſit.de quo aliâs per Bar. [10] Quòd ſi fraus nõ eſſet,valeret dona-

11 *l.ſed ſi mors. de donat. int.vir.& vxo.*

tio licet poſt cõtractũ ſcelus ſit facta, vt anteà expoſuimus [11].

SI VERO. L. LXIIII.

12 *in l.qui proprio.§.procurator.de procur.*

HVC pertinẽt ea quæ aliâs in eãdẽ ſentẽtiã ſcripſimus [12].

IN HIS REBVS. L. LXV.

13 *in §.ſeruis.*

HVIVS generis ferè ſunt ea quæ poſuimus in l. ſi merces.§.culpæ.ſup. locat. Et ad id quod ſequitur [13] quæri ſolet, An domini poſsint auferre veſtimenta à ſeruis ſuis cùm recedunt. Item an vxori veſtimenta data à marito ſint vxoris vel *Serui an veſtes dominis reſtituant.*

14 *in l.id veſtimentum. de pecul.*

hæredum.de quibus aliâs dictum eſt [14].

§.SI

§. SI FILIAFAMILIAS. Suprà retulimus [1], actionem de dote quæ viuo patre erat filiæ & patri communis [2], effici mortuo patre propriam filiæ, etiam ſi nō hæres extiterit [3]: nec ad rem pertinere, ſi iudicium iam ſit conteſtatū à patre [4]. Sed dubitationem habet, an ſi à patre dos ſit exacta, maneat apud hæredes, an verò filiæ præcipua iudicari debeat. ſed propius eſt, vt ad hæredes pertineat. quæ ſentētia communis eſt, & reſcripto principali ſatis probata [5]. Cui rei ſufficit, quod hîc dicitur, videlicet cùm pater partem dotis exegit, vt reliqua pars mulieri ſit ſoluenda: ex quibus verbis apparet, partem exactā hæredū eſſe, nec niſi ad id quod ſoluendū reſtat, mulieri actionem eſſe: licet Duarenus negauerit [6]. Quòd autem ad §. vxor diuortio. pertinet, ſuprà explicatur [7]. Et ad id quod ferè nouiſſima legis parte dicitur [8], illud admonendum eſt, quòd qui dotem ſibi promiſſam non recepit, non tenetur vxori ad eā reddendam, vt ſuprà expoſuimus [9]. quod tamen ita verum eſſe dicit, ſi non qua mariti culpa redargui poteſt, quòd promiſſorem non exegerit [10]. Quòd ſi pactus eſt de non petendo dotē: maritus, nec ab vxore illo nomine conuenietur [11]. diuerſum eſt ſi acceptam promiſſori tuliſſet, vt hoc textu: nam acceptilatio pro ſolutione eſt.

Dos exacta à patre an ſit hæredum, nec filiæ.

Qui non recepit dotem, an ad eam reddēdam teneatur.

IN PARTEM. L. VLTI.

HIC tractatur quæſtio, ſi fundo beneficiario & feudo in dotem dato ratione confiſcationis & commiſſi acceſſerint aliqua, an debeant ſoluto matrimonio mulieri cum dote reddi, an verò in fructu ſint: quod ſuprà relatum eſt [12].

Confiſcata fundo dotali an mulieri reddantur.

LIBER VICESIMVS QVINTVS PANDECTARVM.

De impenſis in res dotales factis.

IMPENSARVM, L. I.

TRIPLICEM ſpeciem impenſarum Vlpianus hîc ponit, & alibi Paulus [13]. In quo primùm admonendi ſumus non hîc agi de impēſis quę ad fructus habēdos aut recoligendos factæ ſunt. expeditum eſt enim has non in ea cauſa eſſe vt poſſint à marito exigi & deduci, ſed debebunt cum fructibus compēſari [14], quod & in bonæ-fidei poſſeſſore vtique verum eſt, etiam ſi rem titulo oneroſo ſit adeptus [15]: nam quod de impenſis repetendis inculcatur [16]: ita locum habere didici, vt primùm illæ cum fructibus compenſentur: poſt verò ad reſiduum agatur, vt alibi amplius diximus [17]. Imo & hoc ad prædonem vſque perduci placuit, vt etiam is impenſas cauſa fructuum factas admiſſa compenſatione ſeruet [18]. & hoc æquius eſt. Similiter cum præſtatio ſolarij aut vectigalis ſit onus fructuum, & pro fructibus dependi ſoleat, nō deducitur à marito id quod in illam cauſam impenſum eſt [19]. De reliquis igitur expenſis quæ extra cauſam fructuum fiunt, hîc ſermo inſtituitur. Et has nō eſt

Impēſæ gratia fructuum factę nō repetuntur ſed compenſantur.

1 l. quoties. §. ſi voluntate. eod.
2 l. ij. ſup. eo.
3 l. i. §. videamus. C. de rei vxo. act.
4 d. §. ſi voluntate.
5 l. vlt. C. comm. vtriuſq. iud. Alex. in d. l. quoties. §. ſi voluntate.
6 in d. l. quoties. §. ſi voluntate.
7 l. ſi mulier. ſup. eod.
8 §. ſi vir ſocero.
9 l. quæ dotis. eo.
10 l. pe. ſup. de iur. dot.
11 l. vlt. de pact. dot. l. ſi marito. §. i. ſup. eo.
12 in l. diuortio. §. ſi vir. eo.
13 l. impēſæ. inf. de verb. ſig.
14 l. quod dicitur. & l. vlt. ad fi. inf. eo. l. diuortio. §. impendi. ſup. ſol. matr.
15 l. ſumptus. & l. emptor. de rei vindica. ſup.
16 l. in fundo. & ibi noto. de rei vind.
17 d. l. ſumptus. de rei vind.
18 l. fundus qui. in princ. ſuprà famil. erciſ. l. ſi à domino. §. fructus. ſup. de petit. hæred. noto in l. iij. inf. eod.
19 l. neque ſtipēdiū. inf. eo.

Quæ impenſæ repetantur.

æquum cum fructibus compenſari. pro oneribus enim matrimonij fructus deſeruiunt, non pro expenſis [1]. Itaque in neceſſariis obtentum eſt, vt eæ minuant dotem: quod interpretare vt infrà dicitur [2]: at ſi non ſeruatis expenſis dotem maritus reſtituerit, habet æquitatem opinio quæ marito condictionem concedit [3]. Ex quo eſt, vt videatur liberum marito reſtituere dotem, ſi malit expenſas ſuas habere [4]: ne vir authoritate legis faciens impenſas decipiatur [5]. In expenſis autem neceſſariis numeratur ædificatio piſtrini & horrei, ſi ita ſe res habeat vt illis in familia ſit opus: finge enim tam amplam eſſe familiam, vt ſine piſtrino familia commodè ſe tueri non poſſit [6]. At ſi horreum vel piſtrinum maritus ad antiquum ædificium adiiciat, non quòd id ſit neceſſarium, ſed vt meliorem & maioris redditus fundum faciat, dum fortaſſe piſtrinum alij pecunia locare vult, magis eſt id inter vtiles expenſas numeretur [7]. Eadem diſtinctio applicatur, cùm quæritur de viro qui in totum collapſum ædificium repoſuit: nam id inter neceſſarias expenſas erit, ſi neceſſariò ſit repoſitum ædificium [8]: ſin minus, vtilis dicetur expēſa [9]. nam de expenſa quę fit ad inſtaurationem ruentis ædificij, nemo dubitat quin inter neceſſarias nuncupetur [10]. Planè expēſa quæ in ſeruū ægrum curandum facta fuerit, neceſſariis expenſis aggregatur: quod rationem æquitatis habet, ſi magna eſt [11]. vnde repetitio dabitur, quia neceſſaria. at ſi parua ſit, repetitio non eſſet [12], ſed ea cum fructibus compenſaretur [13]: pro quo illud eſt quod de commodatario dicitur, vt paruas expenſas non repetat, ſed magnas tantum [14].

Piſtrinum.

Aedificium repoſitum an ſit neceſſaria impenſa.

Impenſa parua etiam neceſſaria non repetitur.

1 *l. pro oneribus. de iure dot. C. l. dotis. ij. de iure dot. ſup.*
2 *l. quod dicitur. inf. eod.*
3 *d. l. quod dicitur. §. ſi dos tota. inf. eo.*
4 *Bar. & Dy. in d. l. quod dicitur. tex. in l. cū duobus. §. idē reſpondi. ſup. pro ſocio.*
5 *l. j. de iis qui veniam ætat. impet. C.*
6 *ita potes intelligere hunc tex.*
7 *l. veluti. inf. eo. l. impenſa. & ibi Alcia. de verbo. ſigni. inf.*
8 *l. diuortio. §. impendi. ſolut. mat.*
9 *arg. l. quod dicitur. §. vlti. inf. eod. Ange. in l. et in totum. inf. eo.*
10 *d. l. & in totum.*
11 *l. ij. inf. eo.*
12 *l. omnino. inf. eo.*
13 *l. diuortio. §. impendi. ſuprà tit. j. & ibi Bart. & Iaſ. & l. pe. ibi modica. inf. eo.*
14 *l. in rebus. §. poſſunt. cōmodat. ſup.*

VEL SI VITES. L. III.

Litera reſtituta.

HIC textus nobilis eſt, & ita in Pandectis Florentinis legitur: *Nos generaliter definimus multum intereſſe, ad perpetuam vtilitatem agri, vel ad eam quæ non ad præſentis temporis pertineat, an verò ad præſentis anni fructum*, &c. Ex quibus verbis intelligi poteſt, non tantùm eas expenſas quæ fructuū cauſa factæ ſunt, non deduci à marito, quamuis neceſſariæ ſint, ſed & eæ omnes quæ ad ædificiorum tutelam, & præſentem agri vtilitatē ſunt impenſæ, in eadem cauſa erunt. Itaque nō repetentur, ſed cum fructibus compenſabuntur [15], vt antea dicimus [16]. vnde impenſam quam in cuſtodiendo fundo dotali fecerit maritus, nō ſeruat à muliere: ſi ea tēporalis eſt, tueri enim ſuo ſumptu res dotales maritus debet [17]. & hoc omnes probant [18]. nam qui aggeres facit, & foſſa vallóque circundat fundum contra vim hoſtium, quia illud perpetuam fundi vtilitatem reſpicit, neceſſaria impenſa erit, & repetetur à marito [19].

Quæ impenſæ non repetātur.

15 *per hunc tex. & l. pe. infra eo.*
16 *l. 4. ſup. eo. l. ſumptus. de rei vindic.*
17 *d. l. pe.*
18 *Ang. Alex. Iaſ. in l. diuortio. §. impendi. ſup. ti. tu. j.*
19 *l. impenſa. inf. eod.*

QVOD DICITVR. L. V.

Neceſſariæ impen. quę dotem minuant.

NECESSARIAE expenſæ dotem minuunt, nō re ipſa ſed iuris intellectu. ſi enim ipſæ res corporaliter diminuerentur, deſineret fundus eſſe dotalis, vel pars eius: quod nō eſt admittendum. & ita intelligo quod in hac lege ſub ambiguo dicitur [20]. Itaque quod Scęuola dicebat [21], niſi poſt annum ſoluantur marito expenſæ, deſinere fundum dotalem eſſe, licet verum cōceſſeris, tamen ſine effectu eſt. nam neq; interim fundū alienare maritus poteſt. & ſi mulier offerat ſumptus, illa recipiet fundū ſuū [22]. abſurdū eſt enim vt mulier cuius cauſa

20 *in verſi. cæterum.*
21 *l. ſi is qui Stichum. §. quod dicitur. ſup. de iure dot.*
22 *d. §. quod dicitur. ad fi.*

tot priuilegiis à iure ciuili adiuuatur [1], cogatur carere fundo ob expenſas maturè non ſolutas: quod alij in iure cōtingit nemini [2]: præter quā ſocio, qui ſi ſumptus in ædificio communi à ſocio factos intra menſes quatuor non ſoluat, non deſinit dominus eſſe, ſed datur rei ſolidæ vindicandæ poteſtas ædificanti [3]. Non fiet igitur ipſo iure diminutio dotis, nec deſinet res dotalis eſſe, niſi vel in pecunia dos data eſt, (hîc enim quantitatis ad quantitatem compenſatio fiet [4]) vel niſi corpora æſtimata data ſunt, vt hîc, nam re æſtimata doti data, electio eſt viri an rem, an æſtimationem reſtituat [5]. poterit igitur optare, vt ipſo iure corpora æſtimata penes ſe expenſarum nomine ſint. At ſi nulla æſtimatio ſit facta, retentio marito dabitur [6], nec mutat quod lege codicis [7] videtur deſignari retentionem non eſſe marito. nam id in vtilibus aut voluptariis expenſis magis eſt, quę alio remedio ſeruantur, mandati ſcilicet vel negotiorum geſtorum actione [8]. In neceſſariis autem expenſis (cum etiam iure codicis dotem minuant) id aliter nō poteſt explicari, quam per retentionem. quod Bartolo videtur.

Quãdo res ob expenſam deſinat dotalis.

Retentio in quibus expenſis fiat.

§. VTILES. Quæ dicta ſunt, in neceſſariis expenſis locum habent. hîc autē pergit Vlpianus de vtilibus & voluptariis expenſis explicare, & hæ ſunt quæ factæ rem meliorem efficiunt [9], at omiſſæ non faciunt deteriorem [10]. repetuntur autem mandati actione, ſi voluntate mulieris ſint factæ: at ſi nulla vxoris expreſſa voluntas interuenerit, actio negotiorum geſtorum marito erit, qui rem vtiliter geſſerit [11]. Si tamen in tantum expenſarum ſumma excreſceret, vt aliūde quàm ex dotali fundo non poſſet ſoluere, cogatúrque mulier fundo carere ob expenſas, benigne dicitur nullā marito deductionem eſſe [12]. Quid autem ſit obſeruandum in poſſeſſore alio qui expenſas fecit, alibi poſt alios dictum eſt [13]. De voluptariis verò expenſis, facile eſt ex iis quæ ſequentibus reſponſis ſequuntur, iudicare.

Vtiles expenſę quæ, & quæ repetantur.

Voluptariæ.

NEQVE STIPENDIVM. L. XIII.

SVMPTVS Qui in fructus colligendos & ſeruandos fiunt, onus fructuū ſunt, & ita cōpenſantur cum fructibus [14]; vt ante diximus [15]. Idem dicitur in tributo ſoluto, vt cum fructibus cumpenſetur, nec repetitio ſit, cùm ad onus fructuum id pertineat. vnde eſt vt coloni, creditores pignori incumbentes, & emphyteuta ſuo ſumptu id teneātur diſſoluere, quia fructus capiunt, non autem domini [16]. Idem dicitur in fructuario. nam is tributa ſoluere debet non dominus [17]. vt ſuperius explicamus [18]. Sic qui ex priuilegio in ſacerdotio tibi collato fructus habet, ad onera & tributa aliáque tenetur [19]. Imo & ſi tua culpa priuaris vel ſuſpenderis à beneficio, medium tempus ab oneribus & tributis depēdendis tibi immune eſt [20]. Sic cùm res ad eum caſum deuenit vt nulli fructus capiantur, ceſſant tributa, vt in emphyteuta dicitur [21]. Sic legatarius pro tempore poſt habitum legatum cedēte, tributa ſoluit [22], cum ſit dominus [23]. quod ita verum eſt, niſi onera & tributa prope fructuum ſummam æquarent, ita vt nullus fructus penes legatarium maneret. Ideo qui cum fundos à repub. certa pecunia conductos ad tempus haberet, legauit fructus eorum Titio, prope eſt, vt hæres ſoluat penſionem totius temporis,

Expēſa tributi cum fructibus compenſatur.

Colonus emphyteuta & fructuarius tributa ſoluunt.

Legatarius quod tributum ſoluat.

1 *l.j.ſolut.matri.ſupr.*
2 *l.ſi ſeruos.de pig.act.l.in fundo.ſupr.de rei vind.*
3 *l.ſi vt proponis.de ædifi. priuat.C.l.cùm duobus. §.idem reſpondi. pro ſocio.ſupr.*
4 *l.ſi conuenerit.ij.de pig. actio.*
5 *l.plerunque.ad fi.de iu. dotium.*
6 *per hunc tex.in ver.manebit.*
7 *l.j.§.ſed nec retentio. de rei vxo.act.*
8 *d.§.ſed nec retentio.*
9 *per hunc tex.*
10 *l.impenſæ. de ver.ſigni. infrà.*
11 *d.l.j. §.ſed nec retentio. & l.vtilium.infr.eod.*
12 *l. vtilium. infra eod. & ibi Bart. & Alex. in d. l.impenſæ.*
13 *in l.in fundo.ſupr.de rei vind.*
14 *l.pe.infr.eod.& l.diuortio.§.impendi.ſup.ſolut. matrimo.*
15 *l.4.ſupr.eod.*
16 *l.inter creditorē.de pac. ſupr.l.j.de anno.& trib. & ibi Bart.& gl.li.x.C.*
17 *l.ſi pendentes. §.ſiquid cloacarum. de vſufruc. l.quæro.de vſufru.lega.*
18 *l. vſufructu legato. §. quoniam.de vſufruct.*
19 *c.præſenti.§.porro.de offic.ord.lib.vj.*
20 *gloſſ.& Barto.in l.inter quos. §.damni.infrà de damno infect.*
21 *l.j.de iur.emphyt.C.*
22 *d.l.quæro.*
23 *l.à Titio.de furt.infr.*

& fructus ſine onere ad legatarium deueniant [1]. At anterioris temporis quam res ad legatarium pertineret, hæres haud dubiè onera depẽdit [2]. pro iis enim res quaſi nexu tenetur [3]. Hæredi autẽ pignoris luendi in re legata, onus lege imponitur [4]. neque ſolum anterioris temporis ſumptus ad hæredem pertinent, ſed ea etiam onera ſine quibus rem aliter legatarius conſequi nequit. vt in militia mihi legata, certum eſt hæredem omnia onera & militiæ introitus, ſine quibus non conceditur mihi illa militia perfungi, ab hærede præſtanda eſſe [5].

1 l. qui concubinam. §. qui hortos. de leg. iij. Bart. in l. his verbis. §. vlt. de legatis iij.
2 l. idem Iulianus. §. ij. de legat. j.
3 l. Imperatores. de public. infrà.
4 l. ſi res. de lega. j.
5 l. his verbis. §. vlt. de legat. iij. infrà.

QVOD DICITVR. L. XV. & SEQV.

PERTINET Ad id quod antea in eodem genere explicatur [6].

6 l. j. & l. iij. ſup. eo.

De actione rerum amotarum.

SI CVM DOS. L. VIII.

QVI Cùm debiti nomine conueniretur, non compenſauit quod viciſsim ſibi debebatur, non continuo actionem perdit, vt hîc. obtentũ eſt enim, vt cum debitor, qui & idem creditor erat ſoluit, repetitio quidem non ſit, ſed integra debiti maneat perſecutio 7. quod eoúſque perduci placuit, vt etiamſi cõpenſationis exceptio ſit reiecta, nihilominus ſalua debiti actio ſit in alio iudicio [8]: niſi iudex nominatim compenſationis exceptionem reprobarit, quaſi non exiſtente debito [9]. quod & antea annotatum eſt [10]. Et quemadmodum ex hoc textu dicitur, eum qui ſoluit quod debet, poſſe poſtea quod ſibi debetur perſequi: ita qui ei quem debito ſibi obligatum habet, aliam ſummam numerat, non repellitur à petitione prioris debiti, licet in ſecunda cautione de priore debito mentio non ſit facta [11]. Sic qui habet ſibi Titium debitorem in centum, poteſt petere quinquaginta [12]: non enim attenditur quid debeatur, ſed quid petatur [13]. ex ea tamen petitione creditor debitorem ſuum pro reliqua ſumma non dimittit, nec cenſetur liberare, per hûc textum: niſi adieciſſet dictionem taxatiuam, puta, *ſolue mihi quinquaginta quæ tantum mihi debes*, hîc enim in reſiduo liberatio eſt [14]. Quod autem ad finem legis dicitur, maritum cõtra mulierem non reſtituẽtem iurare in litem, pertinet ad ea quæ aliâs de iuramento in litem diximus [15].

debitor ſoluẽs non ſibi præiudicat in eo quod viciſsim ſibi debetur.

7 l. qui inuicem. de compẽſ. ſup. Bar. in l. ſi pater. ſolut. mat. ſuprà.
8 d. l. qui inuicem. & tex. in l. quod in diẽ. §. j. ſup. de compenſat. ſup.
9 d. l. quod in diem. & l. ſi autem. §. vlt. de negot. geſt. ſuprà.
10 d. l. quod in diem.
11 l. Lucio. de oblig. & act. infrà.
12 l. in commodato. §. duabus. ſup. commo.
13 l. cùm quadam puella. §. vlt. ſup. de iuriſd. omn. iud.
14 l. iij. §. cum Titio. de adimẽ. legat. infr. Bar. in l. ſi quidẽ. de tranſac. C.
15 toto tit. d: in lit. iuran.

IDEOQVE L. X.

IVRE expeditum eſt quòd contra mulierem quæ res amouit & non reſtituit, iurat maritus in litem ad omnem vtilitatem [16]. & quia id cõtumacia agit, improbe à marito deſyderat ſibi caueri nomine earũ rerũ quæ illa non vult reſtituere. quin & exiſtimo rebus euictis nõ eſſe euictionem ipſi mulieri. Quod ſi nullus dolus poſſeſſoris arguatur, adhibenda erit diſtinctio, quam alibi admiſimus [17]. At ſi res pro qua æſtimationem dedit vindicaretur à marito, habet mulier exceptionem: & ſi ceciderit à poſſeſsione, actionem [18]: quod opinor ſit iniquum maritum rem & æſtimationem habere.

Si mulier non reſtituit iuratur in litem.

16 l. prox.
17 l. & ex diuerſo. §. petitor. de rei vindic.
18 l. ſi propter. §. vlt. inf. eo.

MAR

MARCELLVS. L. XI.

Referri iuramentū an poſſit.

QVA Ratione pater amouentis iurare non cogitur, quòd ſit iniquum de alieno facto aliquem iuramentum ſuſcipere [1].ita nec referre is cui in rerum amotarum iudicio iuramentum delatū eſt,poteſt [2].qua enim ratione deferens,ex relatione iurare poterit, qui factum ſibi cognitum non habet? Sed hæc alias dicta ſunt [3].

1 l.videamus.§.j.de in lit. iurā.ſup.& hic.
2 per hunc text.
3 l.manifeſtæ. de iureiurand.infrà.

RERVM AMOTARVM ACTIO, OB ADVLTERII. L.XXVII.

Criminalis & ciuilis an inuicem ſibi præiudicent

VETERVM Regula eſt, vt quoties ex eodem facto exiſtit actio ciuilis & criminalis,vna actio alteri præiudicium nō afferat,ſed vna expedita,ad aliam ſit regreſſus [4].quod non eo pertinet,vt ſimul & ſemel illa duo remedia poſsint intendi.neque enim permiſſum eſt duas actiones ſimul proponere, ſed vna propoſita ad aliam in id quod excedit regreſſus dabitur [5].Ex eodem igitur crimine actio ciuilis & criminis profectæ ſimul non indicentur [6]. quod verum eſt, ſi ab vno & eodem ſint propoſitæ: ſi à duobus,valet intentio [7]: & ſimul vtrumque iudicium expedietur. Sic cum proponuntur diuerſa iudicia ex diuerſis cauſis orta,vnum alteri nihil officit, per hunc textum.quòd ſi non idem actor duas illas actiones proponit,ſed actori crimen intendenti,reus ciuilem rem obiicit, conſtat ex illa ciuilis rei exceptione,intentioni criminis non adferri præiudicium [8].Sed hoc aliàs fuſius [9].

4 l.j.quand.ciuil.act.crim. præiud.C.
5 l.j.vi bonor.rap. infr.notat.in l. quod in hærede.§.eligere.de trib. ſu.
6 l.interdum. de public. iud.infrà.
7 l.vlt.de ord.cognit.C.
8 l.adulterij. de adulter. C.l.per minorem. ſupr. de iudic.
9 l.prætor.§.j.de iniuriis.

De agnoſcendis & alendis liberis, vel parentibus, vel patronis vel libertis.

SENATVSCONSVLTVM L. I.

Denūtiatio ad domum quādo fiat.

HIC Titulus duabus partibus continetur.in primis verò habet ſenatuſconſultum quod factum eſt, contra maritum, qui vxorem negauerit ex ſe eſſe prægnantem, vt cogatur partum agnoſcere. Debet autem mulier ſe prægnantem denuntiare ei cuius intereſt,qui ſi non inueniatur,ſatis erit domum denūciare [10]. ex quo eſt,vt vocatio in ius nō prius ad ædes fieri poſsit,quam non ſit inuentus qui euocatur [11].nec ad hoſpitium fieri poterit denunciatio [12],niſi in ciuitate maneat & in hoſpitio habitet,vt hoc textu deſignatur. & hoc aliàs attigimus [13]. quid verò ſit obſeruandum poſt denunciationem, hîc cumulate in textu explicatur. Alia eſt pars edicti, ex qua id officio iudicis continetur vt is inter certas peſonas decernat alimenta,qua de re infra fuſe Vlpianus ponit [14].

10 facit.l.licet.C.de diuor.
11 per hunc tex.& l.iiij.§.toties.& ibi Bar. de dā. infec.gl.in c.iij. de dolo & contu.& ibi Panor.
12 l.j.§.hoſpes. de his qui deiec. vel effu.ſupr.
13 l.plerique.de in ius voc. ſuprá.
14 l.ſi quis à liberis. eod.

SI QVIS A LIBERIS. L. V.

QVI Sunt alendi, ex hoc reſponſo manifeſtiſsimum eſt. ſed & illud admonendum eſt non cogi patrem filio alimenta præſtare ſi filius in poſſeſsione non eſt,adeo vt à patre filius merito negetur: ſed de ea re iudex primum cognoſcet,an ſcilicet ſit filius,& pòſt alimenta præberi iudicabit,at ante cogni

tionem non cogeretur præſtare alimenta pater [1]. aliâs ſi in quaſi poſſeſsione filius eſt, etiam ante cognitionem alimenta à prætore decernentur [2]. Sed nec ſolet cogi pater ad conſtituenda alimenta filio ſpurio, & non iuſtè nato [3]. imo ſpurio relictum à patre, ab illo auffertur, & ab hærede retinetur [4]: vt ne alimenta quidem is capere poſsit [5]. At mater ſpurium alere tenetur [6], cum ſit certa [7], quibus adiunge quod dictum eſt in l. cum legitimæ. ſup. de ſtatu homi. Quinimo & ſi parens neget filium ſuum eſſe, & is in quaſi poſſeſsione illius iuris non ſit, non antea præſtabit parte alimenta, quàm cauſa cognita id decernatur à prętore [8], vt ante dixi: in quo animaduertendum eſt, ex ea cognitione quam prætor ſummariam interpoſuerit, non ideo effici actorem patri iuſtum filium [9]: nec id obeſſe patri, quin de re principali, hoc eſt, an ſit is filius iterum iudicium poſsit dictare [10]. ſummaria enim cognitio incidentis, principalem rem non attingit aut lædit. At ſi plenè de incidenti eſſet cognitum, magis eſt vt præiudicium veritati fiat [11]. vt alibi notauimus [12]. Item addit Vlpianus, pro modo facultatum alimenta conſtituenda filio eſſe, aut ei qui ad hoc beneficium ex lege vocatur. Idem obſeruatur in cōſtituēda dote quę incerta, & nulla ſumma aſsignata, eſt promiſſa [13]. eadem moderatio tutori in præbendis pupillo alimentis à lege iniūgitur [14]. & earū impenſarum ratio habebitur ex arbitratu boni viri, vt ſumptus omnes tutori reficiantur ex qualitate pupilli, licet tutor ſe illos ſumptus feciſſe legitimis documentis probare non poſsit. [15] Sed in taxandis alimentis à prętore ipſi filio aut alteri cuipiā in CVRIA [16], Pariſienſi quæſitum eſt, an iudex rationem eorum bonorum poſsit habere quę extra prouinciam ſuā ſita ſunt, & horum proſpectu maiora alimenta decernere: & hoc magis eſt. Cuius rei magnum eſt argumentum quod dicitur, Prætorem (qui in vrbe tantùm imperium habet) iubere poſſe vt diſtrahatur fundus qui in prouincia eſt [17]. ratione enim perſonæ pupilli & tutelæ quæ Romæ geritur, ad omnia perſonæ accedentia poteſtatem habet. Sic tutor ſimpliciter datus ad omnia bona etiam extra prouinciā ſita, datus putatur [18]. quamis petere is poſsit ne vltra centeſimum lapidem gerat [19]. Sic interdictio bonis facta prodigo aut alteri, omnia bona comprehendit etiam alibi ſita, id enim ratione perſonæ quæ ſui fori eſt, index poteſt [20]. Sic iudex poteſt me priuare bonis alibi ſitis [21]: quamquam executio realis per iudicem loci in quo bona ſunt, debeat expediri [22]. quibus adiunge quæ dicimus in l. argentarium. de iudic. ſup.

Spurius.

Alimenta pro modo facultatum.

Iudex poteſt iubere capiet diſtrahi bona alterius loci.

SI NEGET. L. VII.

PERTINET ad ea quæ notantur in l. j. ſup. eo.

De inſpiciēdo ventre inſpiciēdoq; partu.

TEMPORIBVS. L. I.

ISTA pars teſtimonio Vlpiani facilima eſt, ſatiſq; ſe explicat, & res tota in authoritate iudicis poſita eſt. Cùm enim tres obſtetrices vel duæ ex tribus renuntiauerunt mulierem eſſe prægnantem, tum officio ius dicentis continebitur, vt poteſtatem faciat ma

rito

1 l. j. §. ſi ea. de vēt. in poſſ. mit. l. iij. § cauſa. de Carbo. edic.
2 l. vlt. de ord. cognit. C. & l. ſi neget. inf. eo. & ibi Bart.
3 vt inf. ea. l. §. idem reſcripſit. & ibi glo.
4 l. j. de nat. li. C. Bar. in l. j. de delator. lib. x. C.
5 Auth. ex complexu. de inceſt. nup. C.
6 §. Idem quoq;. inf. ea. l.
7 l. quia. de in ius vocand.
8 §. ſi vel parens. inf. ea. l.
9 l. j. §. idem Iulia. ſup. eo.
10 per d. §. ſi vel parens. & fac. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper. de re indic.
11 l. ij. de ord. cog. C. c. j. ext. de ord. cognit.
12 l. ſi iudex. ſup. de iis qui ſunt ſui vel alieni iur.
13 l. quæro. & l. cum poſt. §. gener. et ibi notat. ſup. de iure dot.
14 l. Tutor ſecundum. inf. de adminiſt. tut.
15 l. vlt. de aliment. pup. præſt. C.
16 ann. 1544.
17 l. magis puto. §. illud quæri. de reb. eor. qui ſub tut. inf.
18 l. propter litem. §. licet. de excuſ. tut. inf. l. ij. de excuſ. tut. C. et ibi Bar.
19 d. §. licet. & d. l. ij.
20 Bar. in l. relegatorum. §. interdicere. de inter. & releg.
21 c. poſtulaſti. de for. cōpe. ext.
22 d. c. poſtulaſti. l. cū vnus. §. pe. de bonis auth. ind. poſ. Bar. in l. j. illo tit.
23 §. quamuis. inf. ead. l.

Sententia ex iudicio peritorũ lata an poſſit reuocari.

rito cuſtodis adhibendi: vt hîc in textu latius dicitur. Sed eleganter dubitari poteſt, an mulieri, quæ renuntiatione obſtetricum à prætore pro prægnante vel non prægnãte iudicata eſt, ſit permittendum iterum rem ad examen reuocare, & petere vt aliæ obſtetrices appellentur, & profectò ſummam rationem habet Baldi & Alexandri opinio [1], quam etiam conſuetudo ſequitur, vt id illi prætor concedat. nam ſententia lata ex iudicio peritorum, nunquam dicitur tranſire in rem iudicatam [2]: ea enim ex priuilegiariis probationibus lata eſt, ideo & retractarari poteſt [3]. Pro quo & illud facit quod dicitur, eum qui ex duello victus, eius criminis damnatus eſt quo erat delatus, abſolui, ſi poſtea illius innocentia appareat [4]. hîc enim ex probatione priuilegiaria & non cõmuni, ſentẽtia proceſſerat, ideo nouis aliis probationibus ſuppetentibus, retractanda [5]. Et ſi peritiores ſint ad quos res reuocatur quam ij qui primum adhibiti ſunt, poterit ſententia ex dicto priorum lata reſcindi, atq; ſi lata eſſet ex falſis atteſtationibus & inſtrumẽtis [6]. & hoc ferè Canonici tenent [7], licet ſolus Abbas refragetur [8]. His illud additur obſtetrices & alias perſonas deponẽtes de peritia, iurare debere [9]. Sic doctor deponens de peritia diſcipuli ſui, fidem non facit niſi iuratus [10]. & hoc Bartolus notat [11]. quamquam glo. hîc contra ſentiat:

Deponens de peritia an iuret.

Si ventris nomine muliere in poſſeſsionem miſſa, eadem poſſeſsio dolo malo ad alium translata eſſe dicatur.

Hoc edicto. L. I.

Prohibito in poſſeſsionem venire quæ remedia dentur.

ALIQVANDO euenit vt is qui in poſſeſſionem miſſus eſt, venire prohibeatur: aut cum venerit, expellatur. Et certè contra eum qui prohibuerit aut expulerit plura remedia ſunt inducta. nam & interdictum competit in eum, item poterit prætor iure poteſtatis ſuæ extra ordinem decretum ſuum tueri [12]. Et verò qui fuerit prohibitus ne intraret, vel poſtquam veniſſet eſt expulſus, id indulgetur, vt perinde poſſeſſor habeatur atque ſi reuera poſsideret [13]: vnde licet rem non teneat, verus tamen poſſeſſor efficietur poſt annũ [14], in hoc vt non ſit licitum miſſionem paſſo recipere poſſeſſionẽ [15]. quæ ideo obtenta eſſe poſſumus ſuſpicari, qnod non poſsit non dolo facere, qui præcepto prætoris etiam iniuſto non obedit [16]. non enim per vim damnari, ſed per reſtitutionem in integrum quod male & ex falſis probationibus iudex iudicauerit, retractatur [17]. Sed & interdum accidit, vt qui in poſſeſsionem venerit, dolo ſuo malo ad alium forte imprudentem, poſſeſsionem transferat, vt in muliere euenit, quæ cauſa ventris miſſa ad alium poſſeſsionẽ tranſtulit. nã & in eã actio in factũ datur & is qui eſt ingreſſus cogetur diſcedere. & id per interdictum, non autem manu militari [18]: neque enim decretum prętoris violauit, neq; quicquam fecit quo minus qui miſſus eſt ingreretur: ſed abeo qui eſt miſſus accepit quãquam enim in eo aliquis dolus poſsit argui, non tamen reſiſtit magiſtratui. & ita

Qui dolo ad alium poſſeſſionẽ trãſfert.

1 *in l. ab hoſtibus. ij. col. ſoſut. matr.*
2 *arg. l. diui fratres. de iure patro. inf.*
3 *l. ſi qui adulterij. C. ad l. Iulia. de adult. et l. admonendi. de iureiur.*
4 *c. ij. de purga vulga.*
5 *d. l. ſi cui. adulterij.*
6 *l. diuus. de re indic. inf. l. 1. & ſeq. ſi ex fal. inſtr. c. licet cauſam. de prob.*
7 *in c. propoſuiſti. de probat.*
8 *d. c. propoſuiſti.*
9 *l. hac edictali. §. his illud. et ibi Bar. de ſecũd. nupt. l. comparationes. de fid. inſt.*
10 *l. nulli. de aduoc. diuerſ.*
11 *in proœmio pandect. a. iij. colum. C.*
12 *l. ſi quis miſſus. ne vis fiat ei qui in poſſeſ. miſſ. inf.*
13 *l. quamuis. inf. de bonis autho. iudic. poſſ.*
14 *c. contingit. de dolo & contuma.*
15 *c. 1. de eo qui miſſ. eſt in poſſeſ. cauſ. rei ſeruan.*
16 *l. ſeruo. §. cum prætor. ad Treb. c. paſtoralis. §. quia verò. de offic. deleg.*
17 *l. ſi prætor. §. Marcellus. de iudic. l. Diuus. de re indic.*
18 *per hunc tex.*

cõtrarietas quæ multis magna credita eſt,tollitur.quod & Zazius videtur aſſentiri [1]. Quod ſi prætori non licet manu militari poſſeſſionem auferre,ergo nec iis ad quos ea res pertinet, licebit propria authoritate expellere. Iis enim tantùm licet quod in rẽ fit,propria authoritate tollere, & reſiſtere violento, qui & domini ſunt & poſſeſsionem reuera habent [2]. vt in eo qui iuriſdictionem, dominium,ſacerdotium, aut quid eius generis poſsidet Innocentius & Abbas probant [3]. alias id non erit permittendum [4]. Et ex eo quod ex hoc edicto dicitur,primùm in factum actionem eſſe in mulierem, quæ rem alienauit dolo malo: item & iterum neceſſarium eſſe interdictum contra eum in quem alienatum eſt,liquido apparet,ſentẽtiam latam contra poſſeſſorem,non poſſe ad executionem perduci contra eum in quem alienata res eſt, præterquam in caſu ſpeciali legatorum [5]: quod & Bartolus notat [6], pro quo illud eſt quod dici ſolet, non poſſe me cum illo interdicto vnde vi contendere, qui etiam ſciens ſucceſsit ei à quo ſum expulſus [7]. Neque enim intentio violentiæ & ſpoliationis à tertio factæ reo nocet [8]. quod & Bartolus putat [9]. Iure tamen pontificali [10],contra eum qui ſcienter violento ſucceſsit, datur condictio ex canone, in hoc vt ſpoliato etiam dominium non probanti is reſtituere teneatur. Item is ex eodem reſcripto conuenitur,quo & ſpolians poterat conueniri [11]. at ex eadem inſtantia cum authore ſuo inſtituta, ſucceſſor neque conuenietur, neque executionem patietur, vt ſuprà diximus, & Innocentius probat [12]. An autem ſententiam cõtra reum latam, iudex qui dedit iuſtè exequatur in fideiuſſorem, alibi dictum eſt [13].

Dominus poſſeſsionẽ ſuam vi poteſt defendere.

Sententia in alienantem lata nõ mittitur executioni in poſsidentem.

1 in parte ij antinomiarũ.
2 l. quemadmodum. §. j. & ibi dixi. ad le. Aq.
3 in c. j. de immu. eccl. ext.
4 l. extat. & ibi dicitur. quod me. cau. l. ſi quis in tantam. vnde vi. C.
5 l. certa. vt in poſſ. lega. C.
6 l. ſi cui. §. qui in poſſeſſionem. infr. vt in poſſeſ. leg. ſeu fideicom.
7 l. cùm à te. infr. de vi & vi arma.
8 l. ſi te. de iur. delib. C. & c. j. de reſtit. ſpol. libr. vj.
9 l. rem quæ. de acquiren. poſſ. infrà.
10 c. ſæpe. de reſtit. ſpol.
11 c. quia v. de iudi. extrà.
12 d. c. qui v. de iudic.
13 l. ſi remunerandi. mandati. ſuprà.

De concubinis.

QVAE IN CONCVBINATV. L. I.

CONCVBINATVS per leges nomen aſſumpſit, ideóque extra pœnam eſt [14]. ſed illud conſtat, ibi concubinatum non intelligi, quoties ſtuprum committi poteſt, vt hîc dicitur. Vnde quia iis qui vxorem duxerint, concubinas habere non eſt permiſſum [15] (eæ enim non concubinæ propriè, ſed pellices vocantur, vt elegãter Connanus ex Gellio & Flacco docuit [16]) ideo nec concubinatus dicetur: adeo vt quæ de naturalibus liberis natis ſcilicet ex concubina ad vnciam vocandis, dicuntur [17], non habeant locum in natis ex pellice eius qui vxorem habeat: in quam ſi nupta non eſt, licet non committatur adulterium à lege punitum [18], nec ſtuprum, quòd hoc in viduam vel virginem corpore non merentem, illud in nuptam committatur [19]: non eſt tamen concubinatus: cum eius qui vxorem habeat vel non ſit concubinatus, vel lege improbetur. Imo & quia hodie lege Euangelica & Pontificum mandatis quilibet concubitus præter matrimonium eſt damnatus, puto non inſubtiliter defendi, iura quæ in concubinis loquuntur, locum non habere in iis meretricibus, quæ hodie in clientela & familia multorum viuunt. Hoc tamen omnium conſenſione obt

Concubinatus non eſt vbi ſtuprum ſit.

Meretrices huius temporis an dicantur concubinæ.

14 l. iij. infr. eodem.
15 l. j. de concub. C. l. vlt. cõmu. de manumiſſ. C.
16 li. viij. cõmentarior. iur. ciuilis tit. de concub.
17 auth. matre. de nat. li. C.
18 l. ſi eã. de adul. C.
19 l. ſtuprum. & l. inter. §. lex Iulia. de adult. infr. l. inter ſtuprum. de verbor. ſignific.

ne obtentum eſt, & CVRIA Pariſienſis probauit [1], vt quemadmodum iure Ciuili & Canonico [2] ſubſequens matrimonium efficit legitimos filios, qui ante ex concubina ſublati eſſent: ita & nati ex iſtis meretricibus iuſti efficiantur ex matrimonio conſequente: quod & Canoniſtæ aſſentiuntur [3]. Sic & illis relicta valebunt, ſeruata ea moderatione quam alibi notamus [4]. Sed hoc in natis ex coitu damnato, cui ſcilicet pœna conſtituta eſt, ex adulterio puta aut inceſtu, non vtique eſt, qui neque ciuili, neque canonico iure iuſti efficiuntur & legitimi [5]. vt in filiis ab eo qui vxorem duxit ex concubina ſuſceptis, ſcriptum eſt [6]. Cætera de concubinis petenda erunt à canoniſtis [7]: qui melius mea ſententia quam Græcorum natio: quæ cum admirabiliter eſſet inepta, maximéque illo vitio abundaret, ei tamen nomen non dedit. at illi cum in hoc genere plurimùm offenderent, infinita quoque de concubinis edixerunt.

Matrimonium ſubſequẽs quãdo faciat filios iuſtos.

1 *vij. Idus Iunij, anno 1538.*

2 *l.cùm quis. & l.nuper le gẽ. de natur. lib. C. c. tanta. qui filij ſint legit.*

3 *glo. & Panor. in c. innotuit. de elect. in c. tanta. qui filij ſint leg.*

4 *l. cùm legitima. de ſtatu hominum.*

5 *d. l. cùm quis. & l. ſeq. & l. licet. ad fin. de natu. liber. C.*

6 *c. tanta. qui fil. ſint legit. auth. quib. mod. nat. effi. ſui. §. pen. l. Paulus. de ſtatu homi. & Bart. hîc.*

7 *toto tit. de cohab. cler. & mulier. & Pan. fusè in c. veſtra. illo ti. & alios.*

FINIS.

LVGDVNI,
Matthias Bonhomme excudebat.

821.980